MONVMENTA ECCLESIAE LITVRGICA

EDIDERVNT ET CVRAVERVNT

Fernand
FERDINANDVS CABROL, 1856-

HENRICVS LECLERCQ

PRESBYTERI ET MONACHI BENEDICTINI

EX MONASTERIO SANCTI MICHAELIS DE FARNBOROUGH

VOLVMEN PRIMVM

RELLIQVIAE LITVRGICAE VETVSTISSIMAE

SECTIO PRIMA

PARISIIS

PROSTAT APUD FIRMIN DIDOT

INSTITVTI FRANCIAE TYPOGRAPHOS

MDCD-MDCDII

MONVMENTA ECCLESIAE LITVRGICA

EDIDERVNT ET CVRAVERVNT

FERDINANDVS CABROL

HENRICVS LECLERCQ

PRESBYTERI ET MONACHI BENEDICTINI

CONGREGATIONIS GALLICAE



VOLVMEN PRIMVM

RELLIQVIAE LITVRGICAE VETVSTISSIMAE

EX·SS·PATRVM·NECNON·SCRIPTORVM·ECCLESIASTICORVM

MONVMENTIS SELECTAE

ET PVBLICI IVRIS FACTAE

CVRANTIBVS

R. P. DOMNO FERDINANDO CABROL

QVONDAM PRIORE SOLESMENSI

NVNC MONASTERII SANCTI MICHAELIS DE FARNBOROVGH IN ANGLIA, PRIORE

ET R. P. DOMNO HENRICO LECLERCQ

EIVSDEM MONASTERII PRESBYTERO ET MONACHO

SECTIO PRIMA

AB AEVO APOSTOLICO AD PACEM ECCLESIAE

PARISIIS

PROSTAT APUD FIRMIN DIDOT

INSTITVTI FRANCIAE TYPOGRAPHOS

MDCD-MDCDII

EVGENIAE
IMPERATRICI

FERDINANDVS CABROL
HENRICVS LECLERCQ
DD.

MON DIEU, JE VOUS DONNE MON CŒUR, MAIS VOUS, DONNEZ-MOI LA FOI ! SANS LA FOI, IL N'EST POINT D'ARDENTES PRIÈRES, ET PRIER EST UN BESOIN DE MON ÂME, JE VOUS PRIE, NON POUR QUE VOUS ÉCARTIEZ LES OBSTACLES QUI S'ÉLÈVENT SUR MA ROUTE, MAIS POUR QUE VOUS ME PERMETTIEZ DE LES FRANCHIR, JE VOUS PRIE, NON POUR QUE VOUS DÉSARMIEZ MES ENNEMIS, MAIS POUR QUE VOUS M'AIDIEZ A ME VAINCRE MOI-MÊME, ET DAIGNEZ, O DIEU, EXAUCER MES PRIÈRES.

CONSERVEZ A MON AFFECTION LES GENS QUI ME SONT CHERS, ACCORDEZ-LEUR DES JOURS HEUREUX, SI VOUS NE VOULEZ RÉPANDRE SUR CETTE TERRE QU'UNE CERTAINE SOMME DE JOIES, PRENEZ, O DIEU, LA PART QUI ME REVIENT RÉPARTISSEZ-LA PARMI LES PLUS DIGNES, ET QUE LES PLUS DIGNES SOIENT MES AMIS, SI VOUS VOULEZ FAIRE AUX HOMMES DES REPRÉSAILLES, FRAPPEZ-MOI.

LE MALHEUR EST CONVERTI EN JOIE PAR LA DOUCE PENSÉE QUE CEUX QUE L'ON AIME SONT HEUREUX.

LE BONHEUR EST EMPOISONNÉ PAR CETTE PENSÉE AMÈRE : JE ME RÉJOUIS, ET CEUX QUE JE CHÉRIS MILLE FOIS PLUS QUE MOI SONT EN TRAIN DE SOUFFRIR. POUR MOI, O DIEU, PLUS DE BONHEUR, JE LE FUIS, ENLEVEZ-LE DE MA ROUTE, LA JOIE, JE NE LA PUIS TROUVER QUE DANS L'OUBLI DU PASSÉ, SI J'OUBLIE CEUX QUI NE SONT PLUS, ON M'OUBLIERA A MON TOUR ; ET QUELLE TRISTE PENSÉE QUE CELLE QUI VOUS FAIT DIRE : LE TEMPS EFFACE TOUT !

LA SEULE SATISFACTION QUE JE RECHERCHE, C'EST CELLE QUI DURE TOUJOURS, CELLE QUE DONNE UNE CONSCIENCE TRANQUILLE, O MON DIEU, MONTREZ-MOI TOUJOURS OU SE TROUVE MON DEVOIR, DONNEZ-MOI LA FORCE DE L' ACCOMPLIR EN TOUTE OCCASION, ARRIVÉ AU TERME DE MA VIE, JE TOURNERAI SANS CRAINTE MES REGARDS VERS LE PASSÉ, LE SOUVENIR N'EN SERA PAS POUR MOI UN LONG REMORDS, ALORS JE SERAI HEUREUX.

FAITES, O MON DIEU, PÉNÉTRER PLUS AVANT DANS MON CŒUR LA CONVICTION QUE CEUX QUE J'AIME ET QUI SONT MORTS SONT LES TÉMOINS DE TOUTES MES ACTIONS, MA VIE SERA DIGNE D'ÊTRE VUE PAR EUX, ET MES PENSÉES LES PLUS INTIMES NE ME FERONT JAMAIS ROUGIR.

PRIÈRE ENTIÈREMENT ÉCRITE DE LA MAIN DU PRINCE IMPÉRIAL
TROUVÉE DANS SON LIVRE DE MESSE

LECTORI S.

CVM primum Congregationis nostrae Praeses et Pater fratres nostros ad studia litterarum applicare censuit, ea potissimum ab eo delecta sunt studia, quae plus utilitatis prae se ferrent, quam ostentationis; et quae religiosae solitudini et conuersationi magis conuenirent. In eo genere nihil aptius aut opportunius uisum est quam scientiae ecclesiasticae restitutio et sacrae liturgiae, theologiae doctrinaeque supernaturalis reparatio : propterea quod et exercitatio ipsa per sese maxime conduceret ad lectitanda et meditanda piorum scripta, in quibus uera et sincera Ecclesiae doctrina ac pietas consistit; et nobis adiumenta non pauca suppeterent ad hoc opus suscipiendum et exsequendum. Atque ut quibusdam ueluti gradibus ad hunc laborem, magis arduum certe ac difficilem, quam splendidum, fratres nostri idonei et parati sensim redderentur, a quibùsdam ueluti rudimentis initium ductum est, scilicet ab editione selectorum Opusculorum sanctorum Patrum Codicumue Liturgicorum; dein ab integris scriptis aliorum, donec tandem ad MONVMENTA ECCLESIAE LITVRGICA uentum est : quibus emendandis et recognoscendis ut operam inpenderemus, animos addiderunt nobis amici nostri. Huius operis praestantiam, si quid boni forte prae se ferat, iis qui nos illud adgredientes beneuolenti fauore et opibus sunt prosecuti, libentissime deferimus, quorum ad studia si, uel minime, proficiet, operam nos non perdidisse credemus. Ex altera uero parte, fateri non dubitamus hoc opus etiam esse Monachorum Ordinis sancti Benedicti e congregatione sancti Mauri, cuius, Summorum Pontificum sapientia prudentiaque auctore Congregatio Gallica, cum « haeres et priuilegiorum particeps », tum uices gerens nuncupatur, quae, maiorum praeclare uestigia sequens, ualeat « scientiae ecclesiasticae antiquitatis profectum aliquatenus promouere, sanas pontificii iuris et sacrae liturgiae traditiones confouere ». (Breue apostolicum *Innumeras inter*..... I. Sept. MDCCCXXXVII.)

Sacram Ecclesiae Liturgiam, opus publicis uotis iamdiu expetitum, edituri, magna eius mole non nihil quidem premimur. Ipsae quidem liturgiae, etsi truncatae plerumque sunt et historici inopes pretii, rite tamen expensae et adtente examinatae tantam Romanae ecclesiae originibus et Christianae antiquitati lucem sunt adlaturae, ut earum existumatione prudentes uiros sese minime deceptos arbitraturos certissime teneamus. His uero liturgiis edendis atque explanandis nescio an ulla adhiberi ratio possit, qua omnium postulatis et commodis satisfiat. Namque haec editio non ab iis tantum, quibus liturgici solent libri parari, sed a Christianae quoque historiae, immo et theologiae studiosis expetitur. Illi editiones ad codicum fidem accuratissime exhiberi et criticas tantum uolunt adnotationes subiungi; hi, quoniam antiquis codicibus legendis minime adsueuerunt, eorum lectionem optant sibi explanari et iustis commentariis explicari. Qua in re quanquam mediam inire uiam studemus, ut neque trita quaeque explicemus, neque difficilioribus locis lectori opem negemus, neque ea, quae digna commentario sunt, silentio praetereamus, aliis tamen nimia, aliis iusto parcior nostra certe opera atque industria uidebitur. Iam tempus est suscepti consilii summam et totius operis nostri propositum atque conspectum lectori enuntiare eorumque iudicio commendare.

Nouum igitur opus adgredimur, antiquitatis tamen religione praecipua commendandum. Haud ita frequens, maxime hisce diebus nimbosis, sic praesentium rerum tumultus refugere, sic totum in Veterum commercio uersari, ut, octo retro saeculis praetermissis, placeat nullum citra figere uestigium. In eo maxime consistit ineundae collectionis nostrae indoles et ratio, ut, religiose seruato omnium aerae christianae, ad nonum usque, saeculorum ordine et honore, nec maiestati ueterum Patrum inferentes labem, nec a subsequentium declinantes auctoritate, integram exhibeamus et incolumem, uniuersis ex fontibus, liturgicam catholicae Ecclesiae traditionem. Intellegimus autem fuisse aliquos, qui in hoc genere uersati fuerint, quorum nos, quamuis non fuerimus ordinem methodumque scribendi sequuti, non eo tamen deserendos putauimus, quo illos neglexerimus, sed quo nostram ad id, quod erat propositum, rationem potiorem esse indicaremus. In ordine seruando, magis quam in qualibet alia re suo quisque iudicio uti potest. Iuuerit ergo rei liturgicae Christianae historiam breuiter heic perstringere, eorumque, qui hanc palaestram ante nos ingressi sunt, inceptus et labores commemorare.

Deterrere quidem nos poterat ab hoc suscipiendo labore numerus ingens Scriptorum doctrina et sanctitate insignium, qui simile argumentum iam ante tractauerunt. Ex quo Carolus Magnus Augustus, eiusque filius Ludouicus Pius tam Gallos quam Germanos ad restaurandum iacentium Litterarum Regnum excitauit, iam tum docti uiri ad huiusmodi argumentum exornandum se contulerunt, Amalarius, Florus Magister, Agobardus, Rabanus Maurus, Walafridus Strabo. Subsequentibus saeculis Berno Augiensis Abbas, Micrologi auctor, et qui sub Alcuini nomine euulgatus est Scriptor. Serius quoque Gulielmus Durandus, et Iohannes Belethus de diuinis Officiis multa tradidere. Ea uero aetate non defuere, qui ueteres liturgias perlegerent atque describerent : cuius studii insigne monumentum praebet codex ille Gerbertinus cui titulus : *Sacramentarium triplex.* Officii nunc nostri ratio postularet, ut codices omnes, unde haec Christianae liturgiae monumenta accepimus, accurate recenseremus. Sed huiuscemodi tractatio ab ea breuitate, quam hoc prooemium requirit, alienissima est, neque aptior illi locus deerit; quare breuiter ab hoc argumento iam nos expediamus. Medio tandem saeculo XVI ueterum liturgiarum collatarum scientia florere maxime coepit. Primus IOANNES COCHLAEVS Vratislauiae canonicus opus adgressus est in libro cui titulus : *Speculum antiquae deuotionis circa Missam et omnem alium cultum Dei, ex antiquis, et antea nunquam euulgatis per typographos auctoribus, a Ioanne Cochlaeo laboriose collectum*, Moguntiae, anno 1549. Tomus unicus haec opuscula continet : 1º Amalarii Treuirensis, *De Officio missae;* 2º Walafridi Strabonis, *De Exordiis et Incrementis rerum ecclesiasticarum;* 3º Basilii Caesariensis, *De Missa Graecorum;* 4º *Expositio missae breuis*, ad fidem ueterum codicum; 5º Sancti Petri Damiani, *Liber qui dicitur Dominus uobiscum;* 6º Honorii Augustodunensis, *Gemma animae;* 7º *Micrologus;* 8º Petri Venerabilis, *Nucleus de sacrificio missae;* 9º *Liber de uita S. Bonifacii, Martyris.* Haud ita multo post GEORGIVS CASSANDER, Brugensis, edidit *Liturgica : de Ritu et Ordine Dominicae coenae celebrandae, quam celebrationem Graeci liturgiam, Latini missam appellarunt, ex uariis monumentis et probatis scriptoribus collecta*, Coloniae, 1558, sequitur : *Ordo Romanus de officio missae. Libelli aliquot peruetusti continentes ordinem, quem pontifex praesertim Romanus, iam olim in celebrando officio missae obseruare consueuit.* Eiusdem sunt Cassandri et cum caeteris operibus recusa in editione Parisina MDCXVI : fol. 147-298 : *Hymni ecclesiastici, praesertim qui Ambrosiani dicuntur, multis in locis recogniti, multorum hymnorum accessione locupletati, cum scholiis;* fol. 298-301 : *Appendix de Spiritu Sancto nominatim inuocando;* fol. 301-449 : *Preces ecclesiasticae quae Collectae uulgo dicuntur.* F. CLAVDIVS DE SAINCTES, theologus Parisiensis, plura edidit. Ad propositum nostrum uenit opusculum inscriptum : *Liturgiae, siue Missae Sanctorum Patrum : Iacobi Apostoli et fratris Domini : Basilii Magni, è uetusto codice Latinae tralationis* (sic) : *Ioannis Chrysostomi, Interprete Leone Thusco. — De ritu Missae et Eucharistia : Ex libris B. Dionysii Areopagitae : Iustini Martyris : Gregorii Nysseni : Ioannis Damasceni : Nicolai Methonensis : Samonae Gazae Archiepiscopi : Germani Archiepiscopi Constantinopolitani : Nicolai Cabasiae* (sic), *Gentiano Herueto Interprete : Maximi Monachi B. Dionysii Interpretis : Bessarionis Cardinalis. Proclus Archiepiscopus Constantinopolitanus praefatur. Quibus accessit ad calcem e libris D. Ioannis Chrysostomi, locorum annotatio, et initio aliquot Capita, unde Liturgica comprobantur*, Antuerpiae, M.D.LXII. Primam editionem ad manum non habuimus, ann. uero 1560 retinet. Post COCHLAEVM WOLFGANGVS LAZIVS fragmenta quaedam *De ueteris Ecclesiae ritibus, ac caerimoniis*, Antuerpiae, M.D.LX, in 8º euulgauit. In hoc uolumine continentur : 1º Epistula Caroli Magni prolixior ad Alchuinum, extrema parte mutila, *De caeremoniis Ecclesiasticis;* 2º Alcuini ad Carolum M. epistula scilicet, qua Alcuinus superiori Caroli epistulae rescripsit; 3º *Versus de mysterio Missae*, sine auctoris nomine (sunt tamen Hildeberti); 4º fragmentum incerti *De ritibus et caerimoniis Ecclesiae Romanae a Natiuitate Domini per hyemem;* 5º Rhabani, *De uirtutibus et uitiis.*

Interea maius opus MICHAEL HITTORP adgressus est, quae collectio praenotata est : *De Diuinis Catholicae Ecclesiae officiis, ac ministeriis uarii uetustiorum aliquot Ecclesiae Patrum, ac Scriptorum libri*, Coloniae, apud Geruinum Calenium, 1568, fol. Duodecim heic exstant libri : 1º *Ordo Romanus;* 2º B. Isidori Hispalensis Episcopi, *De Ecclesiasticis Officiis*, libri duo; 3º Albini Flacci Alcuini liber *De Officiis diuinis* seu *Ordinis Romani expositio;* 4º Amalarii, *Officiales* seu *De Diuinis officiis*, libri IV; eiusdem, *De ordine Antiphonarii* liber; 5º Rhabani, *De institutione Clericorum*, ad Heistulfum, libri III; 6º Walafridi Strabonis, *De exordiis et incrementis rerum ecclesiasticarum*, liber; 7º Bernonis Abbatis Augiensis, *De quibusdam rebus ad Missae officium pertinentibus*, liber; 8º *Micrologus de ecclesiasticis Obseruationibus;* 9º Iuonis Carnotensis, *De Ecclesiasticis Sacramentis, ac officiis et praecipuis per annum festis*, sermones XXI; 10º Hildeberti, *De mysterio Missae*, carmen; 11º Radulphi de Riuo, *De obseruantia Canonum*, liber; 12º *Missae expositio breuis*, transcripta ex uenerandae antiquitatis codicibus.

Cum meis, ait PAMELIVS Brugensis, non unis litteris Theologum illum longe eruditissimum Galliae decus, Dn. CLAVDIVM DE SAINCTES essem adhortatus, ut quod editis Graecorum Liturgiis iam auspicatus esset, id Latinae quoque Ecclesiae Patrum testimoniis, in unum uolumen collectis perficeret : sed frustra, tandem ego ipse in hoc pistrinum me dedere haud inuitus constitui. Opus Pamelianum sic inscribitur : *Liturgica Latinorum, Iacobi Pamelii Canonici Brugensis, S. Theologiae licentiati, duobus Tomis digesta. Quorum prior ritum sacrificii Missae continet, a Dn. nostro Iesu Christo, eiusque Apostolis, ac aliis uetustioribus Latinae Ecclesiae Patribus obseruatum : cum Ambrosianis Missa, Collectis, Praefationibus, ac Missa Mosarabe, olim in Hispaniis usitata. Posterior uero, D. Hieronymi Comitem siue Lectionarium, D. Gregorii Papae Antiphonarium, et Eiusdem ac Grimoldi et Alcuini Abbatum Sacramentorum libros, e quibus Vetus Ordo Missae Romanae concinnatus est : cum uetustissi-*

mis quibusdam Praefationibus. Nunc primum in lucem edita. Coloniae Agrippinae, apud Geruinum Calenium et haeredes Quentelios etc., A. D. 1571.

Alterum eiusmodi thesaurum Ittigio ignotum adornauit F. NICOLAVS AVRIFICVS, Carmelita, eumque inscripsit : *Speculum Missae ex antiquissimis quibusdam, ac uetustissimis Catholicae Ecclesiae Patribus a Ioanne Cochlaeo primum laboriose collectum, nunc uero a F. Nicolao Aurifico Senensi Carmelita recognitum, auctum et locupletatum,* Venetiis, apud Franciscum Zilettum, 1572, in 8°. Recudit ergo ille COCHLAEI *Speculum,* sed Basilio *De Missa Graecorum,* itemque libro *De Vita S. Bonifacii,* qui ad operis institutum uix pertinet, expunctis, aliisque quattuor in horum locum suffectis opusculis. Hi sunt Bernonis et Hildeberti, quos indicauimus, libri ex Hittorpio deprompti, tum *Ordo missae pro informatione sacerdotum quam accuratissime per R. P. Dominum* IOHANNEM BVRCHARDVM Argentinum etc. *hunc in libellum redactus;* denique ipsius AVRIFICI *De antiquitate, ueritate et caeremoniis Missae* opusculum.

Nouam postea editionem Hittorpianae collectionis recudit GEORGIVS FERRARIVS, Romae, ann. 1591. Paullulum diuersus est ab Hittorpiani exempli inscriptione titulus, nempe : *De Catholicae Ecclesiae diuinis officiis, ac ministeriis uarii uetustorum fere omnium Ecclesiae Patrum ac Scriptorum libri.* Accesserunt huic editioni septem opuscula quorum 1° Petri Damiani, *Liber qui appellatur Dominus uobiscum,* octauum est nouae huius editionis opusculum, quod sequuntur ex Hittorpiania *Micrologus* (9), *Iuo* (10), *Hildebertus* (11); — 12° Ruperti abbatis Tuitiensis, *De diuinis Officiis,* libri XII; 13° Petri Cluniacensis, *Nucleus de Sacrificio Missae* quem extremi duo Hittorpianae Collectionis libri excipiunt, *Radulphi* scilicet *de Riuo* (14) et *Missae expositio breuis* (15); 16° Honorii Augustodunensis, *Gemma animae, de diuinis officiis;* 17° Hugonis de S. Victore, *Speculum de mysteriis ecclesiae;* 18° eiusdem, *De caeremoniis, Sacramentis, officiis et obseruationibus Ecclesiasticis,* libri III; 19° idem in *Canonem Missae.*

VICTORIVS SCIALAK Accurensis Maronita, Liturgias SS. Basilii, Gregorii et Cyrilli ex Arabica lingua in latinam conuertit ediditque, Augustae Vindelicorum an. 1604, errante Ittigio qui editionem Augustanam an. 1614 indicat.

Romanam editionem Hittorpio-Ferrariam Parisienses a. 1610 recuderunt auctarii loco caeteris *Bibliothecae ueterum Patrum* tomis adiungendam *De diuinis Catholicae Ecclesiae officiis et mysteriis uarii uetustorum aliquot ecclesiae patrum ac scriptorum ecclesiasticorum libri,* anno 1619, *auctarii loco caeteris Bibliothecae Veterum Patrum tomis adiuncti, et tribus libris Gemmae Animae ex editione Lipsiensi aucti,* Parisiis, 1624, fol. — Ad lectorem, et cet. ff. 7; 1° *Ordo Romanus antiquus de diuinis catholicae ecclesiae officiis et ministeriis per totius anni circulum,* f. 2; — 2° B. Isidori, Hispalensis Episcopi, *De ecclesiasticis officiis,* libri duo, f. 181; — 3° Albini Flacci Alcuini, Angli, *Liber de officiis diuinis,* seu *ordinis Romani expositio,* f. 225; — 4° Amalarii Fortunati, *De diuinis officiis,* libri IV, f. 305; — 5° eiusdem, *De ordine Antiphonarii,* liber, f. 503; — 6° Rabani Mauri, *De institutione clericorum,* libri III, f. 545; — 7° Walfridi Strabonis, *De exordiis et incrementis rerum ecclesiasticarum, liber,* f. 661; — 8° Bernonis abbatis Augiensis, *De quibusdam rebus ad missae officium pertinentibus libellus,* f. 697; — 9° Petri Damiani, *Liber qui appellatur Dominus uobiscum,* f. 715; — 10° *Micrologus de ecclesiasticis Obseruationibus,* fol. 726; — 11° B. Iuonis Carnotensis episcopi, *De ecclesiasticis sacramentis, ac officiis, et praecipuis per annum festis,* f. 767; — 12° Hildeberti Cenomanensis et Turonensis episcopi, *De mysterio missae,* carmen, f. 839; — 13° Ruperti Tuitiensis, *De diuinis officiis,* libri XII, f. 849; — 14° Petri abb. Clun., *Nucleus de sacrificio Missae,* f. 1091; — 15° Radulphi de Riuo, *De obseruantia canonum liber,* f. 1103; — 16° *Missae expositio breuis,* transcripta ex uenerandae uetustatis codicibus, f. 1161; — 17° *Gemma animae, de diuinis officiis;* siue de antiquo ritu missarum, f. 1179; — 18° Hugonis de S. Victore in *Speculum de mysteriis ecclesiae,* f. 1333; — 19° eiusdem, *De caeremoniis, sacramentis, officiis et obseruationibus ecclesiasticis,* libri III, f. 1367; — 20° idem in *Canonem missae,* f. 1424; — Variae lectiones ex Isidoro et Amalario, f. 1438; indices sequuntur. Notissimus IACOBVS GOAR Parisiensis, egregium opus recudit sub titulo : ΕΥΧΟΛΟΓΙΟΝ *siue Rituale Graecorum complectens Ritus et Ordines diuinae liturgiae, Officiorum, Sacramentorum, Consecrationum, Benedictionum, Funerum, Orationum, etc., cuilibet personae, statui, uel tempori congruos, iuxta usum Orientalis Ecclesiae,* Parisiis, 1647; editio altera expurgata et accuratior, Venetiis, 1730.

IOSEPHI MARIAE THOMASI, *Opera omnia, ad mss. codices recensuit notisque auxit* ANTONIVS FRANCISCVS VEZZOSI, *clericus regularis,* Romae, 1747, 7 uol. in 4°. Tanti operis descriptio breuis sequitur : Vol. I (1747), *Sacrorum Bibliorum ueteres tituli, sectiones, et stichometriae.* — Vol. 2 (1747), *Psalterium iuxta duplicem editionem* (pag. 1); *Benedictiones trium puerorum* (pag. 291); *Canticum Esaie, Annae, Exodi, Habacuc, Deuteronomii, Zachariae, Mariae, Deborae et Barac, Isaiae* cantica sex, *Canticum* siue *Oratio Hieremiae, Ionae, Azariae, Iudith, Esdrae; Hymnus Ambrosianus* necnon *Seraphicus, Angelicus* quoque, deinde *Trishagius* qui dicitur *Hymnus, Oratio Dominica, Symbolum Apostolorum* et *Nicaenum,* postea *Constantinopolitanum* et *symbolum quod ad Missarum solemnia dicitur,* tandem *Fides catholica* Athanasio adscripta. Sequitur (pag. 351) *Hymnarium de anni circulo,* (pag. 381) *de natalitiis Sanctorum,* (p. 404) *de Quotidianis,* (p. 435) *Orationale siue Orationes et preces ecclesiasticae iuxta antiquiores Ecclesiae Romanae Ritus.* — Vol. 3 (1748) habet *Psalterium cum canticis uersibus prisco more distinctum argumentis et orationibus uetustis Nouaque litterali explanatione breuissima dilucidatum* (pag. 1); *Cantica quae psallit Ecclesia Romana secundum utramque editionem et Veterem ex LXX Interpretibus et Vulgatam ex B. Hieronymo presbytero* (pag. 551 ad fin.). — Vol. 4 (1749), *Responsorialia et Antiphonaria Romanae*

Ecclesiae, accedit appendix uaria continens monumenta uetera ad antiphonas, responsoria, ecclesiasticosque cursus pertinentia. — Vol. 5 (1750), *Antiqui libri Missarum Romanae Ecclesiae i. e. Antiphonarius S. Gregorii papae, Comes ab Albino ex Caroli M. Imp. praecepto emendatus, una cum Aliis lectionariis et capitulare Euangeliorum.* — Vol. 6 (1751), *Codices Sacramentorum nongentis annis uetustiores nimirum : Libri III Sacramentorum Romanae Ecclesiae* (pag. 1); *Missale Gothicum, siue Gallicanum uetus* (pag. 231); *Missale* Francorum (pag. 341); *Missale Gallicanum uetus* (pag. 369) primum prodeunt. Venerabilis uiri IOSEPHI MARIAE S. R. E. CARDINALIS THOMASII opera omnia, quae simul collecta recudere iam IOSEPHVS BIANCHINI moliebatur, etsi non ultra tomum primum editionem prouexit. Hic autem tomus, Romae, MDCCXLI, exiit duas in partes tributus, in quarum priore eruditissimam Praefationem sequuntur : P. IOHANNIS PINII, *Tractatus de Liturgia Hispanica; Notitia Breuiarii Mozarabici; Ordo diuini officii Gothici Mozarabici excerptus, et in latinum conuersus ex hispanico libro de uita et gestis Francisci Ximenès S. R. E. Card. ab Eugenio Roblesio Toletano conscripto* (Toleti, 1604); *Libellus orationum Ecclesiasticorum officiorum Gothico-Hispanus.*

FRANCISCVS MARIA FLORENTINIVS Lucensis, medicus, cum multiplici doctrina clarus tum historica praesertim et sacra eruditione inter Italos aetatis suae insignis, immortalem famam consecutus est edito a duobus codicibus patriis hieronymiano martyrologio, eoque conlato cum caeteris codicibus, quotquot tunc reperiri potuerunt, perpetuoque adiecto commentario. Docto uolumini hunc titulum praefixit : *Vetustius Occidentalis Ecclesiae Martyrologium D. Hieronymo a Cassiodoro, Beda, Walfrido, Notkero, aliisque Scriptoribus tributum, quod nuncupandum esse Romanum a magno Gregorio descriptum, ab Adone laudatum, proximioribus saeculis praeteritum, et expetitum non leuiora argumenta suadent,* Lucae, 1668, in quo plura ad liturgiam spectantia renitent monumenta. De martyrologiis contractis necnon de plenioribus uidesis prolegomena Martyrologio Hieronymiano a Ioh. Bapt. de Rossi et Ludou. Duchesne praefixa (an. 1894). Sollerii tamen operis titulum enarrari decet. Ita est : *Martyrologium Vsuardi monachi ab additamentis expurgatum castigatum et quotidianis obseruationibus illustratum, subiunguntur Martyrologia Hieronymiana, necnon kalendaria antiqua,* Antuerpiae, 1715.

Tandem ad MABILLONIVM nostrum, Ordinis Benedictini decus aeternum, consequimur. Integer de Liturgia Gallicana disquisitionis titulus sic se habet : *De Liturgia Gallicana libri tres, in quibus ueteris missae, quae ante annos mille apud Gallos in usu erat, forma ritusque eruuntur ex antiquis monumentis, Lectionario Gallicano hactenus inedito et tribus Missalibus Thomasianisque integra referuntur. Accedit Disquisitio de cursu Gallicano, seu de diuinorum officiorum origine et progressu in Ecclesiis Gallicanis.* Parisiis, 1685. Eiusdem *Musaeum Italicum, siue collectio ueterum Scriptorum ex Bibliothecis Italicis, nempe Iter Italicum Litterarium, opuscula Patrum, Sacramentarium et Paenitentiale Gallicanum,* tom. I (1687); et tom. II *complectens antiquos Libros Rituales S. R. E.* i. e. Ordines Romanos quindecim, *cum commentario praeuio in Ordinem Romanum* (1689 et iterum 1724).

I. I. CIAMPINI sub. ann. 1690 et 1699 duo dedit uolumina notissima : *Vetera monimenta in quibus praecipue musiua opera, sacrarum profanarumque aedium structura, ac nonnulli antiqui ritus, dissertationibus iconibusque illustrantur.* Opus completum in quattuor uoluminibus, sed ultima duo adhuc desiderantur.

Maurinus alter de re praesertim liturgia optime meritus, EDMVNDVS MARTÈNE edidit — suadente Mabillonio nostro — libros quinque *De Antiquis monachorum Ritibus* (Lugduni, 1690) et decurrentibus annis 1700-1702 *De Antiquis Ecclesiae Ritibus,* dein *Tractatum de antiqua Ecclesiae disciplina in diuinis celebrandis officiis.* Hoc opus a scriptore locupletatum prodiit deinde Antuerpiae, ni malis Mediolani, tribus tomis in fol. Accessit tomus quartus ibid., 1738, fol. qui complectitur eiusdem libros *De antiquis Monachorum ritibus.* En collectanorum titulus : *De Antiquis Ecclesiae Ritibus libri tres. Ex uariis insigniorum Ecclesiarum Pontificalibus, Sacramentariis, Missalibus, Breuiariis, Ritualibus, siue Manualibus, Ordinariis seu Consuetudinariis cum manuscriptis tum editis ex diuersis conciliorum decretis, episcoporum statutis aliisque probatis auctoribus permultis collecti atque exornati. Accedunt* 1° *Tractatus de antiqua Ecclesiae Disciplina in Diuersis celebrandis Officiis;* 2° *De Monachorum Ritibus libri V denuo illustrati;* 3° *Manuscriptorum Opusculorum ad Monachorum Ritus Appendix.* Antuerpiae (tomi I, II, III), 1736; Milano (tomus IV), 1738.

Ad rem liturgicam spectat opus egregium PHILIPPI BVONAROTTI, Florentini : *Osservazioni sopra alcuni frammenti di vasi antichi, ornati di figure, trovati nei cimiteri di Roma,* Firenze, 1716.

Parisiis, an. 1716, *Liturgiarum Orientalium Collectio* prodiit, *opera et studio* EVSEBII RENAVDOTII *Parisini.*

Inlustris inlustri succedit. BOTTARI, *Sculture e pitture sagre estratte dei cimiteri di Roma, pubblicate gia dagli autori della Roma sotterranea ed ora nuovamente date in luce colle spiegazioni,* Roma, 1737, fol., tom. II, 1746; tom. III, 1754.

LVDOVICVS ANTONIVS MVRATORI, uir mirae eruditionis, rem liturgicam adgressus est in opere notissimo cui titulus : *Liturgia Romana uetus, Tria Sacramentaria complectens, Leonianum scilicet, Gelasianum, et antiquum Gregorianum, accedunt Missale Gothicum, Missale Francorum, duo Gallicana et duo omnium Vetustissimi Romanae Ecclesiae Rituales Libri,* Venetiis, 1748.

IOSEPHVS ALOYSIVS ASSEMANI, Maronita, opus liturgicum omni laude dignum edere coepit. *Codex liturgicus ecclesiae uniuersae, in XV libros distributus, in quo continentur libri rituales, missales, pontificales, officia, diptycha, etc., ecclesiarum Occidentis et Orientis. Sub auspiciis Benedicti XIV. Pont. Opt. Max. nunc primum prodit. Ad mss. Codd. Vaticanos, aliosque castigauit, recensuit. Latine uertit, praefationibus, commentariis et*

uariantibus lectionibus illustrauit, Romae, 1749-1766. Summarium totius operis in altero uolumine declarabo. Septem tantum recudit uolumina Assemanus: uolumen octauum ann. 1755 edidit Ioannes Morin necnon uolumina IX, X, XI, XII et XIII.

Antonivs Fr. Gori edidit *Thesaurum ueterum diptychorum consularium et ecclesiasticorum;* opus hoc postumum prodiit cura Passerii, Florentiae, 1759, folio, in tomis III. Alia parauit opuscula ut sunt: *Vetusta monumenta liturgica ad basilicam reconciliandam* et *Hagiologium Scae Florentinae Ecclesiae, siue lectiones antiquae Natali die Sanctorum Florentinorum in diuinis officiis recitari solitae in unum corpus collectae, et exscriptae ad fidem Codicum uetustorum cum adnotationibus.*

De collectionibus quibusdam amplioribus, heic pauca agenda sunt. Duae autem sunt, altera edi coepta, sed abrupta, atque imperfecta; altera promissa. Prior illa auctorem habet cl. I. A. Assemanvm. Qnid praestiturus necessario esset, scriptor explicauit in praemissa epistula: Codicem, inquit...... quindecim Libris...... repraesento, quorum I *de Catechumenis,* II *de Baptismo,* III *de Confirmatione,* IV *de Eucharistia,* V *de Paenitentia,* VI *de Extrema Vnctione,* VII *de Matrimonio,* VIII *de Minoribus Ordinibus,* IX *de Sacris Ordinibus,* X *de Religiosorum Initiatione, Benedictione et Consecratione,* XI *de Psalmodia,* XII *de Benedictionibus et Consecrationibus Episcopis reseruatis,* XIII *de Benedictionibus Sacerdotalibus,* XIV *de Suffragiis Defunctorum,* XV *de Sanctorum Canonizatione, Festis, Kalendariis, etc.* Quibus Libris omnes Ecclesiasticos Libros, quouis nomine insignitos, diuina officia, omnesque sacros ritus nedum antiquatos, sed et uigentes comprehendo. Noui equidem *Liturgiae* nomen per excellentiam quandam Sacrosancto Missae Sacrificio tribui; at illud in amplissima notione usurpo, qua ex suo etymo quodlibet seu officium, seu ministerium publicum sonat. Pontificales propterea, Rituales seu Sacerdotales, Missales, Caeremonialesque Libri Liturgici erunt, quemadmodum et Psalmodiae, seu Cursus, Kalendariorium etc. Codices, cum ministeria contineant, seu publica officia et quidem Sacra Ecclesiae uniuersae, uidelicet omnium Ecclesiarum tam Occidentis quam Orientis, et huius quidem ritus propriis linguis, ac characteribus in latinum sermonem fideliter conuersos e regione exhibet Codex noster. Hucusque u. cl. Assemanus.

Ipso illo anno 1749 quo Codicem Liturgicum Assemanus inchoauit, cl. P. Emmanuel de Azeuedo S. I. *Thesauri Liturgici* a se edendi programma plaudentibus eruditissimis uiris uulgauit. Placuit, inquit inter alia doctus ille Lusitanus, placuit, eum ordinem in ueteribus Libris digerendis sequi, qui eos cum nostris ueluti comparat ac componit, quos quidem esse numero quinque nemo ignorat *Missale, Breuiarium, Pontificale, Caeremoniale, Rituale.* Itaque primam operis partem facimus eam quae ad Missae sacrificium pertinet. Nos heic antiqua Sacramentaria, siue Libros Sacramentorum, siue Missales Libros collocamus primumque facimus *Leonianum* (subiacente luculenta Bianchinii dissertatione). Subdemus huic *Gelasianum,* tum *Gregorianum,* denique *Missam Illyrici,* quam dicunt perhiberi antiquissimam. II Tomus: hic singulares ueteres Libros, quorum usus erat in Missae Sacrificio, coniciemus, *Lectionaria, Antiphonaria etc.* Repraesentabimus *Comitem* siue Lectionarium S. Hieronymo tributum, Antiphonarium S. Gregorii, atque alia, quae Iacobus Pamelius edidit; uel quae apud Martène, caeterosque leguntur; nos uero ad uetustos Codd. Mss. emendauimus, ac suppleuimus. III Tomus, *Liturgiae praecipuae a Romana diuersae:* ac primum *Ambrosiana.* Addemus huic *Aquileiensem,* deinde *Hispanam, Gothicam, Isidorianam, Mozarabicam* aliasque attingemus. IV Tomus, *Antiquus cursus:* complectemur uero omnia, quae ad Ecclesiasticam psalmodiam spectant; *Ambrosianam* etiam, *Aquileiensem, Gallicanam* etc. V Tomus, *Ordines Romani.* Hanc primam partem Romani Caeremonialis uulgauit Mabillonius, quam nos multo ampliorem faciemus ope codicum antiquissimorum, nouasque obseruationes iam editis a uiro doctissimo addemus, ineditos aliquot *Ordines Romanos,* eosdemque antiquos uulgabimus. VI Tomus, *Rituum Ecclesiasticorum Libri.* VII Tomus, *Liber diurnus Romani Pontificis.* Hunc Holstenius edere coeperat, uulgauit uero noster Garnerius. Hunc uero ad fidem antiquissimi Codicis Ven. Monasterii S. Crucis in Ierusalem de Vrbe diligenter exactum repraesentabimus, atque insignibus monumentis locupletatum. VIII Tomus, *Pontificale Romanum.* Habebit hic Liber Anecdotorum monumentorum insignem appendicem adiunctam et quaecumque ad hoc argumentum spectare possunt. IX Tomus, *Rituale Romanum.* Hoc quoque Anecdotorum Appendice non exigua nec uulgari auctum dabimus. Omittimus *Caeremoniale Episcoporum* quod recentius opus est. X Tomus, *Libri Paenitentiales.* Erat haec pars quaedam antiqui *Ritualis.* XI Tomus, Ritus in Sacramentorum administratione olim adhibitos complectetur. Plurimos horum Libellos siue ordines operi suo *De antiquis ritibus* inseruit Edm. Martène. Nos eorum praecipuos iterum edemus summa fide ad manuscriptos codices exactos, quibus accedent noui nondum euulgati. XII Tomus, continebit *Ritus ad sacras Benedictiones et Ecclesiasticam disciplinam spectantes.* Horum etiam multos Martène in lucem produxit. Nos illos ita locupletabimus, ut nouum opus uideri possint. Ita *Thesaurus* hic Rituum nostra siue collectio uniuersa erit in duodecim tomos distributa; partes uero, seu uolumina plura complectetur. Nihil praeter uetera monumenta inseremus; quaecumque tamen ad ea interius cognoscenda, et siue ad antiquitatem, siue ad usum probe tenendum spectabit adicere, alienum ab inscito nostro non arbitramur. Itaque de singulis antiquissimis codicibus, quibus in hoc uniuerso opere adornando utemur, disseremus, eorumque antiquitatem inuestigabimus et characterum specimen proferemus, ad illustranda obscuriora loca dissertationes uel ab amicis, uel a nobis elucubratas adiciemus. Hactenus P. de Azeuedo.

Martinvs Gerbert, Abbas San Blasianus in Silua Nigra, edidit *Monumenta ueteris Liturgiae Alemannicae, ex antiquis manuscriptis codicibus,* 1777-79, et opus aliud cui titulus: *Scriptores Ecclesiastici de Musica sacra, potis-*

simum ex uariis Italiae, Galliae et Germaniae codicibus collecti, 1784. FRANCISCI ANTONII ZACCARIA, inter collectores, nomen adscribere fas est propter ea quae lib. II, cap. I *Bibliothecae* suae *Ritualis* scripsit : Si quando, inquit, Hittorpianum opus recudendum foret, pluribus augeri opusculis posset. En huius nouae editionis indiculum, asterisco iis libris adiecto, qui apud Hittorpium desiderantur. — * Nicetii Treuirensis Archiep., *De uigiliis seruorum Dei ac de bono Psalmodiae;* — Isidori Hispal., *De diuinis siue Ecclesiasticis officiis;* — * Flori diaconi, *Expositio in Canonem Missae;* — Amalarii Metensis, *De diuinis siue Ecclesiasticis officiis,* lib. IV, *De ordine Antiphonarii;* — item, * *Ecloga in Canonem Missae;* — * Isaaci Lingoniensis, *In Canonem Missae Epistola;* — * Remigii Autissiodorensis, *Expositio Missae;* — * Eldephonsi Hispani, *Reuelatio de pondere, quantitate et magnitudine hostiarum;* — Rhabani, *De clericorum institutione et caeremoniis Ecclesiasticis,* lib. III; — item, * *De sacris ordinibus, Sacramentis diuinis et uestimentis Sacerdotalibus;* — Walafridi Strabonis, *De officiis diuinis;* — * incerti auctoris, seu Pseudo-Alcuini, *De diuinis officiis,* liber; — * anonymorum duorum, quorum alter saeculo IX, alter sub saeculi X finem floruit, *Expositio Missae;* — * Ademari supplementum ad Amalarii opus *De diuinis officiis;* — * anonymi a Martenio editi, *Expositio Missae;* — Petri Damiani liber qui uocatur *Dominus uobiscum;* — item, * *Contra sedentes tempore diuini officii;* — *Micrologus ;* — * Brunonis Astensis, *De Sacramentis, Ecclesiae mysteriis, atque Ecclesiasticis ritibus,* opusculum; — Iuonis Carnotensis, Sermones XXII, *De Ecclesiasticis Sacramentis ac officiis etc.;* — Hildeberti, *De mysterio Missae,* carmen; — item, * Miscellanea *De Sacramentis, de utraque parte altaris, de tribus Missis in Natali Domini;* — Ruperti Tuitiensis, *De diuinis Officiis,* libri XII; — Hugonis de S. Victore, *Speculum de mysteriis Ecclesiae, de canone mystici libaminis, de caeremoniis, Sacramentis, et officiis Ecclesiasticis,* lib. III; — Petri Cluniacensis, *Nucleus de sacrificio Missae;* — * Drogonis Ostiensis, *De diuinis officiis et Horis canonicis;* — Honorii Augustodun., *Gemma animae;* — * anonymi qui saeculo XII floruit, *Expositio Missae,* ex Georgio; — * Iohannis Beleth, *Rationale diuinorum officiorum;* — * Iohannis Cornubiensis, *Summa, qualiter fiat Sacramentum altaris per uirtutem S. Crucis, et de septem Canonibus, uel ordinibus Missae;* — * Innocentii III, *De mysteriis Missae;* — * S. Bonauenturae, *Expositio Missae;* — * Gilberti Tornacensis, *De officio Episcopi et Ecclesiae caeremoniis;* — * Gulielmi Durantis, *Rationale diuinorum officiorum;* — Radulphi de Riuo, *Calendarium ecclesiasticum, seu de canonum obseruantia propositiones* XXIII; — incerti sed ueteris Scriptoris, *Expositio breuis Missae.* Appendix addi poterit Scriptorum quorumdam, qui Graecam Liturgiam aut Latinas, aut a Romana diuersas illustrarunt. Huiusmodi sunt : S. Maximus, qui *Mystagogiam* siue *Liturgiae expositionem* scripsit; — S. Iohannes Maro, auctor *Expositionis in missam Hierosolymitanam* ab Assemano uulgatae; — Germanus Iunior CPolit. cuius exstat *Rerum Ecclesiasticarum Theoria, siue expositio in Liturgiam;* — Nicolaus Cabasilas, a quo *Liturgiae expositionem* accepimus; — Simeon Thessalonicensis, *De diuino templo, de eius mysteriis, de sacris eorum uestibus, de sacro-sancta Mystagogia, siue Missa;* — Paullus et Gebehardus Canonici Ratisponenses, quorum uulgatae sunt epistulae tres *De ritu Ambrosiano;* — Beroldus scripsit *ordinem et caeremonias Ecclesiae Ambrosianae* circa annum MLXXX. Editus est a Muratorio (dissert. LVII), inter *Antiquitates Italicas;* — S. Germanus Parisiensis episcopus in *Expositione Missae Gallicanae.*

Currente calamo, nomina et opera uu. cll. referamus. Hi sunt : I. B. LVDOVICVS GEORGIVS SEROVX D'AGINCOVRT, *Histoire de l'Art par les monuments, depuis sa décadence au Ve siècle, jusqu'à son renouvellement au XVe siècle,* Paris, 1810-1823. — FRITZ MVNTER in Dania insula edidit : *Symbola ueteris Ecclesiae, artis operibus expressa,* 1819, et iterum : *Sinnbilder und Kunstvorstellungen der altenchristen,* 1825. — GARDELLINI, *Decreta authentica congregationis sacrorum rituum ex actis eiusdem collecta,* 1808 et seqq. — BJORN, Danus, *Hymni ueterum poetarum christianorum Ecclesiae latinae selecti,* 1818. — NEALE, *Tetralogiam,* aliaque liturgica edidit circa ann. 1849 et seqq. — ADALBERTVS DANIEL, *Codex Liturgicus,* 1853. — BVNSEN, *Analecta Ante-Nicaena* collegit, uol. III. *Reliquiae liturgicae,* 1854. — Non pauca uel ignobilia edidit monumenta e uariis libris desumpta I. P. Migne in collectaneis suis quae *Latina Graecaue Patrologia* dicuntur. — DENZINGER, *Ritus orientalium edidit illustrauitque,* 1864. — Opera recentiora alibi cum omni cura declarabimus scil. in Bibliotheca nostra Liturgica mox edenda. Ibi uidesis descriptionem prolixam librorum a uu. cll. CERIANI, BRIGHTMAN, SWAINSON, HAMMOND, BICKELL, WARREN, NILLES, MARCHI, GARRVCCI, MOCQVEREAV aliisque de re liturgica optime meritis editorum. Sed de his satis.

Post tot et tantos labores opus nouum suscepimus. Sed, ad quod bonum! Ratio operis responsa refert. De quo pauca, quae necessaria censemus, praefabimur. Non angustum eruditionis Ecclesiasticae campum studiosae genti sacra Liturgia exhibet, quae de Ritibus adhibitis ad publicum Dei cultum, in ministrandis diuinis Sacramentis, atque in aliis Catholicae Religionis Officiis agit. Per uarias orbis regiones, Aegyptum, Syriam, Arabiam, Peloponesum, Palaestinam, Mesopotamiam, Moesiam, Galliam, Hispaniam, Britanniam, Italiam longe lateque tertio decurrente saeculo a Christo, Ecclesia diffunditur. Occidentales porro Ecclesiae, quarum Liturgias damus, sunt Romana, omnium Mater, Caput et Magistra; Gallicana uetus; Hispanica, seu Mozarabica; Mediolanensis, seu Ambrosiana; singularesque aliae. Orientales autem quinque numeramus respondentes totidem Nationibus, quae Asiam, Africam, ac partem Europae colunt, et Constantinopolitano, Alexandrino, Antiocheno, ac Hierosolymitano Patriarchis subsunt, Graecorum nimirum, Aegyptiorum et Abyssinorum, Armenorum, Chaldaeorum, Nestorianorum, ac Malabarum, Syrorum Orthodoxorum et Heterodoxorum. Cum scilicet olim plerique fontes liturgici historiciue exteri, linguis alienis uix aut ne uix quidem in Europa cognitis, librariaque Orientali cum supellectile in puteis, speluncis et latebris abdita, clausi pene essent, non potuerunt decessores nostri de multis dicere

rebus, quarum quidem notitia ad eos non deuenerat. Verum cum nihil sit occultum quod suo tempore non reueletur, fieri non potest ut antiquitatis arcana paulatim non ueniant in lucem; adeoque, quemadmodum Euphratis, Tigris Nilique lapidea et lateritia monumenta non deteguntur tantum sed et leguntur, et percipiuntur, et melius forte explicantur quam bis mille abhinc annis, sic nulla gens, quae olim in Christo credidit, tam peregrina lingua unquam usa est, ut hoc aeuo ecclesiastici eius codices non quaerantur, non colligantur, non declarentur. Quot scilicet publicis locis iam exstant libri, manu exarati aut typis impressi, quibus res ecclesiasticae Syriae, Arabiae, Aegypti, Armeniae, Iberiae, Scotiae, Walliae et Hiberniae patrio sermone continentur? Hos a nobis neglegi non posse iam pridem perspeximus; sed, quantum aut per nostrum ingenium aut per alienam operam licet, delibandi sunt saltem, si non omnino in usum nostrum conuertere possimus. Haec de liturgiarum fontibus, nunc de earum aetate. Alii multa uoluerunt saecula complecti : nobis non ultra octauum nonumque inchoatum a Christo saeculum uisum est procedere. Is ueteris aeui et rei liturgicae Latinae uerus limes est; quam facile autem, sit ut plurimum, Christianas liturgias octo prioribus a Christo saeculis positas ab iis, quae ad sequiora tempora pertinent, discernere, toto operis nostri cursu clarissimum fiet. Multo maior in his liturgiis digerendis ac per classes distribuendis nobis se obiecit difficultas. Vetus Pameliana classium descriptio, quam Orientalibus quoque liturgiis Iosephus Aloysius Assemani, dilatato uero argumento, accommodauit, huic liturgiarum operi minime apta nobis uisa semper est. Saporem aliquem apologeticum polemicumue obtinet, ut Pamelius loquitur : illud uero operae pretium est, inquit, uelis remisque (quod aiunt) in contrarium niti, et certis argumentis demonstrare : Missam non nuperam, non a Papistis, uti calumniantur, confictam, non a D. Gregorio papa primum adinuentam esse, sed a Christo institutam, ab Apostolis usitatam, a primitiuae Ecclesiae Patribus, primis illis sex a Christo incarnato saeculis, certis quibusdam caeremoniis ac precibus auctam. Non aliter u. cl. de Sainctes de Sacrificio pugnans, Muratori *Liturgiam Romanam* edens qui, ita uerba fecit, et ipsam cum aliarum gentium Liturgiis contulit, ad confirmandam prae ceteris Catholicae Ecclesiae de Eucharistia doctrinam, tandem, u. cl. Pfaff, lutheranus scribens : Ad theologiam polemicam solidius tractandam hoc studium uel maxime pertinet.

His moribus, superiori memoria, seruatis commoti, uix tamen ad uastum illum laborem subeundum, ut eramus perspicaces, nos adduci potuimus rati, id quod docuit euentus, rem esse aleae ac difficultatis plenam, cuius, si minus ea succederet, incauta et imprudens molitio nobis probro uerteretur; si bene, inuidia forte in nos redundaret. Ad haec recurrebant animo ueteres controuersiae ac rixae, quae ex Liturgiae sacrae iure et unitate iden tidem in Ecclesia excitatae fuerant, uerebamurque, ne, dum Ecclesiae hac desudatione consulere optaremus, nouarum altercationum semina inde orirentur, uti experientia non semel probatum est. Verum has aliasque difficultates prorsus discussit ac remouit summa dignatio amicorum et Maecenatum nostrorum. Haec sunt, quae te scire uolui, b. l., ut recte iudices hunc librum, e prelo surgentem tanquam εἰρηνοποιόν. Sequitur, ut dicamus, quam Liturgiis partitionem simus adhibituri. Cuius fundamentum in geographica distributione situm esse debere iam insinuauimus. Suos igitur singuli patriarchiae, dioeceses, oratoria, ritus habeant liturgicos; Romana ante caeteras omnes ecclesia ingentes suas opes ostentet. Hae sunt igitur diuisiones : Prouinciae Europae Graecae, Illyrici et Dalmatiae partes; — Asia Minor Bithyniam, Pontum, Galatiam, Phrygiam, Cappadociam, Pamphyliam, Lyciam, Ciliciam complectens; — Syria cum Palaestina; — Asia anterior in qua Armeni, Syrii, Chaldaei, Parthi et Medi uitam degunt; — Arabia, — Aegyptus cum Abyssinia Aethiopiaque, — Africa, — Hispania, — Galliae, — Insulae Britonum, — Germania cum finitimis partibus, — felicia tandem Italiae arua — et Vrbs ipsa.

Exponamus nunc rationem eorum quae sumus hoc opere complexi. Vt munus nostrum impleamus et publicae de nobis exspectationi pro uirili parte respondeamus, collectanea nostra in duas partes partiemur. Prior pars exhibebit omnia genuina Liturgiae monumenta, altera uero artis criticae speculum praebebit. Sane uiri docti permulti de diuinis Ecclesiae officiis uberrimos reliquerunt commentarios, ac ritus caeremoniasque operosissimis scriptis illustrauerunt. At uero ea quae omnibus scitu necessaria uidentur, per tot argumenta librosque diuersos dispersa sunt, ut non tam illuminent quam distrahant mentem. Ecclesiasticorum ergo rituum expositiones in priore parte ne proferamus, sed Libros ipsos Liturgiarum, publicas scilicet uniuersae Ecclesiae cum aliis plane diuersi generis non immixtas, nec longis tractationibus insertas, aut interruptas, neque subiectis adnotationibus aut commentationibus adauctas tabulas, seu monumenta illa, quae ad usum praedictarum Ecclesiarum conscripta publicam quodammodo auctoritatem, non priuati Scriptoris offerunt, seposuimus; eaque, ceteris dimissis, simul collegimus edita ab aliis, et Mss. quae reperire licuit, et in unum corpus composuimus. Nihil praeter uetera monumenta inferemus; quaecumque tamen ad ea interius cognoscenda, et siue ad antiquitatem, siue ad usum probe tenendum spectabit adiicere, alienum ab instituto nostro non arbitramur. Cum uero, quo haec collectio siue corrigatur siue illustratur commentariis, manuscriptis aliisque subsidiis uariis in itineribus expenderimus quotquot inuenire licuerit, pars altera emerget. Porro horum uoluminum comparatio et usus non ita facilis est, cum aliis de causis multis tum potissimum ob rei familiaris angustias, quibus plurimi ab his rarioribus carioribusque libris prohibentur, ac detinentur, denique multis non datum est opus aggredi longum, perplexum ac plurimum otii.

IN hoc, quem nunc edimus, libro, et cui titulus « *Relliquiae Liturgicae uetustissimae* » inscribitur, quidquid ad ueterem liturgiam pertinet, cum per Patrum scripta et hagiographica et conciliaria et epigraphica monumenta,

tum per ueteres liturgicos libros, ab Ecclesia catholica condita ad nonum saeculum, sparsum, in unum cogere adgressi sumus.

Primus hic liber, quae a Domino nostro Iesu Christo ad pacem anno trecentesimo tertio et decimo Ecclesiae datam, sunt lapsa, tempora complectitur. Nobis autem horum unitatem liturgicam temporum intuentibus, — fragmenta quaedam uero, discrimine facto, disposuimus, — ut in documentis ipsis quibus continentur, nobis occurrebant. Haec enim ratio « obiectiuae » historiae, quam scribere studuimus, aptissime conuenit. Indicibus plurimis iuuantibus, huius rationis incommoda praeuertere et quaque libri parte uti, cuique erit in promptu. Tempora uero postera, quae ab anno trecentesimo tertio et decimo ad nonum saeculum iniens sunt lapsa, separatim digerentur prout Latinae uel Graeco-Orientalium ecclesiarum erunt, scilicet quod ad Latinam Ecclesiam attinet, a Constantino ad Carolum Magnum, quod autem ad Graecam spectat, ab Eusebio ad Photium uersabitur. Haec uero pars est solummodo, ut ita dicam, totius operis prooemium distribute digestum : Relliquiae liturgicae ex Test. Nouo, necnon Patristicae, Epigraphicae, Disciplinariae siue Canonum et Conciliorum, Hagiographicae, Apocryphorum librorum, Haereticorum, Iudaeorum et Iudaizantium, Paganorum, Scriptorum Pseudepigraphorum, Haeresiologorum auctorum; sequuntur Relliquiae liturgicorum librorum tam Orientis quam Occidentis quotquot ad genuinum textum reuocari potuerunt. 1° Librorum sacrorum omnium fragmenta siue uersiones uetustissimae, latinae scilicet, graecae, Peschitto etc., e scriptis Alexandrinorum, Adamantini, Patrum aliorum scriptorumque ecclesiasticorum excerptae et per ordinem collectae. 2° Psalterium latinum et graecum patrum antenicaenorum. 3° Liturgia diui Clementis e libr. VIII Const. Apost. desumpta. 4° Excerpta e liturgiis Alexandrinae Ecclesiae, necnon Marci et Iacobi. 5° Fragmenta uaria antenicaena ex libris liturgicis a Goar, Muratori, Mai, etc., editis, aliisque S. R. E. codicibus sacris desumpta. 6° Liber Diatessaron Tatiani. 7° Libri liturgici olim recepti, u. gr. Clementis ad Corinthios epistula, pseudo-Barnabae tractatus, Hermae Pastor. 8° Actorum martyrum monumenta sincera ut in synaxi legebantur. 9° Liber hymnorum. 10° Liber exorcistae. 11° Liber praeparationis ad martyrium. 12° Symbolicon seu enchiridion regularum fidei. 13° Liber Ritualis uetus. 14° Catalogi martyrum siue Kalendaria uetustissima. 15° Catalogi episcoporum et diptycha. 16° Liber homiliarum praedicationis antenicaena plura monumenta complectens. 17° Rei symbolicae antenicaenae repertorium. 18° Picturarum, lapidum sculptorum, gemmarum, aediumque sacrarum tam romanarum quam exterarum recensio et breuis descriptio. 19° Laterculi ex martyrologio hieronymiano. 20° Eruditio liturgica Patrum postnicaenorum, et alia parui momenti fragmenta.

Bibliorum sacrorum Latinae uersiones antehieronymianae post Sabaterium nostrum nouis curis renouatae sunt. Tanti operis materia noua de die in diem pullulat, sed codices eos, qui uulgati sunt, quorum in libris Vet. Testamenti summa conspicitur penuria, comparare immensi laboris est. Nam qui has relliquias ediderunt plerique splendidissima uolumina inhumano pretio exposita denegari magis quam communicari doctis hominibus uoluisse uidentur.

In monumenta technica peruehimur. Pro latino idiomate quattuor sectiones distribuimus, quae sunt : 1° Liturgia Mozarabica uetus; 2° Liturgia Gallicana uetus, additis Celticis monumentis; 3° Liturgia Mediolanensis uetus; 4° Liturgia Romana uetus. Heic sectiones has summatim declarabimus, excepta tamen Gallicana ut propositi nostri aliquam rationem uidere possis. A Missale Gothicum, B Missale Francorum, C Missale Gallicanum uetus, D Sacramentarium Bobbiense, E Sacramentarium Gellonense. Sacram. aliud in Bibl. nation. sub num. 816 asseruatum; tandem Sacram. Sci. Petri de « Aurillac », F Lectionarium Gallicanum, G Lectionaria rescripta antiquissima, H Missae rescriptae codicis Reichenauiensis, J Liturgia Sangallensis, K Psalterium Gallicanum ineditum, L Expositio missae Sancti Germani, M Ordines gallicani, N Praefatio missae Priscillianea, O Inuitatoria, Collecta in Charta uolutata Rauennensis; α Liber Antiphonarius Benchoriensis, β Missale Stowense, γ Liber Dimmensis, δ Liber Mullinghensis, ε Liber Armaghensis, ζ Codd. Sangallensis et Basileensis. η Liber Hymnorum, θ Libri Drummonis, Corporis et Rosslyni, κ Cod. Colbert-Paris. 2333, λ Liber Deerensis, μ Fragmenta Missarum SS. Germani, Dauidis et Teilaonis, ν Missale Vesontionense; P Fragmentum Cantabrigense Swetii aliaque non pauca.

Pro quacumque regione addendus est textus Sacrarum Scripturarum siue Africanus, siue Europaeus, siue Italus, necnon exemplaria correcta a Victore Capuano, a Cassiodoro, ab Alcuino, praesertim a Theodulfio Aurelianensi Episcopo. Denique non omittere fas est tractatus Patrum et Scriptorum ad rem liturgicam spectantes. Hi sunt : *De Mysteriis* Hilarii, *De Sacramentis* pseudo-Ambrosii, *Hymni* Prudentii, *Decretum* Innocentii ad Decentium Eugubinum, necnon : Fortunati opera metrica, Isidori Hispalensis, Alcuini, Amalarii Metensis, Agobardi, Walafridi, Rabani Mauri tractatus didactici, et multi alii quorum nomina, breuitatis causa, omittimus.

Tempus est ut Orientalium molem adgrediamur. Post Relliquias ab Eusebio ad Photium usque uersantes, post Alexandrinas, Aquilanas, Theodotianas, Symmachinas, Hexaplas, Lucianas atque Hesychianas uersiones seu recensiones Liturgiae fere innumerabiles recensuimus quarum album heic transcribere decreuimus. Libros daturos nos esse speramus : Typicum, Euchologion, Menologia, Synaxaria, Horologion, Euangelium et Praxapostolum atque Lectionum librum, Psalterium, Triodion et Pentecostarion, Paracleticon, Octoechum, Anthologion seu Florilegium, Hirmologion et Panegericon. Circa Scripturas sacras, eodem ordine quo supra pro latinis, pro graecis cura gerenda est. Iisdem cultibus Syri, Armenii, Aethiopes aliique gaudent. Versiones Aegyptiacae uel copticae, i. e. sahidica, memphica et bashmarica; Aethiopica, Armeniaca, Georgica, Syriaca tandem surgunt. Ephraemi, Romani, Andreae Cretensis et aliorum plurimorum opera recudenda sunt.

Haereticorum Nestorianorum, Monophysitarum, Iacobitarum aliorumque Liturgiae cum monumentis orthodoxorum non sunt miscendae, sub eadem methodo tamen sunt recudendae.

Partis prioris sectio ultima martyrologia aliaque ad ea spectantia complectitur. Caput est Martyrologium Hieronymianum, uenit postea compilatio Bedae dicta, dein codices contracti maryrologii hieronymiani, kalendaria.

Tradituri eramus, appendicis in modum, Relliquias Liturgicas, quas nobis Bollandistarum collectanea necnon et ea quae, Assemani, Cureton, Bedjan aliique non pauci illis adiunxerunt, legentibus praebuerant Vitae Sanctorum qui intra octo saecula prima uitam duxerunt. Sed nonnullis, hoc de proposito, perspectis documentis, susceptum deposuimus opus, utpote quod nihil nisi parui momenti Liturgiae uideretur offerre. Quonam enim modo primorum temporum institutiones ista possent illustrare, cum fere omnia post sextum, septimum, octauum etiam saeculum scripta fuerint? Orationum formulae minore etiam pondere apud nos sunt. Quae documenta etsi quaedam haud spernenda inducia sequentibus libris praebere ualent, ab his qui tractant de temporibus ante Nicaenum concilium uel ante Carolum Magnum seu Photium Constantinopolitanum, prorsus amouentur. Passiones uero et Acta Martyrum dubiae uel nullius fidei, a sinceris Actis secreta sunt, quorum quidque paucis sed expressis uerbis est diudicatum. Scripta autem, Patrum sub nomine immerito tradita, ut Pseudo-Areopagitae opera, quaeque pro suo tempore, in idoneis libris edentur. Breues operis complexiones, quas in margine reperies, ex industria non satis expressis uocabulis scripsimus, ne de scriptis ipsis praematurius conicere uideremur. Istorum enim partes praecipuas accurate uix notare possunt nisi summario quodam scriptis ipsis longiore. Vocabulo « formula » quod saepius usurpamus, notantur scripta quae recordationem quandam uerborum ex Liturgia, tunc uigente, excerptorum, continere uidentur. Quae sint, exempli gratia :

Math., XXVI, 41.	Math., VI, 13.
γρηγορεῖτε καὶ προσεύχεσθε ἵνα μὴ εἰσέλθητε εἰς πειρασμόν.	καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν.
Polycarpi epistul., VI, 2.	Ib., VI, 12.
Εἰ οὖν δεόμεθα τοῦ κυρίου, ἵνα ἡμῖν ἀφῇ, ὀφείλομεν καὶ ἡμεῖς ἀφιέναι.	καὶ ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφήκαμεν.
Ib., VII, 2.	Ib., VI, 13.
αἰτούμενοι τὸν παντεπόπτην θεὸν μὴ εἰσενεγκεῖν ἡμᾶς εἰς πειρασμόν.	καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν.

Charactere dissimili adhibito, formulae omnes liturgicae e textu emergunt.

Ad alteram partem quod attinet, non tantum Indices singulos singulis tomis, et quidem uberrimos, quorum commoda et utilitates nemo non nouit, subicere curauimus, uerum etiam commentationes, pro suo ordine, ita contexuimus, ut uno conspectu tota Ecclesiae Liturgia de quouis argumento facilius indagari possit. Quod attinet ad ordinem a nobis in hac parte institutum, eius rationem reddere non admodum operosum fuerit. Nam totius illius ordinis tenor adeo naturalis et genuinus uidetur ut sufficiat ad eum probandum nuda eius expositio.

1° *Orbis Liturgicus* in geographico ordine digestus, quo exhibentur Ecclesiae, Praesules, Hierarchiae ordines omnes, fideles siue laici nominatim uel summatim pro casu, necnon aedes, picturae, uasa, consuetudines, aliaque singularum Ecclesiarum munera.

2° *Glossarium Liturgicum* ad Scriptores Antiquitatis Christianae in quo Latina necnon Graeca uocabula, Barbara, Ecclesiastica, Liturgica, Epigraphica etc. exponuntur et elucidantur, eorum originationes et notiones reteguntur. Elucubrationis consilium paucis uerbis uiri summi Hippolyti Taine uidesis : « De tout petits faits bien choisis, importants, significatifs, complètement circonstanciés, minutieusement notés. » De opere nostro scientiae philologiae proximo quid melius dicendum.

3° *Lexicon Liturgicum* in quo Ecclesiae Graecae et Latinae ritus explicantur necnon plura ad eos spectantia, uestes, libri, festiuitates, cantus, consuetudines et quidquid ad Liturgiam spectat prolixis dissertationibus exponitur. Opus musiuum in quo elucubrationibus summorum uirorum Aringhi, Bianchini, Boldetti, Bosio, Cauedoni, Borghesi, Marini, Renier, Le Blant, I. B. de Rossi, Gori, Maffei, Pitra nostri, aliorumque Monumenta melius illustrantur.

4° *Annales Liturgici* in quibus non modo rei liturgicae sed etiam ecclesiasticae historiae non minima pars continetur.

Subeunt Appendices tres quarum prima librorum omnium tam manuscriptorum (I) quam editorum (II) mentionem facit. De antiquissimis autem codicibus, quibus in uniuerso opere liturgico adornando utemur, descriptionem proferemus eorumque antiquitatem inuestigabimus. De editis libris uidebitur infra. Appendix secunda tabulas complectitur geographicas, topographicas et itineraria piarum peregrinarum. Tertia uero artificum opera exhibens, scil. fabricas, opera tectoria, imagines sculptas, et musicam. Sic loca, personae, uerba, res, tempora, explicantur; forsan et hoc opus maius uidebitur, sed :

Sentit uim quisque suam, quam possit abuti.

Praemonemus tamen, hac, quam praemisimus, diuisione nos non ita fidem nostram obligasse studiosis sacrorum Rituum, ut si, opere incepto (quod fieri facile potest, et procul dubio fiet), noua aliorum monumentorum accedat copia, aut quid forte eueniat, quod aliter lectorum commodo consulere suadeat, licitum non arbitremur nobis, aut Librorum molem augere, aut propositam tomorum partitionem commutare.

Haec erant quae praefari oportebat. Nunc, lectores optimi, primitiis nostris, fratrumque nostrorum monachorum Monasterii Imperialis Sancti Michaelis de Farnborough in Anglia, si ea Christianis litteris profutura arbitramini, fauete, quae castiganda ac perficienda existimastis, absque aemulatione proponetis.

Fr. Ferdinandvs CABROL M. B.
Fr. Henricvs LECLERCQ M. B.

Reliquum est ut in grati animi obsequium praecipuos horum studiorum fautores commemorem. Maximas habeo gratias Christophoro, *abbati Sanctae Magdalenae, Massiliae,* quod quaedam ab Em. Pitra nuper scripta, ex quibus non paruum comparaui commodum, mihi tradidit necnon et R.R. Carthvsianis Patribvs e « *Parkminster* » in comitatu « *Sussex* », qui bibliothecae suae mihi praebuerunt opes. In bibliotheca Nationali, ubi dum Parisiis uersabar, non pauca exscripsi, collegi, contuli, semper codices mihi ad arbitrium suppeditati sunt humanitate ornatissimorum custodum praesertimque uiri cl. Car. de la Roncière. Quid uero eloquar de optimo ac inscrutabilis scientiae uiro. Pavlo Cagin, Solesmensi monacho, quem ignorat nemo qui liturgicas res excoluit? Iniquus sim nisi Lvdovicvm Delamarre, presbyterum, non minus comitate quam eruditione iucundum, bonis officiis mecum fuisse deuinctum non profitear. Praeter eos, nomine saltem recolere iuuat, cll. uu. Petrvm de Pvniet et Franciscvm Cvmont optimos, benignissimos, qui celebrandi mihi potissimum sunt. — Illi uero, cui primo huius operis et suscipiendi et perficiendi fuit consilium, debitum honorem reddere debeo Ferd. Cabrol; nec immerito multas a me gratias accipiet, cum eo duce ac magistro, dum operi incumbebam, ut olim amico et adiutore et salutis meae restitutore, dum acerbissimum capiebam dolorem, omnibus temporibus familiariter sim usus.

Fr. H. L.

Scribebam Farnburgi, in festo Apparitionis Michaelis Archangeli,

anno R. S. M.D.C.C.C.C.

DE LITVRGIIS ANTENICAENIS

INTER SE CONLATIS

Adgressuro intricatissimam quaestionem multa sane occurrunt, quae a scribendo deterreant, multa quae ad scribendum impellant. Deterret imprimis illa copia editorum librorum, atque etiam recentissimorum, Probstii scilicet et Warrenii aliorumque uirorum illustrium, qui sunt, ut apparet, rei liturgicae duces et lumina.

I

DE REI LITVRGICAE IN SYNAGOGIS ECCLESIAQVE ANALOGIA

Vt adimpleret, non ut solueret, uenit Christus in mundum; propria eius refero uerba quibus Synagogam inter et Ecclesiam palam ostendebat uinculum, quod est uinculum perfectionis; itaque ad theologos aeque ac eruditos axioma illud apostolicum attinet, ubi de suis loquens fratribus Christus dixit : Omnia in figuris contingebant illis. Plura sane ad haec competunt quae propositum meum refugiunt; pugnent theologi, belle, nexum tamen utriusque Testamenti seruent, studiorum liturgicorum profectu gratia. In alio uolumine — si Deus dederit — postmodum *Monumentis* nostris praemittendum uelut προπύλαιον, de Synagogae ueteris cultu compendiose declarabo, heic uero perpauca.

Synagogarum ritus, in multis conueniunt cum ritibus Hierosolymitani templi, excepto tamen sacrificio quod quidem offerre alibi quam in templo fas non erat; cetera religionis exercitia, preces scilicet et lectiones nulli loco adstricta erant. Synagogae, a diebus regum Asmonaeorum, etiam in terra patria, pullularunt (1); nam in regionibus exteris multo antiquiores fuerunt (2). Ad formam templi Hierosolymitani ita dispositae erant ut atrium cum porticibus haberent (3); in medio atrii sacrarium est quattuor columnis innixum, ubi loco nonnihil

(1) Quum super flumina Babylonis sederent Iudaei, domesticos conuentus agere coeperunt, praesertim apud prophetas, Ezech., xiv, 1; xx, 1. Post exilium nulla reperies circa synagogas notatu digna ante tempus Antiochi regis. Vide Winer. *Lexicon*, II, 548; — Schvrer. *Geschichte des Iudischen Volkes in Zeitalter Iesu Christi*, ed. 3 (1898), 1[us] et 2[us] utor. — (2) De synagogis *Diasporae* et statu legali earum in orbe Romano uide Fovcart. *Des associations religieuses chez les Grecs*, 1874; — Boissier. *La Religion Romaine d'Auguste aux Antonins,* tom. II. In urbe Alexandria uid. Philo. *In Flacc.*, 8, 10; — Iosephvs. *Bell. Iud.,* VIII, x, 1; — *Ant. Iud.*, XIV, vii, 2; XIX, v, 2; cum Th. Mommsenii commentario in *Römische Geschichte* sua, t. V, p. 517, n. 1; de synagoga alexandrina Διαπλεύστον dicta uid. Talm. Hier., tr. *Sukka*, V, 1; — Talm. Babyl., tr. *Sukka*, 51 *b*. — In urbe Roma quattuor erant synagogae. Vid. *C. I. G.,* 6447, 9902, 9903, 9904 (συναγωγή Ελαίας cum commentario u. cl. I. B. de Rossi in *Bull. di arch. crist.*, V [1867], p. 16; — S. Reinach in *Bull. de Correspondance hellénique*, X [1886], p. 329), 9905, 9906, 9907, 9909; — Orelli. *Inscr. lat. select. ampliss. coll.*, n. 2522 (cf. *Codex Theodosianus* [ed. Haenel], XVI, viii, 4); — Garrvcci. *Cimitero degli antichi Ebrei*, 1862, p. 38-40; — Idem. *Dissert. archeol.,* II, p. 161, 162, 163, 185; — Ed. Le Blant. *Académie des Inscriptions*, séance du 9 avril 1884; — Schvrer. *op. cit.* (2[a] ed.), p. 504 et seqq., 516 et seqq.; — Idem, *Gemeindeverfassung der Iuden in Rom in der Kaiserzeit,* 1879, p. 17, n. 33; cf. quoque Act. Apost., vii, 9; xxviii, 15. — In Cypro insula. Vid. Phil. *Legat. ad Caium.* 36; — Fl. Ios. *Ant. Iud.*, XIII, x, 4. — In Graeciae partibus et in Asia minore. Vid. Pauli itinera, Act., xiii, 14, 46; xiv, 1, etc. In urbibus aliquibus etiam minoribus. *C.I.G.*, 5361; cf. *Carm. Sib.*, III, 271; — I Macch., xv, 16-24; Act. Ap., ii, 9-11; xviii, 2; — Phil. *Leg.*, § 33-36 (ed. Mangey, II, 582-587); — Fl. Ios. *Ant.*, XIV, x; XVI, vi; *Bell. Iud.*, VII, iii, 3; — Εἰς πᾶσαν πόλιν ἤδη παρεληλυθει,... Strabo apud Fl. Ios. *Ant.*, XIV, vii, 2. — Hierosolymis. Vid. Act., vi, 9; — Talm. Hier., tr. *Megilla*, f. 73 *d* (ubi synagogae numero 480 in urbe sacra fuisse dicitur): — cf. Midrasch, tr. *Eka*, 52 *b*, 70 *d*; — Winer. *o. c.*, II, 548; — Renan. *Origines du Christianisme,* uid. *Index général* sub uoc. *Synagogues;* — Falsam uetustatem pro synagogis uindicarunt : Targ. Onkelos in *Gen.*, xxv, 27; — Targ. Ionathan in *Iudic.*, v, 9 et in *Isai*, i, 13; sed de his somniis uid. Vitringa. *De Synagoga ueteri*, Leucopetrae 1723, pp. 271-315; de uoc. מוֹעֲדֵי אֵל in *Psalm.* lxxiv, 8, uid. Vitringa. *o. c.*, pp. 396-405; de Wette. *Psalm.* in h. l.; Ewald. *Poet. Büch.*, II, 358. — (3) Circa fabricam et supellectilem

eleuato, liber Legis inuolutus quiescit (1). Iudaei in locis ubi synagogas, propter penuriam, paucitatem aliamue causam habere non poterant, oratoria habebant, quae a Graecis προσευχαί dicebantur (2).

Liturgiae Hebraeorum, quo tempore relligio nostra exordium cepit, fontes haud reperiuntur. Saeculo tamen sequenti *Mischnam* habes, in quo perantiqua nonnulla fluitant fragmenta (3); dein *Tosipham* reperies, pluribus abhinc annis in lucem prolatam; libri tandem qui *Ghemara* dicuntur, Hierosolymitana altera, altera Babilonica, saeculis IV et V respectiue occurrunt.

Structura et ratio synagogarum non paulum ualuit ad eligendam formam antiquarum ecclesiarum. Testes si appellaueris, praesto aderunt non tantum libri nonnulli sed et monumentorum omnis generis agmina, tota, pene dicam, priscae Ecclesiae supellex. Quae ut paucis praestringam unam proferam tabellam :

LITVRGIAE		FONTES	
CAPITA	EXERCITIA	PRO SYNAGOGA	PRO ECCLESIA
De locis.	Aedes ubi congregantur fratres, dicitur : Voc. : *Synagoga* pro Iudaeorum Christianorumque conuentu sumitur.	Σαββατεῖον. FL. IOS. *Ant. Iud.*, XVI, VI, 2. Συναγωγή repetit 125ies pro עֵדָה *coetus statutus*, et repet. 25ies pro קָהָל *coetus conuocatus*, apud LXX interpretes.	ἐν τῷ κυριακῷ. CONC. ANCYR., can. I. — οἶκος κυριακός. CLEM. AL. *Strom.*, III, 18. εἰς συναγωγὴν ὑμῶν. IAC., II, 2. — τὴν ἐπισυναγωγήν. HEBR., X, 25. — **CYNAΓΩΓH MAPKIΩNICTΩN** prope Damas-Deïr Ali. WADDINGTON. *Inscr. de Syrie*, n. 2558, p. J.-C. 318. — Pro Ebionistis, cf. BICKELL. *Gesch. des Kirchenrechts*, t. II, p. 14. — HARNACK. *Zeitschrift für wiss. Theol.*, 1876, p. 104. — Pro Aegypto. ZOEGA. *Catal. codd. copt. mus. Borg.*, p. 380, l. 19; p. 393, l. 21; p. 398, l. 10; p. 399, l. 12. — IREN. *Adu. haer.*, III, VI, 1; hi autem sunt Ecclesia, haec enim est synagogae Dei. — IGNAT. *Ad Polyc.*, 4 : πυκνότερον συναγωγαὶ γινέσθωσαν. — THEOPH. *Ad Autolyc.*, II, 14 : δέδωκεν ὁ θεὸς τῷ κόσμῳ κυμαινομένῳ..... τὰς συναγωγάς, λέγομεν δὲ ἐκκλησίας ἁγίας. — TEST. XII PATRIARCH. *Leui*, 11; *Beniamin*, 11. — EPIPH. *Haer.*, XXX, 18. — IVST. MR. *Dial. c. Tryph.*, p. 287 B : τοῖς εἰς αὐτὸν πιστεύουσιν, ὡς οὖσι μία ψυχὴ καὶ μία συναγωγὴ καὶ μία ἐκκλησία. — HERM. *Past.*, Mand. XI, 9; cf. 13, 14 : ὅταν οὖν ἔλθῃ ὁ ἄνθρωπος ὁ ἔχων τὸ πνεῦμα τὸ θεῖον εἰς συναγωγὴν ἀνδρῶν δικαίων..... καὶ ἔντευξις γένηται πρὸς τὸν θεὸν τῆς συναγωγῆς τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων κ. τ. λ. — IGNAT. *Ad Trall.*, 5. Seruatis seruandis, cf. PALMIERI. *Tract. de Rom. Pontifice*, cum Proleg. de eccl., § VI, p. 19 : *Ecclesia Christi est coetus distinctus a Synagoga.* — Vid. PROV., V, 14; CLEM. AL. *Strom.*, lib. VI, p. 633 (ed. Paris.), c. III : ἄνωθεν ἐπὶ τὴν συναγωγὴν τῆς Ἐκκλησίας. — AVG. *Enarr.* in Ps. LXXX. — TRENCH. *Synonyms of N. T.*, p. 1. « L'église dans l'Orient arabe s'appelle encore synagogue كنيسة ». RENAN. *Hist. du p. d'Israël*, t. IV, p. 225, nota 1.
	De Synagogarum areae consecratione.	MISCHNA, tr. *Megilla*, III, 2, 3.	AMBROSIVS. *Epist.* XXII *ad Marcell.*, ritum hanc antiquissimam uocat et ubique receptam consue-

uid. TALM. HIER., *Sukka*, V, 1; DELLA VALLE. Reiseb., IV; TH. SENDSCHR. V, 195 apud IAHN. *Archaeologia biblica*, § 333; — VITRINGA. *o. c.*, p. 178, 229, 457; — RENAN. *Histoire du peuple d'Israël*, t. III (1893), lib. VIII, cap. III, p. 217 et seqq.

(1) LAMY. *Introd. gener. in sacr. Script.*, t. I, p. 340 ex IAHN. *o. c.*, num 333 *passim*. Locus in quo Liber adseruabatur dignior erat, ibi πρωτοκαθέδραι uisebantur, MATH., XXIII, 6; — IAC., II, 2, 3. — De tabernaculo ipso uid. VITRINGA. *o. c.*, 178; BVXTORF. *Synag. Iud.*, II. — (2) Saepe pro synagogis diuites pretio rependebant, LVC., VII, 5; in uicis humilioribus proseuchas facere sat est : ACTA, XVI, 13; XVII, 1; — PHIL. *Leg. ad Caium*, 20, 43; — *In Flacc.*, 6, 14; — *Vita Mosis*, III, 27; — FL. IOS. *Ant.*, XIV, X, 23; — *Vita*, 54; — III MACCH., VII, 20; — IVVENAL. *Sat.*, III, 296; — et supra, III, 16, proseuch. forte alludit : « *sacri fontis nemus* », PS.-ARISTEAS (ed. Moriz-Schmidt), p. 67 [nam ed. HOLY ad manum non habui]; — EPIPH. *Contr. haer.*, haer. LXXX, 1; — *Antiquités du Bosphore Cimmérien*, inscr. n. 22; — *Mel. grec. rom.*, Acad. Petroburg. II, p. 200 et seqq. — (3) Παραδόσεις τῶν πρεσβυτέρων. EPIPH. *Haer.*, XV; XXXIII, 9; — *Anaceph.*, p. 1116; — RENAN. *Origines*, t. VI, p. 243, nota 1.

LITVRGIAE		FONTES	
CAPITA	EXERCITIA	PRO SYNAGOGA	PRO ECCLESIA
	De ecclesiis domesticis.	συναγωγή. Ezech., xiv, 1; xx, 1; xxxiii, 31.	tudinem τὴν κατ' οἶκον αὐτῶν ἐκκλησίαν. Rom., xvi, 4. — I Cor., xvi. **COLLEGIVM QVOD EST IN DOMV SERGIAE PAVLLINAE.** Orelli. n. 2414.
	.	προσευχή. Philo. *Leg. ad Caium*, 36. — Fl. Ios. *Ant. Iud.*, XIV, x, 23; *Vit.*, 54. — Epiph. *Haer.*, LXXX, 1.	παρὰ ποταμὸν οὗ ἐνομίζομεν προσευχὴν εἶναι. Act., XVI, 13.
	De fabrica Synagogarum.	Phil. *In Flacc.*, II, p. 528. — Talm. Hier., *Sukka*, V, 1. — Talm. Babyl., *Sukka*, 51 *b*. — Vitringa. *o. c.*, p. 229.	Castello Tingitano. in Mauretania, exstat basilica Reparati episcopi: a D. 325, cum apside a D. 403. Smith. *Dict. of Christian Ant.* s. u. *Church;* uide Tert. *De idol.*, VII; *De coron.*, III; *Adu. Valent.*, II. — Clem. Alex. *Paed.*, III, xi, p. 110; *Strom.*, VII, vi. — I. B. de Rossi. *Bull. di arch. crist.*, (1863) p. 8-14, 25-31, 59, 89; (1864) p. 1, 6, 40, 79; (1865) p. 22, 32; (1867) p. 35; (1870) p. 125-127, 129-168; (1864) p. 5-6. — De Vogvé. *Syrie Centrale.*
	Aedes sacra prospiciens ad Hierosolymam.	Maimonides apud Selden. *De Synedr. uet. hebr.*, l. III, c. xvi, 1. — Vitringa. *o. c.*, p. 178, 190, 457.	ὁ οἶκος ἔστω..... κατ' ἀνατολὰς τετραμμένος. Const. Apost., II, 57. — Cf. Cahier in ephem. *Annales de la Phil. chrét.*, t. XIX, p. 352.
	Synagogae ad formam templi Hierosolymitani dispositae, ut atrium, ubi mundarentur, haberent.	Vitringa. *o. c.* — Iahn. *Archaeol. bibl.*, n. 333.	Cantharus siue phiala ubi aquam ad manus poscebant. Tert. *De orat.*, XI. — Evseb. *H. e.*, X, 4.
	In synagogis uiri et mulieres separatim sedeant.	Philo. *De uit. cont.*, II, 476. — Talm., tr. *Sukka*, 51 *b*. — Bvxtorf. *Syn. Iud.*, c. xiv, p. 291.	Const. Apost., II, 57. — Bona. *Rer. lit.*, II, 61. — Lvdolfi. *Comm. in Hist. aeth.*, p. 367.
	Praeses in πρωτοκαθέδρᾳ sedeat. Fideles super cathedras sedeant.	Math., xxiii, 6. Vitringa. *o. c.*, 190.	Petri ad Iac. *Epist.*, 1. — Clem. ad Iac. *Epist.*, 2, 3, 6, 12, 16, 17, 19. — Ignat. *Ad Phil.*, III. — Herm. *Past.*, Vis. III, 9; Mand. XI, 12; Sim. VIII, 7; IX, X, 23, 31. — Cf. Iren. *Contr. haer.*, IV, xxiv; Act., xx, 9. — I Cor., xiv, 30. — Tert. *De orat.*, IV. — Cf. Probst. *Liturgie der dr. erst. Jahrh.*, § 10, p. 22 et seqq.
De personis.	Saepissime Rabbi solus pro urbe tota.	Vitringa. *De Syn. uet.*, p. 549.	Liber Pont. (ed. Dvchesne), t. I, pp. 55 (127); 75 (164); 63 (143); 53 (122). — *Ad Fabium Ant. Epist.*, c. 11. *P. L.*, X, col. 1309. — Archelai. *Acta disputat. cum Man.* — Cyp. *Epist.* XXXIIII, 1 (ed. Hartel). — Theodoti M. *Acta*. Act. SS., *Maii* 18.
	Praeses synagogae legatus dicitur.	שלוח. Cf. Vitringa. *o. c.*, p. 934.	ἄγγελος ἐκκλησίας. Apoc., i, 20; ii, 1.
	Gerousiarcha quoque dicitur.	**ΓΕΡΟΥCΙΑΡΧΗC.** *C. I. G.*, 9902. — *C. I. L.*, IX, 6221, 6213; X, 1893.	**ΒΟΥΛΕΥΤΝC Κ[αι] ΓΕΡΑΙΟC** seu potius **ΓΕΡΕΟC.** Ramsay. *Cities and Bishoprics of Phrygia*, n. 364; cf. n. 361; *C. I. G.*, 3916. — Lanckorovski. *Inscr.*, n. 8, 58.
	Praeses ille sit ualidus, pater familias, non cupidus,	Vitringa. *l. c.*	I Tim., iii, 1-7; Tit., i, 6-9.
	bene uociferans sit.	Vitringa. *l. c.*	εὐχὰς ὁμοίως καὶ εὐχαριστίας, ὅση δύναμις αὐτῷ. Ivst. *Apol.*, I, 67.
	Proceres coadunati collegium seu presbyterium dicuntur, singuli uero: presbyteri.	Lvc., vii, 3. — *C. I. G.*, 9897, 9902. — Nvm., iv, 16. — Ier., XIX, 1. — III Reg. xii, 6, 8; xx, 8. — Ezech., viii, 11, ex LXX interpr. — Schvrer. *o. c.* (ed. 2ª), II, p. 132.	Act., xx, 17-28; Tit., i, 5; I Tim., v, 19; I Petr., v, 1-2. — Ignat. *Epit. ad Smyrn.*, VIII; *Ad Magn.*, II; *Ad Philad.*, IV, VIII. — *C. I. G.*, 9288.
	Qui Ὑπηρέτης nuncupatur portarum synagogae habet curam.	חזן. Lvc., iv, 20.	Const. Apost., II, 57. — **MINISTRATOR CHRISTIANVS.** Rossi. *Roma sotterranea*, III, 526, ex Boldetti.

LITVRGIAE		FONTES	
CAPITA	EXERCITIA	PRO SYNAGOGA	PRO ECCLESIA
	Praecentor.	LEO DE MODENA apud B. PICART. *Cérémonies des Juifs*, pars I, c. x.	[DAMASI. *Opp.* (ed. Marenda), p. 243. — PELLICIA. *De christ. eccl. polit.* (ed. Bassani), t. I, p. 236 et seqq. — DE ROSSI. *Inscr. christ.*, t. I, p. 510, 511. — IDEM. *Bull. di arch. crist.*, (1863) p. 88, (1864) p. 33, (1867) p. 73. — *Concilia* (ed. MANSI), t. X, p. 434].
	Non desunt ianitores sub nomine *sciamas*.	LEO DE MODENA. *o. c.*	CORNEL. *ad Fab. Epist.*, apud EVSEB. *H. e.*, VI, 43, 11. — CONST. APOST., II, 57; III, 11; VIII, 12, 13, 22, 28.
	Viri septem rem synagogalem administrant.	FL. IOS. *Ant. Iud.*, IV, VIII, 14. — SCHVRER. *Geschichte* etc. (2ª edit.), t. II, p. 134, 158 et seq.	ACT., VI, 1-5. — EDW. HATCH. *Organization of the early christian churches*, p. 57 et seq.
	Decem uiri qui otiosi dicuntur necessarii sunt ut synagoga erigatur.	MISCHNA, tr. *Megilla*, c. I, § 3. — MAIMONIDES in *Tephill.* [De decem uiris otiosis controuersiam renouare nolui. Videsis, si lubet, RHENFELD. *Diss. de decem otiosis* (1686). — VITRINGA. *De d. u. o.* (1687). — LIGHTFOOT. *Harm.*, c. XVII; *In Math.*, IV, 23. — BVXTORF. *Lex. Rabb.*, p. 292. — IOST. *Gesch. des Iudenthums*, I, 168-172. — VGOLINI. *Thes.*, t. XI. — Et in Lexicis sub uoc. בטלנים.	CANONES ECCL. APP. siue KIRCHENORDNVNG ut aiunt, c. XVI. Ἐὰν ὀλιγανδρία ὑπάρχῃ καὶ μήπου πλῆθος τυγχάνῃ τῶν δυναμένων ψηφίσασθαι περὶ ἐπισκόπου ἐντὸς δεκαδύο ἀνδρῶν, εἰς τὰς πλησίον ἐκκλησίας, ὅπου τυγχάνῃ πεπηγυῖα, γραφέτωσαν, ὅπως ἐκεῖθεν ἐκλεκτοὶ τρεῖς ἄνδρες παραγενόμενοι δοκιμῇ δοκιμάσωσι τὸν ἄξιον ὄντα. Cf. DVCHESNE in *Bull. crit.*, 1er oct. 1886. — *Recognit. Clem.*, VI, 15; *Homil. Clem.*, IX, 36.
De temporibus.	Per hebdomadam dies una Deo reseruatur (1).	שַׁבָּת in synagogis memoratur MATH., XII, 10; MARC., I, 21; III, 1; VI, 2; LVC., VI, 16, 32, 33; VI, 6; XIII, 10; ACT., XIII, 14; XV, 21; XVI, 13, 25; XVII, 2; XVIII, 4. — OVID. *Ars amat.*, I, 415. — IVVEN. *Sat.*, XIV, 96-106.	Dominica dies PS.-BARN. *Epist.* XV, 9. — IGNAT. *Ad Magn.*, IX. — IVST. *Apol.*, I, 67. — PLIN. IVN. *Epist.* X, 97. — TERT. *De orat.*, XXIII. — DION. CORINTH. apud EVS. *H. e.*, IV, 23. — PS. PII PP. *Epist.* apud MANSI. *Concilia*, I, p. 95 (forte saec. IV). Cf. HARNACK. *Gesch. d. Altchr. Litt.*, I, I, 56. Cf. L. THOMAS. *Le jour du Seigneur*, 2 uol. in-8 (1893) [Studium de Sabbato et de Dominica die].
	Tres dies per hebdomadam feriari solent.	Sabbatum scil., secunda et quinta sabbati. TALM. HIER., tr. *Megilla*, f. 75*a*; *Baba Kama*, f. 82.	Dies stationarii, 4ª et 6ª feria. TERT. *De orat.*, XIV; *De ieun.*, XIV. — HERM. *Past.*, Simil. V, 1.
	Ter cottidie orationi uacabant.	ACT., II, 15; III, 1; X, 9. — BVXTORF. *Synag. Iud.*, p. 280. — LIGHTFOOT. *Horae Hebr.* in ACT., III, 1.	CLEM. ALEX. *Strom.*, VII, 7, § 40. — TERT. *De orat.*, 25; *De ieiun. adu. Psychicos*, c. x. — CYP. *De orat. dom.*, sub finem.
	Festa celebrabant singuli diebus.	VITRINGA. *o. c.*, passim.	I COR., XVI, 8; ACT., XX, 16. — TERT. *De idolol.*, XII; *De bapt.*, XIX. — CHRON. PASCH. (ed. CANGII), p. 6 et seqq. — CLEM. *Strom.*, I, 21, p. 407 (ed. POTTER). — FVNK. *PP. apost.* (ed. alt.), I, p. 290, note. — RAMSAY. *o. c.*, n. 411.
De rebus sacris.	Doctor orationem tradit.	LVC., XI, 1.	ACT., VI, 3.
	Orantes faciem in partem posticam seu occidentalem uersus Hierosolymam conuertebant.	DAN., VI, 11, 14. Cf. LVC., I, 78.	APOC., VII, 2. — HERM. *Past.*, Vis. I, 4, 1. — PERP. et FELIC. *Passio*, 11. — CLEM. AL. *Strom.*, VII, 43, p. 856. — TERT. *Apol.*, XVI. — *Ad Nat.*, I, c. 13. — ORIG. *De orat.*, XXXII, cum nota 48 Domni de la Rue.
	Lex Mosis —	FL. IOS. *Contr. Apion.*, II, 17. —	COD. VATIC. 1209 (ed. MAI) cum diss. R. P. VER-

(1) « Dès le temps même des apôtres, le dimanche commença à se substituer au sabbat. Comment se fit ce grand changement? C'est ce qu'on ne saurait dire bien exactement. Il y avait une tendance à abandonner les pratiques juives, à bien montrer que le christianisme était la loi nouvelle, et non pas seulement le judaïsme un peu modifié et élargi; puis le dimanche était le jour du grand événement qui avait définitivement fondé le christianisme et l'Église, le jour de la résurrection du Christ; c'était le premier jour de la semaine, celui où avait été créée la lumière; tout se réunissait pour lui donner une place à part. Tout cela y contribua; peut-être même faut-il chercher des raisons plus naturelles. La réunion chrétienne se tenait le jour du sabbat au soir, comme dans la synagogue, on y priait, on y prêchait; après cela avait lieu la fraction du pain, la cérémonie s'achevait à l'aurore, le *dimanche*. La synaxe liturgique ou eucharistique se fit donc le dimanche matin; cela devint une coutume chrétienne. » (D. CABROL. *Le livre de la prière antique*, p. 230 et seq., in not.). « Le fameux texte des Actes, XX, 7 et seq., vient en effet à l'appui de cette hypothèse. » Cf. EDMVND WARREN *The Jews Sabbath antiquated and the Lord's Day instituted by divine authority; or the change of the Sabbath from the last to the first day of the week asserted and maintained by Scripture arguments and testimonies of the best antiquity* (London, 1659, 4°).

LITVRGIAE		FONTES	
CAPITA	EXERCITIA	PRO SYNAGOGA	PRO ECCLESIA
	Thora — et Prophetae in pericopas diuiduntur.	Schvrer. *o. c.*, t. II, p. 378-389. — *Biblioth. crit. sacr.....* auct. Chervbino a S. Ioseph. t. I : *Digressio curiosa de ritu Script. Sacram totam legendi in Iudaeor. syn.* — Hvet in Orig. *Sup. libr. Reg.*, hom. II, n. 1. *P. G.*, XII, 1013.	cellone (1859). — Cod. Bezae nunc Cantabrigensis. — Cod. Ephraemi Syri rescriptus (ed. Tischendorf 1845) cum notis suis pericopalibus. Cf. Lamy. *De erud. apostol.*, p. 723-830. — Hvet in Origenis comm. in lib. Reg., hom. II, n. 1.
	Praelecta hebraica exponebat interpres in uernacula.	Mischna, tr. *Megilla*, IV, 4, 6, 10. — Zvnz. *Die gottesdienstlichen Vortraege*, p. 8. — Schvrer. *o. c.*, t. II, p. 380, 544.	*Passio* Procopii Schytopolitani apud Rvinart. *Act. sinc.*, p. 373.
	Sermo sequitur.	מדרש uel דרשה. — Philo. *Quod omnis probus liber*, 12; *Fragm.* (ed. Mangey, II, 630). — Act., xiii, 15.	Ivst. *Apol.*, I, 67. — Const. Apost., VIII, 12. — Orig. *In Exod.*, hom. XIII, n. 1; *In Iesu Naue*, hom. XV, n. 1; *In Hierem.*, hom. IX, n. 4.
	Deinde benedictio, et respondeat populus : *amen.*	*Berakoth*, V, 4. — *Megilla*, IV, 7.	Const. Apost., l. VIII, c. xiv, xv. Cf. Bona. *De reb. lit.*, II, 6, 12, 17.
	Collectione pro pauperibus conuentus terminabatur.	Ioseph. *Ant.*, XIV, vii, 2; XVII, ix, 1. — Phil. *De Monarch.*, II, 3; *Legat.*, 31. — Talm. Hier., tr. *Schekalim*, III, 4. — Bvxtorf. *Floril. Hebr.*, p. 88. — Lightfoot. *Hor. Hebr.* in Math., vi, 2; Lvc., ii, 8.	I Cor., xvi, 2. — Ivst. *Apol.*, I, 67. — Avctor *De Aleatoribus*, 11.
	Qui sermonem ad populum dicebant, non erant Rabbini, ad id ipsum constituti, sed inuitabantur etiam peregrini, uel se offerebant.	Lvc., iv, 16; Math., ix, 35. — Act., xiii, 14, 15.	Evs. *H. e.*, VI, xix.
	Lectores uicissim recitant.	Mischna, tr. *Megilla*, II, 1, 4; IV, 1, 6. — Zvnz. *loc. cit.*, p. 3 et seqq.	*Acta* SS. Satvrnini, Dativi lectores ibi plures sunt, n. 2. — *Passio* S. Pollionis primicerius lectorum. — Cornelii PP. *Ad Fabium*, III.
	In obsecrationibus multum trepidabant.	« In the closing responsive chorus of the prayer, the worshippers not only stretched out their necks and lifted up their hands, but leapt up with wild gestures, as if they would fain rise with their prayers to heaven itself. This, too, reproduced a custom of the synagogue ». « The same curious practice existed in the Church of Abyssinia, in this, as in other things, preserving more than any other Christian society, the type of Judaism. » Plvmptre in *Dict. of the Bible* of Smith, s. u. *Synagogue*, p. 1401. Cf. Lvdolf. *Hist. Aethiop.*, III, 6. — Stanley. *Eastern Church*, p. 12.	« In one strange exceptional custom of the Church of Alexandria we trace the wilder type of Jewish, of Oriental devotion ». Vide contra; alludit ad Clem. Alex. *Strom.*, VII, 40(?).
	In unaquaque synagoga minister.	Phil. *Leg.*, 16, 31. — Fl. Ios. *Ant.*, IV, 8, 12; *Contr. Ap.*, I, 12; II, 25; *Vita*, 2. — Cf. Carpzow. *Apparatus hist. crit.*, p. 315. — Hvbner. *Diss. de acad. hebr.* in Vgolini *Thesaur.*, t. XXI, p. mlxvi.	II Tim., iii, 15. — Act. Ivstini, 2.
	Legatus, minister et presbyteri per porrectionem manuum ordinantur.	Vitringa. *De Syn. uet.*, p. 836. — Cf. quoque Selden. *De Synedriis*, I, c. xiv, p. 571 et seqq. — Wilke. *Clauis N. T.*, sub uoc. χειροτονεῖν.	Act., vi, 6; xiii, 3; xiv, 23. — II Cor., viii, 19. — Ignat. *Ad Philad.*, X, 1; *Ad Smyrn.*, XI, 2. — Didache., XV, 1. — Const. Apost., VIII, 27, 28, 46.
	Lucernula perpetuo ardet.	*The Bible Educator*, t. II, p. 263 et seqq.	Canones LVI apud Aethiopes, can. 49 : de eo..... qui adtulerit oleum lampadum in synagogam

LITVRGIAE		FONTES	
CAPITA	EXERCITIA	PRO SYNAGOGA	PRO ECCLESIA
			iudaeorum uel gentilium. LVDOLFI. *Comm. in Hist. aethiopicam*, p. 313.
	Cultus synagogarum sacrificium non admittit.	De unico altari praeceptum in primis DEVT., XII, XIII, XIV energice inculcatur, et omnia alia altaria LEV., XXVI, 30 damnantur.	D. CABROL. *Le livre de la Prière antique* (1900), p. 81 : « Toutes les réunions de la communauté chrétienne n'étaient pas eucharistiques. Il y avait des assemblées où l'on venait pour chanter des psaumes, pour lire des passages de l'Écriture sainte, ou les lettres des apôtres et les évangiles, écouter une exhortation ou une homélie, ou prier selon que l'Esprit saint l'inspirait à chacun. C'était la vigile. »

Haec pauca, de plurimis.

Iudaeos inter et Christianos tanta erat conuenientia ut discrepantia effugeret oculos; itaque cum Gallione, Achaiae proconsule, multi, istis litigantibus, ultro respondissent : « Questiones sunt de uerbo et nominibus et lege uestra, uos ipsi uideritis (1). » Aedilicíae edictiones ius aliud non tulerunt (2). Arcanum autem naturae est, sensim et occulte res omnes immutare et, dum res nouas molitur, eandem externam speciem retinere. Christianorum relligio a Iudaica tribus potissimis dissentiebat argumentis : I. Fide; II. Ab ortu solis usque ad occasum, et in omni loco mundae oblationis sacrificio; III. Charismatibus. Sed quia sapientiae et pietati consentaneum est existimare, Deum ritus aliquos antiquos tolerasse et pertinacem populum ad cultum nouum leniter et sub externa ueteris specie perducere studuisse; sectae nouae cultus duas partes totus complectebatur, alteram in templo, alteram uero circa domos; hic fratres frangebant panem, illic permanebant cottidie unanimiter in oratione. Erant enim inter Hebraeos quasi superstitiosiores (3), ideoque gratiam ad omnem plebem habebant, et magis cottidie multitudo credentium in Domino augebatur.

Apostoli, primas ecclesias in synagogis cum conderent, earum rationem secuti sunt, nisi quod sacrificium ibi nullo modo conficiebant, sed circa domos seu etiam in proseuchis; quia proseuchae a synagogis, eo ipso, distinctae erant, quod non erant singularia aedificia, cultui diuino dicata, sed oratoria domestica. In synagogis Apostoli euangelium annuntiabant, demum autem exclusi, Iudaeos in iis locis imitabantur, in quibus ob paucitatem credentium synagoga deerat; nempe in domum cuiuspiam Christiani ad celebrandam liturgiam conueniebant (4). Frequens erat congregatio Hierosolymis coadunata, nam Ecclesiae primordia ante dispersionem per annos circiter quattuor maxime urbana sunt; sequentibus pluribus annis, qui iam dispersi erant nullum omnino, nisi cum Iudaeis solis, sermonem conferebant (5); quo tempore omnis fere disciplina ex hierosolymitana exoritur ecclesia, in qua iudaizantium, ut aiunt, hominum maiestas et dominatus multum hellenistarum consilio praeerat. Harum originum in brumis pene mersus, nil aliud pro certo dicam, nisi quod exemplum aliquod, antequam dispersi fuerint apostoli, intercessisse opus est. In pluribus enim ecclesiis semel tantum adfuit apostolus, omnia ibi componens (6), quoniam amplius faciem eius non essent uisurae. Ita sane de aliis uiris apostolicis. Rei fidem facit nexus hic mirabilis qui inter *Canonem Missae* et *Hallel super poculum quartum dicendum* renitet, de quo nobis sit stabile argumentum; nam defunctis apostolis, uirtus Iudaica paulatim decidere uidetur; Ebionistarum secta surgit, Sion demolitur. Iudaizantium relliquias patres apostolici acerbe impugnant et ordo missae e iudaico fonte haustus semper et ubique intactus manet (7).

Argutas tamen collationes quasdam, omissis aliis, praetermittere nequeo, quibus scilicet uu. cll. J. B. Lightfoot et Chase quaedam ex Euangelii canticis necnon et Clementis Romani Epistula desumpta, cum orationibus I, II, III, XVI, XVII, XVIII, Schemoné Esre (quae sane D. N. I. C. temporibus erant scriptae), contulerunt.

(1) ACT., XVIII, 15. — (2) SVETONIVS. *Claudius*, 25; ACT., XVIII, 2; DIO. *Hist.*, LX, 6. Cf. TACIT. *Annales*, XV, 44; SVETON. *Nero*, 16. — (3) HEGESIPP. ap. EVSEB. *H. e.*, II, 23. — (4) Hierosolymis, ACT., VI, 9; fractio panis circa domos, ACT., II, 46; V, 42; XII, 12. — Troade, ACT., XX, 7. — Lystris, ACT., XIV, 6, 18, 19, ibi synagoga nulla fuisse uidetur, ℣. 18, in domum Loïdis et Eunicae uenerunt. — Ephesiis, in domo Tyranni cuiusdam, ACT., XIX, 8,9; ecclesia in domo Aquilae et Priscillae, I COR., XVI, 11; Colossis (?), in domo Philemonis, PHILEM., 2 (?). Cf. COLOSS., IV, 17. — Corinthi, cf. ACT., XVIII, 7; ROM., XVI, 23. — Philippis, ACT., XVI, 13. — Euangelizantes ad synagogam aduolabant, Hierosolymis uero in templum, ACT., II, 46; III, 1, 11; V, 12, 42; XXII, 17; XXIV, 11. — Laodiceae ad Lycum in domum Nymphae, COLOSS., IV, 15. — Romae, τὴν κατ' οἶκον αὐτῶν ἐκκλησίαν, ROM., XVI, 5. Cf. ORELLI, nº 244. — (5) ACT., XI, 19. Cf. supr., VI, 7; VIII, 1, 4. — (6) ACT., XIV, 22. — (7) RICH. SIMON. *Exercitatio exhibens caeremoniae Iud. cum disciplina eccl. collationem*

SCHEMONE-ESRE

2. — Tu es potens in aeternum, Domine... O tu potentium actuum.

5. — Tu es sanctus et sanctum nomen tuum...

12. — Superbi statim pereant... Illos humilia uelociter in nostris diebus, benedictus es, Domine, qui inimicos confregisti et superbos humiliasti.

13. — Super iustos et pios pone misericordiam tuam, ut commouearis te deprecamur.

16. — Ne dimittas nos, Rex noster, inanes a tua praesentia,

1. — qui gratiae tuae beneficia dedisti..... recordatus patrum pietatis... Domine, scutum Abrahae,

2. — ueritatem adimplens illis qui dormiunt in puluere.

Benedictus es tu, Domine Deus noster et Deus patrum nostrorum, Deus Abraham, Deus Isaac et Deus Iacob... Ipse qui misit redemptorem filiis filiorum eorum ad nominis sui gloriam in amore.

14. — Mox erige in medio eius thronum Dauid.

15. — Fac ut progenies Dauid serui tui crescat, et cornu eius sit exaltatum in tua salute. Benedictus es tu, Domine, qui facis ut cornu salutis crescat.

12. — Superbi statim pereant... Illos humilia uelociter in nostris diebus. Benedictus es, Domine, qui inimicos confregisti, et superbos humiliasti,

1. — qui gratiae tuae beneficia dedisti... recordatus patrum pietatis... Domine, scutum Abrahae,

2. — ueritatem adimplens illis qui dormiunt in puluere.

13. — Super iustos et pios conuerte nos, o Pater, rursum ad legem tuam, et fac, rex noster, ut ad seruitium tuum appropinquemus, et reduc nos cum perfecta paenitentia ad tuam praesentiam.

4. — Tu amabiliter scientiam hominibus dedisti, et docuisti hominem.

6. — Parce nobis, Pater, quia peccauimus.

MAGNIFICAT

Lc., I, 49. — ἐποίησέν μοι μεγάλα ὁ δυνατός. (Comp. ỹ 51 : ἐποίησεν κράτος.)

καὶ ἅγιον τὸ ὄνομα αὐτοῦ.

51 *seq.* — διεσκόρπισεν ὑπερηφάνους διανοίᾳ καρδίας αὐτῶν· καθεῖλεν δυνάστας ἀπὸ θρόνων καὶ ὕψωσεν ταπεινούς, πεινῶντας ἐνέπλησεν ἀγαθῶν καὶ πλουτοῦντας ἐξαπέστειλεν κενούς.

54. — ἀντελάβετο Ἰσραὴλ παιδὸς αὐτοῦ, μνησθῆναι ἐλέους, καθὼς ἐλάλησεν πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν, τῷ Ἀβραὰμ καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα.

BENEDICTVS

68. — εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραήλ, ὅτι ἐπεσκέψατο καὶ ἐποίησεν λύτρωσιν τῷ λαῷ αὐτοῦ.

69. — καὶ ἤγειρεν κέρας σωτηρίας ἡμῖν ἐν οἴκῳ Δαυεὶδ παιδὸς αὐτοῦ.

71. — σωτηρίαν ἐξ ἐχθρῶν ἡμῶν καὶ ἐκ χειρὸς πάντων τῶν μισούντων ἡμᾶς...

74. — τοῦ δοῦναι ἡμῖν ἀφόβως ἐκ χειρὸς ἐχθρῶν ῥυσθέντας.

72 *seq.* — ποιῆσαι ἔλεος μετὰ τῶν πατέρων ἡμῶν καὶ μνησθῆναι διαθήκης ἁγίας αὐτοῦ, ὅρκον ὃν ὤμοσεν πρὸς Ἀβραὰμ τὸν πατέρα ἡμῶν.

75. — λατρεύειν αὐτῷ ἐν ὁσιότητι καὶ δικαιοσύνῃ ἐνώπιον αὐτοῦ πάσαις ταῖς ἡμέραις ἡμῶν.

77. — τοῦ δοῦναι γνῶσιν σωτηρίας τῷ λαῷ αὐτοῦ.

ἐν ἀφέσει ἁμαρτιῶν αὐτῶν.

(1693). — BICKELL. *Messe und Pascha,* (1872). — PIERITZ. *The Gospels from the Rabbinical Point of View* (1873), pp. 12, 44 et *passim*. — BICKELL. *Die Entstehung der Liturgie aus der Einsetzungsfeier* in *Zeitschrift für Kath. Theol.*, IV. Jahrg. 94 (1880), p. 90-112. — FIELD. *The apost. lit. and the epistle to the Hebrews,* Append. V, § 2. — SKENE. *The Lord's Supper* (1891). — PROBST. *Liturgie des vierten Jahrh.* (1893), p. 6 et seqq. — BICKELL in *Ephem. cit.*, VIII. Jahrg. (1884), p. 400-412. — WARREN. *Liturgy of antenicene Church* (1897), p. 200 et seq. [Cf. *The authorized Daily Prayer book of the United Hebrew congregation of British Empire,* 3rd ed. (1892)]. — D. CABROL. *Les origines de la Messe et le canon Romain* in *Rev. du clergé français* (1900). — Cf. CLEM. ROM. *Epistula ad Cor.*, I, XL, 4 : οἱ οὖν τοῖς προστεταγμένοις καιροῖς ποιοῦντες τὰς προσφορὰς αὐτῶν εὐπρόσδεκτοί τε καὶ μακάριοι. « Hac in re Pauli adseclae Romani iam discesserunt ab ipsorum antiquissima consuetudine τοῦ κρίνειν πᾶσαν ἡμέραν et τοῦ μὴ φρονεῖν τὴν ἡμέραν [ROM., XIV, 5, 6], etiam ab ipsius sententia, qui christianos uoluit ἡμέρας παρατηρεῖσθαι καὶ μῆνας καὶ καιροὺς καὶ ἐνιαυτούς [GAL., IV, 10. Cf. HILGENFELD. *Die Paschastreit des alten Kirche* (1860), p. 1867 et seq.], ueteris cultus et disciplina leges iam in christianorum coetum transferebantur; ceterum ipse Paulus talem translationem quodam modo concessit in *Epist. ad Rom.*, XIV, 5, 6 ». — LVDOLFI in *Comm. in hist. Aethiop.*, p. 265 et seqq.; capit. XLIX habet : *De ritibus antiquis christianorum a Iudaeis deriuatis* ubi scribit haec : « Cum haec elaborassem, in manus mihi uenit liber gallicus Simonuillii : *Cérémonies et coutumes, qui s'observent aujourduy parmi les juifs* »; lectione dignissimus est, nam plura obseruauit quae cum Iudaeis christiani habent communia. — Cf. DR. IESSOPP in ephem. *Expositor*, num. LX, p. 401-422.

13. — Misericordia tua moueatur super nos, Domine Deus noster.

19. — Quia in lumine uultus tui nobis dedisti, Domine Deus noster, legem et uitam.... benedictionem et pacem. Bonum sit oculis tuis benedicere populum tuum Israel copiosa uirtute et pace.

Kadisch. Qui pacem facit in excelsis suis, pacem tribuat nobis et cuncto Israel.

Keduscha. Sanctificabimus nomen tuum in mundo, ut sanctificant illud in excelsis coelis.

2. — Liberans qui sunt in uinculis.

9. — Finis eius sit in pace.

17. — Oculi nostri uideant cum reuerteris in Sion cum misericordia.

SCHEMONE-ESRE

I. — Benedictus Dominus Deus noster, Deus patrum nostrorum, *Deus Abraham,* Deus Isaac et Deus Iacob, *Deus magnus, potens et terribilis, Deus altissimus qui misericordia et bonitate se reuelat, omnia creat, promissionum paternarum memor est et filiis filiorum eorum Saluatorem dat ad honorem nominis sui in caritate. O Rex, Praesidium, Saluator, Scutum! Laus tibi, Iahueh, Scutum Abrahae.*

II. — *O Domine, semper potens es!* Potens ad saluandum, *mortuorum suscitator! Misericordia tua uiuos tueris, mortuos suscitas; copiosa miseratione tua labentes subleuas, infirmos sanas, alligatos soluis, et in puluere dormientibus testimonium seruas in perpetuum.* Quis comparandus tibi, *Rex forte?* Quis similis tibi? *Occidis et uiuificas;* salutem das et fidelis in uerbis tuis uitam praestabis mortuis. Benedictio Iahueh, mortuorum suscitanti.

III. — Sanctus es et nomen sanctum tuum; et laudant te Sancti cottidie. Selah! Benedictus Iahueh, Deus, solus sanctus.

XVI. — Accipe beneuolenter, o Iahueh Deus noster, Israël populum tuum et preces eius. Accipe cum gratia sacrificia Israël et preces, et sint tibi semper beneplacentia! Et — uideant oculi nostri — quando misereberis Sion, benedictio Iahueh, qui reddit splendorem Sion.

XVII. — *Confitemur tibi,* quia Iahueh es tu, *Deus noster* et Deus patrum nostrorum in aeternum et semper! Tu, petra uitae nostrae, scutum *salutis nostrae in generationem et generationem.* Laudamus te, tuam dicimus gloriam propter uitarum nostrarum *in manu tua salutem,* et animarum nostrarum custodiam et mirabilium tuorum cottidie super nos, et prodigiorum, et clementiae in omni tempore, in matutinis, in uespere, in meridie. O Tu, diues in muneribus, semper miserator, Tu, fons inexhaustus indulgentiae, fac ut in te semper fiduciam habeamus, ut nomen tuum sit exaltatum in

78. — διὰ σπλάγχνα ἐλέους Θεοῦ ἡμῶν.

79. — ἐπιφᾶναι τοῖς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένοις, τοῦ κατευθῦναι τοὺς πόδας ἡμῶν εἰς ὁδὸν εἰρήνης.

GLORIA IN EXCELSIS

Lc., II, **14.** — δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη ἐν ἀνθρώποις εὐδοκίας.

(Comp. Lc., XIX, 38 : ἐν οὐρανῷ εἰρήνη καὶ δόξα ἐν ὑψίστοις.)

NVNC DIMITTIS

Lc., II, 29. — νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου... ἐν εἰρήνῃ.

31. — ὅτι εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ σωτήριόν σου.

EPISTVLA CLEMENTIS AD CORINTHIOS I

[ὁ πατὴρ ἡμῶν Ἀβραάμ, § 31].

θαυμαστὸς ἐν ἰσχύϊ καὶ μεγαλοπρεπείᾳ, § 60. τὸν μόνον ὕψιστον, § 59. μόνον εὐεργέτην κ τ λ., *ib.* [ὁ οἰκτίρμων κατὰ πάντα καὶ εὐεργετικὸς πατήρ, § 23].

σύ, Κύριε, τὴν οἰκουμένην ἔκτισας, § 60. [δεσπότης τῶν ἁπάντων, §§ 8, 20, 33, 52].

καθὼς ἔδωκας τοῖς πατράσιν ἡμῶν, ἐπικαλουμένων σε αὐτῶν ὁσίως, κ. τ. λ., § 60.

[καθὼς καὶ οἱ προδεδηλωμένοι πατέρες ἡμῶν εὐηρέστησαν, § 62].

βασιλεῦ τῶν αἰώνων, § 61.

ἀξιοῦμέν σε, δέσποτα, βοηθὸν γενέσθαι καὶ ἀντιλήπτορα ἡμῶν, § 59.

ὁ μόνος δυνατὸς ποιῆσαι ταῦτα, § 61.
τὸν τῶν ἀπηλπισμένων σωτῆρα, § 59.
ὁ ἀγαθὸς..... ἐλεῆμον καὶ οἰκτίρμον, § 60.
τοὺς πεπτωκότας ἔγειρον..... τοὺς ἀσεβεῖς (ἀσθενεῖς) ἴασαι..... λύτρωσαι τοὺς δεσμίους ἡμῶν, ἐξανάστησον τοὺς ἀσθενοῦντας, § 59.
πιστὸς ἐν τοῖς πεποιθόσιν ἐπὶ σέ, § 60.
τοῦ..... ἀνεκδιηγήτου κράτους σου, § 61.
τὸν ἀποκτείνοντα καὶ ζῆν ποιοῦντα, § 59.

σοὶ ἐξομολογούμεθα, § 61.
ὅτι σὺ εἶ ὁ Θεὸς μόνος, § 59.
ὁ πιστὸς ἐν πάσαις ταῖς γενεαῖς, § 60.

εἰς τὸ σκεπασθῆναι τῇ χειρί σου κ. τ. λ., § 60.

sempiternum, in saecula saeculorum : omnis qui uiuit te benedicat. Selah! sit nomen tuum in ueritate exaltatum, Deus, salus et firmamentum.	
Benedictio Iahueh; Munificus laudandus, *hoc est nomen tuum.*	τῷ παναρέτῳ ὀνόματί σου, § 60.
XVIII. — *Pacem concede* populo tuo in aeternum. Rex enim et Dominus es pacis, et *populi tui* Israel benedictio et laudatio sempiterna *tibi iucunda. Benedictio* Iahueh, *qui, in pace, Israel populum tuum benedixisti.*	δός, Κύριε, ὑγίειαν, εἰρήνην, ὁμόνοιαν, εὐστάθειαν, § 61. καλὸν καὶ εὐάρεστον ἐνώπιόν σου, § 61. ἡμεῖς λαός σου, § 59. [ὁ ἐκλεξάμενος..... ἡμᾶς.... εἰς λαὸν περιούσιον, § 58].

II

DE NEXV INTER RITVALEM SABBATI ET ORDINEM MISSAE

Ordo Missae, millies illustratus, constat duabus partibus, altera ab altera manifeste distinctis. Prius enim exhibetur officium uetustissimum Vigiliae sanctae, sed pressum et contractum quod ultra homiliam non procedit, deinde Canon missae. Quae duarum partium uarietas collata cum Rituali Iudaico, cuius compositionem satis liquido nouimus, praeclaro indicio est Vigiliam, non secus atque Canonem missae, aliqua saltem parte consutum esse truncis petitis e Rituali et e formulis antiquioribus. Sane primum Vigilia tota doctrinalis et deprecatoria est, neque ea quorum in altera parte mentio fit, respicit. Vigiliae compositio et distributio, sapor ualde antiquus, notae Iustini et falsi Iacobi aliaque plura in collegiis sacris tum uigentibus plane inaudita, indicio sunt auctores haud alienos fuisse a consuetudine quam uiri Apostolici habuerunt cum Iudaeis fratribus ineunte Ecclesia. Ordo uetus synagogalis exercitii ex quo oritur Vigilia in cursu christiano, insertis euangelicis, apostolicisque lectionibus quae, ut dixi, fidem nouam confitentur, uix mutatus fuit. Patescente latius anathemate synagogae : Hierosolymis [Act., vi, 9], Damasci [ix, 23], Antiochiae Pisidiae [xiii, 14, 45, 50], Iconii [xiv, 1, 2], Thessalonicae [xvii, 5-9], Beroeae [xvii, 14], Corinthi [xviii, 6], orationem synagogalem faciebant Apostoli in domo cuiuspiam Christiani, quae cum esset acta panem frangebant; quod, si lubet, uidesis Hierosolymis in domo Mariae, Ioannis Marci matris [Act., xii, 12], Corinthiis sub tecto Titi [xviii, 7], Ephesi in schola Tyranni [xix, 9] apud Troados in tertio coenaculo aedis cuiusdam [xx, 8, 9], Romae in domo Priscae et Aquilae [Rom., xvi, 5; 1 Cor., xvi, 19], Colossis in Nymphae paternis [Coloss., iv, 15] et in Philemonis laribus [Philem., 2]. Qua fortuna, nescio, tanti pretii thesin alto silentio, per plurima saecula, scriptores λειτουργίας gnari presserunt. Etiam tum ignotam Seppius et Probstius hanc theoriam timidule insinuauerunt; nostra tandem aetate, Georgius Bickell u. cl., rei Orientalium litterariae optime imbutus, nobile par Ritualium Iudaeorum et Christianorum indissolubili uinculo coniunxit, doctis omnibus commendauit, probauit.

His positis, iam sub duabus laterculis Ritualia conferantur.

SYNAGOGA SCHACHARITH (1)	ECCLESIA PRAE-MISSA (2)	ECCLESIA NOTAE (3)
[Post plura . . . .] 1. Lectio *Paraschae* i. e. lectio e Moyse (Act., xv, 21). 2. Lectio Haftarae i. e. lectio Prophetarum (Lvc., iv, 16; Act., xiii, 15).	[Kyrie. — Pax uobis. — Litania. . . . . .] Μέσος δ' ὁ ἀναγνώστης..... ἀναγινωσκέτω τὰ Μωσέως καὶ Ἰησοῦ τοῦ Ναυή, τὰ τῶν κριτῶν καὶ τῶν βασιλείων, τὰ τῶν παραλειπομένων καὶ τὰ τῆς ἐπανόδου, πρὸς τούτοις τὰ τοῦ Ἰὼβ καὶ τοῦ Σολομῶνος καὶ τα τῶν ἑκκαίδεκα προφητῶν· ἀνὰ δύο δὲ γενομένων ἀναγνωσμάτων..... Εἶτα αναγινώσκεται διεξοδικώτατα (*) τὰ ἱερὰ λόγια τῆς παλαιᾶς διαθήκης καὶ τῶν προφητῶν·	Const. Apost., II, 57 (Bvnsen. *Anal.*, t. II, p. 121). Litvrg. Iacobi dicta (Daniel. *Cod. Lit.*, t. IV, p. 94). De rubrica allata scribit Trollope. *Liturgy of S. James,* p. 41 : « This rubric savours of very high antiquity, and is characteristic of the Apostolic period, before the books of the New Testament were published, and [when] the reading of the

(*) διεξοδικώτατα, fusissime. Cf. Hornes. *Introd. to the Scriptures*, p. III, c. i, sect. iv. Pericopa *Paschae* saepe quattuor uel quinque capitula editionis uulgatae complectens.

SYNAGOGA	ECCLESIA	
SCHACHARITH (1)	PRAE-MISSA (2)	NOTAE (3)
		Old Law and the Prophets was followed by a sermon on the yet unwritten events of the Saviour's Life and Death. It certainly differs in this respect from any of the other early liturgies, and may have been so worded as to accord with the age of its reputed framer : but it may perhaps be safely received as a record of the practice of very primitive times. » His consentiunt FREEMAN. *Divine Service*, I, p. 343; BICKELL. *Messe und Pascha*, p. 91.
μετὰ δὲ τὸ ἐμπλησθῆναι οὕτως εὐχαριστήσατε· Εὐχαριστοῦμέν σοι, πάτερ ἅγιε, ὑπὲρ τοῦ ἁγίου ὀνόματός σου, οὗ κατεσκήνωσας ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, καὶ ὑπὲρ τῆς γνώσεως καὶ πίστεως καὶ ἀθανασίας, ἧς ἐγνώρισας ἡμῖν διὰ Ἰησοῦ τοῦ παιδός σου· σοὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Σύ, δέσποτα παντοκράτορ, ἔκτισας τὰ πάντα ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου, τροφήν τε καὶ ποτὸν ἔδωκας τοῖς ἀνθρώποις εἰς ἀπόλαυσιν, ἵνα σοι εὐχαριστήσωσιν, ἡμῖν δὲ ἐχαρίσω πνευματικὴν τροφὴν καὶ ποτὸν καὶ ζωὴν αἰώνιον διὰ τοῦ παιδός σου. Πρὸ πάντων εὐχαριστοῦμέν σοι, ὅτι δυνατὸς εἶ· σοὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας.	*ὡς δὲ ἐνεπλήσθησαν* [VI, 12]. πάτερ, εὐχαριστῶ σοι [XI, 41b], τήρησον αὐτοὺς ἐν τῷ ὀνόματί σου [XVII, 1], καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν [I, 14a], καὶ ἡμεῖς πεπιστεύκαμεν καὶ ἐγνώκαμεν [VI, 69], πᾶς ὁ... πιστεύων εἰς ἐμὲ οὐ μὴ ἀποθάνῃ [XI, 26], καὶ ἐγνώρισα αὐτοῖς τὸ ὄνομά σου καὶ γνωρίσω [XVII, 26]. ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα καὶ πίνων μου τὸ αἷμα ἔχει ζωὴν αἰώνιον [VI, 54].
Μνήσθητι, κύριε, τῆς ἐκκλησίας σου τοῦ ῥύσασθαι αὐτὴν ἀπὸ παντὸς πονηροῦ καὶ τελειῶσαι αὐτὴν ἐν τῇ ἀγάπῃ σου, καὶ σύναξον αὐτὴν ἀπὸ τῶν τεσσάρων ἀνέμων, τὴν ἁγιασθεῖσαν, εἰς τὴν σὴν βασιλείαν, ἣν ἡτοίμασας αὐτῇ· ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ δύναμις καὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἐλθέτω χάρις καὶ παρελθέτω ὁ κόσμος οὗτος. Ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβίδ. *εἴ τις ἅγιός ἐστιν, ἐρχέσθω· εἴ τις οὐκ ἔστι, μετανοείτω·* Μαρὰν ἀθά· ἀμήν.	οὐκ ἐρωτῶ, ἵνα ἄρῃς αὐτοὺς ἐκ τοῦ κόσμου, ἀλλ' ἵνα τηρήσῃς αὐτοὺς ἐκ τοῦ πονηροῦ [XVII, 15], ἵνα ὦσιν τετελειωμένοι εἰς ἕν [XVII, 23],... ἵνα ὦσιν καὶ αὐτοὶ ἡγιασμένοι ἐν ἀληθείᾳ [XVII, 19], ἁγίασον αὐτοὺς ἐν τῇ (σῇ) ἀληθείᾳ [XVII, 17].

Orationes a ueteribus maximi aestimatae sunt. Vt Swainsonius uidit primus, eadem fere gratiarum actio, quae heic fit pro accepto pane eucharistico, a Pseudo-Athanasio et quidem pro pane communi enuntianda exhibetur; necnon et auctor anonymus libri VII Constitutionum Apostolicarum *Doctrinam* manu uersauit, nec pauca ex ea paene uerbo tenus in suas gratiarum actiones transtulit. Exscribimus haec.

(1) Sabatier, circiter ann. 50; Cornely, breui post annum 50; Mvnchen, potius ante quam post ann. 70; Batiffol, ante ann. 80; Resch, circ. 80-90; Fvnk, ann. 80-100; Salmon, ante fin. saeculi primi; Harnack, circ. 130-160; Renan, ann. 163 (?). — (2) Resch, ann. 70; Tillemont, ann. 97; Cornely, 90-100; Ivlicher, post ann. 100; Harnack, circ. 80-110.

Διδαχή IX [ed. Fvnk].	Ps.-Athan. *De Virginitate*, XIII [ed. Migne, *P. G.*, XXVIII, 265].	Constit. Apost., VII, 25 et 26 [ed. Bvnsen-Boetticher].
Περὶ δὲ τοῦ κλάσματος· Εὐχαριστοῦμέν σοι, πάτερ ἡμῶν, ὑπὲρ τῆς ζωῆς καὶ γνώσεως, ἧς ἐγνώρισας ἡμῖν διὰ Ἰησοῦ τοῦ παιδός σου· σοὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ὥσπερ ἦν τοῦτο τὸ κλάσμα διεσκορπισμένον ἐπάνω τῶν ὀρέων καὶ συναχθὲν ἐγένετο ἕν, οὕτω συναχθήτω σου ἡ ἐκκλησία ἀπὸ τῶν περάτων τῆς γῆς εἰς τὴν σὴν βασιλείαν· ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ δόξα καὶ ἡ δύναμις διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἐλθέτω χάρις καὶ παρελθέτω ὁ κόσμος οὗτος. Ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβίδ. *εἴ τις ἅγιός ἐστιν, ἐρχέσθω· εἴ τις οὐκ ἔστι, μετανοείτω·* Μαρὰν ἀθά· ἀμήν.	*Καὶ ὅταν καθεσθῇς ἐπὶ τῆς τραπέζης, καὶ ἔρχῃ κλᾶσαι τὸν ἄρτον,* Εὐχαριστοῦμέν σοι, πάτερ ἡμῶν, ὑπὲρ τῆς ἁγίας ἀναστάσεώς σου· διὰ γὰρ Ἰησοῦ τοῦ παιδός σου ἐγνώρισας ἡμῖν αὐτήν· καὶ καθὼς ὁ ἄρτος οὗτος διεσκορπισμένος ὑπῆρχεν ὁ ἐπάνω ταύτης τῆς τραπέζης, καὶ συναχθεὶς ἐγένετο ἕν· οὕτως ἐπισυναχθήτω σου ἡ Ἐκκλησία ἀπὸ τῶν περάτων τῆς γῆς εἰς τὴν βασιλείαν σου, ὅτι σου ἐστὶν ἡ δύναμις καὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.	Σὺ δέσποτα παντόκρατορ, Θεὲ αἰώνιε, ὥσπερ ἦν τοῦτο διεσκορπισμένον καὶ συναχθὲν ἐγένετο εἰς ἄρτος, οὕτω συνάγαγέ σου τὴν ἐκκλησίαν ἀπὸ τῶν περάτων τῆς γῆς εἰς τὴν σὴν βασιλείαν. καὶ συνάγαγε πάντας ἡμᾶς εἰς τὴν σὴν βασιλείαν, ἣν ἡτοίμασας αὐτῇ· Μαρὰν ἀθά. Ὡσαννὰ τῷ Υἱῷ Δαβίδ.

VI

DE FONTIBVS ORATIONIS VLTIMAE POLYCARPI SMYRNENSIS EPISCOPI

Inter orationum praeclarissima monumenta Polycarpi Smyrnensis episcopi, ad palum iam alligati supplicatio adscribenda est. I. B. Lightfoot u. clm. in suo ad martyrium Polycarpi commentario quendam, inter praedictam orationem et formulam quandam e Constitutionibus Apostolicis petitam nexum excitauit (1). Nuperrime I. A. Robinson de hac re fuse tractauit, et plures nouasque comparationes instituit (2). Epistulam *Martyrium Polycarpi* dictam anno primo post mortem conscriptam esse ex loco notissimo patet, ubi Smyrnaei anniuersarium diem martyrii primum nondum celebratum fuisse produnt (3). Veritatem totius scripturae in dubium plures uocauerunt, sed quae protulerunt argumenta nihil probant (4). De anno martyrii diu pugnauerunt eruditi, congruerunt tandem inter se concorditer et computationem Waddingtonianam fere omnes rectam putauerunt, quae Polycarpum anno 155 mortem obiisse demonstrat (5). Vt Vsher primus uidit (6) aliique probauerunt (7), iam Polycarpus Clementis ad Corinthios epistulam manu uersauit nec pauca ex ea paene uerbo tenus in suam ad Philippenses epistulam transtulit; plura, et non ignobilia, addidit loca u. cl. Robinson non ex Clementis tantum epistula, sed ex Διδαχή desumpta. Accedant loca.

Notandum primo uocab. ὁ παῖς σου, *seruus tuus,* de Christo dictum in uetustissimis, etiam iudaicis formulis repertum.

Is., III, 17.	Act., IV, 27.	Can. Hippol.	Διδαχή IX, X,	Clem. Rom. ad Cor.	Polycar. Orat.	Constit. Apost., VIII.	Const. apost. Aegypt.	Const. per Hippol., VII.
ἰδοὺ ὁ παῖς μου.	ἐπὶ τὸν ἅγιον παῖδά σου.	III, 13 : per... Iesum Christum, filium tuum unicum. XXXVI,193: per... Iesum Christum filium tuum dilectum.	ὑπὲρ τῆς ἁγίας ἀμπέλου Δαβὶδ τοῦ παιδός σου. IX. ἧς ἐγνώρισας ἡμῖν διὰ Ἰησοῦ τοῦ παιδός σου. IX. διὰ τοῦ παιδός σου. — διὰ Ἰησοῦ τοῦ παιδός σου. X.	διὰ τοῦ ἠγαπημένου παιδὸς αὐτοῦ Ἰησοῦ. LIX. διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἠγαπημένου παιδός σου. LIX. καὶ Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ παῖς σου. LIX.	καὶ εὐλογητοῦ παιδός σου Ἰ. Χρ. (*Martyr.*, XIV, 1). ἀγαπητοῦ σου παιδός (XIV, 3).	ὁ πατὴρ τοῦ Χριστοῦ σου τοῦ εὐλογητοῦ παιδός. 14.	per filium tuum Iesum Christum per quem... [*ed. Ludolfi*, 31].	ὅπερ διὰ τοῦ ἠγαπημένου σου παιδὸς Ἰησοῦ Χριστοῦ δεδώρησαι... 2 [*ed. Lagarde*].

(1) Lightfoot. *Apostolic Fathers*, part. II, uol. II, sect. 2 (1885), p. 972, not. 5. — (2) Arm. Robinson. *Liturgical Echoes in Polycarp's Prayer* in *Expositor,* Jan. 1899, pp. 63-72. — (3) *Mart. Polyc.*, XXIII, 2. — (4) Fvnk *Opp. Patrum Apostolicorum*, uol. I, proleg., p. XCVI (ed. noua 1887). — (5) H. Waddington. *Vie du rhéteur Aelius Aristide* in *Mémoires de l'Institut impérial de France. Académie des Inscript. et Belles-Lettres* (1867), XXVI, 232 et seqq. — Idem. *Fastes des provinces asiatiques* (1872), I, 219 et seq. — Letronne. *Recherches pour servir à l'histoire d'Égypte*, p. 253; *Recueil des Inscriptions de l'Égypte*, t. II, p. 131. — Leipsivs. *Zeitschrift f. wiss. Theologie* (1874), p. 188-214. — Idem. *Jahrbücher für protestantische Theologie* (1878), p. 751-768. — Gebhardt. *Zeitschrift f. hist. Theol.*, 1875, p. 377-385. — (6) Vsserivs. *In Polycarpianam epist. Ignatii syllogen annotationes*, 1644, p. 1. — (7) Gallandi. *Bibl. uet. Patr.*, I, Proleg.,

Sapor iudaeo-messianicus uocis huius patribus forte displicuit, nam nullibi Christus « ὁ παῖς Θεοῦ » nisi in formulis liturgicis dicitur, tam in *Doctrina* quam in Clementis epistula, quod, his quae de nexu liturgico synagogam inter et ecclesiam et in cap. praeced. de uetustate eucharisticarum dixi, haud paulum fauet. Auctor tamen epistulae ad Diognetum haec habet : ἀνεκοινώσατο μόνῳ τῷ παιδί, — ἀπεκάλυψε διὰ τοῦ ἀγαπητοῦ παιδός, — σὺν τῷ παιδὶ οἰκονομηκώς (1), quae uerba ex nulla antiquiore oratione desumpta fuisse uidentur sed ex locutione illius aetatis consueta; quod Tillemontii iudicium firmat, dicentis epistulam ante Hierosolymam deletam exaratam esse (2). Vocabulum istud paulatim e formulis liturgicis decessit et haec uerba : ὁ μονογενὴς υἱός irrepserunt (3).

Non desunt exempla, quibus uerisimile redditur, Clementis epistulam Polycarpum haud fugisse, necnon et hymnum angelicum « *Gloria in excelsis* » :

Διδαχή X.	Clementis epistula LIX.	Gloria in excelsis, C. A., VII, 47.	Martyrium Polycarpi, XIV.
Εὐχαριστοῦμεν... ὑπὲρ τῆς γνώσεως..... ἧς ἐγνώρισας ἡμῖν διὰ Ἰησοῦ τοῦ παιδός σου.	διὰ τοῦ ἠγαπημένου παιδὸς αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ ἐκάλεσεν ἡμᾶς ..... ἀπὸ ἀγνωσίας εἰς ἐπίγνωσιν δόξης ὀνόματος αὐτοῦ.		Κύριε ὁ θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ὁ τοῦ ἀγαπητοῦ καὶ εὐλογητοῦ παιδός σου Ἰησοῦ Χριστοῦ πατήρ, δι' οὗ τὴν περὶ σοῦ ἐπίγνωσιν εἰλήφαμεν.
		αἰνοῦμέν σε, ὑμνοῦμέν σε, εὐλογοῦμέν σε, εὐχαριστοῦμέν σε, δοξολογοῦμέν σε, προσκυνοῦμέν σε, διὰ τοῦ μεγάλου ἀρχιερέως κ. τ. λ.	Διὰ τοῦτο καὶ περὶ πάντων σε αἰνῶ, σὲ εὐλογῶ, σὲ δοξάζω διὰ τοῦ αἰωνίου καὶ ἐπουρανίου ἀρχιερέως κ. τ. λ.

Non omittenda inter Polycarpi doxologiam et uersiculum tertium hymni qui dicitur ambrosianus cognatio, ni fallor, artissima.

Martyrium Polycarpi, XIV.	Hymnus : TE DEVM.
ὁ θεὸς ἀγγέλων καὶ δυνάμεων καὶ πάσης τῆς κτίσεως παντός τε τοῦ γένους δικαίων, οἳ ζῶσιν ἐνώπιόν σου.	Tibi omnes angeli, tibi coeli et uniuersae potestates, tibi Cherubim et Seraphim.....

Non longa oratione lectores tenebo, ut γένος δίκαιον — uel γένος δικαίων — pro eius congruentia cum locis quibusdam liturgicis exponam. In liturgia Iacobi « *iusti* » dicuntur uiri sancti qui sub uetere testamento degerunt : τῶν ἁγίων προφητῶν, πατριαρχῶν, δικαίων (4). Quaeri non immerito possit an γένος δίκαιον uerbis sequentibus illustrari debeat, et hac in re, ut in multis aliis, laterculis ueritas constabit.

Lucas, xx, 37-38.	Mart. Polyc., XIV.	Const. Apost., l. VIII [Const. per Hippolyt., ed. LAGARDE].	Const. eccles. Aegypt. [ed. LVDOLFI].	Canones arab. Hippol., III, 11.
κύριον τὸν θεὸν Ἀβραὰμ καὶ θεὸν Ἰσαὰκ καὶ θεὸν Ἰακώβ.	γένους τῶν δικαίων [Abraham scil., Isaac et Iacob].	ὁ προορίσας τὸ ἀπ' ἀρχῆς γένος δίκαιον ἐξ Ἀβραάμ.	tu qui a primis diebus genus iustorum ab Abraham praesignasti.	genus iustum ratione huius episcopi, qui est magnus Abraham.
θεὸς δὲ οὐκ ἔστιν νεκρῶν ἀλλὰ ζώντων πάντες γὰρ αὐτῷ ζῶσιν.	οἳ ζῶσιν ἐνώπιόν σου.			

Postquam disserui de doxologia Polycarpi, sequitur ut quid sanctus martyr de peculiari casu martyrii dixerit, examinem. Εὐλογῶ κατηξίωσας uerba sunt peruulgatissima argumentum nullum praebentia; non ita tamen de his

p. XIII sq. — HÉFÉLÉ. *Patr. apost.*, ed. IV, p. XXIV et seq. — ZAHN. *Ignatius von Antiochen*, 1873, p. 617 et seq. — HARNACK. *Patr. Apost.*, ed. Lips, III, fasc. I, p. LVII et seq. — FVNK. *Opp. Patr. Apost.* (1887), Proleg., p. XXVII.

(1) *Epist. ad Diogn.*, 8, ed. FVNK. — (2) TILLEMONT. *Mémoires pour servir à l'hist. ecclés. Persécution de Néron*, not. 1. — Ita BARATIER. *Disquisit. chronol. de success. antiq. episcoporum*, Rom., 1740, p. 76 sq., et GALLANDI. *Bibl. uet. Patr.*, I, Proleg., p. LXX. — (3) Primus uidit FVNK et notauit in indice uocabulorum *Martyrii Polycarpi*, scribit enim παῖς, sc. τοῦ θεοῦ. Sequuntur loci, dein (μονογενής) ROBINSON uero, *loc. cit.*, nouam lucem fudit. — (4) SWAINSON. *The greek liturgies*, p. 292; cf. pp. 263, 288. — BRIGHTMAN. *Liturgies eastern and western*, t. I, p. 57.

quae sequuntur : « quoniam me hac die atque *hac hora* dignatus es », quibus uerbis Saluatoris nostri oratio, necnon et apostoli Iacobi et aliorum uerba similia, facile sunt accommodanda.

Ioh., XII, 27.	Mart. Polyc., XIV.	Act. Iohannis, p. 6 [ed. ZAHN].	Liturg. Ps.-Iacobi.	Lit. Ps.-Marci.
πάτερ, σῶσόν με ἐκ τῆς ὥρας ταύτης.	ὅτι κατηξίωσάς με τῆς ἡμέρας καὶ ὥρας ταύτης.	ἥμαρτον, πάτηρ Πέτρε, ἐν τῇ ὥρᾳ ταύτῃ.	ὁ πάντων θεὸς καὶ δεσπότης ἀξίους ἡμᾶς ἀπέργασαι τῆς ὥρας ταύτης κ. τ. λ.	εὐχαριστοῦμεν καὶ ὑπερχαριστοῦμέν σοι... ὅτι.. ἤγαγες ἡμᾶς ἕως τῆς ὥρας ταύτης, ἀξίωσας πάλιν παραστῆναι ἐνώπιόν σου κ. τ. λ.

Vix dubium quin auctor hymni ambrosiani ad uerba Polycarpi respexerit cum dicit : Te prophetarum laudabilis *numerus*. Te *martyrum* candidatus laudat exercitus. Quae uerba, a Cypriani libro *De Mortalitate* desumpta, nouam inducunt coniecturam.

Mart. Polyc., XIV.	Cypriani epist. VI, 3 [ed. HARTEL].	CYPRIANI. *De Mortal.*, 26 [ed. HARTEL].	Hymnus : TE DEVM.
τοῦ λαβεῖν με μέρος ἐν ἀριθμῷ τῶν μαρτύρων.	Beatas enim feminas quae nobiscum sunt in eadem confessionis gloria constitutae, quae dominicam fidem tenentes et sexu suo fortiores non solum ipsae ad coronam proximae sunt, sed et ceteris quoque feminis exemplum de sua constantia praebuerunt, ac ne quid deesset ad gloriam numeri uestri.	Illic apostolorum gloriosus chorus, illic prophetarum exultantium numerus, illic martyrum innumerabilis populus.	Te gloriosus apostolorum chorus, te prophetarum laudabilis numerus, te martyrum candidatus laudat exercitus.

Vlterius quae sequuntur nulla indigent commentatione.

Mart. Polyc., XIV.	Lit. Marci [SWAINSON, p. 53; BRIGHTMAN, p. 134].
εἰς ἀνάστασιν ζωῆς αἰωνίου ψυχῆς τε καὶ σώματος ἐν ἀφθαρσίᾳ πνεύματος ἁγίου.	ἵνα γένωνται πᾶσιν ἡμῖν τοῖς ἐξ αὐτῶν μεταλαμβάνουσιν... εἰς ἐπανανέωσιν ψυχῆς, σώματος καὶ πνεύματος εἰς κοινωνίαν μακαριότητος ζωῆς αἰωνίου καὶ ἀφθαρσίας.
Mart. Polyc., XIV.	**Const. Apost., VIII, 16.**
ὁ ἀψευδὴς καὶ ἀληθινὸς θεός.	καὶ ἐπευξάμενος ἐρεῖς· Ὁ θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ὁ ἀληθινὸς καὶ ἀψευδής, ὁ.....

Restat pars orationis nouissima. Quae supra ostendimus simul demonstrant nostram de Relliquiarum liturgicarum auctoritate sententiam. Sunt enim in fragmentis istis apostolicae sinceritatis monumenta, in aliis uero praebent fidei catholicae firmissima et sanctissima testimonia et haec testantur prouectissimam Ecclesiae aetatem, eamque Clementis, Tertulliani, Cypriani luminibus illustratam.

Mart. Polyc., XIV.	Const. eccl. Aegypt., 53 [ed. LAGARDE].	Const. Apost., VII, 47.	Clem. Rom. epist. I, 61 (?).
Διὰ τοῦτο καὶ περὶ πάντων...	εὐλογοῦμέν σε, ὁ θεός, ὑπὲρ τούτων καὶ τῶν ἄλλων πάντων ὧν εὐηργέτησας ἡμᾶς.		
σὲ αἰνῶ, σὲ εὐλογῶ, σὲ δοξάζω διὰ τοῦ αἰωνίου καὶ ἐπουρανίου ἀρχιερέως Ἰησοῦ Χριστοῦ.	. . . .	αἰνοῦμέν σε, ὑμνοῦμέν σε, εὐλογοῦμέν σε, εὐχαριστοῦμέν σε, δοξολογοῦμέν σε, προσκυνοῦμέν σε, διὰ τοῦ μεγάλου αρχιερέως κ. τ. λ.	σοὶ ἐξομολογούμεθα διὰ τοῦ ἀρχιερέως καὶ προστάτου τῶν ψυχῶν ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ δι' οὗ σοὶ ἡ δόξα κ. τ. λ.

Totius orationis clausula haec est : per quem tibi cum ipso et Spiritu sancto.....; propterea ut hanc inlustrarem subiungendum duxi ultimum elenchum.

Mart. Polyc., XIV.	Can. Hipp., III, 18; V, 43; XIX, 138.	Const. eccl. Aegypt.	Liturg. Ps.-Marci.
δι' οὗ σοὶ σὺν αὐτῷ καὶ πνεύματι ἁγίῳ.	per quem tibi gloria cum ipso et spiritu sancto (III, 18); — per quem tibi cum ipso et sancto spiritu sit gloria (V, 42). — per quem tibi cum ipso et cum spiritu sancto gloria (XIX, 138). —	per quem tibi cum ipso et sancto spiritu laus et..... per quem tibi cum ipso et sancto spiritu laus. ... per quem tibi cum ipso et sancto spiritu laus..... per quem tibi et sancto spiritu laus. ...	Ἰησοῦ Χριστοῦ δι' οὗ σοὶ σὺν αὐτῷ καὶ ἁγίῳ πνεύματι εὐχαριστοῦντες προσφέρομεν κ. τ. λ.

Constans est in liturgia Aethiopum uetus illa doxologia.

Tota itaque praeclari monumenti lectione sic inlustrata, commentarium nullum adicio : quandoquidem singula, quae in hac oratione sunt notatione et examine dignissima ad nonnulla liturgicae scientiae et Christianae doctrinae capita pertinent, quibus suus iam est, quo explicentur, locus attributus.

VII

DE QVIBVSDAM GRAECIS FONTIBVS LITVRGIAE OCCIDENTALIS

Repetenti ab origine id formularum genus, non minus arduum erit se intra certos limites cohibere, quam ipsum maris aestum sistere. Quo in labore ante omnia necessariae seruiendum erat breuitati ; non omittenda tamen ea quae propius accedunt ad consilium. In libris liturgicis Ecclesiae latinae non pauca renitent monumenta quae cum Graecorum liturgicis orationibus nexum artissimum habere uidentur, equibus plura et quidem non ignobilia Caginus noster detexit (1) sed ad aetatem nostram, quae est antenicaena, nullo modo competentia; amantissimus uero collega meus Ferdinandus Cabrol, eandem agitans quaestionem, continuo remotissimam nactus est antiquitatem. Anno elapso, u. cl. Morelot, canonicus, exploso ueterum iudicio de origine gallicana antiphonae « *Venite populi* » in liturgia sanctae ecclesiae Lugdunensis usque in hodiernum diem adseruatae, thesim caginianam « de l'universalité primordiale et l'origine romaine du type gallican » amplexus est. Exstat antiphona illa percelebris in libris manuscriptis ecclesiarum Galliae, Britanniae, Italiae, in codicibus tandem mediolanensibus et romanis (2); minimi momenti sunt lectiones codicum, sed scribit Morelot : « les variantes du texte ambrosien sont d'une portée plus considérable, en tant du moins que la question d'origine s'y trouve engagée. A première vue l'omission de la préposition *ad* avant *sacrum* et la substitution d'*illibatum* à *et libamen* accuseraient une erreur de copie, et j'étais disposé, je l'avoue, à admettre cette supposition. Tel n'est point l'avis du R. P. D. Cagin, qui croit reconnaître dans ce texte un emprunt fait à la liturgie grecque (et qui) estime que la leçon ambrosienne du *Venite populi* se tient plus près de l'original grec que celle des manuscrits de France et d'Italie, et que l'absence de la préposition qui nous paraissait nécessaire pour la régularité de la construction grammaticale, peut s'expliquer par la supposition que le texte grec renfermait à cet endroit un verbe qui rendait cette préposition superflue » (3). Quibus addit necessarius meus : « Je crois que l'hypothèse peut être considérée désormais comme un fait; je me permets de signaler un tropaire qui fait allusion en même temps à la cérémonie du lavement des pieds du jeudi saint et à la communion; il débute comme le *Venite*. Cette origine constitue pour notre antienne un état civil des plus curieux et la fait remonter très haut » (4).

(1) D. P. CAGIN in *Paléographie musicale*, t. V (1897), p. 6 et seqq. — (2) LE SIEVR DE MOLEON (LEBRVN-DESMARETTES). *Voyages liturgiques en France ou recherches faites en diverses villes du royaume* (1718). — LEBEVF. *Traité historique et pratique sur le chant ecclésiastique* (1741), p. 40. — D. GVÉRANGER. *Institutions liturgiques*, t I (1853), p. 259. — MORELOT in *Revue de musique religieuse* (de DANJOV) (1847), « cahier supplémentaire », et *L'antienne Venite populi* in DAVX. *Deux livres choraux monastiques des Xe et XIe siècles* (1897), p. 137-145 et tables v et vi. [Cfr. codd. Wincesteriensis, Cantuariensis, Echternacensis in R. WALTER HOWARD. *Winchester Troper* (BRADSHAW SOCIETY), pp. XVI, 19, 109]. — (3) MORELOT. *loc. cit.*, p. 139 et seq. — (4) D. F. CABROL. *Le livre de la prière antique*, p. 542 et seq.

Cod. Moissiacensis.	Cod. Muggiascensis (1).	Nilles. t. II. p. 233.
ANTIPH. AD COMMVNICANDVM	TRANSITORIVM (IN DIE SCO PASCHAE)	Ὁ οἶκος. Πρὸς τὸ Τράνωσον.
Venite populi ad sacrum et immortale misterium et libamen agendum; cum timore et fide accedamus; manibus mundis paenitentiae munus communicemus; quoniam agnus dei propter nos patri sacrificium propositum est; ipsum solum adoremus, ipsum glorificemus, cum angelis clamantes : alleluia.	Venite, populi, sacrum immortale misterium illibatum agendum; cum timore et fide accedamus; manibus mundis paenitentiae munus communicemus; quoniam agnus dei propter nos patri sacrificium propositum est; ipsum solum adoremus, ipsum glorificemus, cum angelis clamantes : alleluia alleluia.	Τῇ μυστικῇ ἐν φόβῳ τραπέζῃ προσεγγίσαντες πάντες καθαραῖς ταῖς ψυχαῖς τὸν ἄρτον ὑποδεξώμεθα, συμπαραμένοντες τῷ δεσπότῃ, ἵνα ἴδωμεν τοὺς πόδας πῶς ἀπονίπτει τῶν μαθητῶν, καὶ ποιήσωμεν ὥσπερ κατείδομεν, ἀλλήλοις ὑποταγέντες, καὶ ἀλλήλων τοὺς πόδας ἐκπλύνοντες· Χριστὸς γὰρ οὕτως ἐκέλευσε τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς, ἀλλ' οὐκ ἤκουσεν Ἰούδας ὁ δοῦλος καὶ δόλιος. Cfr. quoque : Missa Chrysostomi, ad communion. τοῦ δείπνου σου τοῦ μυστικοῦ σήμερον υἱὲ Θεοῦ κοινωνόν με παράλαβε..... GOAR. *Euchologion*, ed. alt., p. 66.

Aliis non indigeo exemplis; Pitra nostro duce, aliud prodam monumentum (2).


Tommasi (ed. Vezz). III, 615.	Pitra. Hymnogr. d. l'É. gr., p. 36.
Te decet laus, Te decet hymnus; Tibi gloria Deo Patri Et Filio cum Sancto Spiritu In saecula saeculorum, Amen.	Σοὶ πρέπει αἶνος, σοὶ πρέπει ὕμνος, σοὶ δόξα πρέπει τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

Vno auulso, non deficit alter, post Cabrollum et Emum Pitram accedit Caginus noster qui rem, ut solet, inlustrauit. In promptu esset, inquit, ex diuersis translationibus antiquissimas graecas formulas sermone latino interpretantibus, non semel uarias lectiones conligere. Exempli gratia, ex duobus latinis formulis quae infra scribuntur, non immerito conicere licet graecum quoddam argumentum, quod latius fusis referret uerbis sollemnes adclamationes quibus confitentium martyrum *natalitia* celebrabantur.

CODEX MVS. BRITANN. ADD. 34209.	ANTIPHON. ROM. (MISSARVM).
Laetemur omnes in Domino diem festum celebrantes ob honorem Agathae martyris : de cuius trophaeo gaudent angeli et collaudant Filium Dei.	Gaudeamus omnes in Domino diem festum celebrantes sub honore Agathae uirginis : de cuius passione gaudent angeli et collaudant Filium Dei.

Hoc tandem fragmentum, nihilominus rei de qua heic disseruimus coniungitur. Hoc *transitorium* ambrosianum est (3).

(1) Cod. « de l'église de *Muggiasca*, daté de 1388 », sic MORELOT. *l. c.*, p. 138; « un codex, celui de *Muggiasca* (A. D. 1380), sic D. A. MOCQVEREAV. *Notes sur l'influence de l'accent et du cursus toniques et latins dans le chant ambrosien* (1897), p. 35 (?). — (2) PITRA. *Hymnographie de l'Église grecque* (1867), p. 36. « Comme unique exemple nous donnerons le *Te decet laus*, en mettant en regard un texte grec qui ne peut être plus récent que le troisième siècle. » Cfr. PITRA. *Iuris ecclesiastici graecorum Historia et monumenta*, t. I, p. 379-380. — (3) Cod. Mus Brit. add. 34209, fol. 60uo. — Cfr. KIENLE. *Ueber ambrosianische Liturgie und ambrosianischen Gesang.* in *Stud. und Mittheil.* (1884), V, pars I, p. 246; pars II, p. 340. — CERIANI. *Notitia liturg. ambr.... et eius concord... cum Conc. Trid.* (1895). — P. CAGIN in *Paléogr. musicale*, t. V, p. 18 et seqq.



Huius uero *transitorii* « le récitatif » et melodia antiquitatem manifesto redolent. Caeterum ex quibusdam uerbis scilicet : « *Qui sedes super Cherubim et Seraphim* » tempus quo fuit compositum, statuere licet. Caginus noster censuit haec uerba « *sedere super Seraphim* » esse dicendi rationem prorsus abnormem, cuius aliud exemplum reperiri non posset. Non ita certum est. Haec enim leguntur in actibus disputationis Acatii Antiochensis Pisidarum episcopi, anno circ. CCL : « Praeses Martianus : Quis est iste [Deus]? Respondit Acatius : Altissimus Adonai, sedens super Cherubim et Seraphim » (1). Leguntur quoque in « oratione quam sub die passionis suae » Cyprianus Antiochenus dixit : *Te deprecor Filium Dei uiui, propter uniuersa commissa mea, qui.....* SEDES SVPER

(1) De genuitate actuum nulla disputatio exoriri potest. Cf. HARNACK (PREVSCHEN). *Gesch. d. alt. Litt.*, I, II, p. 819. — NEVMANN. *Der römische Staat und die allgemeine Kirche bis auf Diocletian*, t. I, p. 283-331. — G. KRÜGER. *Gesch. d. altchr. Litt.* in *Grundriss der Theol. Wiss.*, IX, p. 242, § 106. — BATIFFOL. *La littérature grecque*, p. 238. — J. VAN DEN GHEYN. *Acta martyrum* in *Dict. d. Théol.*, fasc. III, col. 321. — P. ALLARD. *Histoire des Persécutions*, t. II, p. 413 : « Le procès de saint Acace est un des épisodes les plus curieux de la persécution de Dèce. La pièce qui le rapporte, *évidemment traduite du grec*, offre des garanties d'authenticité, bien qu'on y puisse regretter l'absence d'indications précises quant au lieu de la scène et à la qualité du magistrat. »

CHERVBIM ET SERAPHIM (1). Ex his plane liquet locutionem hanc ad tempora Decii posse referri (2). Ad *transitorium* uero ipsum (quod ab Ambrosiana liturgia — quae sola illo utebatur — eucharistico ritui assignabatur) alludit S. Hieronymus in hisce uerbis quae Martyris Cypriani formulae nullo modo conueniunt : *Illorum quoque pius licet, adtamen coarguendus error, qui* ORATIONIBVS *et* OBLATIONIBVS SVIS *audent dicere : Qui* SEDES SVPER CHERVBIM ET SERAPHIM (3) et uidetur petere a Sancto Pontifice Damaso ut ista prohibeantur. Ex hoc infenso animo quo acerrimus idemque eruditissimus ille Doctor mouetur, perspicue conicitur, quam rara essent scripta locutionem istam continentia, et quamuis Cypriani Antiocheni oratio, latino tantum sermone ad nos peruenerit, haud temere tamen possumus arbitrari, scriptum istud quod ex mente et dicendi forma persecutionum temporibus merito assignatur, ex graeco quodam argumento defluere, ex quo ambrosiarum *transitorium* manaret ipsum. Cuius argumenti uestigia quaedam, et in graecis ipsis documentis, forte reperire licet, cum notissimam istam inueniamus formulam : SEDERE SVPER SERAPHIM, in diei τοῦ ἀκαθίστου ὕμνου officio (4); acathisto enim praemittitur in exercitio hoc τροπάριον αὐτόμελον : Τὸ προσταχθὲν μυστικῶς κ. τ. λ. cuius quidem omnes fontes iam non sunt aequati, etsi saltem unum ex antiquissimis aequare possumus, tribus his locis *transitorio* nostro similibus, secum conlatis.

Transitorium dom. IV post Epiphaniae.	Σάββατον τοῦ ἀκαθίστου ὕμνου.
Qui SEDES SVPER Cherubim et SERAPHIM. **2**.	χαῖρε ὄχημα πανάγιον τοῦ ἐπὶ τῶν χερουβίμ· χαῖρε, οἴκημα πανάριστον τοῦ ἐπὶ τῶν σεραφίμ. ιε′.
....	
Qui uenisti peccata soluendo. **6**.	χαῖρε, δι' ἧς ἐλύθη παράβασις............... ιε′.
....	....
Hunc sacrosanctum calicem sumentes Ab omni culpa libera nos semper. **11-12**.	δεξαμένη τὴν νῦν προσφοράν, ἀπὸ πάσης ῥῦσαι συμφορᾶς ἅπαντας. κδ′.

Nobis uero sedulo uerborum dispositionem perspicientibus et in singularem illam interpunctionem quae melodia datur, intendentibus, facillime patuit accentus quosdam, certis mensisque temporibus, recurrere : quo semel comperto, haud arduum erat numerum et praecipuos sonorum apices quos disposuimus, decernere.

Numerus uero statim uidetur ex tono, minime uero ex quantitate prosodiaca rationem ducere, isotonia et isosyllabia et homoeoteleuto ex industria habitis. In confesso est tertium et quartum uersum primae strophae, et quattuor uersus secundae, similiter desinere : *archangeli, apostoli; — orando, soluendo; — redemptionem, pastorem.* De isosyllabia similiter auctor curauisse uidetur.

Quod autem diuiditur in tres strophas, quarum quaeque tribus conficitur uersibus, hoc non ex libidine sed ratione factum est. Ab accentu primus quisque uersus initium directe sumit; tertius quisque uersus ducit ad illum

(1) CYPRIANI ANTIOCHENI. *Oratio quam sub die passionis suae dixit* (*Patr. Lat.*, ed. MIGNE, p. 987, col. 2 N); idem sanctus in *Orationes pro martyribus* (loc. cit., p. 986, col. 2 G) dixit : qui sedes super septem thronos ad dexteram Patris. — (2) De oratione secunda Cypriano Antiocheno attributa scribit Adolphus Harnack, rei litterariae christianae facile coryphaeus : Diese Rede steht in Cod. Veron. X, 8, saec. VIII, unter den Schriften des Augustin. Als cyprianisch bieten sie Monac. 208, saec. IX (nach dem hymn. de pascha und vor der « Coena »), Bamberg. 476, saec. XI; Cassinas 204, saec. X, und zwar der letztere zweimal. Beide Reden sind wohl von einem Verf., wie auch die Erwähnung der Thekla wahrschenlich macht. Vorkonstantinisch sind sie schwerlich (*Gesch. der Altchristl. Litt. bis Eusebius*, t. I, pars II, pag. 720). — (3) *Hier. opp.*, ed. VALLARSI, col. 60; n. 17 tomi I HIERONYMI, *Epistula* XVII, *ad Damasum*. Cfr. t. IV, col. 91, in Isaiam VI, 3, ubi scribit Doctor : errant qui solent in precibus dicere : Qui sedes super Cherubim et Seraphim. — (4) « Emus PITRA noster nos in spem maximam adduxerat (*Analecta sacra spicil. Solesm. parata.*, t. I, p. 262) fore, ut ipse fusius et accuratius esset acturus de hymni auctore, de historica rei ueritate, de multis codicibus, ect. uerum tot aliae occupationes, quibus se Emus uir districtum uidit, prohibuerunt, quominus id fieret. Interim duo scriptores graeci LAVRIOTES et PARANIKAS textum ad fidem χειρογράφων παλαιῶν emendare studuerunt in Actis CPolitantis Ἐκκλησιαστικὴ Ἀλήθεια, 1893 mensibus Febr. et April. Cfr. si lubet, COMBEFISII. *Auctarium,* t. II, pp. 805-826; — LAMBECIVS. ed. KOLLAR, t. V, 301; — MATTAEI. *Notit. codd. mosq.*, a. 1771, n. 9; — *Patrol. graeca,* ed. MIGNE, LXXXXII, p. 1333, et CVI, p. 1335; — W. CHRIST et PARANIKAS. *Anthol. graec.*, 1871, p. 140-147; — NILLES. *Kalendarium manuale,* t. II, p. 154 et seqq. — Celeberrimus hymnus acathistus tum primum fuit compositus et in laudem ss. Deiparae cani coeptus, cum, Heraclio imperante, a Sarbari et Chagani obsidione CPolis est liberata anno 626. Quando autem inter officia ecclesiastica carmen recipere aut quo tempore hoc hebdomadis quintae sabbato illud sollemniter recitare instituerint Graeci, plane non liquere post alios qui de eo tractarunt, QVERCIVS scribit in *Adnotation. in hymnum Acathistum* (Cfr. GRETSER in *Codin.;* TH. RAYNAVD. tom. VII, *Nomenclat. Marian.*, obseruat. 2; PAGI *ad ann.* 625; QVISINVS. *Vetus offic. quadrages. Graeciae orthodoxae,* diatrib. 4). Multa alia reperies apud NILLES, *loc. cit.,* post quem Acathistum repraesentamus ex noua editione Emi PITRAE nostri (NILLES. *loc. cit.,* passim). Nillesianam translationem locorum citatorum hymni acathisti heic exhibere uolui : « Salue, uehiculum sanctum eius, qui sedet super Cherubim. Salue, nobilissimum habitaculum eius, qui est super Seraphim..... Salue per quam soluta est transgressio..... Suscipe hanc oblationem, et libera nos omnes ab omni calamitate. » — Post exemplum supra allatum de sessione super Seraphim in re graecorum liturgia hanc orationem non omittam : Sanctus Deus, qui Cherubim..... intendi..... : qui Seraphim sex alis insignibus VEHERIS (ὁ τοῖς ἑξαπτερύγοις Σεραφεὶμ ἐποχούμενος) et alas ad inuicem percutientibus, triumphalemque Hymnum, Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Sabaoth, Sanctus est qui uenit Deus noster, concinentibus, VEHERIS » (GOAR. *Euchologion,* ed. alt., p. 83, *uariae lectiones in sacr. Chrysost. liturg.*. εὐχὴ τοῦ τρισαγίου).

per podatum, secundus uero et quartus quisque per meram anacrousim unius syllabae. Excipitur tamen secundae strophae secundus uersus; hic locus uidetur mutatus et quonam modo melodia in quattuor syllabas uerborum « *qui uenisti* » diduci debeat, non consentiunt mss. Sed, hac exceptione seclusa, satis multa relinquuntur conuenientia principio quibus innixi, merito tres strophas decernere possimus. Isotoniae uero schema, dispositione ipsa quae assumitur, clarissimum efficitur. Plura heic notanda sunt. Inprimis notemus auctorem cauisse ne duos tonicos accentus, in unoquoque uersu, ad ictum numeri conuenientem aptaret (col. 6 et 10). Ex alia parte propositum constanter non assecutus est, aut saltem in caeteris, duobus primis exceptis (col. 2 et 4) minores exhibuit conatus. Lex tamen seruatur et hoc carminis genus ad regulas reuocatur certas, quas supra exposuimus :

in laterculo nostro secundo	: syllabae	DE	[stropha 1ª;	lin. 3ª]
—	: —	DE	[— 2ª;	— 3ª]
—	: —	DE et SA	[— 3ª;	— 2ª et 3ª]
— quarto	: —	SV	[— 1ª;	— 2ª]

Nunc uero quaeramus unde ueniat hic numerus et utrum uerbis cohaereat an melodia? Et iuxta opinionem nostram, isotonia haec, quae tam lucida patet in col. 2, 4, 6, 10, ex latino fonte est, aeque ac uerba quae illius tenentur legibus, nisi utraque eodem sint tempore et aliud alii factum fuerit.

E contra, melodiae numerus, ut opinor, a uerborum numero seiungitur : tonus enim, non iisdem temporibus, in utrisque, conuenienter adsurgit, quod sane fieret, si melodia uerbis aptata fuisset, ut fit in cursibus latinis, sancti Gregorii modo compositis. Imo, ex indiciis quibusdam nobis conicere licet, non solum melodiam a uerbis seiungi, sed hanc illis priorem esse. His, quae supra notauimus, addamus argumentum non parui momenti desumptum ex conflictu quodam in secundo uersu strophae secundae (col. 2) reperto. Cum enim numerus syllabarum quae requiruntur a numero sonorum singulorum inter accentus qui *peccata* et *soluendo* notant, uerborum auctore, non esset datus, melodia tamen immutata manet. Numerus eius non relinquitur et pondus soni, qui uerbis deficientibus nec fultus, nec usurpatus euasisset, grauatum tribuitur accentui *peccata* notanti. In eodem autem laterculo, scilicet in uersu quarto primae strophae, iura sua minus stricte sibi melodia uindicauisse uidetur, quia res, pronuntiatione disiuncta duplicis syllabae *laudant* (*la-ou-dant*), fiebant pares. Si uero melodia prorsus contemnitur, in uerbo *uenisti* (2 uers. 2 stroph., ead. col.) id fit quia syllaba *qui* quasi super numerum adiecta, ante primum accentum, iam habita, isosyllabiam (11, 12, 12, 11) seruare auctor maluerit, tanto quidem magis quod uox *ni* longam et iam eleuatam fortius eleuans, soni concinentis accentui, qui *uenisti* notat, locum posset obtinere.

Ex his uero patet, non solum melodiam a uerbis seiunctam, sed imo hanc illis fuisse priorem. Cum autem ad ius suum melodia redigeret uerba, ut supra uidimus, numero ad arbitrium dilatato (col. 6 et 7; 2ª stroph., 2ª lin.), fuit tamen ipsa coacta, in uniuersum aestimanti, ut numerum sibi proprium relinqueret et sua uice uerba sibi hac saltem re grauissima, praeminere pateretur. Musicologis tamen, de hac re inquirentibus, graecum argumentum : δι' ἧς ἐλύθη παράβασις, libentissime trado; res haud iniucunda illis sit, et nunc quaerant utrum numerus melodiae proprius, isque contemptus latinus sit an graecus. Hoc uero nil obstat hactenus quin arbitremur, neque tamen id prorsus probatur (1).

Transitorium nostrum aliam deposcit collationem. Fas sit, hymni percelebris qui : *Te Deum laudamus* dicitur, heic non paucos uel contemnendos exhibere fontes; perplexam tamen quaestionem, de auctore, de ortu, de patria, uiris doctis, rei liturgicae postnicaenae familiaribus, dimittere decreui :

Hymnus « *Te Deum laudamus* ».	*Transitorium* ambrosianum.	Fontes diuersi.
Te Deum laudamus,	1. Te laudamus Dn̄e omnipotens. 5. Te laudamus Domine orando	
Te Dominum confitemur, Te aeternum patrem Omnis terra ueneratur;		
Tibi omnes angeli, Tibi coeli et uniuersae potestates,	3. Quem benedicunt angeli » » » et archangeli.	ὁ θεὸς ἀγγέλων, καὶ δυνάμεων καὶ πάσης τῆς κτίσεως; (1). (1) *Oratio Polycarpi.* Cf. supra § VI. —

(1) « ..... de nombreux fragments hymnographiques ont passé d'une liturgie à l'autre par de simples traductions..... De même, les *transitoria : Te laudamus, Gaude et laetare, Laetamini.* Pour ce dernier la chose est sûre, pour les deux autres, dont l'original grec n'a pas encore été retrouvé, elle est infiniment probable. L'air ambrosien du *Te laudamus,* reproduit par D. Cagin (uide supra), présente avec l'air grec des *Exapostilaria* de telles analogies que l'on peut conclure sans trop de témérité à un emprunt simultané du texte et de la mélodie. Ou je me trompe fort, ou c'est parmi les nombreux *exapostilaria* de la liturgie grecque qu'il convient de chercher l'original du *transitorium* milanais » (L. Petit. *Euchologie latine et euchologie grecque* in ephem. *Échos d'Orient,* octob. 1900, p. 3).

f

Hymnus « *Te Deum laudamus* ».	*Transitorium* ambrosianum.	Fontes diuersi.
Tibi Cherubim et Seraphim incessabili uoce proclamant : Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus Sabaoth. Pleni sunt coeli et terra maiestatis gloriae tuae.	2· Qui sedes super Cherubim et Seraphim.	
Te gloriosus apostolorum chorus, Te prophetarum laudabilis numerus,	4. Et laudant et apostoli, » » prophetae	Illic apostolorum gloriosus chorus, Illic prophetarum exultantium numerus
Te martyrum candidatus laudat exercitus,	....	Illic martyrum innumerabilis populus (2). — παντός τε τοῦ γένους τῶν δικαίων (1).
Te, per orbem terrarum, sancta confitetur ecclesia. Patrem immensae maiestatis, Venerandum tuum uerum et unicum Filium. Sanctum quoque Paraclitum Spiritum.		
Tu, rex gloriae, Christe,	9. Tu es Christus Dominus Saluator	
Tu, Patris, sempiternus es Filius :	....	Tu patris sempiternus es filius (3).
Tu, ad liberandum suscepturus hominem Non horruisti uirginis uterum :	10. Qui de Maria Virgine es natus.	
Tu deuicto mortis aculeo Aperuisti credentibus regna coelorum. Tu ad dexteram Dei sedes in gloria Patris, Judex crederis esse uenturus. Te ergo quaesumus :		
Tuis famulis subueni, quos pretioso sanguine redemisti.	11. Hunc sacrosanctum calicem sumentes.	
Aeterna fac cum sanctis tuis in gloria numerari.		
Saluum fac populum tuum, Domine,	....	Saluum fac populum tuum, Domine,
Et benedic haereditati tuae,	....	et benedic haereditati tuae;
Et rege eos, et extolle illos,	....	et rege eos et extolle eos
Vsque in aeternum.	....	usque in aeternum [Ps. XXVII, 9].
Per singulos dies benedicimus te,	....	Καθ' ἑκάστην ἡμέραν εὐλογήσω σε
Et laudamus nomen tuum in saeculum et in saeculum saeculi.	....	καὶ αἰνέσω τὸ ὄνομά σου εἰς τὸν αἰῶνα καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος.
Dignare, Domine, die isto sine peccato nos custodire,	12. Ab omni culpa libera nos semper.	Καταξίωσον, κύριε, καὶ τὴν ἡμέραν ταύτην ἀναμαρτήτους φυλαχθῆναι ἡμᾶς (4).
Miserere nostri, Domine, miserere nostri.	....	Miserere nostri, Domine, miserere nostri [Ps. CXXII, 3].
Fiat misericordia tua super nos, Quemadmodum sperauimus in te.		
In te, Domine, speraui,	....	In te, Domine, speraui
Non confundar in aeternum.	....	non confundar in aeternum [Ps. XXX, 1; cf. Ps. CXXI, 6].

(1) *Oratio Polycarpi*. Cf. supra § VI. — (2) Cypriani. *De mortalitate*, c. XXVI. — (3) Ex contestatione missae IX F. I. Monii (Missae gallicanae undecim). — (4) Hymnus matutinus in cod. Alexandrino Musei Britann., ad psalm. CXLV, 2.

Hactenus de hymno qui dicitur ambrosianus; pauca tantum, sed sola fere, quae certo pro antiquis, referre audemus. Adeant quibus talia cordi sunt — utrum genuina sint necne — scriptorum bibliothecam in notis propositam (1).

(1) Bovvy in ephem. *Les Lettres chrétiennes*, t. IV, p. 200. — Bvnsen. *Analecta antenicaena*, t. III, p. 88. — Bvrn. *An Introduction to the Creeds and to the Te Deum* (1899). — Christ. *Anthol. gr. carm. Christian.*, p. 39. — Daniel. *Thesaur. hymnolog.*, II, 276-299. — Gibson in *Church Quarterly Review*, april (1884). — Krieg apud Kravs in *Real-Encyclopaedie der chr. Alt.* (1886), tom. II, p. 845. — Morin O. S. B. in ephem. *Revue Bénédictine*, (1890) p. 151 et seqq.; (1894) p. 53 et seqq., p. 337 et seqq.; (1897) p. 390; (1898) p. 39. — Wordswort in *Dictionary of Hymnology* s. u. *Te Deum*, p. 1119-1130. — Warren. *Antiph. of Bangor*, p. 32 et 93. — *Revue Critique* (1893), 1, 192.

VII

DE FONTE QVODAM GRAECO E PHILOSOPHO DESVMPTO

Satis multa tam de graecis fontibus quam de fortuna in superiore capitulo praefatus sum, ut, omissa priore huius inquisitionis parte, statim ad posteriorem accedam, quae, angusto quidem in spatio, non ignobile tamen monumentum continet. Felici sorte contigit, ut quo tempore Emin. Angeli Maii *Scriptorum ueterum noua collectio* strictim confecta, in lucem ederetur, tunc, fauente Deo, tanto uiro praesto fuerit rei liturgicae uetustissimae opus insigne, *Fragmenta* nempe *liturgica* rescripta, iam tunc in lucem, omni ex parte noua atque incognita, emittenda. In mediolanensi bibliotheca sub Bedae opere *De temporibus* [M. 14, sup.] notis tironianis conscripto, latentem nactus est liturgiam hanc maximis uncialibus litteris scriptam ad gallicanum usum competentem, cum argumentis claris scil. : *Contestatio, post nomina,* res ipsa luceat. Si de plagis sciscitamur, indicia non pauca animo obuersantur quae regionem Rhodanensem, ubi chiliasma et gnosticorum somnia pullulauerunt, insinuant (1). Non eiusdem temporis sunt omnia fragmenta sorte consuta, *primae* etenim *resurrectionis participatio* et *unigeniti consubstantialitas* saporem diuersum redolent, antenicaenae uetustatis tamen non desunt loca. Quin uide :

<table>
<tr><th>FRAGMENTVM RESCRIPTVM</th><th>COMMENTARIVS</th></tr>
<tr><td>Quis non diligat, cuius filium scit pro sui redemptione suspensum?</td><td>HIC DALMATA CRISTI MORTE REDEMTVS QVIIESCET IN PACE. LE BLANT. Inscr. chrét. de la Gaule, n. 478 (Viennensis — Die).</td></tr>
<tr><td>Quis non metuat, quem scit in iudicii maiestate uenturum?</td><td>Apostoli Pauli epistolas abscidit (Marcion) auferens quaecumque manifeste dicta sunt ab Apostolo de eo Deo, qui mundum fecit, quoniam hic Pater Domini nostri Iesu Christi quaecumque ex propheticis memorans Apostolus docuit, praenuntiantibus aduentum Domini [IRENAEVS. Adu. haer., I, XXVII, 2; cf. PHILASTR. De haer., XLV].</td></tr>
<tr><td>Debemus interim timere, quod dominus est; et amare, quod pater est, utriusque satisfactione subnexi, filiorum affectu et seruitute famulorum.</td><td>Αἱ ψυχαὶ ἀπέρχονται εἰς..... τὸν τόπον τὸν ὡρισμένον αὐταῖς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, κἀκεῖ μέχρι τῆς ἀναστάσεως φοιτῶσι, περιμένουσαι τὴν ἀνάστασιν· ἔπειτα ἀπολαβοῦσαι τὰ σώματα, καὶ ὁλοκλήρως ἀναστᾶσαι, τουτέστι σωματικῶς, καθὼς καὶ ὁ Κύριος ἀνέστη, οὕτως ἐλεύσονται εἰς τὴν ὄψιν τοῦ Θεοῦ.
[IREN., V, XXXI, 2].

animae abibunt in inuisibilem locum, definitum eis a Deo, et ibi usque ad resurrectionem commorabuntur, sustinentes resurrectionem : post recipientes corpora, et perfecte resurgentes, hoc est corporaliter, quemadmodum et Dominus resurrexit, sic uenient ad conspectum Dei.</td></tr>
<tr><td>Imitemos [inuitemos. MAI] fratres karissimi, redemptoris nostri serenus oculos et benignus auditos</td><td>..... Commoratus usque in tertiam diem in inferioribus terrae, post deinde surgens in carne — sic ascendit ad Patrem.....; animae (uero)..... recipientes corpora, et perfecte resurgentes, hoc est corporaliter, quemadmodum et Dominus resurrexit, sic uenient ad conspectum Dei [IREN., V, XXXI, 2].
Animae autem solius esse salutem (corpus enim natura corruptibile [i. e. non resurrecturum. MASSVETVS] exsistit [IREN., I, XXIV, 5]); doctrina est Basilidis. Cf. PHILASTR. De haer., XXXI, et PS.-TER. Adu. omn. haer. in OEHLER. Corp. haeresiol., I, p. 272. Non aliter sentiebat Valentinus. Cfr. IREN., V, XXXI, 1. — PHILASTR. loc. cit., XXXVIII. — AVG. De haer., XI. — PRAEDESTIN., c. XI. — PS.-TERT., c. XII. — EPIPH., haer. XXXI, c. 7]. — « Près de Lyon, et dans la contrée qui avoisine le fleuve, se montre, sur les tombes chrétiennes, une mention toute spéciale. Un village du Rhône et six agglomérations groupées sur trois arrondissements de l'Isère sont les seuls lieux qui la présentent; un grand nombre d'inscriptions y répètent que le fidèle s'est endormi : dans l'espoir de la résurrection. Aucun marbre de nos provinces ne reproduit cette formule et l'esprit hésite à admettre que le hasard ou le caprice aient suffi à la faire naitre ou à en limiter l'extension. On se prend à chercher plus haut la cause d'un fait remarquable et l'on observe que ce fait est en rapport avec une circonstance historique qui l'explique. Le Gnosticisme pénétra en Gaule en même temps que le christianisme niant un dogme fondamental qu'affirmait l'Église, prétendant que la résurrection est purement spirituelle et ne s'étend pas</td></tr>
</table>

(1) IREN. *Adu. haer.*, I, XIII, 7, et V, XXXI-XXXVI.

FRAGMENTVM RESCRIPTVM	COMMENTARIVS
	aux corps ». E. Le Blant. *Inscr. chrét. de la Gaule*, cfr. nn. 391, 398, 401, 414, 415, 418, 419, 427, 435, 439, 452, 464, 465, 466, 467, 468, 470[a], 470[b], 661; cf. quoque 478, 550[a], 541[b]. Cf. tamen *Revue archéol.* (1860).
....et in praesenti requiem, et in prima resurrectione participes......	Fragmentum sequentibus argumentis explanabo : requies aeterna (N.) suscipiat, et eam [animam] beata resurrectione praesentet [Mvratori. *Lit. rom. uet.*, I, 750], — ut cum Domini pietas inter sanctos et electos tuos.... collocare dignetur, et partem habeat in prima resurrectione [*ibid.*]. Scribit u. cl. Edm. Le Blant *loc. cit.* : « chose digne de remarque, les épitaphes, calquées toujours sur les liturgies funéraires, ne reproduisent pas cependant la formule : *in resurrectione prima,* mais peut-être en a-t-on l'équivalent dans cette mention : *resurrecturus cum sanctis* ». N. 419 et cfr. supra.
Praesta nobis, Domine, in domo tua sancta unanimitate uiuentibus pacem habere	Ipse autem Isaias manifeste annuntiauit tale gaudium in resurrectione justorum futurum [Iren., I, xxxiv, 1]. Cfr. Iren., I, xxxii-xxxvi, passim. — Tituli duo in capella subterranea sancti Irenaei adseruantur; tales sunt : **PROCVLA·CL·FEMINA ‖ FAMVLA DEI·A·TERRA·AD MARTYRES·** (saec. iv). *Inscr. chrét. de la Gaule*, n. 58. — **HIC NONNVSE IACES C[…]SANCTORVMQ·CHORI[…] PERNOCTANS HYMNIS TI[…]PARVA TIBI SERVAN[…] SANCTORVM […] QVI […]**. *Ibid.*, n. 52. — Viennae... **COETIBVS ADMIXTA FVTVRA IN sAECVla** sanctis. *Ibid.*, n. 458*.
sanctae ecclesiae membra dispersae tutius soliditatis prospiritate concorpora.	Τὰ οὖν σώματα τῶν μαρτύρων παντοίως παραδειγματισθέντα καὶ αἰθριασθέντα ἐπὶ ἡμέρας ἕξ, μετέπειτα καέντα καὶ αἰθαλωθέντα ὑπὸ τῶν ἀνόμων κατεσαρώθη εἰς τὸν Ῥοδανὸν ποταμὸν πλησίον παραῤῥέοντα, ὅπως μηδὲ λείψανον αὐτῶν φαίνηται ἐπὶ τῆς γῆς ἔτι [*Eccles. Lugd. et Vienn. epistula*, n. 16]. Παντὶ γὰρ σθένει ἐνέσκηψεν ὁ ἀντικείμενος, προοιμιαζόμενος ἤδη τὴν ἀδεῶς μέλλουσαν ἔσεσθαι παρουσίαν αὐτοῦ· καὶ διὰ πάντων διῆλθεν, ἐθίζων τοὺς ἑαυτοῦ καὶ προγυμνάζων κατὰ τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ· ὥστε μὴ οἰκιῶν καὶ βαλονείων καὶ ἀγορᾶς εἴργεσθαι, ἀλλὰ καὶ τὸ καθόλου φαίνεσθαι ἡμῶν τινα, αὐτοῖς ἀπειρῆσθαι ἐν ὁποίῳ δήποτε τόπῳ [*ibid.*, n. 1. Cfr. Renan. *Origines du Christianisme*, t. VII, c. xx. *Reconstitution de l'Église de Lyon*].

Quantum obscuritatis sit in ea, de qua nunc agendum est, quaestione explicanda, ea quae huc usque diximus satis ostendunt. Moderatius est iudicium, quod etsi fragmenta nostra ab Irenaeicis temporibus scripta esse iudicat, mutationi tamen obnoxia fuisse non diffitetur. Sed id habet incommodi talis opinio, quod illorum interpolationem quandam admittit, quae si locum habeat, noua difficultatum seges criticis offertur. Dicent enim, ut iam a multis dictum est, ea quae a scriptore tradita sint, ab illis quae recentiores manus inuexerunt, discerni non posse : addita quoque fuisse non pauca, quae cum satis uetusta sint, ipsam originem magis magisque obnubilent, quandoquidem res in obscuro est, adeo ut, quando fragmenta scribi coepta sint, designari certis argumentis non possit, dandum aliquid coniecturae est, sed ita, ut quantum fieri poterit, non inanis illa sit, sed certa quaedam fundamenta, quibus insistit, constituantur. Igitur Irenaeo fragmentum haud tribuendum est; tanti uiri tamen gratia, in rebus ecclesiasticis praesertim Rhodanensibus, manifeste apparet, ex quo inferre licet, Irenaeum de paternis oris ad nostras Stagyritae doctrinam importasse. Non adeo ad sacras litteras animum intendit Irenaeus ut humaniores negligendas sibi putaret. Probe nouerat uir perspicacissimus, eiusmodi studia non tantum ad ingenium excolendum firmandumque iudicium haud paulum conducere; sed et iis adprime necessaria esse, qui ethnicos haereticosque confutaturi, uanae theologiae, profanaeque superstitionis intellegentiam ex ipsis fontibus, poetarum prasertim ac philosophorum libris haurire debent : « ut aemuli persecutoresque Christianae ueritatis de suo proprio instrumento, et erroris in se, et iniquitatis in nos reuincantur » (1). Hinc in euoluendos profanorum auctorum libros indefessus incubuit : quod ex iis quae passim citat poetarum ac philosophorum ueterum testimoniis luculenter patet : ut non immerito eum Tertullianus « omnium doctrinarum curiosissimum exploratorem » uocauerit (2). Aesopi, Anaximandri, Homeri, Menandri comici, Pindari lyrici, Sophoclis necnon et Platonis scripta ab eo memorantur (3); Aristotelis quanquam opera non spreuit, methodum tamen, « minutiloquium, scil. et subtilitatem circa quaestiones », iure explosit (4). Valentinus et gnostici sequaces cum a gentilibus doctrinae principia, mutatis tantum nominibus, accepissent, « minutiloquium et subtilitatem circa quaestiones, inferre fidei

(1) Tertvll. *De test. anim.*, c. i. — (2) Idem. *Contr. Valent.*, 5. — (3) Migne. *Patrol. graec.*, VII, col. 2017 et seqq. *Index scriptorum et uirorum inlustrium qui memorantur ab Irenaeo.* — (4) Iren. *Adu. haer.*, l. II, xiv, 5.

conabantur » (1). Acerrime haereticos scriptis Irenaeus debellat, in libris praesertim quinque *Contra haereses* dictis, ubi nec uero intempestiue, et, quemadmodum a plurimis fit, ut multiplicis litteraturae laudem aucupetur, e ueteribus decerptos flores operibus inspergit; sed quotiescunque facit, uel ut ridicula haereticorum deliria festiuis salibus perfricet; uel ut impuras, e quibus acceperant, lacunas aperiat; uel ut Ecclesiae hostes propriis mucronibus confringat. Itaque fragmentulum quoddam sequens e missa *aduersus Gnosticos* excissum fuisse non inficier. Stylus plane in irenaeicum « sermonem eloquentissimum » cadit (2), lectori exhibens « une période d'allure et de souffle lyrique » (3). Quin uide :

//////////////////////SINE QUALITATE BONUM SINE QUANTITATE MA-
GNUM SINE SITU PRAESENTEM SINE HABITU OMNIA CONTINENTEM
SINE LOCO UBIQUE TOTUM SINE TEMPORE SEMPETERNUM SINE ULLA
SUI MUTATIONE MUTABILIA FACIENTEM NIHIL PATIENTEM

Quod legendum :

Sine qualitate bonum,
Sine quantitate magnum,
Sine situ praesentem,
Sine habitu omnia continentem,
Sine loco ubique totum,
Sine tempore sempeternum,
Sine ulla sui mutatione mutabilia facientem
Nihil patientem.

Octo sunt praedicamenta siue categoriae; duae priores a rasura auferuntur, nam enodatio illa, quae categoriis heic deficientibus, cum uerbis : *conformis* et *consubstantialis* supplet, nimis dura uidetur. Locutiones haud absimiles in scriptis Irenaei sunt sparsae, u. gr. : *sine substantia, sine qualitate, qui omnia continet;* non tantum locutiones sed argumentationes etiam Aristotelicam disciplinam sapiunt. Quin ausculta : « Quae enim propriam quandam motionem, et qualitatem, uel caliditatis, uel uelocitatis, uel dulcedinis habent, uel claritatis cuiusdam differentiam... » (4).

Haec sunt quae de graecis fontibus liturgiae occidentalis tam sacris quam profanis praefari uisum est. Exposita tota sententiae meae ratione, deinceps lectorem non morabor, quin ipse dispiciat, an argumentum uotis et conatibus respondeat.

VIII

DE TATIANI LIBRO Διὰ τεσσάρων NVNCVPATO

Ad Tatianum quod attinet, cum eius monumentum euangelicum, pluries antehac editum, tam huic primo, quam tertio uolumini inserendum sit, atque alius locus futurus sit et commodior de eo sermonem habendi, pauca tantum de eiusdem oeconomia, ne in immensum haec Prolegomena crescant, uix praelibare uacat.

PRaeceptis salutaribus moniti et diuina iustitutione formati audemus dicere :

— Dominus inter cetera salutaria sua monita et praecepta diuina, quibus populo suo consulit ad salutem etiam orandi ipse formam dedit, ipse quid precaremur monuit et instruxit [Cypr. *De orat. dom.*].

Pater noster qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum, adueniat regnum tuum, fiat uoluntas tua sicut in coelo et in terra, panem nostrum cottidianum da nobis hodie, et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo. Amen.

Pater qui in coelis es, sanctificetur (nomen tuum), fiat uoluntas tua in coelis et in terra, ueniat regnum tuum, panem nostrum cottidianum da nobis hodie, dimitt[e] nobis debita nostra, ne nos inducas in temptationem, sed deuehe nos a malo [Tert. *De orat.*, passim].

Pater noster qui es in coelis, sanctificetur nomen tuum, adueniat regnum tuum, fiat uoluntas tua sicut in coelo et in terra, panem nostrum cottidianum da nobis hodie, et remitte nobis debita nostra sicut et nos remittimus debitoribus nostris, et ne nos patiaris induci in temptationem [Cypr. *De orat.*, passim].

LIbera nos, quaesumus Domine, ab omnibus malis, praeteritis, praesentibus et futuris et intercedente beata et gloriosa semper uirgine Dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro et Paulo, atque Andrea et omnibus sanctis, da propitius pacem in diebus nostris, ut ope misericordiae tuae adiuti et a peccato simus semper liberi et ab omni perturbatione securi.

— καταξίωσον καθαροὺς γενομένους ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος τυχεῖν τῶν προκειμένων ἀγαθῶν [*Const. apost.*, VIII, XIII].

Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum qui tecum uiuit et regnat in unitate spiritus sancti Deus

— ὅτι σοὶ πᾶσα δόξα, σέβας καὶ εὐχαριστία, τίμη καὶ προσκύνησις, τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, καὶ νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς ἀνελλειπεῖς καὶ ἀτελευτήτους αἰῶνας τῶν αἰώνων. καὶ πᾶς ὁ λαὸς λεγέτω· ἀμήν. καὶ ὁ ἐπίσκοπος εἰπάτω· ἡ εἰρήνη τοῦ θεοῦ εἴη μετὰ πάντων ὑμῶν. καὶ πᾶς ὁ λαὸς λεγέτω· καὶ μετὰ τοῦ πνεύματός σου [*Const. apost.*, VIII, XII].

Per omnia saecula saeculorum.
Amen.
Pax Domini sit semper uobiscum,
Et cum spiritu tuo.

Haec commixtio et consecratio corporis et sanguinis Domini nostri Iesu Christi fiat accipientibus nobis in uitam aeternam. Amen.

AGnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis. Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis. Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem.

DOmine Iesu Christe, qui dixisti apostolis tuis : pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis, ne respicias peccata mea, sed fidem ecclesiae tuae, eamque secundum uoluntatem tuam pacificare et coadunare digneris. Qui uiuis et regnas Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

Pax tecum,
Et cum spiritu tuo.

Domine Iesu Christe, fili Dei uiui, qui ex uoluntate patris, cooperante Spiritu sancto, per mortem tuam mundum uiuificasti, libera me per hoc sacrosanctum corpus et sanguinem tuum, ab omnibus iniquitatibus meis et uniuersis malis et fac me tuis semper inhaerere mandatis et a te nunquam separari permittas, qui cum eodem Deo patre et spiritu sancto uiuis et regnas Deus in saecula saeculorum. Amen.

Perceptio corporis tui Domine Iesu Christe, quod ego indignus sumere praesumo, non mihi proueniat in iudicium et condemnationem, sed pro tua pietate prosit mihi ad tutamentum mentis et corporis, et ad medelam percipiendam. Qui uiuis et regnas cum Deo patre in unitate spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

Μεταλαβόντες τοῦ τιμίου σώματος καὶ τοῦ τιμίου αἵματος τοῦ Χριστοῦ εὐχαριστήσωμεν τῷ καταξιώσαντι ἡμᾶς μεταλαβεῖν τῶν ἁγίων αὐτοῦ μυστηρίων καὶ παρακαλέσωμεν, μὴ εἰς κρίμα ἀλλ' εἰς σωτηρίαν ἡμῖν γένεσθαι, εἰς ὠφέλειαν ψυχῆς καὶ σώματος, εἰς φυλακὴν εὐσεβείας, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, εἰς ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος [*Const. apost.*, VIII, XIV].

Panem coelestem accipiam et nomen Domini inuocabo.

Domine, non sum dignus ut intres sub tectum meum. sed tantum dic uerbo et sanabitur anima mea.

Corpus Domini nostri Iesu Christi custodiat animam meam in uitam aeternam. Amen.

Qvid retribuam Domino pro omnibus, quae retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam et nomen Domini inuocabo. Laudans inuocabo Dominum et ab inimicis meis saluus ero.

Sanguis Domini nostri Iesu Christi custodiat animam meam in uitam aeternam. Amen.

Qvod ore sumpsimus, Domine, pura mente capiamus et de munere temporali fiat nobis remedium sempiternum. Corpus tuum Domine, quod sumpsi, et sanguis, quem potaui, adhaereat uisceribus meis et praesta, ut in me non remaneat scelerum macula, quem pura et sancta refecerunt sacramenta. Quis uiuis et regnas in saecula saeculorum. Amen.

Dominus uobiscum,
Et cum spiritu tuo.
Ite, missa est.
Deo gratias.

Minime me fugiunt multae grauesque controuersiae quae circa liturgiam antenicaenam agitantur; ab aliis, quos scientia inflat, inexplebili quadam dubitandi prurigine; ab aliis uero, qui ad sobrietatem sapiunt, eo consilio, ut quae subobscura sunt uel incerta, noua quadam ueritatis luce donentur. Ab hisce tamen disceptationibus duxi omnino abstinendum, res enim ante uerba ponere statui. Multorum praesentis aetatis eruditorum uirorum opuscula, sub una disputatione, collegi; paucas tamen e fonte meo dispersi notulas. In fronte secundi uoluminis alteram — si Deus dederit — uidebis, b. l., dissertatiunculam, propriis confertam commentariis. Nunc uero. iniquis coactus temporis angustiis, per frusta discerpsi minutatim, quae integra, suoque loco decenter composita, profecto in quattuor iustae molis uolumina creuissent. Quod mente non meditabar modo, sed pene absolueram. Praeter has *Relliquias* ex multis libris comparatas, alia innumera undecunque corrogaueram. Non deerat qualiscunque titulus : an arrogantior? *Corpus Liturgicum uniuersale.* Sed quo modestius agerem oppor-

tune auctor mihi fuit reuerendus Benedictinae familiae in « Farnborough » praeses, quem non ita claustri latibula tegunt, quin quae sit, quidue sustineat communis hominum indoles, nouerit probe, uir consultissimus. Verba sunt Emin. Pitrae nostri de Guerangerio; quae, iure, ad Cabrollum refero. Maiori ergo et sapientiori morem gerere meum erat et gessi. Siluae meae ligna concidi, messem redegi in manipulum. Sed cum mihi, licet modestissimo cum agmine incedenti, timendum ne uia impediretur, necesse esse uisum est prius totius itineris consilium candide proponere. Inde duplex dissertatio, una *de liturgiis antenicaenis inter se collatis* quae eruditionem sapit, altera *de Re Liturgica* quae philosophiam redolet; quae quidem posterior tomo secundo praemittetur.

Ea uero, quae circa liturgiam tribus primis Christi saeculis, de singularibus eiusdem partibus quaeri possunt, incerta prorsus fatemur, atque obscura esse. Adlata sunt uaria argumenta; controuersia feruet; sed quanquam me propendere potius in sententiam aliquam, quam in aduersam insinuem, cupio tamen, ut quaestio eo habeatur loco, ut non tam a me certo decisa, quam eruditorum iudicio tantisper proposita, eorumque calculis probanda uel improbanda censeatur. Et erit fortasse ex illis quispiam, qui adrepta inde occasione, controuersiam adhuc pendentem secundis curis examinet, plenius tractet, meliusque ac certius aliquid me doceat. Quod si fiat, adplaudam et gratulabor. *Non enim uincimur, quando adseruntur nobis meliora, sed instruimur,* aiebat S. Cyprianus in epistola ad Quintum.

Operis ante tres annos a me suscepti iam primum uolumen prodit, liturgiae antenicaenae relliquias complectens, ut, ea quae in antiqua rerum oeconomia in unum coniuncta erant in hac collectanea sub unico licio exhibeantur. Homini externo quantis difficultatibus luctandum sit, ut in itineribus necessario breuibus longoque temporis spatio interruptis et omnia monumenta ea qua par est assiduitate perscrutetur atque inuestiget et quae diuturnis uirorum doctorum in ipsis locis degentium studiis parata ac per omne genus librorum sparsa sint, cum puluisculo exhauriat harum rerum periti haud ignorant. Deinde in euoluendis istis libris non exigua difficultas saepe uiris doctis subnata est. Editiones quae ad manus ueniunt, ab iis, quibus usus fuerat Auctor, plerumque sunt diuersae, ideoque adlegata loca iis, quas indicauit, paginis eruditus uir non potest inuenire. Praeterea loca citata (quod uirorum celeberrimorum pace dixerim) non raro dubia atque ficta deprenduntur. *Dubia* quidem, dum librum aliquem longiorem (exempli gratia Iustini Martyris Apologiam, Adamantini Orationes, etc.) sine ullo sectionis et paginae indicio allegauerunt. *Ficta* autem, dum eo loco, ad quem prouocauerunt, nihil eorum, quae dixerunt, exstare uidetur.

In ipsis autem transcribendis testimoniis ita uersatus sum, ut, si illa e Graecis Patribus et Auctoribus fuerunt petenda, ipsa illorum uerba Graeca ponerem, Latinamque eorum uersionem, in gratiam linguae Graece expertium, simul adderem. Latinorum autem uerba Latine sisti oportuisse, per se patet.

Haec sunt, quae de hac primi uoluminis editione monere uolui. De reliquorum uoluminum uersione nihil certi promitto, ne Diuinae Prouidentiae, a qua res mortalium pendent, temere anteuertere uelle uidear. Quod si Deus longiorem huius lucis usuram, uires animi et corporis, necessarium etiam otium concesserit, et si has huius operis primitias eruditis uiris gratas esse intellexero, fieri potest, ut conscientibus et approbantibus iis, quorum consilio hunc laborem suscepi, inceptum opus persequar.

Deo autem Optimo Maximo pro auxilio mihi praestito gratias ex animo ago; ipsumque oro, ut hanc qualemcunque operam infructuosam esse ne patiatur. Finem dicendi aptam haud facerem, nisi Ignatii, qui et Theophori, uerbis praefatio absoluetur.

ΤΗ ΗΛΕΗΜΕΝΗ ΕΝ ΜΕΓΑΛΕΙΟΤΗΤΙ ΠΑΤΡΟΣ
ΥΨΙΣΤΟΥ ΚΑΙ ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ ΤΟΥ ΜΟΝΟΥ
ΥΙΟΥ ΑΥΤΟΥ ΘΕΛΗΣΑΝΤΟΣ ΤΑ ΠΑΝΤΑ·
Α ΕΣΤΙΝ ΚΑΤΑ ΑΓΑΠΗΝ ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ
ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΗΜΩΝ· ΗΤΙΣ ΚΑΙ ΠΡΟΚΑΘΗΤΑΙ
ΕΝ ΤΟΠΩ ΧΩΡΙΟΥ ΡΩΜΑΙΩΝ· ΑΞΙΟΘΕΟΣ·
ΑΞΙΟΠΡΕΠΗΣ· ΑΞΙΟΜΑΚΑΡΙΣΤΟΣ· ΑΞΙΕΠΑΙΝΟΣ·
ΑΞΙΟΕΠΙΤΕΥΚΤΟΣ· ΑΞΙΟΑΓΝΟΣ ΚΑΙ ΠΡΟΚΑΘΗΜΕΝΗ
ΤΗΣ ΑΓΑΠΗΣ· ΧΡΙΣΤΟΝΥΜΟΣ· ΠΑΤΡΩΝΥΜΟΣ·
ΗΝ ΚΑΙ ΑΣΠΑΖΟΜΑΙ ΕΝ ΟΝΟΜΑΤΙ ΙΗΣΟΥ
ΧΡΙΣΤΟΥ· ΥΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ

Habes iam, beneuole lector, quae mihi de his uenerandis christianae antiquitatis et ὀρθοδοξίας ὄντως καθολικῆς monumentis liturgicis, et nobilissima Christi Ecclesia non indignis, dicenda uidentur. Certe meae uoces, precesque nunquam deerunt, ut christianae ἀρχαιολογίας quam nactus sum arua ditare pergam, ita ut qui fructus per Patres nostros, egregios illos benedictinos Mabillonium, Montefalconium, Martenium, Sabatierum, aliosque, et nuperrime per egregia ordinis nostri lumina Prosperum Guerangerum et Iohannem Baptistam Pitram, in uniuersum orbem redundauerunt, sic per nos, humiles Farnburgenses, copiosissime exuberent ad Dei immortalis gloriam et Ecclesiae pacem et emolumentum.

Fr. H. L.

Dabam Farnburgi, in laura amoena, V id. iul. A. S. MDCCCC.

DE TITVLIS LITVRGICIS

ANTENICAENIS

Inter rei liturgicae uetustissima et notissima monumenta haud ignobile locum tenet res epigraphica. Corpus quoddam liturgico-epigraphicum aptare tentaui, quo in proposito Pitrae nostri uerba saepe in mente habui. Dicebat enim uir ille eminentissimus : « Neque non desideratur in integra antenicaenorum bibliotheca spissum spicilegium epigraphicum quo non solum nomina gentilitia aut consulares fastus augentur, sed ut egregie erudito orbi significauit clarissimus DE ROSSI, illustrantur ritus, mores, disciplina, dogmata priscae Ecclesiae id quod clamant titulus Pectorianus et epitaphium Abercianum (1) ».

Tentamentorum narratiunculam, heinc, Rossio duce, recitare uolui.

« Quemadmodum ineunte saeculo XVII ueterum omnis generis inscriptionum in dies crescens multitudo effecerat, ut earum corpus absolutum eruditi uiri adornandum susciperent, sic ea, de qua nunc dissero, aetate Christianarum ingens iam copia antiquitatis studiosos permouit, ut de iis in unum colligendis inciperent cogitare. Primus fortasse omnium huiuscemodi magnum opus meditatus est GORIVS, quam rem ille non semel innuit, et *maximum uolumen* sese editurum spem fecit, in quo Christiani lapides, GORII uerba refero : « ita essent dispositi, ut per gradus omnes sacrosancta mysteria, ritus, dignitates et antiqua hierarchia ecclesiastica et disciplina illustrarentur (2) ».

« E Goriano hoc opere, quantum ego scio, nihil restat : at in GORII apparatu epigraphico, item in epistolis ad eum missis, quae omnia Marucelliana mihi obtulit bibliotheca, inter plurimas ethnicas non paucas Christianas offendi inscriptiones, alias satis iam notas, alias ignotas, quas mihi seposui. Qui has GORIO inscriptiones delineauere, multi sunt, sed prae caeteris FICORONIVS, STOSCHIVS, VICTORIVS, SCAMMACA, GALLETTVS. FICORONII alias quoque schedas uidi in bibliotheca Vaticana; STOSCHIANAS nonnullas DONATVS (3) citat, quas neque in Marucelliano GORII apparatu, neque alio loco ad hanc diem inueni; VICTORII scripta octo uoluminibus comprehensa adseruantur Parisiis in bibliotheca CAROLI DE L'ESCALOPIER u. c., unde Christianas inscriptiones excerpsi, quae in Gorianis desiderantur; SCAMMACA lapides Catanensi museo Romae coemptos GORIO delineauit, iisque lapides falsi quidem fere omnes sunt, sed ex antiquis sincerisque titulis expressi, ideoque digni, quorum ratio habeatur (4); GALLETTI demum ephemerides lapidarias annorum 1741 et 1742, quarum partem DONATVS uulgauit, meras nugas esse, quibus ille etiamtum iuuenis GORIO illusit, manifestis indiciis deprehendi. Duo praeterea earundem offendi ab ipso GALLETTO scripta et alterum ab altero itemque a Marucelliano diuersa, quibus iocosa fraus meridiana fit luce manifestior (5). Haec de GORIO deque iis, qui in Gorianum apparatum symbolam contulere. Proxime post hunc commemorandus est MVRATORIVS. Is licet Christianarum inscriptionum uolumen in classes distributum ex GORII sententia minime fecerit, tot tamen id genus inscriptiones, in suo *Thesauro* a profanis seiunctas collegit, ut non alia ante eum huiuscemodi titulorum tanta sylloge edita a quoquam sit. Pleraeque notae iam erant inscriptiones, quippe quas MVRATORIVS e MARGARINII, BOLDETTI, MARANGONII, LVPII, aliorum editis libris excepisset; nouas tamen quoque protulit e schedis, Donianis et Vallicellianis, item amicorum et suis; hoc uero schedarum suarum uocabulo scito illum saepe appellare codices Accursii Ambrosianos, Ptolemaei Senenses, et codicem Mutinensem anni 1503 scriptum manu cuiusdam MARTINI DE SIEDER nunc notatum VI, F. 28. Bonum factum insigni incuria et licentia MVRATORIVS corrupit. Inscriptiones, siue quas ex editis, siue quas e manu scriptis libris excepit, suo Marte refinxit atque, ut ipsi uisum est, ex ingenio emendauit; supplementa ab anti-

(1) *Analecta Spicil. Solesm. parata*, t. II, pref., p. VI.
(2) Vide GORIVM in *Act. Soc. Lat. Ienensis*, t. III, p. 6; *Symbol. litt. Flor.*, t. III, praef.; *Inscr. Etr.*, t. III, p. 333. — Cf. CVCCAGNI. *Elogio del Gori*, p. 149.
(3) Vid. inscr. 320.
(4) V. DE ROSSI. *op. laud.*, comm. ad inscr. 64.
(5) Hac de re in falsarum inscriptionum classe erit accurate exponendum.

quis superstitibus litteris haud distinxit; alia multa peccauit, quae taedet recensere. Muratoriano edito Thesauro GORII propositum OLIVERIVS et PASSERIVS coniunctis studiis exequi uidentur uoluisse (1). Vtrum uero opus aggressi uere sint, et ad quem terminum illud produxerint, quem operis ordinem constituerint, plane nescio. Iam de SCIPIONE MAFFEIO dicendum. Quem una cum SEGVIERIO ingens ueterum inscriptionum omnium corpus molitum esse nemo nescit: idem Christianis separato uolumine edendis, quas ille magni facere solebat, singularem curam uidebatur adhibiturus (2) : sed tantae molitionis indices tantum Seguieriani et schedae restant Nemausenses ac Parisienses, magna quidem chartarum moles, at meis usibus uix non prorsus inutilis (3). MAFFEIVS artis criticae lapidariae conditor habetur, nec quisquam eo fuit in iudicanda ueterum titulorum sinceritate seuerior : qua in re modum ille omnem excessit, in Christianis tamen deceptum eum esse certo teneo. Celeberrimus Dacianae diaconissae titulus, quem in Veronensi museo MAFFEIVS dedicauit et tot laudibus extulit, pessimi imposturis opus est recens et manifestum. Eodem fere tempore, quo MAFFEIVS haec agitabat, de Christianis inscriptionibus singulari uolumine colligendis et explicandis BACCHINIVS, BOTTARIVS, TERRIBILINIVS feruntur cogitasse (4). Horum ergo molimina frustra quaesiui. De BACCHINII schedis nihil scio : BOTTARII scripta uidi in bibliotheca Corsinia, neque in iis de Christianis titulis quidquam : TERRIBILINII in Casanatensi ingentem uoluminum seriem de sacris aedibus Vrbis Romae, quae uolumina ad epigraphicum opus haud pertinent. TERRIBILINII liber inscriptiones tantum selectas ad Romanorum pontificum historiam illustrandam erat complexurus, quem ut conscriberet, auctor illi fuit IOSEPHVS BLANCHINIVS. Hanc ei certe mentem iniecit patruus FRANCISCVS BLANCHINIVS, qui de pontificum et totius ecclesiae annalibus inscriptionum ope illustrandis disseruit (5), et magnum id genus opus confecit ethnicis tamen non minus quam Christianis titulis et uulgata fere totum supellectile instructum, quod Corsinia seruat bibliotheca. Ipse quoque IOSEPHVS BLANCHINIVS ad Christianas inscriptiones colligendas animum appulit. Plura de ANTONIO FRANCISCO ZACCARIA erunt dicenda. Is GORII consilium resumpsit et Christianas inscriptiones ad octauum nonumque saeculum ea se ratione editurum promisit, quae Goriani schematis manifesta erat imitatio. Qui singulas Zaccariani operis partes nosse amat, eiusdem auctoris historiam adeat litterariam in notis paginae huius comparentem (6). Mihi satis sit classes recensuisse, in quas ZACCARIA Christianos uoluit titulos partiri. I. Religio in

(1) V. ZACCARIA. *Exc. litt. per Ital.*, p. 99.

(2) V. MAFFEI. *Mus. Veron.*, praef., p. VII, VIII; *De siglis Graec.*, p. 121; *Traduttori italiani*, p. 194. — Cf. HAGENBVCH ap. ORELLI. t. II, p. 361.

(3) *Bibl. Nat., Suppl. Grec.*, cod. 122, 380, 381, 381 A, 405, 405 A. Nemausis in bibl. publica Seguierii codices sunt 13793, 13795, 13803, 13812-14, 13816-17. — Ex ANGELI MAII praefatione ad tom. V *Scriptt. uett. nou. coll.* (1831), p. X : « Sic « enim legitur in programmate anno 1746 Veronae impresso in calce operis maffeiani *De siglis graecis*, p. 133 : Tomo « ultimo christiana monumenta tum ex lapidibus nondum editis, tum ex multis quibus intersparsa ac dissipata sunt « uoluminibus colligentur. Ab iis profecto siue ad theologica dogmata, siue ad rationem disciplinae, siue ad traditio« nem, ad mores ac ritus antiquorum temporum, ad sacram chronographiam, et ad plurium uocum ecclesiasticarum « intelligentiam, utilissima non infrequenter ac praeclarissima haurire est documenta. In classes suas has quoque « inscriptiones dispertiemus, quod de christianis nondum quisquam praestitit. »

(4) GREGORIVS TERRIBILINIVS, sacerdos romanus, opus praelo parauerat cum hoc titulo : *Collectio ueterum inscriptioninum ad illustrandam romanorum Pontificum historiam adornata.* Idque opus se adgressum fatebatur, adhortante IOSEPHO BLANCHINIO, a quo mediocrem inscriptionum acceperat numerum ex basilica ostiensi et ex Etruria comparatarum. Reliquas ipse TERRIBILINIVS descripserat ex lapidibus, aedium sacrarum musiuis, codicibus denique librisque impressis. Sane opus TERRIBILINII lucem aspexisse non uidetur; schedis tamen eius se fuisse usum MARINIVS in sui scholiis saepe demonstrat :

IOSEPHVS quoque canonicus SCALABRINIVS inscriptiones multas christ. in ferrariensi agro conquisiuerat, lignoque excudendas curauerat, quas MAIVS schedas in marinianis aduersariis multas uidit. ALEXIVS PELLICIA, qui in opere *De ecclesiae politia*, t. III, rem lapidariam Christianorum diligenter tractauit, syllogen lapidum christ. in neapolitano regno superstitum uulgaturum se aliquando spondebat. A BENEDICTO quoque BACCHINIO, clari nominis uiro, inscriptionum christianarum thesaurum coeptum fuisse coaceruari, testis est in litteris, quas MAIVS legebat, ad MARINIVM datis ANGELVS MAZZA u. c. parmensis, qui hanc notitiam e scriptis BACCHINII iam demortui nactus erat. Hactenus A. MAIVS.

IOHANNES pariter BOTTARVS, in romana curia praesul doctissimus, in praefatione ad tertium *Romae subterraneae* uolumen, p. 18, ait : « Delle tante disperse iscrizioni, richiedendosi per esse un sito molto spaziosi, si poteva ornare alcuno de' lunghissimi corridori del palazzo vaticano; come sarebbe fra gli altri quel vastissimo, che è avanti alla grande biblioteca. » Non aliter sentiebant BOLDETTVS et BLANCHINIVS quorum uerba refert A. MAIVS in sua praef. laud., p. X-XI.

(5) Ad Anastas., t. I, praef., § 31.

(6) Inscriptionum christianarum, quam a se curatum iri sperabat, collectionem nemo disertius delineauit quam celeberrimus P. FR. ZACCARIA (qui et earum magnum numerum in uariis operibus protulit) cuius nuncium prodromum, seu suscepti operis descriptionem, heic ponere operae pretium est. Sic ergo ille in historia sua litteraria, t. IX, p. 306 : « Da questo libro (dal terzo tomo della *Roma sotterranea*) vogliamo prendere occasione di annunziare al publico una opera, che da molto tempo prepara chi fa questo estratto (il P. Zaccaria). Il nostro autore (monsig. Bottari) accenna di voler dare una raccolta di molte cristiane iscrizioni più importanti. Bellissima idea è questa; ma io una più ampia collezione di tute le antiche cristiane iscrizioni sino all' ottavo o nono secolo dell' era nostra vo da alcuni anni allestendo, e piaccia a Dio che a fine possa condurla. Non sarà intanto inutile cosa, che io tutto ne proponga a parte il sistema, affinchè ed aiuti e lumi mi si somministro da coloro, i quali di sì preziose memorie si trovano forniti, e desiderio si accenda ne' nostri stampatori di darla a luce. Dee dunque o questa raccolta dare cominciamento il bel libro di ONOFRIO PANVINIO *De ritu sepeliendi mortuos apud ueteres Christianos, et de eorumdem coemeteriis*, che mi trovo avere della edizione di Colonia A. 1568, con ampie annotazioni. A questo libro seguiranno due dissertazioni : nella prima si trattera della lingua, in cui scritti sono gli epitaffi cristiani, de' caratteri che vi si veggono, della ortografia, della interpunzione, delle note croniche in essi usate, di alcune formole più comuni nelle cristiani iscrizioni, e finalmente

Deum. II. Religio in sanctos. III. Templa. IV. Templorum ornamenta, uasa sacra, idque genus caetera. V. Dies festi. VI. Sacramenta. VII. Hierarchia ecclesiastica ac primo Romani pontifices. VIII. Episcopi. IX. Presbyteri. X. Ordines maiores. XI. Ordines minores. XII. Monachi. XIII. Laici. XIV. Laici dignitate praestantes. XV. Artes atque officia minora. XVI. Leges ecclesiasticae. Haec partitio selectas potius inscriptiones et in theologorum tantummodo usum distributas uidetur polliceri, quam Christianarum corpus absolutum. Neque alia Gorio caeterisque, quos supra commemoraui, uno fortasse excepto Maffeio, mens, opinor, fuit. Christiana certe res epigraphica tamquam theologiae subsidiaria ab ipso Maffeio caeterisque omnibus habita hoc tempore est, et Zaccaria singularem edidit librum *De ueterum Christianarum inscriptionum usu in rebus theologicis.* De eodem argumento commentari coeperat Zaccariae sodalis Danzetta, cuius scripta in Vaticana extant bibliotheca, ubi praeter tractatum de inscriptionibus consularibus cum ethnicis cum Christianis (1), Danzettae tentamen uidi inscriptum *Theologia lapidaria,* id est *inscriptiones ad theologiam, disciplinam et ritus pertinentes* (2). Ad Zaccariam quod attinet, neque ille pollicita effecit, neque inchoatum opus alteri tradidit perficiendum : Caietano uero Marinio praecipuus auctor fuit, ut Christianarum inscriptionum corpus absolutissimum de integro condendum serio susciperet.

« Marinivs laborem humeris suis parem magno animo subiit et ab anno fere 1765 ad 1801, quamquam aliis studiis aliisque edendis libris distractus, nunquam prorsus intermisit. Quid tantis ille laboribus confecerit, docti homines satis nunc sciunt; Mariniani enim operis et totum conspectum et primum uolumen, quod magis quam reliqua tria editioni paratum auctor reliquit, Angelvs Maivs in *Scriptorum ueterum* tomo quinto uulgauit. Primi, quos Marinivs sui inceptus fautores expertus est, praeter Zaccariam, Gaspar fuere Odericivs et Iosephvs Reggivs. Odericivs Christianarum inscriptionum colligendarum nunquam mihi uidetur consilium agitasse; huius saltem propositi in eius scriptis, quae Genuae in bibliotheca Athenaei diligenter examinaui (3), indicium nullum agnoui. Iosephvs uero Reggivs eodem fere, quo Marinivs, tempore epigraphicum huiuscemodi corpus coeperat moliri. Sed doctissimo iuueni maiora de se pollicenti lubens cessit; et quidquid chartarum inchoati operis inutile futurum Marinio erat, seposuit, quidquid utile, cum eo communicauit. Crescente Mariniani operis fama Christianarum inscriptionum exempla a tota fere Italia ad Marinivm ab amicis sunt missa; extra Italiam nemo hanc illi operam praestitit. In Vrbe Christianis titulis describendis ipse potissimum incubuit amicorum schedis parcissime adhibitis : cuius rei gratia sacras aedes et publica ac priuata musea lustrauit. In subterranea uero coemeteria uix unquam descendit, et inde effossas lapides in Vaticana bibliotheca, apud sacrarii pontificii praefectum aliisque supra terram locis, potius quam in ipsis hypogaeis descripsit. Quae in Cyriacae coemeterio Marinivs collocat epitaphia, pleraque supra terram uidit; eaque sub terra Reggivs inspexerat et coram ipsis sepulcris delineauerat. Hinc factum est, ut locorum, in quibus reperti lapides sunt, ualde imperfectam nobis Marinivs notitiam tradiderit, et quae in subterraneis tenebris magno numero delitescebant epitaphia, ille ignorauerit. Editorum librorum ingentem molem expilauit; quo in genere laboris uel parem uel maiorem atque Segvierivs, cuius indices Parisiis seruatos supra commemoraui, laudem meritus est. Codices uero uix paucos adhibuit. Nam in bibliothecis tantum Barberiniana et Albana manu scripta uolumina et schedas ille ualde uersauit et in sui operis usum expendit, item sacrarii pontificii schedas, id est regesta, et Vaticani tabularii, cui praeerat, Brutiana uolumina, neque ea ualde utilia. Caeteros Romanarum bibliothecarum epigraphicos codices alios ignorauit, alios uel neglexit examinare, uel summis uix labiis delibauit, paucos, ut oportebat, excussit; ne ipsis quidem Vaticanis codicibus lautius usus est. Extra Vrbem praeter Closterneoburgensium membranarum epigrammata a Garampio detecta uix quidquam e codicibus Marinivs excerpsit, et ab amicis inde descriptas paucas et unius alteriusue loci proprias inscriptiones habuit, puta Albenses a Berardenco, Campanas a Michaele monacho scriptis mandatas. Erunt fortasse, quibus in Marinio mira haec epigraphicorum codicum negligentia accidet; eumque, cui ethnicae inscriptiones in deliciis erant, Christianis segnem operam dedisse (quae nonnullorum opinio est), hoc indicio sibi persuadebunt. Sed quos Marinivs ethnicarum inscriptionum gratia identidem codices usurpauit, eosdem Christianarum gratia multo largius adhibuit; et uastissima rei epigraphicae manu scriptae prouincia necdum ea aetate coeperat, ut nunc fit, administrari. Tota Mariniani apparatus materia ita erat disposita. Singulae inscriptiones seiunctim erant in singulis schedis descriptae uel iis agglutinatae; quae a lapidibus expressae ipsa Marinii uel amicorum eius manu, quae e libris, ab amanuensi exaratae uel e libris ipsis exsectae. Locum,

degli ornamenti, trà quali il primo luogo certamente aver debbono i varii simboli con che a' misteri della religione si alludeva da' primi fideli. Nell' altra dissertazione metterannosi in veduta i dommi della fede ed i riti santi, de' quali nelle lapide si trova menzione, aprendosi così a' teologi un nuovo fonte da difendere contro gli eretici la dottrina cattolica. Quinda verianno le iscrizioni in varie classi distribuite. Eccone l'ordine (*uide supra*). Oltre gl' indici necessarii sul metodo de' gruteriani, penso di aggiugnere 1. Un martirologio lapidario nel quale per ordine de' mesi distribuiransi i santi martiri nelle lapide rammemorati. 2. Un lessico lapidario, nel quale si spiegheranno le parole e le formole che trovansi nelle lapide (perciocchè solo brevi annotazioni porremo a luogo a luogo, quante bastar possano a rischiarare il senso delle iscrizoni). 3. Una raccolta delle dissertazioni, con le quali sono state particolari lapide cristiane dichiarate; come la desserlazione del Cotta sopra l'iscrizione di Filacrio vescovo di Novara; la dissertazione del P. Lvpi sopra l'epitaffio di S. Severa; le dissertazioni fatte sopra la lapida d'Ilaro, alcune del P. Corsini ecc. »

(1) Cod. Vatic. 8288.

(2) Cod. Vatic. 8324.

(3) Duodecim uoluminibus continentur notatis E VII, 1-12.

quo lapis extabat, eius apographa typis edita uel manu scripta, uariam quoque apographorum lectionem breuibus notis ipse MARINIVS adscripsit; commentaria nulla adiecit, interdum tamen uno uerbo uel suum aliquod de monumento iudicium, uel ueteris recentisue libri locum declarando monumento aptum significauit. Hae igitur schedae Christianas totius orbis decem saeculorum inscriptiones a MARINIO collectas exhibebant; id est non eas modo, quae Christianae ab omnibus appellantur et sunt, sed titulos quoque operum publicorum et honorarios aliosque profanos omne genus ad aetatem spectantes, qua Christiani rerum sunt potiti, litteras cuiuis priuatae et domesticae supellectilis instrumento insculptas appictasue, carmina demum ueterum, poetarum, quorum magna pars monumentis uidetur fuissi inscripta. Hæc omnia schedis continentur Latinarum inscriptionum plus quam 8600, Graecarum circiter 750 (1) ».

En operis apud MAIVM editorem descriptio : « Est igitur Marinianum inscriptionum christianarum ms. exemplar in quattuor uolumina distributum, quorum singulis paginis glutine adnexae sunt inscriptionum schedae. In his marinianis schedis inscriptiones maioribus litteris sunt exaratae (exceptis carminibus) atque interdum ad imitationem archetyporum efformatae : immo hae schedae quandoque typis sunt excusae, quippe quas MARINIVS e libris dissertationibusque impressis haud raro abscisas sibi uindicauit. Insunt etiam christiana symbola seu hieroglyphica, columba uidelicet, agnus, pastor cum ouicula, Christi monogramma, palma, corona, uasa diuersa, cruces, piscis, nauicula, Daniel cum tribus pueris, atque Ionas. Insunt praeterea instrumenta artium uaria uel martyriorum, ornatus uel aedificia, picturae multae, musiua, anaglypha, sigilla, diptycha eburnea, plumbei orbiculi. uitra picta, anuli, arae, etc. Haec inquam figurata opificia in primo pleraque sunt uolumine; namque in sequentibus perraro apparent. MARINIVS in suam collectionem inuexit cruces uarias et magnas, quas BORGIA aliique ediderunt; tabulam amplam foroliuiensem, quam CANCIANVS; kalendarium marmoreum neapolitanum, quod MAZOCHIVS; picturas multas et amplas ac musiua urbanarum ecclesiarum, quae CIAMPINIVS, ALEMANNVS, aliique; ambones, quos RVBEVS atque SPRETVS; calices, coronas, clypeos uotiuos, alia donaria plurima, quae in tabulis aeneis cusa multi publicauerunt. Titulorum uero minorum capitula Mariniana pictis, fictis, scalptis, plasticisque opificiis omnia constant. Ibi enim sunt monogrammata uel monocondyla innumera, gemmae, et plumbea sigilla, puta FICORONII; uitra inaurata BVONAROTII, maiores gemmae VICTORII, eburnea diptycha DONATI, lucernae et figlina ARINGHI atque BOLDETTI, muliebris mundus argenteus a QVIRINO iam Vicecomite illustratus, historiae Christi martyrumque eius late depictae. Quid in uero basilianum quoque martyrologium cum litteratis in numeris picturis suis. cuius aetas ab aeuo milliario uix abest, in censum ueniat?

Sed enim Mariniani exemplaris diligentiorem adhuc imaginem exhiberi lectoribus aequum est. Eius quidem titulus est huiusmodi : *Inscriptiones christianae latinae et graecae aeui milliarii. Conlegit, digessit, adnotationibus auxit,* CAIETANVS MARINIVS *a bibliotheca uaticana, item a scriniis Sedis apostolicae.* Sequitur deinde partitio operis : PARS I. CAP. I. *Vota, precationes, diuorum elogia, item nomina in lipsanothecis, fastus, cycli.* II. *Arae, templa, aedes, fontes, donaria, cetera monumenta sacra facta data dicata, restituta, consummata.* III. *Bona et commoda ecclesiarum donata legata.* IV. *Inscriptiones honori augustorum, regum, dynastarum.* V. *Virorum et feminarum clarissimarum.* VI. *Leges, aedificia, loca publica, priuata.* VII. *Tituli minores in ligno et in gemmis.* VIII. *In auro et argento.* IX. *In aere.* X. *In plumbo.* XI. *In ebore.* XII. *In uitro.* XIII. *In musiuo et pictura.* XIV. *In opere doliari.* XV. *Miscellanea inscriptionum incertarum sedium.* PARS II. XVI. *Epitaphia martyrum.* XVII. *Confessorum.* XVIII. *Virginum et matronarum.* XIX. *Pontificum maximorum.* XX. *Pontificum minorum.* XXI. *Sacerdotum aliorumque ministrorum ad sacra ex utroque clero.* XXII. *Diaconissarum, uiduarum, sanctimonialium.* XXIII. *Augustorum, regum, dynastarum, comitum, ducum.* XXIV. *Magistratuum, honoratorum, palatinorum, ductorum ordinum VV. CC. SS. PP. mem. feminarum illustrium.* XXV. *Militum, professorum, negotiatorum, artificum, opificum, VV. IIII. LL. DD. item fem. IIII.* XXVI. *Parentum, filiorum, item alumnorum.* XXVII. *Maritorum et uxorum.* XXVIII. *Fratrum, sororum, cognatorum.* XXIX. *Libertorum et seruorum, item patronorum.* XXX. *Defunctorum nomine uel ab incertis posita, item fragmenta sepulchralia omne genus.* XXXI. *Neophytorum et catechumenorum.* XXXII. *Hebraeorum.* APPENDIX. *Inscriptiones calaritanae. Carmina ex libris ueterum poetarum latinorum quorum magna pars inscripta fuisse uidetur aris, templis, donariis, picturis, sepulchris.* Denique in quarti uoluminis calce sunt *indices totius operis.* CAP. I. *Nomina diuorum diuarumque.* C. II. *Nomina pontificum maximorum.* C. III. *Nomina pontificum minorum.* C. IV. *Nomina augustorum, regum, item augustarum, reginarum.* C. V. *Nomina consulum.* C. VI. *Dignitates, honores, officia, artes, professiones, negotiationes.* C. VII. *Regiones, populi, urbes, loca publica, priuata.* C. VIII. *Nomina propria uirorum.* C. IX. *Nomina propria mulierum.* C. X. *Nomina uirorum et mulierum in inscriptionibus calaritanis.* C. XI. *Index carminum latinorum graecorumque* (2). Prosequitur Rossius : « In ea partitione GORII ac ZACCARIAE consilium prorsus abiectum, Gruterianum fere schema Christianis titulis a MARINIO accomodatum animaduertes. Inscriptiones omnes in partes ac classes sic distributas quattuor uoluminibus describendas curauit, locorum tantum indicibus unicuique titulo adscriptis. Quaecumque uero in schedis notauerat, id est unde singulas inscriptiones habuisset, unde earum petanda interpretatio esset, ea omnia coepit in librum referre et incompto stilo componere. Hoc qualicumque commentario primas tantum

(1) Codd. Vatic. 9075-9105.
(2) MAI. *Script. uet. nou. coll.*, t. V, p. XIII seqq. — Cf. COPPI. *Notizie sulla uita di Gaetano Marini*, p. 110. — MARINVM MARINI. *Degli aneddoti di G. Marini*, p. 78.

instruxit paginas 375. Dum magna librarius quattuor uolumina adornabat, aliae ad MARINIVM inscriptiones afferebantur, quas ille debitis locis inserebat; hinc fit, ut nonnullae in his uoluminibus inscriptiones reperiantur, quae in schedis unde ea uolumina sunt confecta, minime apparent. Haec igitur uolumina ipsum MARINII opus nobis sistunt; eaque auctor supremis tabulis Vaticanae bibliothecae legauit (1) : schedas omnes ab haeredibus eius bibliothecae praefecti redemere (2). Quattuor illa uolumina meram Christianarum inscriptionum farraginem continebant, non modo nulla commentariorum luce illustratam, sed ita collectam, ut non criticus, qualis MARINIVS erat, uerum indoctus aliquis inexpertusue tiro eam uideretur congregasse.

« MARINIO uita functo et rebus Europae pace compositis Christianas inscriptiones ab eo collectas in lucem edi multorum uota flagitabant, quibus ut satisfaceret, ANGELVS MAIVS in earum editionem incubuit. Primum uolumen exceptis operibus artium titulisque minoribus in ebore, uitro, plumbo aliisque id genus totum cum commentariis, quae MARINIVS in librum rettulerat MAIVS excudit; schedas quoque ad hoc uolumen pertinentes recensuit et typis impressit, luculentam praefationem praemisit; sed a reliquis uoluminibus edendis abstinuit. Namque inscriptiones e libris exceptae cum ipsis archetypis libris erant conferendae; amanuensis quippe illas descripserat, neque MARINIVS recognouerat. Illas quoque, quas e lapidibus MARINIVS expresserat MAIO uisae sunt iterum inspiciendae. Quare primi uoluminis editionem MAIVS aggressus eam statim arduo inceptu deterritus quadriennio intermisit, ac demum resumptam ad umbilicum perduxit; sed « tantas expertus est suscepti operis difficultates, tantum temporis dispendium, tantum laboris discursationisque urbanae taedium, tantam librorum inspiciendorum multitudinem, ut cum absolutam numeris omnibus editionem se praestare non posse uideret » eam minime censuerit « continuandam (3) ».

Post tot ac tantos uiros, incitante MARCHIO u. cl., I. B. ROSSIVS opus nouum aggressus est; qui, innumeris obrutus laboribus, duos tantum dedit tomos *Inscriptionum christianarum Vrbis Romae.*

Fas sit, heic, propositi nostri summarium, etsi uernaculo sermone scriptum, declarare : « Le dépouillement des sources épigraphiques rentre dans le plan des *Monumenta Ecclesiae Liturgica.* On réunira donc tous les textes, si modeste que soit leur apport au point de vue des institutions euchologiques du christianisme. Le recueil comprendra les inscriptions lapidaires, les graffites, les fonds de coupes en verre, les pierres précieuses. Plusieurs classes de formules, dont les répétitions innombrables n'apporteraient à la liturgie aucun éclaircissement nouveau, seront réduites à quelques exemplaires. On omettra les pierres qui ne portent qu'un symbole sans inscription, ces monuments devant être catalogués et classés dans la section des monuments figurés. La simple mention du nom sera écartée, ce sujet devant être traité à fond lorsqu'on étudiera les noms de baptême. Outre les inscriptions à date certaine, on admettra celles que leur formulaire ou leur paléographie autorisent à faire remonter à la période anténicéenne, quelle que soit l'imprécision qu'entraine une telle limite, fondée seulement sur le changement de la situation politique et religieuse. Le travail de collation personnelle, de lecture originale ou d'estampage étant manifestement impraticable à cause de l'état de dispersion des documents sur la surface presque entière du monde Romain, on s'attachera aux meilleures lectures données par les voyageurs, les écrivains locaux et les collecteurs des grands recueils épigraphiques. La reproduction des particularités paléographiques sera remise à la section des monuments figurés qui comprend les fac-similés des pièces intéressant la liturgie ».

I. — DE SYLLOGIS

Tituli qui subiunguntur huic commentationi (nn. 2775-3801, 4162-4388), excerpuntur ex syllogis origine meritoque diuersis, de quibus pauca dicere non parui momenti uidetur. Tituli christiani, ad Orientale imperium pertinentes, praesertim reperiuntur in tomo quarto *Corp. inscriptionum graecarum* olim a u. cl. BOECKII editi (4). Hoc autem opus fere exoleuit et quanquam tituli christiani ab illo quo aegre uidentur referri, et mendose dis-

(1) Codd. Vat. 9071-74, uol. I, pag. 1-272; II, 273-552; III, 553-812; IV, 813-1077.

(2) Latinae sunt 8501, Graecae 727; alias postea schedas MARINIVS inseruit additis litteris distinctos, puta 8591 *a, b, c.* Hinc schedarum summa maior est, quam adnotati numeri significant. Quae suis locis desiderantur, aliae descriptae, aliae collocatae seiunctim sunt in codd. 9104, 9105.

(3) DE ROSSI. *Inscr. christ. V. R.*, t. I, Praefatio, *passim.*

(4) BOECKH. *Corpus inscriptionum graecarum* (Berolini, 1828-1877), uol. IV, fasc. II complectit inscr. christ. quas edidit KIRCHHOFF. De berolinensi sylloge optime habet u. cl. FR. CVMONT : « On hésite à se montrer sévère pour un travail qui a rendu tant et de si longs services, mais je pense que ses défauts ont frappé tous ceux qui se sont vus obligés de le consulter, que tous se sont aperçus combien, pour ne rien dire de plus, il était inégal à lui-même. On sent que ses éditeurs, savants épris d'atticisme, se sont hâtés de terminer une tâche qui leur semblait ingrate. Je n'insisterai pas sur cette malencontreuse idée de conserver dans cet appendice — (obtinent reuera locum tituli christiani, ita tamen ut in supplementi loco adhibiti potius uideantur nec peculiari cura illustrentur) — l'ancienne classification par catégories alors que l'intérêt principal des documents qu'il contient, est précisément de nous éclairer sur l'histoire locale des chrétiens orientaux, mais je crains bien que les copies fautives, les restitutions erronées, les commentaires trompeurs n'occupent dans l'ensemble du volume une place exagérée ». — Cf. EGGER in periodico *Journal des Savants,* mars 1871. — CAVEDONI. *Annotaz. al fasc. II del tomo IV del Corpus.*

ponuntur, non solum quia in species digeruntur, sed et quia byzantinis antiqui tituli miscentur, nemo tamen eius fuit adhuc industriae ut ex integro summam rei tractaret, etsi prorsus certum sit, sibi laudes illum esse consecuturum, qui, omnibus hucusque effossis sedulo perspectis, documenta passim sparsa, in unum corpus deduxerit (1). Quo uero libro si utemur, deficiente meliore, aliquid excusationis habebimus.

Sed maximo nobis est auxilio, quod de certis regionibus perscripserunt accuratius, auctores non pauci, iique non parui nominis, quorum in primis nominatim proferre iuuat, D. D. BAYET (2), DVMONT (3), LE BAS-WADDINGTON (4) et KOVMANOVDIS (5) qui de Attica, Graecia et Thracia disseruerunt, nec non et D.D. PERROT (6), RAMSAY (7), RENAN (8), LANCKORONSKI (9) et CVMONT (10) qui, quisque pro uirili parte, Galatiam, Phrygiam, Phoenicen, Paphlagoniam, Pisidiam et Asiam minorem, enodatius recensuerunt, ut omittam quosdam alios qui nonnulla scripta inedita protulerunt, aut rectius explicauerunt scripta imperfecte uel mendose cognita. Diaria quaedam ediderunt epigrammata, uel singula, uel per ordinem collecta, eaque haud spernenda.

Operae minus consumptum est in perscrutanda immensa hac regione, quae a Syria ad Proconsularem Africam extenditur, et monumenta quae sunt exquisita, primi tomi huius instituti operis, tempore sibi adscripto limites excedunt (11). Nobis autem, Africae titulis operam dantibus deuenientibusque ad latinos, amplissimam expeditissimamque copiam praebet *Corpus inscriptionum latinarum, consilio et auctoritate Academiae litterarum regiae Borussicae editum* (12), cuius pars titulis in omnibus Romani imperii partibus uel graecis regionibus, repertis impertitur. Quod quidem opus laudare minime decet, utpote quod omnes uincat laudes, grauissimo sibi comparate pondere ex idoneorum fideque dignorum hominum nomine, scilicet THEODORI MOMMSEN, I. B. DE ROSSI (13), AEM. HÜBNER (14), GVIL. HENZEN, WILMANNS, HIRSCHFELD, R. CAGNAT. Ad christianos tamen titulos prae, caeteris, omni studio incubuit I. B. DE ROSSI, cuius, uel unius, lectionibus, errandi paene secluso timore, assentiemur. Aequum est aliorum quorumdam opera referre, u. g. EDMVNDI LE BLANT (15) docti solertisque uiri, in Galliae titulos, F.X. KRAVS (16) in Germaniae inscriptiones, necnon et L. RENIER (17), CAVEDONI, MARCHI, GARRVCCI, BORGHESI, DE WITTE, GREPPO, MARTIGNY, RAD. ROCHETTE, uirorum ingenio doctrinaque conspicuorum, qui tanta luce christianorum epigrammatum scientiam illustrauerunt. Lectiones eorum plerumque accipiemus, et si forte nouissimae de hac re commentationes nos fallent, non paruae nobis erit excusationi quod eruditae disputationes, nostris temporibus, per uaria et fere innumera diaria, singulae disperguntur (18).

(1) BATIFFOL. *La littérature grecque* (1897), p. 119 : « On avait récemment annoncé la mise sur chantier d'une *Sylloge inscriptionum christianarum graecarum*, entreprise que l'École française d'Athènes penserait à transformer en *Corpus* des inscriptions chrétiennes et byzantines. » Nouissime, ni fallor, domnus praeses Scholae gallicae hoc opus assumere decreuit. Cf. HOMOLLE. *Le Corpus inscriptionum graecarum christianarum* in *Bull. de corresp. hellén.* (1898), p. 410-415.

(2) BAYET. *De titulis Atticae christianis antiquissimis* (Parisiis, 1878). — Cf. RITTER. *De compositione titulorum christianorum sepulcralium* in *Corp. inscriptionum graecarum editorum* (1867), « contient d'utiles indications, mais il repose tout entier, comme son titre l'indique, sur la collection defectueuse du *Corpus*. »

(3) DVMONT. *Inscriptions de Thrace*. — Cf. EIVSDEM. *Mélanges d'archéologie*, collegit u. cl. HOMOLLE (1892). Cf. *Archives des Missions*, 1876.

(4) LE BAS et WADDINGTON (postea sociatus est FOVCART). *Voyage archéologique en Grèce et en Asie Mineure, Inscriptions*, t. III.

(5) KOVMANOVDIS. *Ἐπιγραφαὶ Ἀττικῆς ἐπιτύμβιοι* (1871). — HILLER VAN GÄRTRINGEN. *Inscriptiones graecae insularum Rhodi, Carpathi* (1895).

(6) PERROT. *Exploration archéologique de la Galatie.*

(7) RAMSAY. *Cities and Bishoprics of Phrygia.*

(8) RENAN. *Mission de Phénicie.*

(9) LANCKORONSKI. *Villes de Paphlagonie et de Pisidie.*

(10) CVMONT. *Les Inscriptions chrétiennes de l'Asie Mineure.*

(11) LETRONNE. *Inscriptions grecques et latines de l'Égypte.*

(12) *Corpus inscriptionum latinarum* (Berolini, 1863 seqq.), t. I. *Inscr. ad C. Caesaris mortem;* t. II. *Hispaniae;* t. III. *Asiae, Graeciae, Illyrici;* t. IV. *Parietariae Pompeianae;* t. V. *Galliae cisalpinae;* t. VI. *Vrbis;* t. VII. *Britanniae;* t. VIII. *Africae;* t. IX, X. *Italiae inferioris;* t. XII. *Italiae superioris;* t. XIII. *Galliae Narbonensis;* t. XIV. *Galliae et Germaniae;* t. XIV. *Italiae mediae;* t. XV. *Indices.*

(13) I. B. DE ROSSI. *Inscriptiones Christianae Vrbis Romae septimo saeculo antiquiores* (1857-1861). — EIVSDEM. *Roma sotterranea*, 1861 sqq., et *Bullettino di archeol. crist.*, 1863-1894.

(14) HVBNER. *Inscriptiones Hispaniae Christianae* (1871) et *Supplementum* (1900). — EIVSDEM. *Inscriptiones Britanniae Christianae* (1876).

(15) EDM. LE BLANT. *Inscriptions de la Gaule antérieures au VIIe siècle* (1857-1865). — EIVSDEM. *L'épigraphie chrétienne en Gaule* (1890), *Nouveau recueil des inscr. de la Gaule* (1892).

(16) F. X. KRAVS. *Die Christl. Inschrift. des Rheinl :*

(17) Cf. ad calcem operis : *Manuel d'épigraphie chrétienne* auct. EDM. LE BLANT (1869), pp. 223-253 : « *Ouvrages relatifs à l'étude des inscriptions chrétiennes* ».

(18) Praecipuos tantum periodicos heinc notabo : *Bullett. dell' istit. di corr. arch.* — *Φιλίστωρ.* — *Journal of Hellenic studies.* — *Mélanges d'archéologie et d'histoire, publiés par l'École française de Rome.* — *Bull. di arch. crist.*, et ab ann. 1895 : *Nuovo* etc. — *Revue des études grecques.* — *Revue archéologique.* — *Papers of the American School at Athens.* — *American Journal of Archaeology.* — *Μουσεῖον καὶ βιβλιοθήκη τῆς εὐαγγελικῆς Σχολῆς.* — *Les Échos d'Orient.* — *Mittheilungen des Deutschen archäologischen Instituts in Athen.* — *Ἑλληνικὸς Φιλολογικὸς Σύλλογος.* — *Archaologisch-epigraphische Mittheilungen aus Oesterreich.* — *Bulletin de Correspondance Hellénique.* — *Ephemeris epigraphica.* — *Ἐφήμερις.* — *Hermès.* — *Mémoires de l'Acad. des Inscr.* — *Comptes rendus de l'Acad. d. Inscr.* — *Revue Biblique.* — *Archives des missions scientifiques.* — *Romische Quartalschrift.*

II. — DE VERBIS QVIBVS TITVLI CONSTANT

Stylus epigraphicus, quo utebantur Christiani, in lucem nec sua sponte, nec una fuit editus; illius exordia non nouimus, sed ex incrementis eius melius cognitis, facile conicimus.

« Duo Christianarum inscriptionum genera sunt, alterum ab altero tota dictione ac stilo ualde diuersum. Primum simplicitate ac breuitate unice gaudet. Nuda saepe nomina, nec praeterea quidquam : nam neque defuncti aetas, nec mortis dies, nec quis titulum posuerit, adscriptum. His titulis, qui in antiquioribus hypogaeis frequentissimi sunt, uarii generis symbola ac praesertim arcana haud raro appicta : Graecarum quoque litterarum usus in iis adeo creber, ut nonnunquam Graecae inscriptiones Latinas numero uel aequent uel uincant. His ipsis titulis alii commixti ut plurimum sunt, qui praeter nomina acclamationes exhibent siue Graecas siue Latinas natiuam elegantiam ac priscum saporem referentes; puta **VIVAS IN DEO, IN CHRISTO, IN DOMINO, IN PACE, CVM SANCTIS,** ac si quae sunt similes; **PETE PRO NOBIS, PRO PARENTIBVS, PRO CONIVGE, PRO FILIIS, PRO SORORE, REFRIGERA, IN REFRIGERIO, SPIRITVM TVVM DEVS REFRIGERET, DEVS TIBI REFRIGERET,** aliaque id genus multa. In his formulis illud quoque animaduersione dignum existimo, quod defunctorum animas non raro **SPIRITVS SANCTOS** appellatas agnosco. Sunt et tituli, qui defuncti aetatem, diem mortis uel *depositionis,* aliquam item defuncti laudem, nomina eorum, qui monumenta fecerunt, commemorant; ueteris tamen stili formulis ac sobrietate, saepe etiam elegantia. Quod si in his epitaphiis scriptura, dictio, sermo non modo ab elegantia, sed ab ipsis quoque grammaticis legibus non semel abhorrent, id ab auctorum rusticitate et uernaculae linguae ac pronunciationis genio, magis quam a saeculi barbarie, esse repetendum satis intelligitur.


« Aliud contra Christianarum inscriptionum genus est a prisca simplicitate ac uernaculo hoc sapore diuersissimum. Familiae inscriptionum, quae ad hoc genus spectant, aetatem, quam defunctus uixerit, diem mortis ac praesertim sepulturae aliaque, quae sepulcralis tituli propria sunt, uix unquam omittunt commemorare; haec ipsa tamen formulis exprimunt et collocatione uerborum a uetere stilo satis diuersis. A defunctorum laudibus tituli saepe sumptum exordium, quas non raro ampullis et sesquipedalibus uerbis amplificatas leges, puta **MIRAE SAPIENTIAE, INNOCENTIAE, SANCTITATIS** uiro uel feminae; item quae defuncti conditio fuerit, passim significatum, id quod in prisci generis titulis uix rarissime fit. Aliae huiuscemodi inscriptionum series sunt, quarum paene omnium initium est **HIC REQVIESCIT IN PACE, HIC QVIESCIT, HIC IACET, HIC POSITVS EST** quae item initia a prisci generis titulis solent abesse. Demum acclamationum, quarum natiuum saporem supra laudaui, in toto hoc inscriptionum genere ultima paene sunt obliterata uestigia; earumque loco affectati sensus, et inepta dictio rhetorum ferreae aetatis propria. Quod ad symbola attinet, ea in huiuscemodi titulis rarius obuia sunt, illa potissimum, quae arcanos sensus celant; Constantiniana uero monogrammata ac praesertim cruces aliaque triumphantis Christianitatis signa passim appicta. Haec Christianarum inscriptionum natio subdialia sepulcra dominantis ritu obtinet; eadem in subterraneis coemeteriis rarior et illarum regionum propria, quae omnium recentissima in iis hypogaeis esse clare liquet.

« His indiciis nemo non intelligit primum illud inscriptionum genus epigraphicum stilum referre, qui ante pacata ecclesiae tempora uiguit; alterum uero eum stilum, quem ipsa pax et securitas suapte natura inuexit et in Christianas inscriptiones insinuauit. Nam dum Romanis proscripta legibus Christiana religio erat, et qui ei nomen dederant modo lenius modo acerbius uexati, hi carorum sepulcra alte sub terra condentes titulosque inscribentes perpetuis tenebris destinatos uix unquam de rerum atque hominum memoria posteritati prodenda cogitarunt. Neque tam memoriae gratia, quam ut pietati ac dolori indulgerent, et ut inter tot sepulcrorum millia cari unusquisque sui loculum recognosceret, epitaphia ex tempore dictabant, propria quoque non nunquam manu in calce et in ipso lapide exarabant. Hinc ea simplicitas, hinc eae dulcissimi sensus ac pietatis plenae dictiones atque acclamationes. Pace deinde Christianis data et diuinae religionis uictoria in dies firmius constituta, contrariae causae extitere, quibus epigraphicus stilus immutatus necessario est, et ipsi sepulcrorum tituli priuatae ac publicae memoriae causa fieri coepti sunt ac proinde annorum quoque notis passim consignari. Sed quantum hac rerum conuersione Christianarum inscriptionum dictiones ac formulae sint mutatae, quam mature uetus illa atque elegans acclamationum ratio plane desueuerit, epitaphia, quae [sequentibus uoluminibus] proferimus, apertissime ostendunt (1) ».

Haud ambiguum est christianos epigraphici styli formulas a paganis titulis accepisse Iudaeis nihil huiusmodi praebentibus (2). Hoc tamen in epigraphicum stylum ethnicorum forsan ualuit, quod ueteres populi cum Δια-

(1) De Rossi. *Inscript. christ. Vrb. Rom.*, t. I, προλεγομ., p. CX seq.
(2) Germer Dvrand. « On ne possède que trois ou quatre inscriptions hébraïques, antérieures à l'ère chrétienne; et l'on peut affirmer qu'il n'y a pas, à proprement parler, d'épigraphie judaïque. » *Echos d'Orient*, t. I, p. 80.

σποράἁ (1) arctissimis iungebantur nexibus; nam plura exempla monotheismum redolent et formulas tam reconditas adhibent ut epigraphistae maxime idonei de illarum origine inter se certent. Huius autem non est operis hanc quaestionem illustrare, quam indicauisse nobis satis est.

DEO MAG
NO AETERNO
L·STATIVS DI
ODORVSQVOT
 5 SE PRECIBVS 
COMPOTEM
FECISSET
V·S·L·M· (2)

[illegible] M
[illegible]ΗϹЄϹΤΗΛΗ
ΓΑΛΑΤΟΥϹΙΑΚΚΩΙ
ΑΓΑΘΩΙ ϹΥΜΒΙΩΙ
5 ΜЄΘΟΥϹΥΝЄΒΙ
ΩϹΑ·L·ΚЄ[illegible]
ΔЄΟΜΑΙ ΤΟΥϹ ΚΑ
ΤΑΧΘΟΝΙΟΥϹ ΘЄ
ΟΥϹ ΤΗΝΨΥΧΗΝ
10 ЄΙϹ ΤΟΥϹЄΥϹЄΒΟΥϹ
ΚΑΤΑΤΑΞΑΙ (3)

(1) JEAN RÉVILLE. *Les origines de l'Episcopat* (1894), t. II, ch. III, § I, n. 1. *Le Judaïsme de la dispersion*, pp. 88-95 — RENAN. *Origines du Christianisme*, t. II, p. 285; t. III, p. 8-10. — PHILO. *In Flaccum*, § 7; *Leg. ad Caium*, § 36. — CICERO. *Pro Flacco*, 28. — TACIT. *Hist.*, V, 5. — IVVENAL. *Sat.*, III, 296; VI, 543 seqq.; XIV, 103-104. — MARTIAL. *Epigr.*, I, 42; XII, 57. — STATIVS. *Silues*, I, VI, 73-74. — HORAT. *Sat.*, I, V, 100; IX, 70. — APVLEIVS. *Florida*, I, 6, aliique. — Cfr. FL. IOSEPH. *Contr. Apion.*, passim et praes. II, 39; *Antiq.*, XVIII, III, 5; XX, II, 4; *Bell. Iud.*, II, XX, 2. — TACIT. *Ann.*, II, 85; *Hist.*, V, 5. — HORAT. *Sat.*, I, IV, 142-143. — STRAB. XVI, II, 34 seqq. — DIO., XXXVII, 17; LXVII, 14. — MART. *Epigr.*, I, 42; XII, 57. — TROG. POMP., XXXVI, II; *Act.*, II, 5-11; VI, 9. — *Corp. inscr. graec.*, n° 5361. — E. SCHVRER. *Geschichte des jüdischen Volkes im Zeitalter Jesu Christi*, edit. alt., t. II, passim.

(2) « Christianam esse hanc inscriptionem atque omnium christianarum antiquissimam contendit MAFFEIVS *Museum Veronense* (1749), p. 178, 1, et *Verona illustrata* (1732), p. 163. Vide et BLANCHINIVM *Demonstratio historiae ecclesiasticae quadripartitae* (1752), t. II, p. 197; BERTOLIVM *Le antichità d'Aquileja* (1739), p. 329; MAMACHIVM *Origines et antiquitates christianae* (1749), t. III, p. 17, aliosque. MVRATORIVS *Antiq. medii aeui*, t. V, p. 43, praedictis subscribit; sed idem contra num potius ethnica sit, subditat *Nou. Thesaur. uet. inscript.*, p. CVI, 6. Res sane uidetur incerta; nam palma quidem cum corona in ethnicis inscriptionibus interdum occurrit u. gr. apud BOLDETTVM *Osservazioni sopra i cimiteri* (1720), p. 218 et p. 444, et MVRATORIVM *Inscript.*, p. MCCCCXXIV, 1, item in uaticanis atrii iuliani, ubi semel etiam anchora est. Item BOLDETTVS, p. 429, hanc ipsam inscriptionem inter ethnicas habet. Tum ipse MARINIVS in suis schedis duas profert a se exscriptas ethnicas inscriptiones cum corona palmaque; unam quidem in suburbano Capizuchiorum, alteram in cauaedio monast. S. Pauli. De palma diu MVRATORIVS *Antiq. med. aeu.*, t. V, p. 33 seqq., multo plura rei exempla congerens; cuius sententiam non improbat BENEDICTVS XIV. *De canoniz. SS.*, lib. IV, cap. 27 ad fin. Formula **DEO AETERNO** extat apud GRVTERVM *Corp. inscr.*, p. IV, 5, in inscriptione sine dubio ethnica, quia sequitur **DEABVSQVE**. Tum et epitheton **MAGNVS** datur diis gentilium u. gr. *Act. ap.* « magna dea Diana », et in lapidibus **MAGNVS DEVS IVPITER**. Vide BRISSONIVM form. p. 72. Haec partim e scholiis MARINII ». Ita ANG. MAIVS in *Scriptt. uett. nou. coll.*, tom. V (1831), p. 3, 1, not. 1. — Cf. MARINI. *Atti et monumenti de fratelli Arvali* (1745), 633 B. — MAI. *op. cit.*, p. 3, 2 et not. 2.

(3) MAMACHI. *Origin.*, t. III, p. 359, not. 4 (ed. MATRANGA, 1846) : « Extat marmorea in bibliotheca casanatensi inscriptio sepulcralis ethnica. Est autem inedita, similesque earum preces continet, quas nostri pro mortuis adhibere iam inde ab antiquissimis temporibus consueuerant, quamquam sunt huic superstitiosa quaedam, et gentilia marmori insculpta, quae a nostris decretis abhorrent. Ea uero inscriptio sic habet : ... *Manibus.... Esestele Galatusioccho bono coniugi, cumquo uixi annis uiginti quinque.... precor inferos deos animam in pios ponere* ». — Cf. MON. ECCL. LIT. n° 2791 de quo CVMONT *l. c.*, n° 179, et infra nn. 218, 333. — BAYET. *l. c.*, n. 46, p. 83.

C·CLODIO·FABATO
MARITO OPTIMO
ATILIA MARCELLA
TERRENVM·CORPVS
CAELESTIS·SPIRITVS·IN ME
QVO·REPETENTE·SVAM
SEDEM·NVNC·VIVIMVS·ILLIC
ET FRVITVR·SVPERIS
AETERNA·IN LVCE·FABATVS (1)

Q·AERONIA
FIRMO·DF·
ANN·XIIII·MES·IIII
Q·AERONIVS CRESCENS
CAETRANIA·FIRMA·PARENS
FILIO·PIENTISS·LIB·LIBQ·SVIS
INVIDA·PARCARVM·SERIES·LIVORQVE·MALIGNVS
BIS·SEPTENA·MEA·RVPERVNT·STAMINA·LVCIS
PARCITE·IAM·LACHRIMIS·MISERI·SOLIQ·PARENTES
SAT·FLETVS·VESTROS PRIMA·FAVILLA·BIBIT
CORPVS·HABET·CINERES·ANIMAM·SACER·ABSTV
LIT·AER (2)

(1) SMETIVS. *Inscriptiones antiquae* (1588), p. 192, 13 : « uidetur esse Christiani hominis epitaphium, ualde tamen antiquum quantum ex characteribus et scribendi forma nominumque ratione colligi potest ». — PIGHIVS in *cod. Leidensi*, p. 280. — BVRMANN. *Anthologia uett. latt. epigr. et poemat.*, II, p. 151. — DE ROSSI. *Bullett. di arch. crist.*, 1883, p. 131. — M. E. L., n. 4169.

(2) ALBERT DVMONT. *Mélanges archéologiques* (Paris, 1872), § II. *Découvertes récentes à Salone*, p. 15-16, n. 5.

Κοιμητήριον ad solos fideles competit. Vocabulum frequentissimum in Orientis, praesertim Atticae, partibus. Cf. indicem titulorum Attic. christianor. ap. BAYET. p. 130, nn. 2, 3, 4, 7, 8, 10, 11, 15-19, 21, 22, 24, 25, 27, 28, 31, 36, 37, 39, 40, 44, 46, 47, 49, 50, 51, 55-59, 61, 65-73, 77, 83, 85-91, 93, 95, 97, 98, 101, 103, 104, 106, 108-110, 112-117, 121, 122, 125. Orthographia plures iotacismi formas praefert, u. gr. ΚΙΜΙΤΗΡΙΟΝ, n° 114; ΚΥΜΙΤ[ήριον], 116; ΚΥΜΗΤΗΡΙΟΝ, nn. 2, 3, 15, 16, 21, 24, 25, 27, 36, 39, 47, 49, 50, 68, 69, 70, 73, 77, 83, 89, 90, 91, 97, 101, 103, 109, 110, 115, 121, 122; ΚΥΜΙΤΙΡΙΟΝ, 17; ΚΙΜΗ[τήριον], 87; ΚΥΜΗΤΙΡΙΟΝ, n. 108. In Asia Minore, scribit CVMONT *l. c.*, p. 19, « l'emploi de ce terme est en somme assez restreint » : ΚΟΙΜΗΤΗΡΙΟΝ, Phrygia Pacatiana : *Bull. corresp. hell.*, VIII, 242, 249; *Journ. of Hell. Studies*, IV, 407; *Bull. corr. hell.*, XVII, 250; — Phrygia Salutaris : *Bull. corr. hell.*, XVII, 275, 276; *Journ. of Hell. Stud.*, IV, 429; — Pisidia : cf. RAMSAY in *Mittheil. des Deutsch. archäolog. Instit. in Athens*, XIII, p. 138 seqq.; — ΚΟΙΜΗϹΙϹ in Galatia : *Sitzungsb. d. Akad. Berlin* (1888), p. 891, nn. 68, 69; *Papers of the American School at Athens*, II, 312, n° 363; CVMONT. nn. 366-389 : « On a trouvé en outre à Tavium et dans les environs toute une série d'épitaphes d'assez basse époque commençant par ΕΝΘΑ ΚΑΤΑΚΕΙΤΑΙ ou ΚΟΙΜΗϹΙϹ. » Vide elenchum titulorum, *loc. supr. laud.*, p. 44. Semel tantum ΑΝΑΠΑΥϹΙϹ et in eodem sensu PERROT, p. 293, n° 249. — Romae : *Philosophum*, lib. IX, c. 11 : εἰς τὸ κοιμητήριον κατέστησεν. « Laonde inchino a credere, che questo sia stato il primo grande cemetero per così dire *officiale* et legalmente costituito, come spettante al corpo della chiesa romana » (DE ROSSI. *Roma sott.*, t. I, p. 198; cfr. t. II, p. 245, 249, 328, 345, 347, 372, 373). — Malta : ΚΟΙΜΗΤΡΙΟΝ (BOLDETTI. *Osservazioni* etc., p. 633) In Atticae partibus, nec non Asiae Minoris et Italiae, uoc. κοιμητήριον ad tumulum ipsum spectat BAYET. *l. c.*, p. 44; CVMONT. *l. c.*, p. 19, n. 2; FOGGINI. *De roman. itin. Petri.*, p. 295, ubi pueruli quidam ex eodem utero editi POSITI SVNT PER SINGVLA CEMETERIA. In partibus Occidentis Κοιμητήριον necropolim frequentius designat : SABINI BISO || MVM SEBIBVM || FECIT SIBI IN CYMI || TERIVM BALBINAE || IN CRYPTA NOBA (PERRET.

En elenchus praecipuarum christianarum adclamationum :

VIBAS IN DEO ET ROGA (BOLDETTI. *Osservazioni*, p. 418).

ORA PRO PARENTIBVS TVIS (MVRATORI. *Nouus Thesaur. uett. inscr.*, p MDCCCXXXIII, 6).

PETE PRO PARENTES TVOS (MAFFEI. *Mus. Veron.*, CCLXIV, 13).

PETE PRO FIL[*iis tuis*] (ODERICI. *Syllog.*, p. 262).

Catac., V, XXIX, 67). In Africa : cf. TERTVLL. *De Anima*, LI, etc. COEMETERIA (RENIER. *Inscr. de l'Alg.*, 2031). Coemeteria aliquot a MAMACHI *loc. cit.*, III, 121, not. 2, numerantur, quae *dormitorium* (*Act. s. Maximil.* ap. RVINART. p. 264) siue *accubitorium* (DE ROSSI. *Rom. sott.*, I, p. 86) dicuntur. ΚΟΙΜΗΤΗΡΙΟΝ ΤΟΥΤΟ || ωΚΤΑΒΙΛΛΗ ΤΗ ΙΔΙΑ ΓΥΝΑΙΚΙ || ΛΑΥΔΑΚΙΕ (ARINGHI. *Rom. subt.*, t. I, p. 5; MAMACHIVS uero legit *l. c.*, p. 186, t. III : ΛΑΥΔΙΚΙC) habes Romae, Narbonnae in prima Narbonensi in titulo bilinguali : + ΚΥΜΕΤΕΡΙΟΝ || ΔΟΜΕΤΙΟΥ ΑΠΟ ΚѠ || ΤΟΥCѠΝ (LE BLANT. *Inscr. chrét. de la Gaule*, 613A, ad ann. 527), sed frequentius apud Latinos *dormitorium*, ita REINESIVS, *Syntagm. Inscr. Antiq.*, 356. Apud Iudaeos : ΕΝ ΕΙΡΗΝΙΙ ΚΟΙΜΗCIC ΑΥΤΗC Aureliae scil. Zoticae (ODERICO. *Syllog. uet. inscr.*, p. 253) tandem apud ethnicos, Aemiliano alexandrino praefecto, uetitum est christianis εἰς τὰ καλούμενα κοιμητήρια εἰσιέναι (ann. 257) quod a Gallienos Aug. reuocatum est; licebat enim deinceps episcopos τὰ τῶν καλουμένων κοιμητηρίων ἀπολαμβάνειν χωρία. Cf. EVSEB. *Hist. eccl.*, VI, 30; VII, 11, 13; IX, 2. In Macedonia : ΚΟΙΜ·Τ·ΡΙΟΝЄѠC || ΑΝΑCΤΑCЄΟC, *Corp. inscr. graec.*, 9439, et MON. ECCL. LIT., nº 2776, ΚΟΙΜΗΤΗΡΙΟΝ (*ibid.*, nº 9440). Cf. BAYET (*loc. cit.*, p. 44, not. 5) uir. eruditiss. sic habet : « ut enim in epistolis ad Corinthios et Thessalonicenses hac imagine Paulus usus est, ita in Macedonia Achaiaque ea ipsa imago memoratur. Quod si Macedoniam Achaiamque omiseris, hoc uerbum eo sensu receptum raro inuenitur, ita ut forsitan eiusmodi tituli, si quando occurrant, extranei uideantur et ad Macedonas aut Achaeos pertinuisse iudicandi sint [*Corp. inscr. grec.*, n. 9450; *Rev. archéol.*, 1869, p. 456, in titulo Damasci reperto; LE BLANT. *Inscr. chrét. de la Gaule*, n. 613; ARINGNI. *Rom. subt.*, t. I, p. 4. In *Corp. inscr. graec.*, n. 9298, lectio ΚΟΙΜΗΤΗΡΙΟΝ falsa est, integrum enim superest uerbum ΟΙΚΗΤΗΡΙΟΝ; itemque s. n. 9593 non restituendum censeo κοιμητήριον, sed μεμούριον]. Item latinam uerbi formam *coemeterium*, paene inusitatam fuisse constat, quotiens unus aliquis tumulus significandus erat [FOGGINI. *De romano itinere Petri*, p. 295; et alia quae supra dedi]. Verba tamen κοίμησις, ἐκοιμήθη non infrequenter occurrunt, quanquam κοίμησις non eadem pertinacia qua κοιμητήριον iterum atque iterum repetitur, ἐκοιμήθη autem in epitaphiis recentioris aetatis saepius apparet. Sed, quo tempore κοιμητήριον sic usurpari coeptum sit, difficile est definire, siquidem attici tituli quarto saeculo antiquiores non uidentur : iure tamen e macedonicis unus, quos supra memoraui, ad tertium circiter saeculum referri potest [*Corp. inscr. graec.*, n. 9439]. Supersunt etiam duo Atticae iudaica, ut uidetur, epitaphia quae ΚΟΙΜΗΤΗΡΙΟΝ [nn. 121, 122] praeferunt. Quod si horum aetatem reputaueris Iudaeos formulam christianam mutuatos esse existimabis. Romae etiam, in coemeterio iudaico quod in uinea Randanini repertum est, saepissime leguntur eadem fere quae apud christianos uerba : ἐν εἰρήνῃ ἡ κοίμησις αὐτοῦ [GARRVCCI in *Civiltà cattolica*, 1862 et 1863, et *Cimitero ebreo di vigna Randanini*; *Corp. inscr. graec.*, n. 9904]. Et haec quidem praeclara res est et digna quae doctorum inuestigationibus illustretur : sed hic de ea satis dictum est. — Κ]ΟΙ[μ][ΗΤΗΡΙ[ο]Ν Є[ν Χριστ]Ѡ Ι[ησο]Υ in quodam titulo inscriptum legitur [nº 20] prope Ἁγίαν Τριάδα reperto, item in alio titulo e macedonicorum numero [DELACOVLONCHE. *Mém. sur le berceau de la puissance macédonienne*, p. 204, n. 87]. Quorum auctores sese ipsorum apostoli uerborum magis memores exhibuisse agnoscas, et tumulum accuratius, ut ita dicam, sacrasse [« Οἱ κοιμηθέντες ἐν Χριστῷ ». Sunt et aliae formulae quae cum nostra contulerim : Ross. *Reisen auf den griechischen Inseln*, dritter Band, p. 146; DE ROSSI. *Bull. di arch. crist.*, 1866, p. 41; 1869, p. 48; PERROT. *Mission de Galatie*, p. 65 etc.]. » Hactenus u. cl. BAYET. Vt finem faciam uid. CHRYSOST. Εἰς τὸ ὄνομα τοῦ κοιμητηρίου (ed. GAVME. pars I, p. 469-475), *homil.* LXXXI : διὰ τοῦτο αὐτὸς ὁ τόπος κοιμητήριον ὠνόμασται ἵνα μάθῃς ὅτι οἱ τελευτηκότες καὶ ἐνταῦθα κείμενοι οὐ τεθνήκασι ἀλλὰ κοιμῶνται καὶ καθεύδουσι.

In Graecia : ΤΟΠΟC ΤΡΥΦѠΝΟC (BAYET. *l. c.*, n. 82), [τ]ΟΠΟC [σω]ΤΗΡΙΧΟΥ (*ibid.*, n. 96, siue *Corp. inscr. Atticar.*, III, 3514, 3515); — in Asia Minore et Syria : *Corp. inscr. graec.*, nº 9153 (prope Sidon., ann. 642), nn. 9157, 9161, 9199, 9228, 9272, 9273, 9274; — Berytus : LE BAS et WADDINGTON. *Voy. arch.*, n. 1854 *c*; — Isauria et Cilicia : CVMONT. *op. laud.*, p. 18, not. 4, et n. 451 sqq., siue *Bull. de corr. hell.*, IV, 198 sqq.; — Aphrodisias in Caria : LEBAS et WADDINGTON. 1628*a*, 1650; *Corp. inscr. graec.*, 9272; — Tralles in Lydia : *Corp. inscr. graec.*, 9274. Cf. quoque : Η CΟΡΟC ΚΑΙ Ο ΠΕΡΙ ΑΥΤΗΝ ΤΟΠΟC; — Hierapoli in Phrygia Pacatiana (*Journ. of Philol.*, 1891, p. 96, et CVMONT. n. 132). Recte CVMONT u. cl. de hoc uoc. : « fut-il en usage *exclusivement* parmi eux [christiani scil.]? rien ne permet de l'affirmer, et il serait imprudent de ranger parmi les inscriptions chrétiennes toutes celles où il apparait » : et in notis : « nous avons exclu de notre liste les textes où ce mot n'est accompagné d'aucun autre signe de christianisme, comme *Mittheil. d. Deutsch. arch. Instit. in Athens*, V, 337 sq. [Priène]; *Corp. inscr. graec.*, n. 3015*b* [Éphèse]; *Mittheil.* etc., XII, 257 [Magnésie] » (*Les inscr. d'As. Min.*, pp. 18-19, not. 1). — Gallia : IN HOC LOCO REQVI || ESCET IN PACE BONE || MEMORIE PRELECTA, Lugdunum (LE BLANT. *Inscr. chrét. de la Gaule*, n. 56); — Romae : ΤΟΠΟC ΑΝΑΠΑΥCΑΙΟC (BOSIO. *Rom. subt.*, l. III, c. 61); LOCVS BENENATI, LOCVS IOVINI (BOLDETTI. *Osserv.*, 53); cf. REINESIVS. *Class.* XX, 57; MARINI apud MAI. *Scriptt. uett. nou coll.*, t. V (1831), p. 377, 3; 395, 6; 399, 1, 2, 3, 5 (cum comment. u. cl. MARTIGNY. *Dict. des antiq. chrét.* ad uoc.); 415, 6 (addendum); — in Graecia cf. BAYET. nº 75.

PETE PRO CELSINIANV COIVGEM (ODERICI. *Syll.*, p. 263).

PETAS PRO SORORE TVA (MARANGONI. *Cose gentil.*, pp. 159 et 456).

PETAT PRO NOBIS (ODERICI. *l. c.*, p. 343).

PETE PRO NOS VT SALVI SIMVS (MARANGONI. *De coem. Thras. et Sat.*, p. 90).

TV PETE PRO EOS (ODERICI. *l. c.*, p. 344).

ANIMA DVLCIS (MARTIGNY. *Dict.* s. u. *acclamations* [ed. alt.]).

ANIMA MELLEIA (FABRETTI. *Inscr. antiq.*, p. 576, n. 163).

ANIMAE INNOX (FABRETTI. *l. c.*, p. 576, n. 65).

ANIMAE INNOCENTI (FABRETTI. n. 163).

ANIMAE INNOCENTISSIMAE IN PACE (LVPI. *Epitaph. Seuer.*, p. 39).

PALVMBA SINE FELE (MARANGONI. *Act. S. Vict.*, I, 5, p. 120).

NON MERITVS VITA REDDIT IN PACE DOMINI (MARTIGNY. *loc. sup. cit.*).

REDDIDIT DEBITVM VITAE SVAE (MARANGONI. *Act. S. Vict.*, 81).

PRO HVNC VNVM ORAS SVBOLEN QVEM SVPERSTITEM RE[*li*]QVISTI (MARINI. *Iscr. Alb.*, p. 189).

PETE ET ROGA PRO FRATRES ET SODALES TVOS (BVONAROTTI. *Vetr. Antich.*, p. 167).

SALTEM QVOD SVPEREST ORO SCIO NAMQVE [*beatam*] (MARINI. *Monum. degl. Arvali*, p. 266).

CHRISTVS SPIRITVM [*tuum*] IN PACE ET PETE PRO NOBIS (MARANGONI. *Cose gentil.*, p. 456).

SPIRITVS TVVS BENE REQVIESCAT IN DEO PRO SORORE TVA (MARINI. *Arval.*, p. 362).

CVIVS SPIRITVM IN REFRIGERIVM SVSCIPIAT DOMINVS (MVRATORI. *Nou. Thes.*, MDCCCCXXII, 1).

ЄΙΡΗΝΗ ΤΟΙϹ ΠΑΡΑΓΟΥϹΙΝ ΚΑΙ ΜΝ[ησ]ΚΟΜЄΝΟΙϹ ΠЄΡΙ ΗΜѠΝ (*Bull. corr. hell.*, VI, 518).

ЄΙΡΗΝΗ ΤΟΙϹ ΠΑΡΑΓΟΥϹΙΝ ΠΑϹΙΝ ΑΠΟ ΤΟΥ ΘЄΟΥ (*Corp. inscr. graec.*, 9266).

ЄΙΡΗΝΗ ΠΑϹΙ ΤΟΙϹ ΑΔЄΛΦΟΙϹ (*Journal of Hellenic Studies*, IV, 429).

ЄΙΡΗΝΗ ΠΑϹΗ ΤΗ ΑΔЄΛΦ[ότητ]Ι ΚΑΙ Ο[σοις..... (*Bull. de corr. hell.*, XVII, 275).

ἐν] ЄΙΡΗΝΗ [ἡ] ΚΟ[ίμησις αὐτοῦ] (?) (*Corp. inscr. graec.*, 9274).

ΤЄΚΝΑ ΤЄΙΜΗΤΑ ЄΝ ΙΡΗΝΗ ΤΟΥ ΘЄΟΥ (DE ROSSI. *Rom. sott.*, I, p. 160).

ЄΚΥΜΗΘΗ ЄΝ ЄΙΡΗΝ[ῃ] (Le Bas-Waddington. *Voyage*, p. 462).

AGNVS SINE MACVLA (Boldetti. *Osserv.*, p. 408).

AGNEGLVS (*i. e.* agnellus) DEI (Perret, *Catacombes*, uol. VI, p. 149).

ΤΑϹ ЄΥΛΟΓΙΑϹ ΤΟΥ $\overline{\text{XY}}$ ЄϹΘΙΟΝΤЄϹ (de Richemont. *L'art chrétien pend. les trois pr. siècles*, p. 23).

PAX TECVM (Lvpi. *Epitaph. Seu.*, p. 173).

TE·QVN·PACAE (Marini. *Arval.*, 393).

TECVM PAX CHRISTI (Marangoni. *Act. S. Vict.*, 94).

QVIESCIT IN PACE AETERNA (Marangoni. *ibid.*, 107).

IN PACE REQVIÉVIT (Boldetti. *Osservaz*, p. 431).

DORMIT IN SOMNO PACIS (Georgi. *De monogramm.*, 33).

PAVSAT IN PACE (Boldetti. *Osservaz.*, 399).

REQVIESCIT IN PACE (Boldetti. *ibid.*, 431).

RAPTVS ETERNE DOMVS (Marangoni. *Act. S. Vict.*, p. 127).

VIVAS IN PACE (Boldetti. *Osserv.*, p. 420).

IN PACE ET REFRIGERIVM (Marangoni. *Act. S. Vict.*, p. 122).

IN PACE... ET IN DOMO ETERNA DEI (Bottari. *Scult. e pitt.*, tab. vii, n. 8).

VALE IN PACE (Marangoni. *Act. S. Vict.*, p. 105).

IN PACE DOMINI DORMIAS (Boldetti. *Osserv.*, p. 418).

SEMPER VIVE IN PACE (Marangoni. *Cose gentil.*, p. 454).

DORMIT IN PACE (Fabretti. *Inscr.*, 554).

IN PACE BENE DORMIT (Cardinali. *Iscriz. Velit.*, 189, cxxv).

IN PACE SOMNI (Fabretti. *l. c.*, 554).

LETARIS IN PACE (Boldetti. *Osservaz.*, p. 419).

VIVIS IN GLORIA DEI ET IN PACE DOMINI NOSTRI ☧ (Oderici. *Syll.*, 264).

DEVS TIBI REFRIGERIT (Boldetti. *Osservaz.*, p. 418).

CVIVS ANIMA IN PACE REQVIESCAT (Fabretti. p. 567).

RECESSIT DE SECVLVM (PASSIONEI. *Iscr. ant.*, p. 121).

ANIMA TVA CVM IVSTIS (MARINI. *Scriptt. uett. nou. coll.*, V, p. 381, 2).

CVM IVSTIS ANIMA IPSIVS (BOLDETTI. *Osservaz.*, p. 420).

IN PACE ANIMA IPSIVS (BOLDETTI. *l. c.*).

TE IN PACE CVM VIRGINITATE TVA (LVPI *Epit. Seu.*, p. 176).

IN REFRIGERIO ET IN PACE (GRVTER. *Corp.*, 1057).

INTER INNOCENTIS (PERRET. *Catacomb.*, t. V, tab. XVII, 20).

CVM DEO IN PACE (BOLDETTI. *Osservaz.*, p. 419).

VIXIT IN PACE (PITRA. *De tit. Carthaginiensib.* in *Spic. Solesm.*, t. IV).

IN PACE VIXIT (L. RÉNIER in *Revue arch.*, XI, 442).

ACCEPTA APVD DEVM (BOSIO. *Rom. sott.*, 105).

RAPTVS ETERNE DOMVS (MARANGONI. *Act. S. Vict.*, 127).

ЄIPHNH COI ЄN ΘЄΩ (FABRETTI. *Inscr.*, 591).

H XAPIC TOY [X]**PICT**[οῦ μεθ' ὑμῶν] (BAYET. *De tit. Att. christ.*, n. 76).

[φοβερὸν δίκ]**HMA TOY** [θεοῦ ἐν] **HMЄPA KPICЄΩC** (BAYET. *ibid.*, n. 106).

MAPAN AΘAN (BAYET. *l. c.*, n. 107).

IN ORATIONIS TVIS ROGES PRO NOBIS (MARINI. *Iscr. Alb.*, p. 187).

VIVAS IN PACE ET PETE PRO NOBIS (BVONAROTTI. *Vetr.*, p. 167).

BENE REFRIGERA ET ROGA PRO NOS (MARANGONI. *Act. S. Vict.*, p. 119).

ZHCHC ЄN $\overline{\text{KΩ}}$ KAI ЄPΩTA YΠЄP HMΩN (BOLDETTI. *Osservaz.*, p. 418).

ЄYXOY YΠЄP HMΩN (CARDINALI. *Iscr. Velit.*, p. 214).

IN NOMEN DEI (PERRET. *Les catacombes*, t. V, 21).

ЄN AΓIΩ ΠNЄYMATI ΘЄOY (MARCHI. *Monum.*, n. 198).

REFRIGERA DEVS ANIMAM (EDM. LE BLANT. *Réponse à une lettre du 13 janvier 1680*).

TIBI DEVS REFRIGERET (LE BLANT. *loc. cit.*).

DEVS REFRIGERET SPIRITVM TVVM (LVPI. *Epitaph. Seu.*, p. 137).

SPIRITA VESTRA DEVS REFRIGERET (BOLDETTI. *Osservaz.*, p. 417).

REFRIGERA CVM SPIRITA SANCTA (BOLDETTI. *ibid.*, p. 87).

CVM SPIRITA SANCTA ACCEPTVM (FABRETTI. p. 574).

ΚΑΛΩϹ ΗΞΕΙΩΜΕΝΟϹ ΤΗΝ ΧΑΡΙΝ ΤΟΥ ΘΕΟΥ (MARINI. *Atti et mon. degli Arval.*, pref., XX).

IN PACEM ESTOTE (PASSIONEI. *Iscriz. ant.*, 119).

TE·CVM·PACE (LVPI. *Epitaph. Seu.*, 71, 72).

XON PAKE (BOLDETTI. *Osserv.*, p. 475).

TECVPC [*i. e.* te cum pace] (MARINI. *Atti degl. Arval.*, 634).

PAX TECVM PERMAN[*eat*] (MARTIGNY. *Dict.* s. u. *in pace*).

SVSCIPIAT CHRISTVS (LVPI. *Epitaph. Seu.*, 175).

SPIRITVS IN PACE ET IN CHRISTO (BOLDETTI. *Osservaz.*, p. 318).

AKEΠTA IN XPTO (FABRETTI. p. 391, n. 254).

IN REFRIGERIO ANIMA TVA (FABRETTI, p. 547).

PETE PRO CONIVGEM (ODERICI. *Syll.*, p. 263).

TV PETE PRO EO (FABRETTI. VIII, 30).

VIBE IN PACE (MARANGONI. *Act. S. Vict.*, 90).

DORMIT IN PACE (MORCELLI. *Opp. epigr.*, II, p. 76).

ΠΙϹΤΟϹ ΕΚ ΠΙϹΤΩΝ (LVPI. *Epitaph. Seu.*, p. 136).

IN PACE ET BENEDICTIONE (BOLDETTI. *Osservaz.*, p. 420).

INTER SANTOS (ODERICI. *Syll.*, 341).

PAX CVM ANGELIS (CAVEDONI. *Ragguaglio di cimiter. di Chiusi,* p. 10).

ΟΝΗΘΕΙϹΙΝ ΤΟ ΤΗϹ ΖΩΗϹ ΜΕΡΟϹ (*Corp. inscr. graec.*, 9266).

Ο ΘΕΟϹ ΑΝΑΠΑΥϹΗ ΤΗΝ ΨΥΧΗΝ ϹΟΥ ΜΕΤΑ ΤΩΝ ΔΙΚΑΙΩΝ (*Corp. inscr. graec.*, 9278).

ΤΗ ΓΗ ΔΕΔΩΚΕΝ ΤΗΝ ΚΟΝΙΝ ΤΟΥ ϹΩΜΑΤΟϹ ΧΡΙϹΤΩ ΤΩ ΘΕΩ ΤΑϹ ΙΚΕϹΙΑϹ ΩϹ ΕΠΙ ΑΕΙ ΟΥϹΑ (*Bull. corr. hell.*, XIII, 308, n. 16).

[Προσδοκῶμεν ἀ]NACTACIN [νεκρῶν καὶ ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰ]ΩNOC·AM[ήν] (HICKS. *Inscr. Brit. mus.*, 262, n. 675).

ΑΙΤΩΝ ΛΥCΙΝ ΠΟΛΛΩΝ CΦΑΛΜΑΤΩΝ (*Corp. inscr. graec.*, 8804).

ΥΠΕΡ CΩΤΗΡΙΑC ΚΑΙ ΑΦΕCΕΩC ΑΜΑΡΤΙΩΝ (*Corp. inscr. graec.* 3703, 8871).

ΔΩC ΑΦΕCΙΝ ΑΜΑΡΤΙΩΝ (*Corp. inscr. graec.*, 8900).

ΠΑΡΟΡΩΝ ΤΑ ΠΑΙΜΕΛΗΜΑΤΑ ΤΑ ΕΝ ΓΝΟCΙ ΚΕ ΕΝ ΑΓΝΟΙΑ ΦΙΛΑΝ[θρωπίᾳ σου] (*Papers of the american School at Athens,* III, 314).

Η ΑΓΙΑ ΤΡΙΑC Η ΟΜΟΟΥCΙΟC (*Sitzungsberichte d. Akad. Münich,* 1863, I, p. 238, n. 46).

ΕΡΩΤΑ ΥΠΕΡ ΗΜΩΝ (*Corp. inscr. graec.*, n. 9673).

ΜΝΗCΚΣCΘΝ ΗΜΩΝ ΕΝ ΤΑΙC ΑΓΙΑΙC ΥΜΩΝ ΠΡ[ος]**ΕΥΧΑ**[ι]**C** (MARCHI. *Monum. prim.*, p. 104).

ΒΟΤΟΥΜ ΟΠΤΟΥΛΛΗ ΚΟΥΗ ΝΟΜΕΝ ΔΕΟΥC CΚΙΘ (*Dissert. Isagog.*, t. I, p. 24, tab. I).

VOTVM SOLBIMVS NOS CVIVS NOMINA DEVS SCIT (*Napoli e sue vicinanze* (1845), t. II, p. 358).

IN PACE DOM[*ini*] (DE ROSSI. *Bull. di arch. crist.* (1866), p. 47).

IN XRO (DE ROSSI. *l. c.*).

DEPOSITVS IN ☧ (ARMELLINI. *Conferenze della società di cultori della crist. arch. in Roma*, 2 Marzo 1879).

☧ FVSERI VIVAS (FIORELLI. *Notizie di scavi,* etc., Marzo 1880, p. 110).

P[*ax*] **T**[*ibi*] **CVM SANCTIS: PAX TIB·C·S·** (STEVENSON. *Escavaz. in un ipogeo crist. di Bolsene* (1881), n. 27, 36).

IN PACE PETAS P[*r*]**O NO**[*bis*] **FELIX.** (BOSIO. *Rom. sott.*, III, p. 53).

REFRGERI TIBI DOMNVS IPPOLITVS SID[*oni*] (DE ROSSI. *Bull. di arch. crist.*, 1881, p. 45).

IPPOLITE·IN·MENTE [*habe*] **PETRV**[*m*] **PECCATORE** (DE ROSSI. *l. c.*, 1883, p. 104).

ESTO IN REFRIGERIO (DE ROSSI. *l. c.*, 1884-1885, p. 43).

Etsi omnia et singula epigraphici christianorum styli tempora nequimus reperire, ex quo seiungi coepit ab ethnico, donec ab illo prorsus sit abalienatus, res tamen ex argumentis collectis et inter se conlatis, ualde liquet. Cuique uero attendenti ad conditionem qua christiani gaudebant in imperio, facillime patebit, longum aeui spatium fuisse necessarium ut alius cum alio discreparet. Christiani enim, uix orti, persecutionibus uel in quibusdam tantum uel in omnibus locis, lacessuntur, legibusque iudicantur hostes. Quae cum ita sint, ratione prudentiaque adhibita, sese occultant qui fidem seruent. Ne ergo speres te, in publicis inscriptionibus, esse inuenturum quoddam fidei testimonium quod, si forte fieri potuisset, iactantius fuisset. Sepulchrales etiam inscriptiones quae fere innumerae reperiuntur, non inconsulto scribere decebat; nam apud ueteres, qui sepulchra summa prosequebantur reuerentia (1), nullus honor erat, nullaque relligio, hominis extra leges proiecti sepulchro, et seditione facta, undique clamabatur : « Arcae non sint » (2), quo bellum mortuis indiceretur, eodem modo quo

(1) EDM. LE BLANT. *Les persécuteurs et les martyrs* (1893), ch. XXIII. *Les martyrs chrétiens et les supplices destructeurs du corps.* — Cf. DANIEL LACOMBE. *Le Droit funéraire romain* (Paris, 1886). — MOMMSEN. *Zum römischen Grabrecht* in *Zts. f. Rechtsgeschichte,* XVI (1895).

(2) TERTVLL. *Ad Scapulam,* III. — Cf. P. ALLARD. *Histoire des persécutions pendant la première moitié du troisième siècle*, pp. 81-83, 86.

« christiani leonibus », clamabatur, quo uiuis indiceretur bellum. Quapropter, in celeberrimis ciuitatibus, u. g. Lugduni, ubi plebs odio christianorum erat efferata, se esse christianos summa diligentia fratres occultare uidemus (1). Cuique tamen de toto imperio romano disserenti, hoc semper in promptu sit, quod aliae prouinciae alio modo se gesserunt (2). In Lugdunensi saeuitur; moderate autem, liberaliterque agitur in Phrygia, in qua, seculo tertio uergente, dicitur plures familias se esse christianas palam declarauisse, et ciuitates quasdam Asiae, intra paucos annos, christianas esse factas (3). Nihil ergo mirum erit, si documenta epigraphica prorsus diuersa, pro regionibus, reperiemus, saepeque frustra quaeremus, perpensis omnibus, christianane sint necne.

Indagatio illa, cum ardua, tum necessaria est; sed quancunque diligentiam quis adhibeat, pro certo habeat se de remotissima christiana antiquitate tractantem, multa incerta esse relicturum.

In primis, redigantur in ordinem indicia certa, scilicet :

1° Publica christianismi professio.

2° Vsurpatio reconditorum signorum (4), exempli gratia, monogrammatis Christi, cum epigraphicis formulis iuncta, aut usurpatio signorum christianis propriorum, u. g. ἰχθύς, quibus interdum adluditur tantum, dum ne posterius addita fuerunt (5). Haec uero signa perpauca sunt, frequentiusque reperiuntur in Occidente quam in Oriente, uidenturque fuisse tantum adhibita, seculo quarto, cum iam Romae derelicta essent.

3° Vsurpatio formularum absque dubio christianis propriarum, quarum haec crebritate uetustateque in Oriente uidetur praecipua :

ЄCTAI AYTϢ ΠΡOC TON ΘЄON

Nemo est, nostris diebus, qui hanc formulam esse christianam ausus sit negare (6).

Occidentales uero, christiana fide ducti, mortis diem ut liberationis et nouae natiuitatis habere solebant (7).

(1) A. Poidebard. *La nécropole de Trion et les dernières fouilles* in ephem. *La Controverse et le Contemporain*, aprilis 1887. — Allmer. *Revue épigraphique du Midi de la France* (1886), p. 183, 185, 186. — O. Hirschfeld. *Zur Geschichte des Christenthums in Lugdunum vor Constantin* in *Sitzungsb. Akad. Wissensch. Berlin.* (1895), p. 22 seqq.

(2) Fvstel de Covlanges. *Hist. des Instit. polit. de l'anc. France,* t. I (1891), passim.

(3) Ramsay. *Cities and Bishoprics of Phrygia*, passim. — Caria : XPHCTIANϢN, *Corp. inscr. graec.*, 2883 *d.* — Phrygia Pacatiana : XPHCTIANOI XPHCTIANϢ, *Corp. inscr. graec.*, 5857 *g*, siue Lebas-Waddington. *Voyage*, n. 785; — XPHCTIANOI XPHCTIANH [ann. p. Chr. 279], *Corp. inscr. graec.*, 9265 *l.* — Phrygia Salutaris : XPHCTIANOIC, *Corp. inscr. graec.*, 3857 *p*, siue Lebas-Waddington. *Voyage*, n. 1783. — Cf. Thracia : Dvmont-Homolle. *op. cit.*, n° 74 *z*, 8 : XPЄICTIANOI ΠANTЄC ЄNЄCMЄN, et 62 *b*, 30 : ΠPЄCBYTЄPOC XPICTIANOC. — Athenis : Bayet. *op. cit.*, n. 75, p. 99 : ΓЄN[ει] XPICTIANOC; n. 78, p. 101 : XPICTIANOI; addit Cvmont u. cl. in *op. cit.*, p. 11, not. 5 : *Corp. inscr. Attic.*, 3435, XPICTIANOC ΠICTOC; Catana, *Corp. inscr. graec.*, 9481; Malta, *l. c.*, 9451.

Evseb. *Hist. eccl.*, VIII, 11 : Ἤδη γοῦν ὅλην Χριστιανῶν πολίχνην αὔτανδρον ἀμφὶ τὴν Φρυγίαν ἐν κύκλῳ περιβαλόντες ὁπλῖται, πῦρ τε ὑφάψαντες, κατέφλεξαν αὐτοὺς ἅμα νηπίοις καὶ γυναιξί, τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν Χριστὸν ἐπιβοωμένους· ὅτι δὴ πανδημεὶ πάντες οἱ τὴν πόλιν οἰκοῦντες, λογιστής τε αὐτὸς καὶ στρατηγὸς σὺν τοῖς ἐν τέλει πᾶσι καὶ ὅλῳ δήμῳ, Χριστιανοὺς σφᾶς ὁμολογοῦντες, οὐδ' ὁπωστιοῦν τοῖς προστάττουσιν εἰδωλολατρεῖν ἐπειθαρχοῦν. Cf. Greg. Nyss. *Vita Gregorii Neocaesariensis,* circa finem.

Tertvll. *Ad Scapul.*, c. v : Arrius Antoninus in Asia cum persequeretur instanter, omnes illius ciuitatis Christiani ante tribunalia eius se manu facta obtulerunt, cum ille, paucis duci iussis, reliquis ait : Ὦ δειλοί, εἰ θέλετε ἀποθνήσκειν, κρημνοὺς ἢ βρόχους ἔχετε.

(4) Ramsay. *Cities* etc., 371, n° 177; *Journ. of Hellenic Studies,* IV, p. 433. — Cvmont. n° 137; Mon. Eccl. Lit., n° 2792 : ЄCTAI AYTϢ ΠPOC TON ☧.

(5) Cvmont. *l. l.*, p. 11 : « Sur quelques pierres fort anciennes où l'on a voulu reconnaitre le premier signe (*crux nuda scil.*), il paraît être un simple ornement ou une addition postérieure, et cette marque d'origine qui semble être la moins trompeuse, est en réalité la plus sujette à caution ». Tituli sunt adscripti sub nn. 2445 *b*, 3897 *d*, *e* in *Corp. inscr. graec.;* et in *Journal of Hell. Stud.*, t. IV, 423; item forsan in *Mittheilungen des Deutschen arch. Instituts in Athens,* XII, p. 181, n° 11. Eximium habes superscriptionis exemplum in titulo Carthaginensi : Pitra. *Spic. Solesm.*, p. 7, uel *Corp. inscr. lat.*, t. VIII, n° 1015. — Bayet. *op. cit.*, pars alt., cap. v, *De symbolorum usu.* — De Rossi. *De Christianis monumentis* IXΘYN *exhibentibus.* — Eivsd. *De Christianis titulis Carthaginiensibus.* — Le Blant. *Manuel d'épigraphie chrétienne.*

(6) Cvmont. *op. cit.*, p. 15.

(7) Edm. le Blant. *Manuel* etc., p. 12 : « Les païens, auxquels l'idée religieuse n'apportait pas la consolation, répugnaient à rappeler sur les sépultures la date funeste de la mort [*Inscript. chrét. de la Gaule*, n° 44; — Lvpi. *Epitaph. Seuerae*, p. 77; — Mabillon. *De Cultu Sanctorum ignotorum*, c. vi; — Marini. *Aneddoti di G. Marini*, p. 83; — Pellicia. *Politia*, t. II, p. 170]. L'esprit chrétien, qui regardait ce jour comme celui de la délivrance, admettait, au contraire, sur les tombes, la mention repoussée par les gentils..... Aux premiers siècles de l'Église, alors que tant d'âmes flottaient incertaines....., des fidèles, mal pénétrés encore de la doctrine évangélique, hésitèrent à rappeler sur les tombeaux la date de leur deuil »; p. 42 seqq. : « Pour faire voir qu'elle ne fut point admise dans les formulaires des premiers temps, je manque des précieux secours qu'auraient pu m'apporter des inscriptions à marques chronologiques. Mais si l'on admet que le style, les emblèmes de l'épigraphie aient pu varier avec les âges, il est un autre moyen d'appréciation. La série de nos marbres non datés où ne figure point le jour du décès est en même temps celle qui présente toutes les marques de l'ancienneté : indication de ceux qui ont fait faire la tombe [*Inscr. chrét. de la Gaule*, nos 64, 202,

Huius dicendi moris tria tantum exempla in Oriente repperimus. Ex utraque parte, *coemeterium* christianae societati peculiare est; de uoce autem τόπος, genetiuo casu usurpata, dubitatur.

4° Vsurpatio formularum e christianis liturgiis desumptarum, u. g. εἰρήνη πᾶσιν, *pax uobiscum,* et nonnullarum aliarum quae heic quasi in epigraphico liturgicoque museo congregantur.

Fragmenta precum antenicaeno tempore posteriora huic syllogae inserui, ne temporum ordini strictiores fines uideantur imponi. Quaedam enim formulae aetatis remotae, absque dubio ex apostolicis formulis strictim pendent, ut patebit in exemplo infra citato, quod, etsi deformatum, apostolicae liturgiae in quadam Asiae ecclesia, u. g. Ephesi, quondam uigentis uestigia praebet (1).

In Aegypto :

. . . . . . ˙ΑΓΙΟϹ Ο ΘΕΟϹ Ο ΑΝΥΜΝΙ ΤΑ ΧΕΡΟΥΒΙΝ ΚΑΙ ΠΡΟϹΚΥΝΟΥϹ

[ιν οἱ ▨]ΟΙ. ΑΓΙΟϹ ΙϹΧΥΡ[ος] Ο ΕΝΔΟΞΑϹϹΟΙ Ο ΧΟΡΟϹ ΤΟΝ ΑΖΩΜΑΤΟΝ ΑΓΓΕΛΟ[ν]

[ἅγιος ἀθάν]ΑΤΟϹ Ο [ἐ]Ν Φ[ωνῇ] ΤΟΝ ΑΛΟΓΟΝ ΓΝΟΡΙϹΘΕΙϹ ΗΛΕΗϹΟΝ ΥΜΑϹ (2)

320, 326, 344, 346, 347, 348, 399, 414, 460 A, 504, 506, 517, 518, 519, 520, 522, 525, 531, 533, 548 A, 551 B, 591, 621 C; plus 65 inscr. de Trèves], absence complète de l'indiction et presque absolue des mots **BONAE MEMORIAE**, qui caractérisent les monuments de basse époque, noms empruntés à ceux des empereurs du IVe siècle [*Inscr. chrét. Gaule,* nos 295, 296, 297, 298; — DE ROSSI. *Inscr. christ. V. R.*, t. I, p. CXIII], emploi des débuts simples **HIC IACET, HIC IACET IN PACE** [*Inscr. chrét. Gaule,* nos 16, 18, 48, 222, 230 A, 235, 236, 237, 239, 240, 247, 249, 250, 255, 263, 271, 281, 291, 355, 420, 422 A, 440); **HIC PAVSAT** [*ibid.*, nos 265, 273, 546]; **HIC QVIESCIT, HIC QVIESCIT IN PACE** [*ibid.,* nos 224, 231, 243, 254, 256, 264, 274, 279, 282, 290, 292, 296, 301, 321, 338, 346, 348]; **HIC REQVIESCIT, HIC REQVIESCIT IN PACE** [*ibid.*, nos 38, 203, 362, 399, 401, 408, 414, 416, 418, 419, 424, 427, 439, 441, 446]; usage de l'acclamation **VIVAT IN DEO** [*ibid.*, nos 336 C, 576], noms [*ibid.*, nos 517, 519, 520, 525, 531, 548 A, 551 B] et formules antiques [*ibid.,* nos 558 A, 551 B]; symboles primitifs de l'Ancre, du Poisson [*ibid.,* nos 548 A, 551 B], monogrammes du Seigneur [*ibid.*, nos 16, 48, 49, 73, 202, 230 A, 231, 234, 236, 239, 244, 245, 246, 247, 249, 250, 252, 255, 263, 264, 265, 267, 269, 270, 273, 275, 277, 281, 287, 289, 292, 295, 299, 300, 302, 306, 307, 321, 326, 328, 329, 336 C, 337 A, 338, 345, 346, 347, 354, 355, 359, 403 A, 459, 465, 490, 491, 495, 497, 498, 499, 501, 526, 546, 576]. Les localités où se trouvent nos plus vieux monuments chrétiens sont de même celles qui possèdent le plus de marbres où la date de la mort fasse défaut ».

AEM. HVEBNER. *Inscriptiones Hispaniae christianae* (1871), praef., p. VIII : « ... Neque casu uidetur accidisse, quod accuratiores annorum mensiumque indicationes in titulis seculi quinti, id est in omnium antiquissimis reperiuntur, n. 113, ann. 466; n. 136, ann. 484; nn. 46, 131, ann. 485; n. 47, ann. 489 ».

DE ROSSI. *Roma sotterranea* (1877), t. III, p. 115 : **ΚΑΤ**[άθεσις]. **ΠΡΟ.Ι.ΚΑΛ.ΜΑΙΩΝ**; *Bull. di arch. crist.*, 1866, p. 55 : **DEPOSITIO TERTV NONAS EEBRARIAS**; *Inscr. christ. V. Rom.*, t. I, n. 15 : **D**[*e*]**P**[*ositus*] **VIII K**[*alendas*] **IVL**[*ias*]; **D**[*e*]**P**[*ositus*] **KAL**[*endas*] **APR**[*iles*]. — Cf. P. ALLARD. *Du sens des mots* **DEPOSITIO, DEPOSITVS** *dans l'épigraphie chrétienne* in periodico *Les lettres chrétiennes*, t. I (1880), p. 231 sqq.

WILMANNS. *Corp. inscr. lat.*, t. VIII, 1 et 2; nn. 56, 57, 451, 452, 453, 454, 457, 458, 459, 460, 879, 880, 983, 984, 1087, 1101, 1169, 1389, 2009-2013, 2016, 2018, 4762, 5262, 5263, 5264, 5488, 5491, 5664 : **NATALIS NONV IDVS NOVEMBRES**; 8634, 8641, 9286, 9313 (?), 9709, 9713, 9714, 9715, 9716, 9731, 9733, 9752, 9804, 9869, 9870, 10516, 10517, 10518, 10636, 10637, 10638, 10641, 10904 : **NATALE DOMNI CIRV**[*lae*] [*pr*]**IDI**[*e*] **KAL.** [*oc*]**TOBRES**; 10927, add. 10933 : [*ha*-**BET NATA**[*le*]..... **QVINTV** (*Kalendas*) **OCTOBRE.**

CVMONT. *Les inscriptions chrétiennes de l'Asie Mineure,* p. 10, not. 2 : « L'usage assez général en Occident, et contraire aux habitudes païennes, d'indiquer sur les sépultures le jour de la *depositio* est à peu près inconnu dans les provinces orientales. Les seuls exemples que je puisse citer sont les nos 25 à 27 (*Corp. inscr. graec.*, nos 9276, 9277, 9278; ann. 534, 541, 543 p. I. C.); 114 (*Bull. de corr. hell.,* XI, 454; ann. 1006 p. I. C.); 135 (*Journ. of Hell. Stud.*, IV, 401; ann. p. I. C. 249); 136 (*Bull. de corr. hell.*, VIII, 252; ann. 256 p. I. C.); 172 (*Corp. inscr. graec.,* 3865 *l*; ann. 279 p. I. C.) et peut-être 409 (*Mittheil. d. Deutsch. arch. Instit.,* XIV, 210; ann. 1086 p. I. C.), puis les nos 354 (*Corp. inscr. graec.*, 9258) et 435 (*Papers of the american School at Athens,* II, n° 336) avec le chiffre de l'indiction. — On voit donc qu'on ne trouve jamais comme dans les inscriptions latines le jour marqué sans l'année ».

BAYET. *De tit. Atticae christ. antiq.,* n. 108 (uel LEBAS-WADDINGTON. *Voyage* etc., p. 462), Megaris inuentus. — (*Post plura*)..... **ΕΚΥΜΗΘΗ ΕΝ ΕΙΡΗΝΗ..... ΜΗ**[νὸς] **ΝΟΕΜΒΡ**[ίου] **ΕΝΔΕΚΑΤΗ ΙΝΔ. ΕΒΔΟΜΗ. ✝.**

(1) « Des savants, dont l'opinion n'a certainement rien d'invraisemblable, supposent qu'on peut faire dater le monogramme du Christ de l'époque où les fidèles d'Asie prirent pour la première fois le nom de chrétiens. Suivant ces mêmes savants, le signe dont parle saint Jean, dans l'Apocalypse, pourrait s'entendre de ce monogramme, et l'on devrait faire remonter jusqu'au temps de cet Apôtre l'usage de l'accoster des lettres **Α** et **Ω** » (LÉON RENIER apud PERRET. *Les catacombes de Rome*, t. VI, p. 98).

(2) Fragmentum testaceum. *Corp. inscr. graec.*, 9060. — Cf. EGGER. *Observations sur quelques fragments de poterie antique provenant d'Égypte et qui portent des inscriptions grecques*, Parisiis (1857).

Prope Antiochiam ad Orontem :

ΑΓΙΟCΟΘ.ΑΓΙΟC
ΙCΧΥΡΟCΑΓΙΟC
ΑΘΑΝΑΤΟCΟCΤ[...]
ΡѠΘ[...]
5 ЄΛЄΗCΟΝΗΜΑC

Linn. 4, 5 : ... ὁ στ[αυ] || ρωθ[εὶς δι' ἡμᾶς] (1).

Caryandis in Caria :

ΑΓΙѠCѠΘЄ	ѠCΑΓΙѠCΕ[...]
CΧΥΡΟCΑΓΙѠC	ΑΘΑΝΑΤΟC
ЄΛЄΗ	CΟΝΗΜΑC (2)

Liturgia ephesina Ioannis (*Apoc.*, IV) : ἅγιος ἅγιος ἅγιος κύριος ὁ θὲος κ. τ. λ. (3).
(*Apoc.*, VII) : ἡ ἰσχὺς τῷ θεῷ ἡμῶν (4).

5° Vsurpatio ecclesiasticorum nominum, quae nemo potest in dubium uertere, uel quorundam uerborum, ut ἀδελφοί etc. quae institutionibus christianis iam ualentibus concordant (5).

6° Verba dogmati uel rituali disciplinae alludentia (6).

7° Alia uero uerba, etiamsi sunt incertiora quam ut statuant personas esse christianas, ad hoc tamen ualent, hac qualitate aliunde cognita, ut exempla conicere incipias, quibus christiani mores sub diuersis formis alludantur (7).

(1) *Corp. inscr. graec.*, n. 8918.
(2) *Corp. inscr. graec.*, n. 8916.
(3) Mon. Eccl. Lit., n. 575.
(4) Mon. Eccl. Lit., n. 581.
(5) Episcopus — Metrodorus, Eumeniae in Phrygia Pacatiana episcopus (*Journ. of Hell. Stud.*, IV, 400). — Brixiae : **FL · LATINO · EPISCOPO** (*Corp. inscr. lat.*, V, n. 4846). — Romae : **ΑΝΤΕΡΩΣ ΕΠΙ**[σκοπος] (de Rossi. *Rom. sott.*, t. II, p. 56, pl. III, n. 2); **CORNELIVS MARTYR EP**[*iscopus*] (*ibid.*, t. I, p. 277-9, tav. IV); **ΦΑΒΙΑΝΟΣ ΕΠΙ**[σκοπος] (*ibid.*, p. 206); **ЄΥΤΥΧΙΑΝΟC ЄΠΙC**[κοπος] (*ibid.*, t. II, pl. III, p. 70); **Γ**[*aio*]**Υ · ЄΠΙ**[σκόπου] (Dvchesne. *Le Lib.Pontif.*, I, p. 161). — In coem. S. Alexandri (uia Nomentana) : **EPISCOPVS** (de Rossi. *Bull. di arch. crist.*, 1864, n° 7); **PETRVS EPISCOPVS** (*ibid.*). — Cf. Bayet. *loc. cit.*, Index II. — Cvmont. *loc. cit.*, p. 56-57 : *Évêques, Archevêques, Patriarches, autres titres ecclésiastiques.*
(6) En u. cl. Zaccariae cogitationes de inscr. coll. (ap. Mai. *Scriptt. uett. nou. coll.*, t. V, p. XV, ex *Storia letteraria*, t. IX, p. 306) : « ... Nell' altra dissertazione metterannosi in veduta i dommi delle fede e i riti santi, de' quali nelle lapide si trova menzione, aprendosi cosi a teologi un nuovo fonte da difendere contro gli eretici la dottrina cattolica. Quindi verranno le iscrizioni in varie classi distribuite. Eccone l'ordine : classe i. *Religio in Deum;* classe ii. *Religio in sanctos;* classe iii. *Templa;* classe iv. *Templorum ornamenta, uasa sacra; idque genus cetera;* classe v. *Dies festi;* classe vi. *Sacramenta;* classe vii. *Hierarchia ecclesiastica, ac primo romani Pontifices;* classe viii. *Episcopi;* classe ix. *Presbyteri;* classe x. *Ordines maiores;* classe xi. *Ordines minores;* classe xii. *Monachi;* classe xiii. *Laici;* classe xiv. *Laici dignitate praestantes;* classe xv. *Artes atque officia minora;* classe xvi. *Leges ecclesiasticae* ». In modum auctarii uolebat u. cl. plures addere dissertationes : 1° *de dogmatibus christianis;* 2° *de sacramentis;* 3° *de hierarchia*, atque has doctrinas perpetuo titulorum testimonio confirmare (Cancellieri. *Dissertaz. epistolare sopra due iscrizioni delle Martiri Simplicia, madre di Orsa et di un' altra Orsa* [1819], p. 100). Cf. Mai. *loc. cit.*, praef., p. XVIII. — Zaccariae sodalis quidam, nomine Danzetta, tentamen nouum adgressus est. Cf. cod. Vatic. 8324 : *Theologia lapidaria*, id est *inscriptiones ad theologiam disciplinam et ritus pertinentes* (de Rossi. *Inscr. christ. Vrb. Rom.*, t. I, p. XXXI*). Liber Zaccariae exstat in collectan. cuius in fronte : *Theologiae Cursus completus* a J. P. Migne, t. V (1838), col. 309. *De Veterum Christianarum Inscriptionum in rebus theologicis usu Dissertatio.* — Vide etiam Gerbet. *Esquisse de Rome chrétienne*, t. II, ch. VIII-IX. — Northcote. *Epitaphs of the Catacombs.*
(7) Cvmont. *op. cit.*, p. 23 seq. : « Nous touchons ici à un point dont l'appréciation est particulièrement délicate. C'est de déterminer dans les inscriptions quelles louanges et quels souhaits ont été inspirés par les croyances chrétiennes. Quand un habitant d'Iconium nous affirme (*Papers of the American School at Athens*) qu'il est **ΠΙCΤЄѠC ΟΡΘΟ-**

8° Nomina ipsa defunctorum christianismi professionem secum ferre uidentur. A primis Ecclesiae temporibus, graecis et ethnicis miscentur nomina noua, a Iudaeis adscita, u. g. : Maria, Moyses, Sabbatios, Suzanna, Ioannes, etc. Posterius uero nomina prorsus sunt christiana. Insuper duo nomina cuique imponuntur, quorum primum christianismum redolet, et in baptismate impositum fuisse uidetur, sed de hoc certatur adhuc (1).

Haec autem enumeratio non tam certos constituit fines ut nihil ultra possit inueniri.

Quae cum ita sint, non immerito concludimus prorsus esse impossibile certo scire quot et qui fuerint primi christiani, hocque imputamus aliorum prudentiae et ignauiae, aliorum uero temeritati et ueterum nimio studio formularum, quas, utpote innoxias, plus aequo seruabant (2). Ita factum est ut uox **COEMETERIVM** (κοιμητήριον uel κοίμησις) uoces : **ΣΗΜΑ, ΜΝΗΜΑ, ΜΝΗΜΕΙΟΝ, ΜΕΜΟΡΙΟΝ, ΤΥΜΒΟΣ, ΣΤΗΛΗ, ΤΑΦΟΣ, ΘΕΣΙΣ, ΘΗΚΗ, ΣΟΡΟΣ, ΠΥΕΛΟΣ, ΤΙΤΛΟΣ** (3), uel etiam ethnicam uocem **ΗΡΩΟΝ** (4) cuius primitiua signifi-

ΔΟΞΟΥ ΚΑΙ ΗΘΟΥC ΧΡΗCΤΟΥ, on aurait certainement mauvaise grâce à mettre en doute la pureté de sa foi; mais lorsque dans une pièce de vers (Perrot. p. 171, n° 104; Kaibel. *Epigramm.*, 425) deux époux se disent **ΘΡΗCΚΕΥΟΝΤΕC ΑΓΝΩC ΘΕΟΝ ΕΤΕΑ ΘΥCΙΗ**, on pourrait peut-être se demander de quel Dieu ils parlent, si le nom du mari, **ΚΥΡΙΑΚΟC**, ne venait lever toute espèce de doute. De même lorsqu'une épitaphe (*Bull. de corr. hell.*, VIII, 243) permet d'enterrer dans le tombeau certains morts **ΕΑΝ ΤΗΡΗCΩCΙ ΤΟΝ ΘΕΟΝ**, la rigueur de cette condition ne se comprendrait guère, s'il ne s'agissait d'exclure des païens d'une sépulture chrétienne. Dès la fin du IIe et le commencement du IIIe siècle, les inscriptions d'Abercius et d'Alexandre font à la fin mention des prières pour les trépassés (Marucchi. *Nuovo Bullettino di archeologia cristiana*, I, 1895) **ΕΥΞΑΙΘ ΥΠΕΡ ΑΒΕΡΚΙΟΥ ΠΑC Ο CΥΝΩΔΟC**; (Ramsay. *Cities and bishoprics of Phrygia*, 656) **ΕΙΡΗΝΗ ΤΟΙC ΠΑΡΑΓΟΥCΙΝ ΚΑΙ ΜΝΗCΚΟΜΕΝΟΙC ΠΕΡΙ ΗΜΩΝ** [μνήσχομαι a ici le sens technique du *meminisse* latin]. J'hésite donc à peine à attribuer avec Ramsay (*Rev. ét. gr.*, II, 32d) une origine semblable à un texte d'Apamée qui se termine par un vœu analogue : **ΧΑΙΡΕΤΕ ΔΟΙ ΠΑΡΙΟΝΤΕC ΚΑΙ ΕΥΧΑC ΘΕCΘ ΥΠΕΡ ΑΥΤΟΥ.** »

(1) « Pour les noms latins on trouvera une liste relativement complète et un essai de classification dans Krauss, *Realencycl.*, II, p. 475 seqq.; Le Blant, *L'épigraphie chrétienne en Gaule*, 1890, p. 89 seqq. Rien de pareil n'existe pour le grec, du moins à ma connaissance. — Une question intéressante est celle du double nom porté par certains personnages; le second a souvent un aspect chrétien et semble être, non pas un simple sobriquet, mais le nom choisi en recevant le baptême, p. ex : (*Galatie I*) **ΓΕΡΩΝ Ο ΚΑΙ ΚΥΡΙΑΚΟC** [Perrot. *Explor.*, p. 242, n. 142]; (*Phrygie Pacatienne*) **ΑΤΤΑΛΟC ΕΠΙΚΛΗΝ ΗCΑΙΟC**; (*Pisidie*) **ΠΑΓΧΑΡΙΟC Ο ΚΑΙ ΖΩΤΙΚΟC** [*Bull. de corresp. hellénique*, XVII, 250 et 248]. Ailleurs, il est vrai, la différence n'est pas sensible : (*Pisidie*) **CΥΝΚΛΗΤΙΚΗ Η ΚΑΙ ΤΑΤΙΑ** [*Corp. inscr. graec.*, 3963]; **ΠΑΥΛΟΥ ΕΠΙΚΛΗΝ ΔΙΟΥ** [*Corp. inscr. graec.*, 8860]... On trouverait des exemples analogues en Occident : *C. I. L.*, XII, 956, **OPTATINE RESTICIAE SIVE PASCASIAE**; VIII, 8215, **M. CAECILIVS SATVRNINVS QVI ET EVSEBIVS**; XIV 1490, **P. TADIVS SATVRNINVS QVI ET STERCEIVS**; Orelli-Henzen, I, p. 485 : **VALENTINAE ANCILLAE QVAE ET STEPHANA** » (Cvmont. *loc. cit.*, p. 22, n. 3). Ethnici cuiusdam sacerdotis occurrit epitaphium, quod est repertum Carthagine :

P. MINVCIVS
FELIX SACER
DOS SATVRNI
QVI·ET· ROGA
TVS V·S·L·A

Io. Schmidt in *Ephem. epigraphica*, t. VII (1892), p. 55, n° 167.

(2) Verba **ΓΗ CΩΜΑ ΚΡΥΠΤΕΙ ΤΗΔΕ Γ ΑΛΛ ΕΙC ΑΙΘΕΡΑ ΨΥΧΗ ΔΙΕΠΤΗ** ethnicorum formulas in memoriam reuocant (Bayet. *l. c.*, ad num. 38); **DOMVM AETERNAM VIVVS FVNDAVIT** (de Rossi. *Bull.* (1880), p. 58).

(3) Cvmont. *l. c.*, p. 19; **CΗΜΑ** (*Papers of the American School at Athens*, II, 230, 232); **ΜΝΗΜΑ** (Bayet. *l. c.*, n. 64; *Corp. inscr. graec.*, 9267; Perrot. *Expl. de la Galatie*, p. 339, n. 153-4, p. 171, n. 104; *Sitzb. Akad. Berlin*, 1860, p. 193, n. 3; *Rev. ét. grecq.*, III, 79; *Bull. corr. hell.*, VII, 24); **ΥΠΟΜΝΗΜΑ** (Perrot. *l. c.*, p. 90, n. 58; *Corp. inscr. graec.*, 9257); **ΜΝΗΜΕΙΟΝ** (Bayet. *l. c.*, n. 81; *Mittheil. d. Deutsch. arch. Instit. in Athens*, XIV, 245; *Archäologisch-epigr. Mitth. aus Oesterreich*, VII, 186, n. 58); **ΜΝΗΜΗ** (*Corp. inscr. graec.*, 9240); **ΜΕΜΟΡΙΟΝ** (*Bull. corr. hell.*, XVII, 290); **ΜΝΗΜΟΡΙΟΝ** (Bayet. *l. c.*, n. 102); **ΤΥΜΒΟC** (Bayet. *l. c.*, n. 74; Mon. Eccl. Lit., nn. 2787, 2790, 2791; *Corp. inscr. graec.*, 9160, 9230, 3962; Lebas-Wadd. *Voyage arch.*, n. 2474); **CΤΗΛΗ** (*Corp. inscr. graec.*, 3980; *Papers of Amer. Sch. at Athens*, II, n. 138; *Corp. inscr. graec.*, 3989 *f*); **ΤΑΦΟC** (*Bull. corr. hell.*, XIII, 308, n. 16); **ΘΗCΙC** (*ibid.*, 309, n. 17; *Corp. inscr. graec.*, 4158, cf. *add.* p. 1114); **ΘΗΚΗ** (*Corp. inscr. graec.*, n. 9206 sqq. [uide Cvmontii notulam p. 47]); **COΡΟC** (*Corp. inscr. graec.*, 9281; Wood. *Ephesus*, 21; *Μουσεῖον καὶ βιβλιοθήκη τῆς εὐαγγελικῆς Σχολῆς*, IX (1884), p. 43; *Journ. of Philology* (1891), 96); **ΠΥΕΛΟC** (*Ἑλληνικὸς Φιλολογικὸς Σύλλογος*, II (1866), 253); **ΤΙΤΛΟC** (Cvmont. *l. c.*, nn. 225 seqq.; *Papers of the American School at Athens*, II, 215; *Corp. inscr. graec.*, 3998); **MENSA HAEC EST AETERNA DOMVS** (*Corp. inscr. lat.*, VIII, 10927); **DOMVM AETERNAM VIVVS FVNDAVIT** (de Rossi. *Bull.* (1880), p. 58); **FECI·NOBIS·DOMVM·AET**[*er*]**NALE** (de Rossi. *Bull.* (1875), p. 15).

(4) **ΗΡΩΟΝ** (*Corp. inscr. graec.*, 9275; *Bull. corr. hell.*, VIII, 252; *Journ. of Hell. Stud.*, IV, 400, 405; *Corp. inscr.*

catio quasi usu deleta erat, sero detruderit, et omnia Olympi nomina fuerint a christianis usurpata. Quae uero, etsi minima, non praetermittamus, alicuius enim sunt momenti cuique liturgiae historiam recensenti. Quemadmodum enim nomen quoddam ex Olympo depromptum, reperitur apud oppida illi deo sacra, ita nomen christianum crebro inuenitur apud loca sancto illi dedicata, unde forte conicere possumus apostolorum itinera, et tempus quo fundauerunt ecclesias (1).

Sed priusquam ad has conclusiones deuenimus, indicia quaedam colligere debemus. Inter prima, sit distributio, quoad regiones, fragmentorum christianarum inscriptionum, ex qua progressae et propagatae fidei capi possunt certissima signa, quae EDM. LE BLANT, in tabula epigraphica de Inscriptionibus christianis Galliae ad summum explicuit. Galliae prouinciae, quas Rhodanus praeterfluit, prima Lugdunensis et Viennensis, antiquitate et numero praeualentia tenent monumenta, quorum tempore priora reperta sunt in locis mari uicinis, Massiliae, Aubagnae, Arelate, id est, in ciuitatibus quas sane primas lustrauerunt euangelici legati. His marmoribus addantur titulus Magalonensis (2) et sarcophagus repertus in pago dicto « La Gayolle » (3).

Epigraphicae tabulae ab AEMILIO HÜBNER de Hispania scriptae eadem est conclusio, quae spectat ad Baeticam et Galliciam, sed pro posterioribus temporibus.

Ne nos tamen praetereat, Euangelio praedicando sortem nunquam fuisse eandem in Oriente ac in Occidente. In Occidente enim, per tria prima secula, christianismus optimatum relligio fuit, uulgi uero in pluribus Orientis partibus; unde non est mirum si praecipua documenta hausimus ex Ecclesiis hic uigentibus, quarum Phrygia facile est princeps. Tituli testantur cuique Ecclesiae suum fuisse pietatis feruorem, et clarius aperiunt quantum christiana societas distet ab ethnicorum plebe cuius inmutabiles formulas omnino fere reiecerunt.

Ethnicorum epigrammata alia aliis similia sunt, quibusdam tantum uariatis. Mortis die praetermisso, defuncti patrem, nomina illorum qui tumulum condiderunt, conditionem, artem et patriam referunt. Epigraphia uero christiana, ex illis orta, nouum inscribendi modum instituit.

Mutationes uero magis absolutae fuerunt in Occidente quam in Oriente. Ethnicae enim mentiones singulae cadunt, etsi nihil in se habent, dempta tamen manibus inuocatione, christiano sensui dissonum. Cuius facti ratio est quod fideles euangelii regulis sese quam potissimum reddere conformes enixe studebant, corde memores uerborum Christi de relinquendis omnibus uel carissimis, et, reiectis omnibus, christiani nomen solummodo sibi uindicabant. Haec mente cogitabant martyres ex ore profitebantur, cum a iudicibus interrogati, dicerent : « Christianus sum ». Ita et responderunt Lucianus, Hierax, Vincentius Aginnensis, Irenaeus Sirmiensis et Sanctus, *lugdunensis* diaconus (4). — Ὁ γὰρ εἰπὼν, ὅτι Χριστιανός εἰμι, καὶ πατρίδα, καὶ γένος, καὶ ἐπιτήδευμα, καὶ πάντα ἐδήλωσε· πῶς, ἐγὼ λέγω· Ὁ Χριστιανὸς οὐκ ἔχει πόλιν ἐπὶ τῆς γῆς, ἀλλὰ τὴν ἄνω Ἱερουσαλήμ· *Ἡ γὰρ ἄνω Ἱερουσαλὴμ*, φησὶν, *ἐλευθέρα ἐστὶν, ἥτις ἐστὶ μήτηρ ἡμῶν*. Ὁ Χριστιανὸς οὐκ ἔχει γήϊνον ἐπιτήδευμα, ἀλλ' εἰς τὴν ἄνω πολιτείαν τελεῖ· *Ἡμῶν γὰρ*, φησὶ, *τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει*· ὁ Χριστιανὸς συγγενεῖς ἔχει τοὺς ἁγίους ἅπαντας καὶ συμπολίτας· *Συμπολῖται γάρ ἐσμεν τῶν ἁγίων*, φησὶ, *καὶ οἰκεῖοι τοῦ Θεοῦ*. Ὥστε ἐνὶ ῥήματι, καὶ τίς εἴη, καὶ πόθεν, καὶ τίνων, καὶ τί πράττων διατελοίη, μετὰ ἀκριβείας ἐδίδαξε. Καὶ μετὰ ταύτης τῆς φωνῆς τὸν βίον κατέλυσε, καὶ ἀπῆλθε σώαν τῷ Χριστῷ τὴν παρακαταθήκην κομίζων, καὶ τοῖς μετὰ ταῦτα δι' ὧν ἔπαθε παραινῶν ἐνίστασθαι, καὶ μηδὲν δεδοικέναι, ἀλλ' ἢ ἁμαρτίαν καὶ ἄρνησιν μόνον. — *Qui enim, Christianus sum, dixit, et patriam et genus et artis professionem et omnia declarauit. Quo tandem pacto? Ego dicam. Christianus urbem in terra non habet, sed Ierusalem quae sursum est. Illa enim, inquit, quae sursum est Ierusa-*

graec., 3872 *c*, 9266 [cf. CVMONT. *l. c.*, p. 51]; *Bull. corr. hell.*, XVII, 290; *Rev. ét. grecq.*, II, 35). Ita u. cl. CVMONT, qui addit : « Quant au βωμός qui est deux fois mentionné dans nos textes [**ΤΟΝ ΒΩΜΟΝ ΚΑΙ ΤΗΝ ΚΑΤ ΑΥΤΟΥ COPON CYN ΤΩ ΠΕΡΙΒΟΛΩ** (*Journ. of Hell. Stud.*, IV, 405); **ΚΕ ΤΟΝ ΒΩΜΟΝ** (*Bull. corr. hell.*, XVII, 294, n. 105)], c'est simplement une forme spéciale de tombeau, très répandue notamment en Phrygie » (*loc. cit.*, p. 19-20). Cf. RAMSAY. *Cities and bishoprics of Phrygia*, n. 259, uide ethnici cuiusdam architecti tumulum in pago *Emirjik* prope Eumeneiam.

(1) Cf. LE BLANT. *Manuel* etc., p. 97 seqq.

(2) De titulo Magalonensi (n. 4171), uide FR. FABRÈGE. *Histoire de Maguelone*, t. I (1894), pp. 31, 34; EDM. LE BLANT in *Journal des Savants* (1873) et *Nouveau recueil des inscriptions chrétiennes de la Gaule antérieures au* VIII[e] *siècle* (1892), n. 324 : « Si le lieu de la découverte n'était constaté, nul épigraphiste ne la pourrait croire d'origine provinciale tant elle est, par la simplicité de son texte, la forme de ses caractères, par la figure de l'agneau qui l'accompagne, semblable aux marbres des catacombes. Je ne pense pas qu'elle puisse être postérieure au III[e] siècle et je la range parmi les inscriptions qui témoignent le plus nettement de l'antiquité du christianisme dans le sud de la Gaule ».

(3) EDM. LE BLANT. *Les sarcophages chrétiens de la Gaule* (2[e] Narbonnaise), n. 215, p. 158 seq. : « Au point de vue du développement de la foi chrétienne en Gaule, le marbre de la Gayolle apporte un enseignement dont il faut tenir compte. Il est intéressant de voir le plus ancien de nos sarcophages prendre place à côté de nos plus vieilles inscriptions chrétiennes dans la partie même de la Gaule où l'histoire nous signale les premières conquêtes de l'Évangile ».

(4) EDM. LE BLANT. *Manuel* etc., p. 6; et *Les persécuteurs et les martyrs*, ch. IX; *La préparation au martyre*, p. 99 seqq. — *Passio Petri Balsami sancti* (ap. RVINART. *Acta sincera*, ed. 1689, p. 557); — *Acta S. Iustini* (*ibid.*, p. 44); — *Passio S. Irenaei* (*ibid.*, p. 434). — CHRYSOST. *Hom.*, XLVI, § 3, t. I, p. 528. — *Acta S. Vincentii Aginnensis ex antiquis lectionibus Ecclesiae Aginnensis* (ap. BOLL. *Acta SS.*, t. II, ian., p. 167, ed. princ.). — Cf. praesertim LE BLANT. *op. cit.*, c. XVII, *L'interrogatoire des martyrs*, p. 183 seqq. — *Acta SS. Didymi et Theodorae*, § 1; — *Passio S. Symphoriani*, § 2; — *Acta S. Trophimi*, § 5. — EVSEB. *Mart. Palaest.*, XI; — et LE BLANT. *Les Actes des Martyrs — supplément aux « Acta sincera » de Dom Ruinart* — (1883), § 20, p. 64; § 59 ad 3°, p. 155. — CHRYSOST. *Homil. in S. Lucianum* (ed. Maurinorum), t. II, p. 528. Cf. DVCHESNE. *Fastes épiscopaux de la Gaule*, t. I. *Introduction*.

lem, libera est : quae est mater nostra. Christiano terrena nulla est artis professio, sed ad supernam conuersationem uitae pertinet. Nostra enim, inquit. conuersatio in coelis est. Christianus cognatos habet sanctos omnes ac ciues : Sumus enim, inquit, ciues sanctorum et domestici Dei : itaque uno uerbo et quis esset, et unde, et ex quibus, et quid agere soleret, exactissime docuit, et uitam cum hac uoce finiuit, abiitque saluum referens Christo depositum, ac posteris ex iis, quae passus est, cohortationem reliquit, ut insistant, nihilque nisi peccatum et negationem tantum reformident. Hactenus Ioannes Chrysostomus. Patrium nomen, natalem terram, conditionem, artem, ea omnia quae solebant ethnici proferre in titulis, christiani praetermittebant, proinde ac si summae denudationis supremae diei facientes initium, unum tantum necessarium seruare uoluissent (1).

Quod autem hic inscribendi modus sensim, aetate procedente, profecit, ex quodam Vrbis titulo patet. Romae enim tempus fuit quo, materia deficiente, in altera parte marmorum iam insculptorum quadratarii inscripserunt, moxque, nulla alia ratione relicta, in utraque parte incisorum marmorum iterum atque iterum inscripserunt, priore titulo prius eraso (2). Marmoreum fragmentum a u. cl. DE ROSSI, in sua sylloge sub numero 937 relatum, tria epigrammata superposita praebet, quorum postremum, quod solum exstat intactum, exeunte seculo quinto aut sexto ineunte fuit inscriptum, caetera uero temporis notis carent, sed remotis temporibus sunt addicenda, attento longo aeui spatio requisito, ut sepulcra bis de memoria excidant et marmor iterum inscribatur. Quamuis truncata, illa fuerunt explicata : aliud est recentioris aetatis, alia uero, ualde


(1) EVSEB. *Hist. eccl.*, V, 1 (cf. LE BLANT. *Inscr. chrét. de la Gaule*, t. I, nº 57); — *Vita SS. Epicteti et Astionis,* capp. XII, XIII, XVII; — *Acta SS. Agathopi et Theoduli*, § 5; — *Passio SS. Iacobi et Mariani,* § 9; — *Acta S. Vrsicini,* § 4 : Χριστιανὸς ἐκ Χριστιανῶν γονέων τυγχάνω; — *Acta S. Tatiani Dulae,* § 2 : ἀπὸ παιδὸς Χριστιανός; cf. LE BLANT. *Les Actes des martyrs,* §§ 93, 94, 95. — EDM. LE BLANT. *Manuel* etc., p. 5 seqq., p. 8 : « Ce sont précisément les mêmes traits, familiers à l'épigraphie païenne, que proscrit celle des chrétiens. Une même loi semble les avoir bannis et des réponses des martyrs et de l'inscription funéraire des fidèles ».

(2) DE ROSSI. *Inscr. christ. Vrb. Rom.*, t. I, p. 421, num. 937, ann. 508, uel 507, uel 484, cum comment. seq. : « Exscripsi in hypogaeo S. Praxedis; ingens tabula, in qua uariis aetatibus incisa quattuor epitaphia sunt : horum tria scalpro studiose deleta, ita ut uix summo labore illa legere et extricare potuerim (neque enim in lapide, quemadmodum in delineatione mea extantia et primo adspectu distincta litterarum uestigia sunt) quartum omnium recentissimum integras litteras seruat [uid. tab. *loc. cit.*, p. 421, et iterum in *Bull. di arch. crist.*, 1864, p. 42].

« Ed. MARINI. *Papiri,* p. 375, epitaphium, cuius intactae litterae sunt : superioris epitaphii uix paucissimas litteras dedit, reliquorum nullam.

« Litteras abrasas ego sic legi : **AVRELIVS IONISVS** (id est *Dionysius*) **AVRELIAE PETRONILLE VIC-**[*toriae* (?) *coniugi fe*]**CIT C·Q·** (cum qua) **FECIT M·ϚIII·ET DIES·XXIII·ET·D·** (deposita) **IN·P·** (pace) **XV·KAL·O**[*ctobres*]...... **IO CON·D** (deposita) **AN·** (annorum) **XϚII·** Consulis nomen restitui probabiliter nequit : centenos enim consules, quorum cognomen in *ius* desinit fasti exhibent. Sequitur ingens monogramma, quod ad epitaphium omnium recentissimum minime pertinere nullo negotio intelliges, scalpro petitum quippe est, et cum superiori inscriptione deleri coeptum : attamen artifex lapidarius inani labori pepercit et Christi nomen seruauit. Igitur heic quoque, quemadmodum in inscriptione 904, Constantinianum monogramma seculi quidem sexti epitaphio adpictum est, uerum multo ante hoc epitaphium tempore lapidi incisum agnoscitur. In ima tabula litteris partim maioribus, partim minoribus scripta haec sunt : **FL·HELIORVS** (id est *Heliodorus*) **FIL**[*io dulcis*]**SIMO SABBATIO** [*beneme-*]**RENTI QVI VIXIT ANN VIIII D**[*ep.....*]**NOB·IN PACE.** Ab laeuo huius tituli latere auiculae et monogramma, item scalpro deletum, sunt incisa; super haec quoque symbola abrasae litterae, quarum multa quidem conspicua uestigia sunt, alia ambigua, alia certa, sed in quibus extricandis ac recognoscendis incredibile dictu quamdiu desudarim. Repetita autem centies experimento et lectione iam desperata, quod plerasque litteras agnoueram, unde sensum tamen nullum exsculpseram, subito quasi lux affulsit; et in primo uersu scriptum comperi : **PALVMBVS SINE FEL,** reliquas litteras ita legendas esse agnoui, ut singula singulis auiculis nomina sint adscripta, alteri **BENE||RA,** alteri **SABBATIA·** Hoc ipsum epiphonema *palumbus sine fel*, in uno alteroue Christiano epitaphio iterum leges : et heic Sabbatium nouennem puerum tali elogio ornari commode intelliges. Beneram uero et Sabbatiam Sabbatii sorores fuisse reor, atque in eodem cum fratre tumulo conditas; earum nomina auiculis oleae ramusculum praeferentibus medio Christi monogrammate adscripta insigni documento sunt, his imaginibus fidelium animas in Christo et *in pace* quiescentes significari. Vtrum haec nomina eodem tempore, quo Sabbatii titulus factus est, an alio tempore incisa lapidi sint, nondum intelligo. Veri similius uidetur posterius addita illa esse : at epiphonema *palumbus sine fel*, quod Beneram et Sabbatiam respicere nequit, et cum Sabbatii pueruli titulo coniungendum necessario est, eadem uidetur manu exaratum, qua litterae duabus auiculis appictae. Adeodati et Anniboniae tumulo haec demum tabula cessit, altero e tribus Venantiis consule [☧ **HIC REQVIESCET ❦ ADEO**[*datus*] **|| VELEIVS CONIVX ANNIBO**[*nia*] **|| ❦ $\overline{\text{D}}$ IIII ❦ KL ❦ $\overline{\text{NOV}}$ ❦ $\overline{\text{CONS}}$ ❦ VENAN**[*tio.....*] ».

priora, exhibent nomina patris et mariti qui sepulcrum extruxerunt. Tertium autem, pro aetate, nihil nisi defuncti nomen exhibet. Hic est titulus :



[toriae (?) coniugi fe
[ctobres
[datus
[nia
[tio
[io dulcis
[bene me

III. — DE FORMVLIS GRAECIS

Apud Orientales, ut supra dixi, formulae minus sunt ieiunae, minusque durae. Saepe enim sponte sua iudicibus martyres aperiunt conditionem suam, quam referunt et epigrammata.

Immo ecclesiastici tituli palam declarantur. Epigramma, quod christianarum inscriptionum princeps merito dictum est, exhibet ueterem Phrygiae episcopum suae urbi seruantem illum amorem quo maiores in ciuitatem ardebant.

Attamen non est impossibile deprehendere quae Orientis et Occidentis titulis fuerint communia, aut saltem detegere fontem ex quo formulae fuerunt haustae. Hoc a u. cl. DE ROSSI probatum est, sed, cum ad rem nostram pertinet, iterum heic nobis, quamuis prolixum, referendum est.

« Quae in carmine Abercii narrantur uu. 3-18 maximi pretii sunt et Christianorum tum Orientis tum Occidentis atque ipsius adeo Vrbis Romae fidem (ΠΙΣΤΙΝ) concordem, mysteria, locutiones et symbola arcana monumentis inpressa respiciunt, inlustrant. Abercius in Asiana ecclesia medio circiter seculo secundo initiatus sacris Christianis, sequutus uestigia patrum et conciuium Polycarpi, Hegesippi, aliorum, Romam petiit; uisurus non tam Vrbem dominam, quam quae in ea praefulgebat *reginam populumque splendido insignem sigillo*. Quae uerba intelligenda esse sensu mystico de ecclesia Romana et de populo eorum, quorum frontes notatae erant signo Christi, nunc plerique consentiunt (1), et toto carminis contextu declaratur. Abercius enim perspicue significat totius itineris tum Romani tum per Syriam ac Mesopotamiam (ΠΑΝΤΗ) sibi fuisse ducem ΠΙΣΤΙΝ (fidem); scopum, conloquia (*homilias*) ritu apostolico cum fratribus *ubique* (ΠΑΝΤΗ) unanimis; denique *ubique* uiaticum tesseramque conuiuii fraterni sibi fuisse ΙΧΘΥΝ, de quo praesertim res postulat, ut cum epigrammate Phrygio Aberciano epigramma Augustodunense Pectorii conferatur.

(1) V. PITRA. *Anal. Solesm.*, II, p. 173. — DVCHESNE. *loc. cit.*, p. 23, 24. — LIGHTFOOT. *l. c.*, p. 482 (infra nº 2787). Verba Abercii : λαὸν λαμπρὰν σφραγῖδαν ἔχοντα conferenda sunt cum *Apoc.* VII, 2 : ἄγγελον ἔχοντα σφραγῖδα θεοῦ ζῶντος et cum eiusdem libri locis VII, 3; IX, 4 de *seruis Dei notatis sigillo in frontibus eorum*. Σφραγίς, *signum*, a Christianis per antonomasiam dicta est nota crucis. Vide GARRVCCI. *Mélanges d'épigraphie ancienne*, Paris, 1856, p. 12. — DE ROSSI. *De tit. Carth.* (*Spicil. Solesm.*, IV, p. 519 et seqq.).

« Titulus Pectorii, centies repetitus atque inlustratus, constat duabus partibus altera ab altera manifeste distinctis. Prius enim exhibetur epigramma compositum metro elegiaco, quod ultra tertium distichum non procedit : deinde tetrastichum hexametrum conclusum pentametro. Quae metri uarietas conlata cum carmine Abercii, cuius originem et compositionem nunc liquido noscimus, praeclaro indicio est epigramma Augustodunense, non secus atque Abercianum, aliqua saltem parte consutum esse uersibus petitis e carmine et e formulis antiquioribus. Sane primum epigramma totum didacticum et mysticum est; neque eos, quorum in altera parte carminis mentio fit, respicit; ne sepulcralis quidem argumenti communem formulam exprimit. Alterum uero epigramma nominat Aschandium patrem cum matre, cuius nomen periit (1), et clauditur adclamatione : ΜΝΗΣΕΟ ΠΕΚΤΟΡΙΟΥ (memento Pectorii). Dubitatur utrum titulus positus sit Pectorio filio ab Aschandio; an uice uersa Aschandio patri a Pectorio defuncti parentis preces inuocante. Vt ut hac de re sentiendum est, lapidem Augustodunensem titulum Pectorii adpellabo.

« Huius tituli uersus sex priores, pertinentes ad catechesin mysteriorum religionis Christianae, conferendi sunt cum uu. 12-16 epigrammati Aberciani, eosque idcirco describam : ceteri, quorum lectio et restitutio a philologis ualde uexatae sunt (2), omitti nunc possunt.

Ἰχθύος ο(ὐρανίου θε)ῖον γένος ἤτορι σεμνῷ
Χρῆσε· λαδώ(ν πηγὴ)ν ἄμβροτον ἐν βροτέοις
Θεσπεσίων ὑδάτων· τὴν σὴν φίλε θάλπεο ψυ(χήν)
Ὕδασιν ἀενάοις πλουτοδότου σοφίης·
5 Σωτῆρος ἁγίων μελιηδέα λάμβανε β(ρῶσιν)
Ἔσθιε πινάων, ἰχθὺν ἔχων παλάμαις (3).

Piscis coelestis diuinum genus corde puro (4) *uetere, hausto inter mortales immortali fonte aquarum diuinitus manantium. Tuam, amice, foueto animam aquis perennibus sapientiae largientis diuitias.*
Saluatoris sanctorum suauem sume cibum; manduca esuriens piscem tenens manibus.

« Hoc epigramma minime integrum esse censeo. Primae enim litterae singulorum uersuum efficiunt acrostichidem ΙΧΘΥΣ, sed abundat littera E initio uersus sexti; neque initia uersuum, quae sequuntur et quibus constat epitaphium siue Pectorii siue Aschandii, acrostichidem complent (5). Inde uehemens mihi suspicio oritur litteram E fuisse initium uocabuli ΕΛΠΙΣ, quo per duo disticha continuata sit acrostichis; quem ad modum in carmine Sibyllino acrostichidi ΙΗΣΟΥΣ ΧΡΕΙΣΤΟΣ ΘΕΟΥ ΥΙΟΣ ΣΩΤΗΡ adiecta est uox ΣΤΑΥΡΟΣ (6). Sane epigramma uidetur carere apta clausula siue epiphonemate. Cyclus iconographicus picturarum Callistianarum, cuius nexus intimus cum epigrammate Augustodunensi manifestus est (7), incipit a fonte aquae fluentis de petra; deinde exhibet ΙΧΘΥΝ impositum mensae una cum pane distributumque discipulis Christi; concluditur imaginibus Lazari rediuiui et putei *aquae salientis in uitam aeternam* (8). Irenaeus, doctor ecclesiae primaeuae Galliarum, sermonem de eucharistia concludit dicens eam praebere τὴν ἘΛΠΙΔΑ τῆς εἰς αἰῶνας ἀναστάσεως (spem resurrectionis in secula, i. e. in uitam aeternam) (9). Titulus Graecus metricus ualde antiquus, cuius fragmenta dum haec scribo redeunt in lucem e coemeterio Priscillae, concluditur adclamatione : ΕΙΣ ΑΝΑΣΤΑΣΙΝ ΑΙΩΝΙΟΝ. Neque aliter auctore epigrammatis acrostichiis, cuius sex uersus supersunt et ultimus incipit a littera E, inuitans electos ad fontem et mensam ΙΧΘΥΟΣ ΟΥΡΑΝΙΟΥ digitum debuit intendere in Ἐλπίδα τῆς εἰς αἰῶνας ἀναστάσεως. Piscis et anchora (ΙΧΘΥΣ et ΕΛΠΙΣ) in monumentis Christianis, cuius acrostichis erat ΙΥΘΥΣ ΕΛΠΙΣ; eiusque sensus et uerba lucem affundunt carmini Abercii Hieropolitani, indeque uicissim accipiunt.

« Adtendendum autem est Alexandrum natione Phrygem connumerari inter martyres Lugdunenses aequales

(1) Editores fere omnes supplent σὺν μη(τρὶ γλυκερῇ uel χρηστῇ); quo loco nomen proprium matris, potius quam epitheton, desiderari DAVIN recte animaduertit.

(2) Vid. POHL. *l. c.*, pp. 9, 10 (infra nº 2787). Certum autem est in altera parte epigrammatis inuocari Ἰχθύν, eique adclamari : δέσποτα σῶτηρ (domine saluator), φῶς τὸ θανόντων (lumen mortuorum).

(3) V. 1 alii supplent θεῖον, alii ἅγιον; POHL, *l. c.*, pp. 4, 5 exponit cur θεῖον praeferendum uideatur. — 2. DAVIN (ζωή)ν monens (πηγή)ν in angustiam lacunae minime quadrare : sed scriptura tituli est oblonga, modo pressius modo latius incisa, et mensuris exactis apparet litteris ΠΗΓΗΝ spatium sufficere. — 5. ne uersus peccet, plerique restituunt δ' ante ἁγίων, omissum a lapicida. — 6. πινάων (πεινάων) uiderunt GARRVCCIVS, DAVIN; quibus praeeuntibus hanc lectionem ex imagine quoque photographa elici nunc omnes consentiunt.

(4) Epigramma Africanum Euelpii, Christianos appellat *fratres puro corde et simplici.*

(5) Coniecturas, quibus acrostichidem tanquam ad extremum usque epigrammatis continuatam explicare uiri docti tentarunt, expendit et iure reiecit POHL, *l. c.*, p. 20. Multo minus admittendum est acrostichidem epigrammatis mere Graeci legi posse partim Latine (uide *Archäol. epigr. Mittheil. aus Oesterreich*, VI, p. 27) : neque tituli Graeco et Latino sermone mixti ratam faciunt acrostichidem hybridam, cuius generis nullum exemplum nouimus.

(6) *Carm. Sibyll.*, VIII, 217-250, *ed.* ALEXANDRE, I, p. 272 et seqq.; cf. orationem Constantini ad sanctorum coetum, c. 18, post EVSEBII *Vit. imp. Constantini.* De scriptura ΧΡΕΙΣΤΟΣ, pro ΧΡΙΣΤΟΣ, uide ALEXANDRE *l. c.*

(7) *Roma sott.*, II, p. 331 et seqq.

(8) Πηγὴ ὕδατος ἁλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον. Io., IV, 14.

(9) *Adu. haer.*, IV, XVIII, 5.

Abercii (1); eoque tempore ecclesias Galliarum intime coniunctas fuisse cum ecclesiis Asiae ac praesertim Phrygiae, unde illae acceperant doctrinam euangelii. Epigrammatis Augustodunensis sermo Graecus, sapor ualde antiquus, locutio arcana simillima Abercianae, et nomen Aschandii in titulis Latinis inauditum indicio sunt auctorem monumenti plane singularis haud alienum fuisse a consuetudine, quam Christiani Galliarum habuere cum Asianis uertente seculo secundo. Qui titulum Pectorii ad quartum, sextumue seculum detrudi posse autumant, ne unum quidem titulum proferunt aetatis serioris seculo tertio, cui cum adeo antiqui saporis epigrammate eiusque arcana locutione similitudo uel affinitas ulla sit (2). Ceterum sex uersus priores tituli Augustodunensis epitaphio Pectorii antiquiores esse, plures iam praesensere.

« INTERPRETATIO LOCVTIONIS ARCANAE CARMINVM ABERCII ET PECTORII. His positis, conferantur uersus 12-16 carminis Aberciani cum epigrammate Augustodunensi, utrumque uero carmen conferatur cum picturis suburbanis fere paris aetatis testimoniisque scriptorum. Qua collatione exacta manifestum fit uere Abercio eamdem **ΠΑΝΤΗ** (ubique) **ΠΙΣΤΙΝ** praeluxisse, iisdemque ubique uelatam symbolis praebuisse mystica alimenta. Haec iam a me et ab aliis exposita, ante quam stela Abercii reperta firmasset lectionem uu. 12-16 (3), nunc uno intuitu, comprehensa capitulatim attingam.

« Primi quattuor uersus epigrammatis Augustodunensis loquuntur de fonte diuinitus manante aquae perennis, unde tum sanctitatem tum sapientiam large haurit genus electum **ΙΧΘΥΟΣ** coelestis. Pari ratione initium et caput cycli mystici picturarum coemeterii Callisti fons est defluens e petra; cuius aquis, teste TERTVLLIANO (4), baptizati initiantur sacris Christianis. Sane in his picturis piscator euangelicum piscem hamo capit in aquis e rupe fluentibus; iisdemque in aquis puer baptismate abluitur. TERTVLLIANVS uero (l. c., c. I) monet : « Nos pisci« culos secundum **ΙΧΘΥΝ** nostrum Iesum Christum in aqua nasci, nec aliter quam in ea permanendo saluos « esse. » Itaque electi sunt **ΙΧΘΥΟΣ ΟΥΡΑΝΙΟΥ ΘΕΙΟΝ ΓΕΝΟΣ**; *pisciculi* nati in aqua manante e petra (quae, teste Paulo apostolo, est Christus **ΙΧΘΥΣ**); ad exemplum eius (*secundum* **ΙΧΘΥΝ**) firmati et in puritate morum perseuerantes, sapientiam uitae aeternae e fonte perenni semper haurientes. Haec uariis uerbis et imaginibus, eadem uero sententia, exprimunt titulus Augustodunensis, TERTVLLIANVS Afer, monumenta suburbana seculo fere secundo exeunte uel tertio ineunte ornata picturis. Veterum autem symbolorum memores **ΙΧΘΥΝ** Iesum Christum cum fonte baptismatis composuerunt OPTATVS, Mileuitanus, seculo quarto (5), et ineunte quinto ORIENTIVS poeta scribens : « Piscis natus aquis auctor baptismatis ipse est. » In eumdem sensum Abercius, statim ac attingit arcanum **ΙΧΘΥΝ**, meminit **ΠΗΓΗΣ** (fontis); et **ΙΧΘΥΝ** dicit **ΠΑΝΜΕΓΕΘΗ ΚΑΘΑΡΟΝ** (praegrandem, purum) distinguendum nempe a pisciculis, qui non nisi post quam ad formam piscis magni prototypi renati sunt in aqua salutari participes fiunt sanctitatis **ΙΧΘΥΟΣ ΟΥΡΑΝΙΟΥ** (6).

« Abercius autem, facta mentione **ΙΧΘΥΟΣ ΑΠΟ ΠΗΓΗΣ**, statim subiungit : **ΟΝ ΕΔΡΑΞΑΤΟ ΠΑΡΘΕΝΟΣ ΑΓΝΗ** (quem prehendit uirgo illibata). Haec uerba interpretanda non esse *allegorice* de ecclesia (7), sed proprie de Virgine matre **ΙΧΘΥΟΣ ΟΥΡΑΝΙΟΥ**, demonstrat constructio orationis (8) : **ΠΑΡΘΕΝΟΣ** enim **ΑΓΝΗ**, quae **ΙΧΘΥΝ** cepit e fonte, contextu carminis distinguitur ab ea, quae *allegorice* inducitur praebens amicis **ΙΧΘΥΝ** edendum : haec autem est **ΠΙΣΤΙΣ** (fides). Abercio loquenti de uirgine, quae cepit **ΙΧΘΥΝ ΑΠΟ ΠΗΓΗΣ** edendum ministerio fidei (9), mirum in modum concinit nescio quis Byzantinus aetatis serioris,

(1) EVSEB. *Hist. eccl.*, V, 1. — RVINART. *Acta martyrum*, ed Amstaelod. 1713, p. 68.

(2) E formis litterarum tituli Augustodunensi indicium captum est aetatis recentioris seculo tertio. Verum pauci tituli Graeci seculorum quarti et quinti, qui tota regione Galliarum reperti sunt (LE BLANT. *Inscr. chrét.*, pl. 6, n. 26; 24, n. 150; 27, n. 167; 52, n. 305; 71, n. 424), exhibent formas litterarum plane diuersas a scriptura lapidis Augustodunensis. Cui similitudo non minima est cum titulo bilingui Sexti Varii Marcelli patris Elagabali, inciso antequam Elagabalus potiretur imperio (*C. I. L.*, t. X, n. 6569). Praeterea in titulis Graecis metricis animaduertendum est id quod in Latinis HVEBNERVS censuit dignum obseruatione : « non multum in his differre aetates diuersas... : unde *secundum argumenta formasque litterarun* saepe (in his) minus quam uelimus certum de tempore indicium facere licet » (*Exempl. script. epigr. Latinae,* p. 396). Denique epigramma Graecum Megara translatum Parisios (*C. I. G.*, n° 1050), cuius scriptura spissa, gracilis, oblonge ad formam tituli Augustodunensis aliquo modo adcedit, refert carmen antiquissimum restitutum aetate incerta : id quod in Pectorii quoque titulo fieri potuit, quem ad modum *titulum* Euelpii Caesareae in Mauretania *ecclesia fratrum restituit*. Sepulcra Christianorum sita sub dio in areis coemeteriorum uastata esse a plebe furente TERTVLLIANVS testatur (*Ad Scapul.*, c. III; *Apolog.*, c. XXXVII).

(3) *De christ. monum.* Ἰχθὺν *exhibentibus* in PITRAE *Spicil. Solesm.*, III, p. 564-570; *Roma sott.*, II, p. 331-351.

(4) *De baptism.*, c. 9.

(5) *Adu. Parmenian.*, III, 2.

(6) *Explanatio nominum Domini,* n. 145, ed. ELLIS (*Corp. Script. eccl. Lat. acad. Vindob.* — Poetae Christ. minores, pars I, p. 249).

(7) De sensu uocum παρθένος; ἁγνή in scriptis noui testamenti u. RVCKERT in *Theol. Quartalschrift*, Tübingen, 1886, 395 et seq.

(8) LIGHTFOOT. *l. c.*, p. 481.

(9) Auctor epigrammatis, quod legitur in hoc uolumine (*Inscr.* scil. *christ. Vrb. Rom.*, t. II, p. I), p. 244, eucharistiam adpellat *data fidei*.

quem paene ignotum I. B. PITRA euocauit e tenebris (1). Is multa compilauit e libris Sibyllinis; et loquens de Maria Virgine usus est uerbis saporis arcani, quae I. B. PITRAE iure uisa sunt « sonare aliquid metricum », e uetere scilicet carmine excerpta et consuta.

Πηγὴ ὕδατος πηγὴν πνεύματος ἀνέλαβε, ἕνα μόνον ᾿ΙΧΘΥΝ ἔχουσα, τῷ τῆς θεότητος ἀγκίστρῳ λαμβανόμενον, τὸν πάντα κόσμον, ὡς ἐν θαλάσσῃ διαγινόμενον, ἰδίᾳ σαρκὶ τρέφοντα.	*Fons aquae fontem spiritus suscepit unum et solum* ᾿ΙΧΘΥΝ *habens, captum hamo diuinitatis, qui mundum uniuersum uelut in pelago uersantem propria carne nutrit.*

« Ipsa Maria uirgo ab anonymo Byzantino dicitur ΠΗΓΗ (fons) : ea adpellatione celeberrima erat Constantinopoli aedes et imago Virginis (2). Lusus uerborum : *fons aquae suscepit fontem spiritus* mihi parum sapit antiquitatem : cetera eundem sensum referunt, quem expressit Abercius uu. 11-16.

« Versibus 12-16 epigrammatis Aberciani explicatur mysterium arcanum ΙΧΘΥΟΣ tanquam cibi (ΤΡΟΦΗΣ) eorum, quos ΠΙΣΤΙΣ nutrit; et enucleatur sententia tertii distichi carminis Augustodunensis, quo poeta inuitat « genus electum ΙΧΘΥΟΣ coelestis ad capiendum cibum suauem Saluatoris sanctorum, ipsumque ΙΧΘΥΝ appe« tenter edendum ». Hunc non nisi eucharistiam esse, quum primum lapis lucem uidit, omnes intellexerunt; idque Abercius pluribus explicat docens cibum, quem ΠΙΣΤΙΣ suis alumnis praebet, non esse reapse piscem, sed ΙΧΘΥΝ mysticum (Iesum Christum), quem uirgo concepit; et conuiuium quo ΙΧΘΥΣ edendus datur, adparari non piscibus sed pane et *mixto* (id est uino aqua diluto). His arcanis uerbis atque sententiis par pari respondent picturae Callistianae; in quibus uisitur panis cum pisce impositus mensae, cui adstat femina (ΠΙΣΤΙΣ) manibus orantis habitu expansis (3). Neque minus bene respondent carmini Aberciano picturae antiquissimae in cryptis Lucinae, quibus exhibetur canistrum uimineum refertum panibus, perlucente introrsus poculo rubentis uini, impositum dorso piscis uiui innatantis aquis (4). Quarum fontem diuinitus manantem Abercius breuiter innuit memorans ΙΧΘΥΝ ΑΠΟ ΠΗΓΗΣ, epigramma uero Augustodunense plenius describit. Cur materia oblationis eucharisticae (modo solus panis, modo plene panis et uinum) in antiquis tum carminibus tum picturis composita sit cum eo pisce, quem Origenes quoque Alexandrinus horum monumentorum aequalis dixit *tropice* appellari ΙΧΘΥΝ (5), declarat Irenaeus Polycarpi discipulus episcopus Lugdunensis, ideoque tum Abercii Asiani tum anonymi Augustodunensis idoneus interpres. Qui in eucharistia duo elementa discernenda esse docet, *terrenum et coeleste* (6) : coeleste uero non uno loco inculcat esse corpus et sanguinem Iesu Christi (7). Inde imago piscis, *tropice* interpretanda, in picturis Callistianis coniuncta elementis eucharistiae : eodemque sensu eucharisticum cibum ac potum ipsum esse ΙΧΘΥΝ, quem uirgo concepit, utriusque carminis uerba uaria, concors sententia affirmant. Tam praeclaro consensu monumentorum Asiae, Galliarum, Vrbis Romae manu prope dixerim tangitur, quam uere Abercius litteris lapidi incisis publice testatus sit, fratres unius fidei tessera et foedere ubique (ΠΑΝΤΗ) deuinctos ab Oriente ad Occidentem, ab Vrbe Roma usque Nisibin, iisdem secum mysteriis communicasse; et eius sermoni intentos, unanimes excepisse doctrinam pastoris inmaculati (ΠΟΙΜΕΝΟΣ ΑΓΝΟΥ). Huius autem pastoris imago siue picta siue sculpta summum ubique fastigium obtinuit ueterum symbolorum artis christianae (8) ».

Hoc non semel reperitur. Orientales enim Ecclesiae, uix ortae, usurpauerunt adclamationem « Pax uobiscum » qua creberrime liturgia Romana utebatur (9), eaque de causa, illa uerba leguntur in epitaphiis Asiae minoris (10), etsi cum inscriptione ipsa non concorporantur (11). Haec uero formula ΤΟΝ ΘЄΟΝ ΥΜЄΙΝ ΤΟΝ

(1) *Spicil. Solesm.*, III, p. 518; *Anal. Spic. Solesm. parata*, III, p. 176.
(2) DV CANGE. *Constantinop. christ.*, lib. IV, II.
(3) *Roma sott.*, II, tab. XVI, p. 335 et seqq.
(4) *L. c.*, I, tab. VIII, p. 349 et seqq.
(5) *In Matth.*, ed. Maurin, tom. III, p. 584 : ὁ τροπικῶς λεγόμενος ᾿Ιχθύς.
(6) Εὐχαρίστια ἐκ δύο πραγμάτων συνεστηκυῖα, ἐπιγείου τε καὶ οὐρανίου (*Adu. haer.*, IV, XVIII, 5).
(7) V. praesertim *Adu. haer.*, IV, XVII, 5; XVIII, 4.
(8) DE ROSSI. *Inscr. christ. Vrb. Rom.*, t. II, pars I, prooem., pp. XIX-XXIV.
(9) CVMONT. *loc. cit.*, p. 15; KRAVS. *Realencyclopädie*, p. 60 .

(10) ЄΙΡΗΝΗ ΤΟΙϹ ΠΑΡΑΓΟΥϹΙΝ ΚΑΙ ΜΝΗϹΚΟΜЄΝΟΙϹ ΠЄΡΙ ΗΜѠΝ (MON. ECCL. LIT., n. 2790). — ΕΙΡΗΝΗ ΤΟΙϹ ΠΑΡΑΓΟΥϹΙΝ ΠΑϹΙΝ ΑΠΟ ΤΟΥ ΘΕΟΥ (*ibid.*, n. 2791). — ΕΙΡΗΝΗ ΠΑϹΙ ΤΟΙϹ ΑΔЄΛΦΟΙϹ (*Journ. of Hell. Studies*, IV, 429). — ΕΙΡΗΝΗ ΠΑϹΗ ΤΗ ΑΔЄΛ[φότητ]Ι ΚΑΙ Ο[σοι;] (*Bull. de corr. hell.*, XVII, 275).

(11) Ita CVMONT. *l. c.*, p. 16, nota 2 : (?) ᾿Εν] ΕΙΡΗΝΗ [ἡ] ΚΟ[ίμησις αὐτοῦ] (*Corp. inscr. graec.*, 9274). — ΤΕΚΝΑ ΘΕϹ[ει] ΤΕΙΜΗΤΑ ΕΝ ΙΡΗΝΗ ΤΟΥ ΘΕΟΥ (MON. ECCL. LIT., n. 2791). — ΕΚΥΜΗΘΗ ΕΝ ΕΙΡΗΝ[ῃ] (BAYET. *loc. laud.*, n. 108).

ЄПОУРАНІОN (1) aequa fere est huic : « Dominus uobiscum ». Eodem modo, haec uerba « requiescat in pace » quae saepissime Romana Ecclesia profert, quibusdam aliis forsan aequiparari possint, sed ex marmoribus non liquet.

Si uero prouinciae certae titulos, alios cum aliis componemus, formulas ex praescriptis uerbis constitisse, manifestum est. Sit hoc praeclarissimum exemplum.

Titvlvs Abercii (*exeunte secundo seculo*).	Titvlvs Alexandri (*ann. p. Chr. 216*).
Ἐκλεκτῆς πόλεως ὁ πολείτης τοῦτ' ἐποίησα	Ἐκλεκτῆς πόλεως ὁ πολείτης τουτ' ἐποίησα
Ζῶν ἵν' ἔχω καιρῷ (?) σώματος ἔνθα θέσιν.	Ζῶν ἐν ἔχω φανερ(ῶς?) σώματος ἔνθα θέσιν.
Οὔνομ' Ἀβέρκιος ὢν, ὁ μαθητὴς ποιμένος ἁγνοῦ	Οὔνομα Ἀλέξανδρος Ἀντωνίου μαθητὴς ποιμένος ἁγνοῦ.
Ὃς βόσκει προβάτων ἀγέλας ὄρεσιν πεδίοις τε	. . . .
5 Ὀφθαλμοὺς ὃς ἔχει μεγάλους πάντη καθορῶντας	. . . .
Οὗτος γάρ μ' ἐδίδαξε (τὰ ζωῆς?) γράμματα πιστά·	. . . .
Εἰς Ῥώμην ὃς ἔπεμψεν ἐμὲν βασίληαν ἀθρῆσαι	. . . .
Καὶ βασίλισσαν ἰδεῖν χρυσόστολον χρυσοπέδιλον.	. . . .
Λαὸν δ' εἶδον ἐκεῖ λαμπρὰν σφραγεῖδαν ἔχοντα	. . . .
10 Καὶ Συρίης πέδον εἶδα καὶ ἄστεα πάντα, Νίσιβιν.	. . . .
Εὐφράτην διαβάς· πάντη δ' ἔσχον συνο(μίλους).	. . . .
Παῦλον ἔχων ἐπό....., πίστις πάντη δὲ προῆγε,	. . . .
Καὶ παρέθηκε τροφὴν πάντη ἰχθὺν ἀπὸ πηγῆς.	. . . .
Πανμεγέθη, καθαρὸν, ὃν ἐδράξατο παρθένος ἁγνή,	. . . .
15 Καὶ τοῦτον ἐπέδωκε φίλοις ἔσθειν διὰ παντός,	. . . .
Οἶνον χρηστὸν ἔχουσα, κέρασμα διδοῦσα μετ' ἄρτου.	. . . .
Ταῦτα παρεστὼς εἶπον Ἀβέρκιος ὧδε γραφῆναι·	. . . .
Ἑβδομήκοστον ἔτος καὶ δεύτερον ἦγον ἀληθῶς.	. . . .
Ταῦθ' ὁ νοῶν εὔξαιτο ὑπὲρ Ἀβερκίου πᾶς ὁ συνῳδός·	. . . .
20 Οὐ μέντοι τύμβῳ τις ἐμῷ ἕτερόν τινα θήσει·	Οὐ μέντοι τύμβῳ τις ἐμῷ ἕτερόν τινα θήσει·
Εἰ δ' οὖν, Ῥωμαίων ταμείῳ θήσει δισχίλια χρυσᾶ,	Εἰδ' οὖν, Ῥωμαίων ταμείῳ θήσει δισχείλια χρυσᾶ
Καὶ χρηστῇ πατρίδι Ἱεροπόλει χίλια χρυσᾶ.	Καὶ χρηστῇ πατρίδι Ἱεροπόλει χείλια χρυσᾶ.
. . . .	Ἐγράφη ἔτει τ´ μηνὶ ϛ´ ζόντος.
. . . .	Εἰρήνη παράγουσιν καὶ μνησκομένοις περὶ ἡμῶν.

Epigrammatis Abercii primus uersus recte pergit, Alexandri uero claudicat, nam Alexandri patrisque eius nominibus Abercii nomini substitutis, syllabarum numero dissolutus est uersus. Ex hoc facto non immerito concluditur, formulam extitisse pluribus epitaphiis communem cui mediae nomen suum inseruit Abercius, inlaeso metro, non uero Alexander. Res amplius demonstratur uerbis quibus defunctus se uocat ὁ μαθητὴς ποιμένος ἁγνοῦ; non efficitur ut pro certo habeamus illam formulam Abercio fuisse propriam, licet uero ita opinemur.

Tres uersus quibus carmen concluditur, concordant in utraque inscriptione, et lectio codicum qui solius Abercii epigramma nobis praebuerunt, confirmatur Alexandri titulo.

Antepaenultimus uersus sic incipit in codicibus : οὐ μέντοι τύμβῳ (*uar.* τύμβον) τις ἐμῷ (*uar.* ἐμοῦ). Quae uerba et in inscriptione, datiuo casu usurpata, reperiuntur, ex quo facilius est ut secernas codices. Huius uersus ultimae uoces codicibus praue referuntur, recte autem titulo. Vtraque inscriptio paenultimum uersum exhibet uno pede et semisse excedentem mensuram legitimam :

ΕΙ Δ ΟΥΝ ΡѠΜΑΙѠΝ ΤΑΜЄΙѠ ΘΗΣΕΙ ΔΙΣΧΙΛΙΑ ΧΡΥΣΑ,

quod abunde probat formulam esse pluribus epitaphiis communem, et tum Alexandri, tum Abercii titulis antiquiorem, quam inuenies, si uoci Ῥωμαίων ταμείῳ substitueris uocem τῷ φίσκῳ non sensu sed quantitate diuersam. Hic est uersus :

Εἰ δ' οὖν τῷ φίσκῳ θήσει δισχίλια χρυσᾶ.

(1) Mon. Eccl. Lit., n. 2778.

Vltimum uersum plerique codices similiter referunt, hoc tantum in quibusdam Abercli codicibus mutato : δισχίλια χρυσᾶ, unde uidere licet quanta fuerit ruditas illorum qui formulis acceptis utebantur, cum uox Hieropolis, tres breues syllabas ex ordine continens, hexametrum deformet. Probata iam formularum acceptarum existentia, prototypum restituere possumus, demptis uerbis Abercio propriis :

ΕΚΛΕΚΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ Ο ΠΟΛΕΙΤΗΣ ΤΟΥΤ ΕΠΟΙΗΣΑ

ΖΩΝ ΙΝ ΕΧΩ .... ΣΩΜΑΤΟΣ ΕΝΘΑ ΘΕΣΙΝ

ΟΥΝΟΜΑ. . . . . . . ΩΝ Ο ΜΑΘΗΤΗΣ ΠΟΙΜΕΝΟΣ ΑΓΝΟΥ

ΟΥ ΜΕΝΤΟΙ ΤΥΜΒΩ ΤΙΣ ΕΜΩ ΕΤΕΡΟΝ ΤΙΝΑ ΘΗΣΕΙ

ΕΙ Δ ΟΥΝ ΤΩ ΦΙΣΚΩ ΘΗΣΕΙ ΔΙΣΧΙΛΙΑ ΧΡΥΣΑ

ΚΑΙ ΧΡΗΣΤΗ ΠΑΤΡΙΔΙ ΙΕΡΟΠΟΛΕΙ ΧΙΛΙΑ ΚΡΥΣΑ

Deficientibus ueteribus syllogis, tituli in Graecia et in Asia minore reperti, nobis exhibent formulas communes quarum haec saepissime occurrit : ἔσται αὐτῷ πρὸς τὸν Θεόν, « *illi erit coram Deo* ». Haec formula, diu recondita, sed a uu. cll. PERROT, DVCHESNE, RAMSAY et CVMONT, diligenter elaborata, in memoriam reducit minationes quibus olim Orientales sepulcra uiolantes insequebantur (1), quasque christiani usurpauerunt, ita tamen mutatas ut fides seruaretur integra, ἔσται αὐτῷ πρὸς τὸν Θεόν (2), uel δώσει Θεῷ λόγον (3).

Haec autem formula in Phrygia tantum reperitur, praesertim apud Eumeneiam (4), Apameiam (5), Sebasten (6), Philomelium (7), Antiochiam (8) et Killidj (9) passimque, sed singulariter, in Hellesponto (10), Lydia (11), Thracia (12), Mysia (13); et forte semel Camaldoli in Italia. Textus historiaque confirmantur rei epigraphicae cultorum auctoritate, nam omnis Ecclesia siue Eumeniae (14), siue Apameiae (15), siue Philomelii (16), marmora notis suis incisa reliquit.

Haec uero formula christianis prorsus est propria et operae praetium est sequi omnes eius mutationes a medio seculo tertio, cum in illis theologicae disciplinae uestigia deprehendere possimus.

ΕϹΤΑΙ ΑΥΤΩ ΠΡΟϹ ΤΟΝ ΘΕΟΝ (RAMSAY. *Cit. and Bish. of Phryg.*, nn. 358, 359, 360, 363, 366, 367, 368, 370, 375, 377, 379, 385, 386, 390, 391, 395, 396, 446, 448, 450, 451, 651).

ΕϹΤΑΙ ΑΥΤΩ ΠΡΟϹ ΤΟΝ ΖΩΝΤΑ ΘΕΟΝ (RAMSAY. *ibid.*, nn. 355, 356, 362, 514).

ΕϹΤΑΙ ΑΥΤΩ ΠΡΟϹ ΤΟΝ ΘΕΟΝ ΤΟΝ ΖΩΝΤΑ (RAMSAY. *ibid.*, nn. 374, 378).

ΕϹΤΑΙ ΑΥΤΩ ΠΡΟϹ ΤΟΝ ΑΘΑΝΑΘΟΝ ΘΕΟΝ (RAMSAY. *ibid.*, n. 388).

(1) G. HIRSCHFELD. *Ueber die Griechieschen Grabschriften welche Geldstrafen anordnen* in *Königsberger Studien*, t. I (1887). — *Corp. inscr. graec.*, 4207, 4230 *a*, 4252 *b*, 4299, 4303, 4253, 4259, 4307, 4308. — CVMONT. *l. c.*, p. 12.

(2) CVMONT. *op. cit.*, nn. 8, 121, 135, 136, 145 bis, 148 ad 153, 156, 157, 160 ad 163, 202, 204, 208 ad 214; — n. 305 : **ΕΧΟΙ ΠΡΟϹ ΤΟΝ ΘΕΟΝ Ο ΑΝΟΙΓΩΝ.**

(3) CVMONT. *op. cit.*, nn. 396, 399.

(4) Eumeneiae. Cf. CVMONT. *l. c.*, nn. 143-145, 148-153, 156, 157 (MON. ECCL. LIT., nn. 2788, 2789, 2792, 2798 1 ad 11).

(5) Apameiae. *Ibid.*, nn. 208-216 (M. E. L., n. 2793-2798 12 ad 16).

(6) Sebastae. *Ibid.*, nn. 160, 164 (M. E. L., n. 2798 18-19).

(7) Philomelio. *Ibid.*, n. 201.

(8) Antiochiae Pisidiae. *Ibid.*, n. 202-204.

(9) *Killidj. Ibid.*, n. 270 bis.

(10) In Hellesponto. *Ibid.*, n. 8.

(11) In Lydia. *Ibid.*, n. 121.

(12) In Thracia. *Ibid.*, n. 340 bis.

(13) In Mysia. PERROT. *Explor. de la Galatie*, p. 90, n. 58; et alibi, cf. M. E. L., n. 2798.

(14) MON. ECCL. LIT., n. 2853 (?).

(15) EDM. LE BLANT. *Manuel* etc., pp. 96-97 : « L'épigraphie, ce témoin si fidèle de ce qui fut aux premiers siècles, ne saurait demeurer [ici] un élément inerte et sans valeur..., les témoignages qu'apportent le nombre, la distribution, l'âge comparatif des anciennes inscriptions sorties [du] sol, comme pour nous montrer où et vers quelle époque se formèrent les chrétientés des anciens jours. Exhumés par les fouilles que les besoins de la vie ont étendues partout dans une égale mesure, les monuments ont paru là surtout où la terre les garde en plus grand nombre; et, parmi les provinces qui n'en ont point fourni, il en est à coup sûr dont le sol n'en avait que peu reçu ».

(16) CVMONT. *l. c.*, p. 14.

ECTAI AYTω ΠPOC TON KPITHN ΘEON (Ramsay. *ibid.*, n. 394).

ECTAI AYTω ΠPOC THN ΔIKAIOCYNHN TOY ΘEOY (Ramsay. *ibid.*, n. 457).

ECTAI AYTω ΠPOC THN XEIPA TOY ΘEOY (Ramsay. *ibid.*, n. 392).

ECTAI AYTω ΠPOC TO MEΓA ONOMA TOY ΘEOY (Ramsay. *ibid.*, n. 369).

ECTAI AYTω ΠPOC TO MEΓEΘOC TOY ΘEOY (Cumont. *Les inscr. chrét. de l'Asie Min.*, n. 203).

ECTAI AYTω ΠPOC TON ZωNTA ΘEON KAI NYN KAI EN KPIΣIMω HMEPA (Cumont. *l. c.*, n. 138).

ECTAI AYTω ΠPOC TON ΘEON MHTE OYPANOC THN ΨYXHN AYTOY ΠAPAΔEΞAITO (Cumont. *l. c.*, n. 270bis).

ECTAI AYTω ΠPOC TON I(ησοῦν) X(ριστόν) (Ramsay. *l. c.*, n. 371, et *Journ. of Hell. Studies*, IV, p. 433).

Alteri etiam formulae δώσει θεῷ λόγον, sua fata fuerunt.

ΔωCEI ΘEω ΛOΓON (Cumont. *l. c.*, nn. 396, 399).

ΔωCEI Tω ΘEω ΛOΓON Tω MEΛΛONTI KPEINEIN ZωNTAC KAI NEKPOYC (Cumont. *l. c.*, n. 201).

ΔωCI ΛOΓON Tω ΘEω EN HMEPA KPICEωC TOY KPINONTOC (Dumont-Homolle. *Mél. d'archéol.*, n° 74z⁸).

ΛOΓON ΔωH Tω ΘEω KAI ANAΘEMA HTω MAPAN AΘAN (Bayet. *De tit. Attic. chr.*, n. 107).

Non semel haec cum illa formula uarie fuit composita.

TOTE ΠPOC ΘEON O ΛOΓOC (Dumont-Homolle. *l. c.*, n. 46).

EXI ΠPOC TON ΘEON (Dumont-Homolle. n. 62b30).

EXI ΔE ΠPOC TO .....HMA TOY ΘEOY IN HMEPA KPICEωC (Bayet. *l. c.*, n. 106).

EXI ΠPOC THN [ὀργὴν] THN MEΛΛOYCAN (Le Bas-Waddington. *Voy.*, etc., n. 1899).

KPITH Tω ZωNTI ΛOΓON ENΔIKON TICEI (Ramsay in *Mittheilungen d. Deutschen archäol. Instituts in Athens,* XIII, n° 45).

ONHΘEICIN TO THC ZωHC MЄPOC (*Corp. inscr. graec.*, n. 9266).

ECTE EΠIKATAPATOC ΠAPA ΘEω 'IC TON EωNA (Cumont. *l. c.*, n. 159).

EIH ΠPOC THN EωNIAN KPICIN O ANYΞAC (Cumont. *l. c.*, n. 407bis).

Η(= εἴ)ΤΙϹ ΕΠΙΧΕΙΡΗϹΟΙЄΝ ΤΟΥΤΟ ΑΝΥΞΕ[ιν] ΤΗϹ ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΟΡΓΗϹ ΜΕΘΕΞ[εται] (CVMONT. *l. c.*, p. 15, n. 3 post BAYET qui ΞΕΤ[αι] (nº 42) scribit).

ΛΗΨΕΤΑΙ ΠΑΡΑ ΤΟΥ ΑΘΑΝΑΤΟΥ ΘΕΟΥ ΜΑϹΤΕΙΓΑ ΑΙⲰΝΙΟΝ (CVMONT. *l. c.*, n. 146).

Ο ΘΕΟϹ ΑΝΑΠΑΥϹΗ ΤΗΝ ΨΥΧΗΝ ϹΟΥ ΜΕΤΑ ΤⲰΝ ΔΙΚΑΙⲰΝ (CVMONT. *l. c.*, n. 27).

ΤΗ ΓΗ ΔΕΔΟΚΕΝ ΤΗΝ ΚΟΝΙΝ ΤΟΥ ϹⲰΜΑΤΟϹ ΧΡΙϹΤⲰ ΤⲰ ΘΕⲰ ΤΑϹ ΙΚЄϹΙΑϹ ⲰϹ ΕΠΙ ΑΕΙ ΟΥϹΑ (CVMONT. *l. c.*, n. 348).

Hae uero mutationes, quamuis cuique leuiter adtendenti parui momenti uideantur, dignae sunt quae adcuratissime sint exquisitae utpote quae theologicae disciplinae historiam, uel liturgicas formulas, uel quandam diuini cultus formam, secum ferre possint. Ne tamen minuas illarum auctoritatem, rationes concludendo plus quam uerba ferunt. Saepissime autem tituli referunt nomen illius qui tumulum exstruxit (1), idque quasi emptoris (2), genus eius (3), uincula propinquitatis quibus plures defuncti sibi cohaerent (4), patriam dulci nomine decoratam (5), corporum translationem in patriam (6), transeuntibus salutem (7), municipaliaque munera (8).

Inueniuntur etiam formulae imprecationum duae quibus cito flagitatur uindicta (9); anathematis duae, magis tamen truncatae quam ut praebeant argumenta liturgica (10), exorcismi una (11). Ordines dignitatesque uarie referuntur, scilicet episcopi (12), presbyteri (13), diaconi (14), psaltae (15), uirgines (16) nominantur. Duo presbyteri dicuntur coemeterium fratribus condidisse (17). Ne uero mireris si hoc *fratrum* uocabulum saepe repereris, utpote quod, non a christianis tantum sed et ab ethnicis sacris quibusdam initiatis fuerit usurpatum (18). Ne praetermittamus tandem largitiones frumentarias quae, sumptibus defunctorum, Azymorum et Pentecostes diebus fiebant quarum mentionem refert epitaphium (19), — nec titulum parum cognitum cuius compositio

(1) MON. ECCL. LIT., nn. 2776, 2789, 2793.
(2) *Ibid.*, n. 2780.
(3) *Ibid.*, nn. 2778, 2781, 2785, 2789, 2790, 2791, 2792, 2796.
(4) *Ibid.*, nn. 2776, 2782, 2788, 2789, 2791, 2792.
(5) *Ibid.*, nn. 2786, 2790.
(6) *Ibid.*, n. 2778.
(7) *Ibid.*, nn. 2790, 2791.
(8) *Ibid.*, n. 2792.
(9) *Ibid.*, nn. 2777, 2791.
(10) *Ibid.*, nn. 2799, 2806.
(11) *Ibid.*, n. 2803 (et forte : *Bull. de corr. hell.*, XVII, 638 : ΣΦΡΑΓΙΣ ΤΟΥ ΖΩΝΤΟΣ ΘΕΟΥ κ. τ. λ.).
(12) *Ibid.*, n. 2789.
(13) *Ibid.*, nn. 2781, 2782.
(14) *Ibid.*, nn. 2782, 2800.
(15) *Ibid.*, n. 2785.
(16) *Ibid.*, n. 2782.
(17) *Ibid.*, nn. 2795, 2796.
(18) *Ibid.*, nn. 2780 (?), 2795, 2796.
(19) *Ibid.* Cf. *Fragm. lit. ex Nouo Test.*, passim. — CVMONT. *loc. cit.*, p. 17[3], 20[5'6]. — MARINI. *Art. degl. Arval.*, pref., p. XX. — Cf. BORGHESI. *Œuvr. compl.*, t. III, p. 413 seq. — Vid. DE ROSSI. *Rom. sott.*, I, 107 = DVMONT. *Mél. d'arch.*, éd. HOMOLLE, p. 385, nº 72 *l* = CVMONT. *op. cit.*, n. 340[bis].

Heracleae in Ponto :

ΑΥΡ· ΦΙΛΙΠΠΙΑΝΟΣ· ☧· ΕΠΟΙΗΣΑ ΕΜΑΥ
ΤΩ ΚΑΙ ΤΗ ΓΥΝΑΙΚΙ ΜΟΥ ΑΥΡ·ΔΕΚΝΙΑΝΗ
☧·ΚΑΙ ΤΩ ΠΑΤΡΙ ΜΟΥ ΑΥΡ· ΝΕΟΦΥΤΩ
☧·ΕΙ ΔΕ ΤΙΣ ΤΟΛΜΗΣΕ ΕΤΕΡΟΝ ΒΑΛΕΙΝ
ΔΩΣΕΙ ΤΟΙΣ ΑΔΕΛΦΟΙΣ· ⋇· Φ;

(*Cod. Vatic.* n. 5250, p. 5 *a tergo*). Pro siglo ult. lin. lege : ΔΗΝΑΡΙΑ Φʹ

Salonae (pars prima sec. IV) : ... PETO BOS FRATRES NE QVIS ALIVM... (LANZA. *Lapidi Salonitanae*, pp. 149, 167). — Romae (*Mus. Kircheriano*) : ... PETO A BOBIS FRATRES BONI PER VNVM DEVM NE QVIS·

mysticum saporem Abercii epigrammatis redolet (1). Hoc est epitaphium cuiusdam adulescentis, Galatae natione, decimo octauo aetatis suae anno mortui, qui, gregem Dei Altissimi delectans, illum docens psalmorum cantum et sacrorum librorum lectionem, haud paruam comparauerat gloriam. Munere autem eiusque successu cum aetate adulescentis conlato, nobis forte sana erit ratio opinandi tempus titulo expressum, non naturalis sed supernaturalis uitae spatium indicare, ut saepe fit in Occidente. Vt enim credebant se non uitam sed Dei seruitium nostri referre, annos non a natiuitate sed a baptismo numerabant (2). Quidquid id est, psaltes hic ecclesiae Hadriani ad Olympum, sepultus est in ecclesia sub praesidio Christi inmaculati. Titulus autem, ultimis hisce uerbis : « gloriam nunc exspectat inmaculatam », adludit ad celebrem doctrinam quam anonymus auctor Esdrae libri IV exposuit et iuxta quam animae conliguntur post mortem in promptuariis animarum, iudicium exspectaturae (3).

Qua forte cogitatione ducti, christiani operam dabant ut consecraneis tantum essent stipati. Phrygius quidam, epitaphio teste (4), eadem uoto petit ac Romanus (5). Facultati plures defunctos sepeliendi in eodem sepulcro (6), nulla foret ratio, nisi de prohibendis ethnicis sepulcro christiano ageretur. Qui melius profanum arcerent a suo tumulo, presbyteri quidam, diaconi, uirgines, angelum tumuli custodem illic esse praesentem obtestantur (7). Grauius uero indicium, quod pertinet ad rem de qua certatur adhuc, etsi profligata iam est ab inuestigatoribus antiquitatis sumere licet ex oratione pro defunctis, Hieropoli (8), posteriusque Apameiae inuenta, seculoque secundo uergenti, tertioque ineunti adsignata, quacum orationem defunctorum pro uiuis conferre debemus (9).

Abercii titulus alia documenta liturgica nobis exhibet et demonstrat disciplinae unitatem, communionem sub duplici panis et uini specie, commixtionisque ritum (10).

Pectorius Augustodunensis ritum describit eucharistiae quam fideles manibus sumebant (11).

Ad extremam unctionem, quod rarissime fit, adludit titulus graecus, — nisi forte ad baptismum referatur, — his uerbis : « sapiente et uncta uita peracta » (12).

VII ·TITELO M[*olestet*] POST ·MOR[*tem meam*] (V. VISCONTI in *Atti della pont. accad. d'arch.*, t. VI, p. 43). — In Phrygia Salutari : ΕΙΡΗΝΗ ΠΑΣΙ ΤΟΙΣ ΑΔΕΛΦΟΙΣ (*Journ. of Hell. Studies*, IV, 429); ΕΙΡΗΝΗ ΠΑΣΗ ΤΗ ΑΔΕΛ[φότη]ΤΙ (*Bull. corr. hell.*, XVII, 275). — In Graecia : ΑΔΕΛΦΟ[ὶ] ☧ Η ΧΑΡΙΣ ΤΟΥ [Χ]ΡΙΣΤ [οῦ μεθ' ὑμῶν]. BAYET. *op. cit.*, n° 76 et comment. supr. p. 46 : « S. Pauli epistolas in funereum sermonem traductas esse alia etiam testantur exempla; sic enim uerba ἀδελφοὶ ἡ χάρις τοῦ Χρ... in fine mutila inueniuntur, quae apostoli scriptis supplere facile est : nulla est enim fere Pauli epistola in qua haec non legantur : ἡ χάρις τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ μεθ' ὑμῶν. Quae quidem formula tum breuior est, tum explicatior, sed ex certis quibusdam uerbis ubique constat. Vides igitur in nostro titulo non preces pro defuncto a uiuis, sed ab ipso defuncto pro uiuis expressas esse, quod rarius est ». Cf. *Corp. inscr. Attic.*, III, 4531. — In Thracia : ΧΑΙΡΕΤΕ ΚΑΙ ΕΥΤΥΧΕΙΤΕ ΠΑΡΑ [θ]ΕΩ ΑΔΕΛΦΟΙ (DVMONT. *Inscr. de Thrace*, n. 46 in *Archiv. des missions*, 1876, p. 134 = DVMONT. *Mél. d'arch.*, éd. HOMOLLE, n° 46). — In Italia (Romae?) : ROGO ET PETO OMNEM CLERVM ET CVNCTA FRATERNITATEM (MOMMSEN in *Corp. inscr. lat.*, t. V, n. 2305; cf. DE ROSSI. *Bull. di arch. crist.*, 1874, p. 138). — Romae, in coem. Priscillae : LEONTIP || AXAFRA || TRIBVS || VALE (DE ROSSI. *loc. cit.*, 1864, p. 12); VOS PRECOR O FRATRES · ORARE · HVC · QVANDO VENI[*tis*] || ET PRECIBVS · TOTIS · PATREM · NATVMQVE ROGATIS (*ibid.*, 1884-1886, p. 72; cf. *ibid.*, p. 46 [1886]). — Caesareae in Mauritania : SALVETE FRATRES ... ECLESIA FRATRVVM (MON. ECCL. LIT., n. 2808).

(1) MON. ECCL. LIT., n. 2785.

(2) LE BLANT. *Manuel*, p. 9-10, et *Inscr. chrét. de la Gaule*, nn. 18, 507. — GRVTER. 1054, 2. — FABRETTI. *Inscr. Antiq.*, n. 310. — ZACCARIA. *Storia letteraria d'Italia*, t. I, p. 303. — ODERICI. *Syll.*, p. 341. — SPRETI. *De Magnit. Rauennae*, t. I, p. 213. — VILLANVEVA. *Viaje literario*, t. XIII, p. 38. — MARINI. *Papiri diplomatici*, p. 223. — GAZZERA. *Iscr. crist. del Piemonte*, p. 57. — L. RENIER. *Inscr. de l'Algérie*, nn° 3430, 3675, 3701.

(3) Ps.-ESDRAE, lib. IV, c. IV, 35 : « Nonne de his interrogauerunt animae iustorum in PRVMPTVARIIS suis dicentes... » (ed. R. L. BENSLY, *The fourth book of Ezra* [1895]); c. VII, 32 : « ... [et] PRVMPTVARIA reddent quae in eis commendatae sunt animae ». « Le mot grec était probablement ταμιεῖα, *magasins* ». Cf. I PETR., III, 19 : φυλακή (RENAN. *Orig. du Christianisme*, t. V, p. 357, not. 6).

(4) Eumeneiae in Phrygia Pacatiana : ЄΑΝ ΤΗΡΗΣΩΣΙ ΤΟΝ ΘΕΟΝ (*Bull. corr. hell.*, VIII, 243).

(5) Romae : M. ANTONIVS RESTVTVS FECIT YPOGEVM SIBI ET SVIS FIDENTIBVS IN DOMINO (DE ROSSI. *Rom. sott.*, t. I, p. 109); LIBERTIS LIBERTABVSQVE POSTERISQVE EORVM AT RELIGIONEM PERTINENTES MEAM (MOMMSEN. *Corp. inscr. lat.*, t. VI, 10412).

(6) MON. ECCL. LIT., n. 2788 : « *Nemini alii licere reponi, exceptis his inscriptis* ».

(7) *Ibid.*, n. 2782.

(8) *Ibid.*, nn. 2787, 2790.

(9) Vid. supr. n. 11 BAYET circa formulam ἡ χάρις τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ μεθ' ὑμῶν, et in praecl. op. *De titul. Att. christ.*, n. 118, ubi mortua e coelo uiuum coniugem adhuc tueri dicitur : ... ΝΥΝ Δ ΕΤΙ ΜΑΛΛΟΝ || ΟΥΡΑΝΟΘΕΝ ΜΙΝ ΟΡΑΙ ΚΑΙ ΤΕΡΠΕΤΑΙ ΗΔΕ ΦΥΛΑΣΣΕΙ. — MON. ECC. LIT., n. 2780.

(10) MON. ECCL. LIT., n. 2787, *passim*.

(11) *Ibid.*, n. 2826.

(12) *Ibid.*, n. 2780.

Fides in resurrectionem corporum palam adseritur (1).
Sit tandem duplex haec formula cuius mutationes deprehendimus (2).

In Phrygia Salutari, ann. 216 : ЄΙΡΗΝΗ ΠΑΡΑΓΟΥΣΙΝ ΚΑΙ ΜΝΗΣΚΟΜЄΝΟΙΣ ΠΕΡΙ ΗΜѠΝ;

circa a. 230 : ЄΙΡΗΝΗ ΤΟΙΣ ΠΑΡΑΓΟΥΣΙΝ ΠΑΣΙΝ ΑΠΟ ΤΟΥ ΘΕΟΥ.

Ex his manifestum est Orientis titulos latina maximeque romana breuitate minime pollere, uno tamen excepto, si forte u. cl. KIRCHHOFF sequimur qui Antoninorum tempori illum adsignat (3).
Orientis epigrammata plurimas precum formulas nobis tradiderunt, de quibus heic pauca.

ЄΝ Κ[υρί]Ѡ (4).

ΚΥΡΙЄ Ο ΠΑΝΤΑ Ι..... ΚΑΙ ΑΓΓЄΛΟΙ ΘЄΟΥ Ѡ ΠΑϹΑ [ψυχὴ] ЄΝ ΤΗ ΣΗΜЄΡΟΝ ΗΜЄΡΑ ΤΑΠЄΙΝΟΥΤΑΙ ΜЄΘΙΚЄΤЄΙΑΣ ΙΝΑ (5).

ΤΟΝ ΘΕΟΝ ΥΜЄΙΝ ΤΟΝ ЄΠΟΥΡΑΝΙΟΝ (6).

ΙΗϹΟΥ ΧΡЄΙϹΤЄ ΒΟΗΘЄΙ ΤѠ ΓΡΑΨΑΝΤΙ ΠΑΝΟΙΚΙ (7).

ΕΝΟΡΚΙΖΟΜ[ε]Θ[α] ΤΟΝ ΠΑΝΤ[ο]ΚΡΑΤΟΡΑ Θ[εὸ]Ν ΠΑ..... (8).

ΔЄϹΠΟΤΑ ϹѠΤΗΡ ЄΥ[δοι μή]ΤΗΡ ϹЄ ΛΙΤΑΖΟΜЄ ΦѠϹ ΤΟ ΘΑΝΟΝΤѠΝ (9).

Κ[ύρι]Є ΜΝΗΣΘΗΤΙ ΤΟΝ ЄΝΤΟ ϹΠΗ[λαὶ]Ο[υ τ]ΟΥΤ[ο]Υ (11).

ΕΞΟΡΚΙΖѠ ϹЄ Ѡ ϹΑΤΑΝΝΑϹ ΚΑΙ ϹΤ[αύρε] ΜΕ ΝΙΨΟ[ν] ΙΝΑ·ΜΗΠΟΤΕ ΚΑΤΑΛΕΙΠΗϹ ΤΟΝ ΤΟΠΟΝ ϹΟΥ ЄΠΙ ΤѠ ΟΝΟΜΑΤΙ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΘЄΟΥ ΖѠΝΤѠϹ (12).

Symbola quae per temporum series apud Latinos digeruntur, uix reperies apud Orientales qui, more Iudaeorum, ab imaginibus abhorrebant. Ἰχθύς quo Romani et latinae Ecclesiae plus aequo fere utebantur, nusquam Orientis reperitur, ne in Abercii uel Pectorii quidem epigrammatibus. Semel tamen Thessalonicae hoc reperitur signum, ex seculo secundo uel tertio tributum (13). Palmae, palumbaeque raro, crux, Christique monogramma nunquam ante quartum seculum adparent (14). Attici neque ἰχθύν neque pastorem nouerunt, sed crucem aut monogrammaticam aut nudam aut mediam inter litteras Α et Ѡ adhibuerunt (15). De Graecia recte dicere possumus quod u. cl. EDM. LE BLANT de Gallia : Roma norma uidetur inscriptionum, caeterisque tradit exemplaria quae ipsa relinquit, eo ipso tempore quo prouinciae imperiales sibi ea accipiunt (16).

Monogramma ☧, constantinianum uulgo dictum, etsi labaro prius est, persecutionum aeuo uidetur fuisse insculptum in quibusdam Graeciae titulis, sed omni temporis deficiente nota, et cum lychni qui eos ferunt, Constantino non sint antiquiores, nihil affirmare ualemus. In Phrygia uero certam temporis notam secum fert, utpote

(1) *Ibid.*, n. 2776.
(2) *Ibid.* nn. 2790, 2791.
(3) *Ibid.*, n. 2783.
(4) *Ibid.*, nn. 2781, 2782.
(5) *Ibid.*, n. 2777.
(6) *Ibid.*, n. 2778.
(7) *Ibid.*, n. 2782.
(8) *Ibid.*, n. 2800.
(9) *Ibid.*, n. 2826.
(10) *Ibid.*, n. 2807.
(11) *Ibid.*, n. 2803.
(12) *Ibid.*, n. 2776.
(13) CUMONT. *op. cit.*, n. 181.
(14) *Ibid.*, p. 11. — BAYET. *l. c.*, p. 58.
(15) *Ibid.*, p. 56.
(16) LE BLANT. *Manuel*, p. 30.

quod titulo Eumeniae includitur circa annum 240. Quinimmo forma qua symbolum heic afficitur (summa hasta fibula carente) initia prima sane ferunt (1). Crux monogrammatica ⳨ in epitaphio Alexandri occurrit (2). Romae reperitur ab anno 355 ad annum 542 et 562, recentius uero in Oriente (3). Hoc uero signum mera est exornatio, aut recentius fuit adiunctum, nam hoc originis documentum est ualde suspectum, nedum sit certum. Crux autem nuda ualde antiqua est. Superiorem locum duorum anathematum tenet (4). eamque forte licet inuenias in hoc uerbo :

Φ
ZΩH
C

(5). In Attica, hoc symbolum antenicaenum esse uidetur (6).

Litteras A et Ω inde ab anno 355 romana epitaphia, gallica ab anno 377, orientalia uero exhibent a quarto seculo uergente. Eis etiam utitur titulus Asiaticus anni 313, sed de illo dubitatur; coniunctae tandem cum monogrammate, in titulo insulae Syri, aetatis ualde remotae merito censetur (7).

Quamuis similes essent formulae, diuersae tamen erant et cuique prouinciae suus erat stylus. Omnia ergo et singula, uel leuiter diuersa, in formulis, symbolis, exornationibus, scribendi modo et dispositione, minutius perscrutanda sunt, nam; pro diuersitate temporum uel locorum exorta, in restituendis textibus nos ducere, et personarum patriam, uel inscriptionum institutionumque aetatem indicare possunt. Formula haec ἔσται αὐτῷ πρὸς τὸν Θεὸν uix intra Phrygiae fines repperitur, non secus ac inuocatio XMΓ (8) cuius exempla Romae, in Phoenice, Athenis, epigraphiae christianae Syriae propria est. Si quaedam ex hac lege discurrunt, itineribus, migrationibusque facillime explicantur.

Haec sylloge continet :

'Εν χυρίῳ (2781, 2782); — εἰρήνη τοῖς παράγουσιν (2790, 2791); — ἐχλεχτῆς πόλεως χ. τ. λ. (2787, 2790); — τὸ χοιμητήριον εἰρήνη πᾶσι τοῖς ἀδελφοῖς [πάσῃ τῇ ἀδελφότητι] (2795, 2796); — ἔσται αὐτῷ πρὸς τὸν Θεόν (2798).

Sunt et alia uocabula, quae a societate christiana uniuersatim sunt usurpata, u. g. πιστός (9), ἀδελφός (10). Antequam titulos Graeciae liturgicos relinquam, quasdam exponam formulas, quibus ob certam temporis notam, nullus est locus in hac sylloge, quasque his temporibus de quibus hic disseritur, prout locus et compositio uolunt, adsignare licet.

KYPI EΛEHCON TON ΔOYΛON COY APXIAN	IE̅H COY [...] BOHOIΠΛ:NIΛ TOYCЄYXOWЄNOYC ЄN THЄKΛH	K KYEΛ EΛΠI ΔIH (11)
Κύρι[ε], ἐλέησον τὸν δοῦλόν σου Ἀρχίαν.	Ἰ(ησοῦ)[ς] ἡ(ὁ)ς [θ](εο)ῦ . . . . Βοή[θ]ι π[ά]ν[τας] τοὺς εὐχο(μ)ένους ἐν τῇ ἐχλη(σία).	K... Κύ[ριε] ἐλ[έησον] ἐλπίδι η...

(1) Mon. Eccl. Lit., n. 2792.
(2) *Ibid.*, n. 2783. Errore monogramma constantinianum posui.
(3) Bayet. *De titulis Atticae christianis antiquiss.*, p. 56 et seq.
(4) Mon. Eccl. Lit., nn. 2789, 2806.
(5) *Ibid.*, n. 2805.
(6) Bayet. *l. c.*, p. 84.
(7) *Ibid.*, p. 93.
(8) Χριστὸς Μιχαὴλ Γαβριήλ.
(9) « Verbum πιστός separatim nonnunquam usurpatur, quum a christianis, tum ab ethnicis, ita ut Waddington (*Voy. archéol.*, n. 2394) de religiosa huius significatione dubitauerit. Adsunt tamen certa exempla quibus demonstretur πιστός rectae fidei professionem indicare (ΠICTOC EK ΠICTΩN, infr. n. 2950, Perret. *Catac.*, t. V, pl. XXI, n. 34; EKOIMHΘH ΠICTH, *Galerie du Vatican*, tab. xvi, n. 9, etc.), praesertimque apud eos qui baptismum adceperant » (Bayet. *l. c.*, p. 99).
(10) « De uerbo ἀδελφοί superuacaneum est dicere, quod et in scriptis et in titulis saepissime occurrit. Memoratur in titulo quodam Phrygio TO KOINON TΩN AΔEΛΦΩN (*Corp. inscr. graec.*, n. 9266). Exstant etiam tituli duo christiani graeci ubi pro fratribus huiusmodi uota inscribuntur » (EIPHNHN EXETE AΔEΛΦOI, de Rossi. *Bull. di arch. crist.*, 1869, p. 27. — XAIPETE KAI EYTYXEITE ΠAPA ΘEΩ AΔEΛΦOI, Dumont. *Inscr. de Thrace*, n° 46, in *Archives des missions*, 1876, p. 134). Bayet. *l. c.*, p. 100 et n. 2.
(11) *Corp. inscr. graec.*, n. 8915.

Nemo est qui titulum hunc Tauricae Chersonesi non conferat cum mentione actuum apocryphorum Clementis Romani (1). Insuper ex litteris Plinii didicimus quanta cum celeritate christianismus, uergente primo seculo, propagatus sit per regiones Ponto uicinas. Crux Christi Tauricam Chersonesum, prae caeteris regionibus, uicisse uidetur. Christiani, qui in illam regionem, ad metalla damnati, ducebantur, libertate fere fruebantur et, sinentibus magistratibus, sedes ad preces faciendas exstruebant.

Aliae duae inscriptiones ex eadem origine, remotissimam redolent antiquitatem. V. cl. RAMSAY quarto seculo tribuit hoc fragmentum, Apameiae in Phrygia, ferens formulam :

ΚΥΡΙЄ ΒΟΗΘЄΙ (2);

quae fusius Thiountae prope Hieropolin occurrit :

ΚΥΡΙЄ ΒϹΗΘΙ ΑΑΑΑΑ
ΜΙΧΑΗΛ Ε ΓΑΒΡΙΗΛ
ΙϹΤΡΑΗΛ ΡΑΦΑΗΛ (3).

IV. — DE FORMVLIS LATINIS

Quod adtinet ad antenicaena tempora, epigraphia latina liturgica trium regionum, Italiae scilicet, Galliarum et Africae circumscribitur limitibus, Hispaniae et Illyrico nihil magni momenti, ceterisque regionibus nihil omnino praebentibus (4). Longius autem nos ab incoepto traheret, dicere quid rationis Roma cum prouinciis de epigraphia habuerit. Alii iam dixerunt. Roma sunt missi primi praedicatores Euangelium nuntiaturi prouinciis (5), alii aliis temporibus, in Italiam primum, mox Carthaginem, tandemque in Galliam, circa annum 250, exceptis tamen Lugduno, Vienna, Augustoduno, quae iam fidem acceperant. Ex hoc uero sequitur ut Roma formulis et symbolis usa sit, et ea reliquerit, prouinciis prior. Iam dixi occidentalem epigraphiam maiori quam orientalem simplicitate gaudere, formulasque christianas lente fuisse adhibitas, ut disciplina mystica, qua fulciuntur, ipsa crescit.

(1) ***Martyrium s. Clementis***, capp. XX-XXV apud FUNK. *Opp. Patr. apostol.* (*ed. altera*), t. II.
(2) RAMSAY. ***Cities and Bishoprics of Phrygia***, n. 397.
(3) ***Ibid.***, n. 404.
(4) Vide tamen n. 2775.
(5) INNOCENTIVS PP. DECENTIO episcopo Eugubino : « ... Quis enim nesciat aut non aduertat, id quod a principe Apostolorum Petro Romanae Ecclesiae traditum est, ac nunc usque custoditur, ab omnibus debere seruari ; nec superduci aut introduci aliquid, quod auctoritatem non habeat, aut aliunde accipere uideatur exemplum ? praesertim cum sit manifestum, in omnem Italiam, Gallias, Hispanias, Africam atque Siciliam, et insulas interiacentes, nullum instituisse ecclesias, nisi eos quos uenerabilis Petrus Apostolus aut eius successores constituerint sacerdotes » (***Epist. XXV ad Decent.***).

CAGINI nostri, magistri memoratissimi, commentariolum haud est omittendum : « Sur cette énumération, DOM COUSTANT fait très à propos la remarque suivante : « Hilarius iis qui una fidei communione ac societate cum Gallis copula- « bantur, librum ***De synodis*** scribens, cum iisdem Germaniae primae et secundae, ***Britanniarumque*** episcopos recenset. « His si adiungantur uariae Illyrici prouinciae quas Innocentius, ***Epist.*** 13, n. 2, suam in eas uicem Rufo committens re- « censet, dioeceseon, quae ad Romanum patriarchatum attinent, satis accurata habebitur enumeratio. Ex ecclesiis autem « ab hoc papa nominatis non desunt qui excipiendam censeant Lugdunensem, quam neque a Petro, neque a successori- « bus eius primum sacerdotem suum accepisse arbitrantur. Sed opinionis huius auctor, a quonam Potinus primus eius- « dem ecclesiae praesul uel ordinatus, uel missus sit, sibi incompertum esse alibi fatetur. » A son tour, le D[r] CERIANI donne, sur ce passage de la lettre d'Innocent, l'important *confirmatur* que voici : « Et si quod Innocentius proclamat de « origine Ecclesiarum occidentalium testimonio indigeret, in ms. syriaco V uel VI seculi, ab edesseno calligrapho con- « scripto, et edito in CVRETON (***Ancient Syriac Documents***, London, 1864, p. 34, Syriace, et 33-34, Anglice), iisdem fere uer- « bis idem repetitur. Eadem exstant in alio ms. syriaco sec. VII-VIII, in alio IX fere, ex quo eadem dedit DE LAGARDE « (***Reliquiae Iuris Eccles. Antiq. Syr.***, 42-43), et in Ebediesu (*Collect. Can. Synod.* in MAI *Script. uet. noua coll.*, t. X, « p. 7 translationis, p. 174 Syr.). Nouitium documentum poterat quis dicere, si in uno Ebediesu exstaret, sed ms. Syrus « Cureton tempore Innocentii fere attingit, et opus ideo est antiquissimum, quod et indoles et eius in aliis partibus indicat. « En locus ex MAI, t. X, 7, ex Syro antiquissimo correctus : *Accepit manum sacerdotalem* (scilicet ordinationem sacer- « dotalem) ***Apostolorum Roma ciuitas, et tota Italia, ac Hispania et Britannia et Gallia cum reliquis aliis regionibus*** « ***finitimis a Simone*** (sic duo uetusti codices, ASSEMANI cum Syro EBEDIESV et DE LAGARDE *ab ipso Simone*, reapse « statim antea eius apostolatus Antiochiae etc. indicatur) *Cepha, qui ascenderat ab Antiochia, et fuit praeceptor ac recto* « (sic in MAI, pressius usum syrum reddunt graecae uoces, quibus uertit DE LAGARDE (ἡγεμὼν καὶ προστάτης) *in Ecclesia* « *quam ibi aedificauerat et in finitimis eius.* Si quid differt hic locus ab Innocentio, hoc est, quod distinctius iste dixit, « *nisi eos, quos uenerabilis apostolus Petrus aut eius successores constituerint sacerdotes* » (A. CERIANI. ***Notitia Liturg.***

Ethnicum typum iam exhibent sequentes laterculi :

(Romae)

DORMITIONI
T·FLA.EVTY
CHIO·QVIVI
XIT·ANN·XVIIII
MES·XI·D·III
HVNC·LOCV
DONABIT·M..
ORBIVS HELI
VS·AMICVS
KARISSIMVS
KARE BALE (1)

(Aubagne, *prope* Massiliam)

Q·VETINAE·EVNOETO
QVI·VIX·ANN·XV·M·III·
VETINII·HERMES ET ACTE
PARENTES·FIL·PIISSIMO·
ET DVLCISSIMO FECERVNT
ET HERMAIS·SOROR LIB·LIBERTAB·POSTERISQ·EORVM (2)

Ex titulo Cataniae deprehendere possumus quantum ethnicae formulae a christianis distent :

ΑΓΑΘΗ
ΕΤΕΛΕΥΤΗСΕΝ
ΕΤΩΝ Ξ ΠΑΡΑ
СΚΕΥΗΤΕС ΘΑΠΟΚΑ
ΛΑΝΔΩΝСΕΠΤΕΜ
ΒΡΙΩΝ ΕΞΕΚΟΜΙСΘΗ
ΔΑΙ СΑΒΒΑΤΟΙС
ΧΑΡΙСΟΥ ΤΩ ΚΥΡΙΩ
ΚΑΙ ΤΩ ΧΡΙСΤΩ (3)

« *Agatha mortua est, annorum sexaginta, feria sexta, nona die post kalendas Septembres. Sepulta est Sabbato. Gratia Domino et Christo* »,

ex alio uero quomodo connectantur, formulis siue ethnicorum siue christianorum propriis simul compositis :

MALLIVS TIGRINVS
OB REFRIGERIVM C[*aris suis*]
DOMVM AETERNAM
VIVVS FVNDAVIT (4)

Ambros..... et eius concordia cum..... Conc. Trident., Milan, 1895, p. 78-79; apud [P. Cagin] *Antiphonarium ambrosianum*, 1896, Avant-propos, pp. 41-42).

(1) M. E. L., n. 2855.
(2) Edm. Le Blant. *Inscriptions chrétiennes de la Gaule*, n. 551 B.
(3) M. E. L., n. 2854.
(4) *Ibid.*, n. 2835.

Hi duo laterculi remotissimae sunt aetatis, quo formulae prorsus christianae nondum sunt, in his locis, tametsi remotum christianismi uidemus indicium; litterae **D.M.** sublatae sunt, neque annus, neque mortis dies indicantur; tria uero nomina, iuxta Romanorum morem, dantur et quis exstruxerit tumulum inscribitur. Iam autem occurrunt **DORMITIONI**, piscis, anchora, eucharisticus panis; Massiliae martyrum titulus perfectior, utpote qui precem et adclamationem continet. Hi tituli referuntur hic, Massiliae, sub tempore Hadriani Augusti, ille uero Romae circa annos 100-130. Formulae igitur, his temporibus, certis fixis uerbis non constabant. Sub hoc uero tempore, epigraphica monumenta multa fiunt Romae, quorum pauca temporis notas ferunt. Simplicitate et breuitate unice gaudent, non ita tamen ut preces prohibeant. Inter omnes formulas, haec fauorem uidetur sibi conciliasse.

Africa : **IN DEO BIBAT**, n. 2813; **IN DEO VIVAS**, n. 2821; **VIBAS IN DEO**, n. 2822; **IN DEO VIBAS**, n. 2824.

Gallia : **VIVAS IN ...**, n. 2831; **VIVAS IN DEO**, n. 2831; **VIVATIS IN DEO**, n. 2833.

Italia : **VIVAS IN DEO**, n. 3848.

Ex titulis heic compositis, comperimus easdem Ethnicorum formulas apud Occidentales perstitisse atque apud Orientales, christianismo iam ualente. In ueteri coemeterio Terni sito inuenimus *refrigerium* et *domum aeternam*.

Hoc tamen tituli multum habent utilitatis quod instituta in medium proferunt. In Africa *area ad sepulcra et cella*, a fidele quodam conduntur et *fraternitati* offeruntur, iuxta morem Ecclesiae nuper a u. cl. DE ROSSI propositum. Immo, ex his titulis discimus uocem *ecclesia fratrum* tertio uergente seculo, usurpatam fuisse, cursus honorum episcopi describitur; martyres coluntur, Spiritus sanctus adoratur, Pater a Filio secernitur :

SALVETE FRATRES PVRO CORDE ET SIMPLICI, n. 2808.

BENE CONFESSI VICERVNT ARMA MALIGNA || PRAEMIA VICTORES CRISTI CORONAM, n. 2809.

ΠΙΣΤΕΥΣΑ[ν]**ΤΙ ΕΙΣ ΘΕΟΝ**, n. 2842.

MISEREAT EI D[*eu*]**S**, n. 2846.

ΕΥΧΟΥ ΥΠΕΡ ΗΜΩΝ, n. 2850.

VIBAS IN DEO || GAVDE SEMPER, n. 2822.

ΔISCESSIT IN P[*a*] **|| CE**, n. 2814.

ΔISCE[*ssit in p*]**ACE ΔO**[*omini n*]**OS**[*t*]**RI**, n. 2815.

SPES IN DEO, n. 2819.

GLORIA IN [*excelsis*] **DEO ET** [*in terra*], n. 2820.

BONO ISPIRITO ..... DEVS REFRIGERET, n. 2823.

REFRIGERET NOS Q[*ui*] **POTEST**, n. 2825.

ΔΕΣΠΟΤΑ ΣΩΤΗΡ || ΕΥ [δοι μή]**ΤΗΡ ΣΕ ΛΙΤΑΖΟΜΕ ΦΩΣ ΤΟ ΘΑΝΟΝΤΩΝ**, n. 2826.

PAX TECVM, nn. 2827, 2828, 2829.

[*re*]**QV**[*i*]**ESQ**[*at i*]**N PACE**, n. 2834.

OB REFRIGERIVM, n. 2835.

SANCTO HISPIRITO .... IN PACE, n. 2839.

IN D[*eo*] D[*omino*] ET SPIRITO SAN[C]TO, n. 2841.

ΕΝΘΑΔΕ ΚΟΙΜΑΤΑΙ ...... ΕΝ ΕΙΡΗΝΗ, n. 2844.

[ε]ΙΡΗΝΗ COI ΕΝ ΟΥΡΑΝω, n. 2845.

ΚΑΤΑΘΕCΕΙC ΕΝ ΠΑΚΕ ☧, n. 2847.

DEO AETERNO PRO SALVTE, n. 2849 (?).

ΕΙΡΗΝΗ ΣΟΙ, n. 2851.

ΕΙΡΗΝΗ ΠΑΣΙ, n. 2853.

ΧΑΡΙΣ ΟΥ Τω ΚΥΡΙω || ΚΑΙ Τω ΧΡΙCΤω, n. 2854.

FL·LATINO·EPISCOPO || AN·III·M·VII·PRAESB || AN·XV·EXORC·AN·XII || ..., n. 2838.

Priusquam *Diasporam christianam* relinquam, facere non possum quin pauca de baptismalium nominum origine dicam, ex auctoritate gallicarum inscriptionum. Sunt enim multa marmora, in Lugdunensi uico Trione reperta, quae coemeterii christiani fuisse uidentur, secundo seculo uergente aut tertio ineunte, quorum duo dili gentius perspicere libet (1). Vnum a ueterano Pontio Gemello uxori Pontiae Martinae dedicatur et exhibet hanc inscriptionem :

HAVE · DVLCITI · GAVDENTIVS

TE . SALVTAT ·

BONIS 🌿 BENE (2).

Fieri potest ut nomina Dulcitia et Gaudentius, quibus saepe, hisce temporibus, christiani utebantur, sin- Pontii et uxoris eius christiana nomina.

Alterius Agathyrso dicati sub epitaphio, haec leguntur :

EVSEBI 🌿 VALE

Eusebius hic nomine baptismali decorari uidetur.

Non semel, tum in Oriente, tum in Occidente, duo iunguntur nomina, quorum alterum baptismatis nominis speciem facit (3).

Si uero titulos quosdam Nicaenis temporibus posteriores referemus, aliquid excusationis habebimus. Hi enim

(1) ALLMER in *Revue épigraphique du Midi de la France* (1886), p. 183, 185, 197 — POIDEBARD in *La Controverse et le Contemporain*, avril 1887, p. 600-620. — P. ALLARD in *La Science catholique*, 15 juillet 1887, p. 524.

(2) P. ALLARD. *l. c.*, p. 526 : « Les derniers mots, BONIS BENE, ne me semblent pas une réponse affectueuse de la défunte à son époux, mais, au contraire, l'affirmation par celui-ci d'une pleine confiance en la béatitude dont elle jouit. BENE est ici, selon moi, l'équivalent de la formule IN BONO, inscrite sur des marbres funéraires où elle a le sens de IN DEO ».

(3) CVMONT. *l. c.*, p. 22, not. 3 : « ... le second [nom] a souvent un aspect chrétien et semble être, non un simple sobriquet, mais le nom choisi en recevant le baptême, p. ex. n° 391 : ΓΕΡΩΝ Ο ΚΑΙ ΚΥΡΙΑΚΟΣ; n. 176, ΑΤΤΑΛΟΣ ΕΠΙΚΑΗΝ ΒΣΑΙΟΣ : n. 209, ΠΑΓΧΑΡΙΟΣ Ο ΚΑΙ ΖΩΤΙΚΟΣ. Ailleurs, il est vrai, la différence n'est pas sensible : n° 215, ΣΥΝΚΛΗΤΙΚΗ Η ΚΑΙ ΤΑΤΙΑ; n° 263, ΠΑΥΛΟΥ ΕΠΙΚΑΗΝ ΔΙΟΥ; n° 140, ΕΥΤΥΧΕ ΕΠΙΚΑΗΝ ΦΑΙΞ (ou ΦΕΛΙΞ pour ΦΗΛΙΞ?), et le n° 221,

tituli, etsi regiones sunt angustae, creberrime eandem formulam liturgicam exhibentes, reperiuntur. Ne igitur inconsulto credas hanc formulam ex liturgia funerum, in hoc loco usurpata, fuisse depromptam.

In Africa saepe reperimus haec uerba :

Sitifis	anno 440 ...	PRECESSIT	*Corp. inscr., lat.*	n. 8634
Orléansville	anno 475 ...	PRECESSIT NOS IN PACE	—	n. 9709
—	2-5 nou. 468 ...	[P]RECESSIT NOS IN PACE. ...	—	n. 9713
—	2 dec. 474 ...	[P]RECES[SIT NOS] IN PACE.....	—	»
Saint-Denys du Sig	anno 429 ...	*qui n*]OS PRECESSIT IN PACE..	—	n. 9751

leuiter mutata ab aliis, seculo anteriori, usurpatis.

Arbal	anno 345 ...	PRECESSIT IN P[AC]E DOMINICA.	*Corp. inscr. lat.*,	n. 9793
—	—	... IN PACE DOMIN[ICA] PRECESSIT.	—	n. 9794

Haud est ambiguum hanc formulam ab ecclesia Romana, a qua Africana est orta (1), illa mutuatam esse liturgiae uerba : *Qui nos precesserunt in somno pacis.*

Imom, in Viennensi, reperimus eandem formulam sex uicibus repetitam :

Merlas	IN SPE RESVRRE[*ctionis mise*]RECORDIAE XPI.	EDM. LE BLANT. *Inscr. chrét. de la Gaule*,		n° 464
—	IN SPE RESVRR[*ectionis*] VITE AETERNAE.	—	—	n° 465
Revel Tourdan	IN SPE RESVREXIONIS MESERECORDIAE XPI.	—	—	n° 467
—	IN SPE RESVRRECXIONES MESERICORDIAE XPI.	—	—	n° 468
Grenoble	[*in spe resurr*]EXIO[*nis miserico*]RDIAE C[*hristi*].	—	—	n° 470ᵃ
—	IN SP[*e resurrectionis*].	—	—	n° 740ᵇ

Quae uero, cum reperimus in documentis merito diuersis quorum ultimum ad apostolicum aeuum pertinet, compertum habemus, ait u. cl. LE BLANT (2). ab Ecclesiae graecae precibus deprompta fuisse. Ex his uero textibus Lugdunensem ecclesiam ex graeca esse origine, merito conicias (3).

MISSA S. JOH. CHRYSOSTOMI : Μνήσθητι πάντων τῶν προκεκοιμημένων ἐπ' ἐλπίδι ἀναστάσεως ζωῆς αἰωνίου (GOAR. ΕΥΧΟΛΟΓΙΟΝ, p. 78).

LITVRGIA XII APOSTOLORVM : Cum spe misericordiae tuae quietem acceperunt omnes defuncti et miserationes a te expectant (RENAVDOT. *Coll. litt. or.*, t. II, p. 173).

LITVRGIA MATTHAEI PASTORIS : Defunctorum qui..... in spe resurrectionis obdormierunt..... (*ibid.*, p. 350).

ACTA S. TARACHI MARTYRIS : Ἔχοντες..... τὴν ἐλπίδα τῆς ἀναστάσεως ἡμῶν (RVINART. *Acta sincera*, § III, p. 427).

MARTYRIVM POLYCARPI : εἰς ἀνάστασιν ζωῆς αἰωνίου (RVINART. *l. c.*, p. 43).

Distributio titulorum liturgicorum, quoad loca, alia nos docet; nam epigraphia saepissime cum historia consentit. Cum autem in omnibus fere regionibus certatur de origine apostolica Ecclesiae cuiusque, melius rationi fauet qui, dubiis praetermissis traditionibus, facta certa resque compertas tantum conligit. Quae epigra-

IA[κῶϐ?] ΤΟΥΝΟΜΑ ΔΕ [π]ΑΟ[λ]ΟΥ(?) ΠΡΟΒΑΤΟΙΣ ΕΠΕΚΑΛΕΙΤΟ. — On trouverait des exemples analogues en Occident. *Corp. inscr. lat.*, XII, 956, OPTATINE RESTICIAE SIVE PASCASIAE; *ibid.*, VIII, 8215, M. CAECILIVS SATVRNINVS QVI ET EVSEBIVS; XIV, 1490, P. TADIVS SATVRNINVS QVI ET STERCEIVS; — ORELLI-HENZEN, I, p. 485, VALENTINAE ANCILLAE QVAE ET STEPHANA..... ASCIA VEL MARIA ».

(1) INNOCENTII PP. *Epist. ad Decent. Eugub.*, § 1.

(2) LE BLANT. *Manuel* etc., p. 93-94. — Cf. DE ROSSI. *Bull. di arch. crist.* (1864), p. 14.

(3) RENAN. *Marc-Aurèle*, p. 342 seq. : « Les relations entre les Églises du haut Rhône et l'Asie devenant de plus en plus rares, l'influence latine environnante prit peu à peu le dessus. Irénée et les Asiates qui l'entourent suivent déjà pour la pâque l'usage occidental. L'usage du grec se perdit; le latin fut bientôt la langue de ces Églises, qui, au IVᵉ siècle, ne se distinguent plus essentiellement de celles du reste de la Gaule. Cependant les traces d'origine grecque ne s'effacèrent que très lentement; plusieurs usages grecs se conservèrent dans la liturgie à Lyon, à Vienne, à Autun, jusqu'en plein moyen âge ». — Cf. CHARVET. *Histoire de la sainte Église de Vienne*, p. 133. — LEBRVN DES MARETTES (le sieur de Moléon), *Voyages liturgiques en France ou Recherches faites en diverses villes du royaume* (Paris, 1718), p. 27. — GODEAU. *Hist. eccl.*, I, p. 290. — TILLEMONT. *Mém. h. e.*, II, p. 343. — MABILLON. *De liturgia gallicana*, p. 280.

phia, non secus ac historia, nobis praebet. Vbicunque enim historia certo tradit ecclesiam fuisse quandam, ibi occurrunt epitaphia quibus ita res confirmatur, ut a nemine et adulterari aut deformari possit.

Rem epigraphicam prouincialem erga romanam debitricem fuisse constat. Circa symbola nullum remanet dubium, circa formulas dicendum quod mutuatio tantum ex parte est. Sed neque cogitetur locutiones urbanas nullas in prouinciis fuisse acceptas. Ita peregrinus quidam aegyptius inter thebanas syringes uerba haec sculpsit fere aberciana :

ЄΙϹ ΡѠΜΗν ὃς ἔπεμψεν
ЄΜЄΝ ΒΑϹΙΛειαν ἀθρῆσαι
ΚΑΙ ΒΑϹΙΛΙϹσαν ἰδεῖν χρυσόσ-
ΤΟΛΟΝ ΧΡυσοπέδιλον
κ. τ. λ.

ΑΝΤѠΝΙΟς
ΘЄѠΔΟΡΟϹ
Ο ΔΙΑϹΗΜότατος
ΚΑΘΟΛΙΚΟϹ Τῆς Αἰγύ
5 ΠΤΟΥ καὶ ΦΟΙΝΙΚΗϹ
ΠΟΛΙΤΗϹ ЄΝ ΤΗ
ΒΑϹΙΛευΟύϹΗ ΡѠΜΗ
ΧΡΟΝѠ ΠΟΛΛѠ
ΔΙΑΤΡΙΨΑϹ ΚΑΙ
10 ΤΑ ЄΚЄΙ ΘΑΥΜΑΤα
ЄΙΔΟΝ ΚΑΙ ΤΑ ЄΝΤΑΥΘΑ (1).

Omnia ueterum epitaphia sub duabus familiis numerantur (2). Priora, quae fortuita dicam, i. e. inelaborata, altera in lapicidarum formulis elucubrata quae recepta dicam. En, fortuiti tituli exemplum de quo Rossivs haec habet : « ... è il titolo sepolcrale d'una fanciullina, che ho ricomposto di dodici pezzi trovati quali nel cubicolo quinto e nella via principale fin dall' anno 1855, quali nelle vie sterrate durante l'ultimo biennio. Le lettere sono allungate, ma di forme classiche; la lingua è latinissima; lo stile le mille miglia lontano da quello, che domina ne' sepolcri del quarto e del quinto secolo.

CHRE·SI·ME·DVL·CIS·SI·MA·ET·MI·HI·PI
EN·*tis*·*si*M·A·F*i*·*lia*·*u*·I·VAS ꟗ IN·DE·O·QVE
RED·DE·DIT·ANN·V·M·VII·D·V·CHRE·SI·MVS·ET
VI·CTO·RI·NA·PA·REN·ꟗ T*e*S· VICTORIA
5 VIVAS IN DEO (3).

« Poscia un altra mano leggermente graffi questo secondo saluto *Victoria uiuas in Deo*. È manifesto, che la fanciulla dai nomi de' due genitori si chiamo *Chresime Victoria*. Il padre Cresimo e la madre Vittoria la salutarono ciascuno chiamandola col nome derivato dal loro proprio : e il saluto della madre fu aggiunto dopo che l'epitaffio era stato inciso. »

Alios habeo titulos, uersibus datos, in quibus lapicidarum sphalmata et carminum cognationes indicant antiquioris epigrammatis uersus adhibitos heinc esse, tanquam formulam pluribus epitaphiis communem.

EVCHARIS·EST MATER·PIVS·ET PATER EST *mihi*
VOS PRECOR O FRATRES·ORARE·HVC·QVANDO VENI*tis*
ET PRECIBVS·TOTIS·PATREM·NATVMQVE ROGATIS
SIT:VESTRAE·MENTIS·AGAPES·CARAE·MEMINISSE
5 VT DEVS·OMNIPOTENS·AGAPEN IN SAECVLA·SERVET

DVL*c*ESSI
*uos precor o fratres o*RARE HVC QVA*ndo*
*uenitis et precibus totis patrem natumque r*OGATIS SI*t uestrae*
*men*TIS SA(*nctae animae*) *me*MIN*iss*E VT D*eus*
*omnipote*NS *m*ARCIA IN *sae*CVLA SE*ruet*

(1) *Archives des missions scientifiques*, 2ᵉ série (Paris, 1866), t. II, p. 484.
(2) Le Blant. *Manuel d'épigraphie*, p. 73-74.
(3) De Rossi. *Bull. di arch. crist.* (1863), p. 82. — Lyckock. *After Death*, p. 96.

Ab permultis textibus hanc demonstrationem repetere perfacile esset, sed pro breuitate illi sane non redacti sunt in unum corpus. Adclamationes innumerae, puta *in pace*, aliaque id genus multa, ad disciplinam dogmatis magis quam ad quadratariorum formulas. Exemplum hoc magis conspicuum est quam ut praetermittatur, quo quadratarius in manifesto fraudis scelere deprehenditur. Typus lectionem RECESSIT proponebat. Duabus ergo prioribus litteris iam excisis, uocem DEPOSITA opifex adgreditur, sed errore comperto rem emendare conatus, ceteris litteris T in finem adiecit et hanc lectionem exhibuit : **REDETPOST.**

En laterculus :

DOMINA MEA VRSA VXSR DVL
CIS QVI VIXSIT CVM MARITV
ANNOS XII ET DIES XXIIII REDE
TPOST PRIDIE CALENDAS DEB
5 **RAS BITALIO POSVIT** (1).

Quod factum, quamuis minimum, plane ostendit quanta cum cura opifices insequerentur exempla. quorum defectus resarcire nequibant. Hoc uero ad historiam formularum epigraphicarum et liturgicarum recte intelligendam multum ualet. Quadratariorum enim cura, emptorum pertinacia et scriptorum studio, ex multis documentis cognitis absque ullo errandi timore possumus uti textibus recentioribus, qui remotioris aetatis lectionem referre non immerito censentur. Scribit Irenaeus :

Ὀρκίζω σε τὸν μεταγραφόμενον τὸ βιβλίον τούτο, κατὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ κατὰ τῆς ἐνδόξου παρουσίας αὐτοῦ ἧς ἔρχεται κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς, ἵνα ἀντιβάλῃς ὃ μετεγράψω, καὶ κατορθώσῃς αὐτὸ πρὸς τὸ ἀντίγραφον τοῦτο, ὅθεν μετεγράψω ἐπιμελῶς, καὶ τὸν ὅρκον τοῦτον ὁμοίως μεταγράψῃς, καὶ θήσεις ἐν τῷ ἀντιγράφῳ.

Adiuro te, qui transcripseris hunc librum, per Dominum nostrum Iesum Christum et per gloriosum eius aduentum, in quo iudicaturus est uiuos et mortuos; ut conferas quod transcripseris, et diligenter emendes ad exemplar ex quo transcripsisti : utque adiurationem istam similiter exscribas, et codici tuo inseras (2).

Seculo posteriori, clarissimus Pamphilus idem curat ut testatur codex Sinaiticus :

ΑΝΤΕΒΛΗΘΗ ΠΡΟϹΠΑΛΑΙΩ
ΤΑΤΟΝΛΙΑΝΑΝΤΙΓΡΑΦΟΝ
ΔЄΔΙΟΡΘΩΜЄΝΟΝΧЄΙΡΙ
ΤΟΥ ΑΓΙΟΥΜΑΡΤΥΡΟϹ ΠΑΜ
5 **ΦΙΛΟΥ · ΠΡΟϹ ΔЄΤΩΤЄΛЄΙ**
ΤΟΥΑΥΤΟΥ ΠΑΛΑΙΩΤΑΤΟΥ
ΒΙΒΛΙΟΥ ΟΠЄΡΑΡΧΗΝΜЄΝ
·ЄΙΧЄΝΑΠΟ ΤΗϹ ΠΡΩΤΗϹ
ΤΩΝ ΒΑϹΙΛЄΙΩΝ ЄΙϹΔЄ
10 **ΤΗΝ ЄϹΘΗΡ ЄΛΗΓЄΝ ΤΟΙ**
ΑΥΤΗΤΙϹ ЄΝΠΛΑΤЄΙΙΔΙΟ
ΧЄΙΡΟϹ ΥΠΟϹΗΜΙεΩϹΙϹ ΤΟΥ
ΑΥΤΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟϹ ΫΠЄΚЄΙΤο

(1) BOLDETTI. *Osservaz. sopra i cimiteri de santi Martiri ed antichi Cristiani di Roma* (1720), p. 429. — LÉON RENIER. *Explication des inscriptions chrétiennes,* apud L. PERRET. *Les catacombes de Rome* (1851-1854), t. VI, p. 169, et t. V, tab., L, n. 26.
(2) Ap. EVSEB. *Hist. eccl.,* l. V, c. XX.

ЄXOYCA OYTѠC :

15 MЄTЄΛHMΦΘH KAIΔIOP

ΘѠΘHΠPOC TAЄΞAΠΛA

ѠPIΓЄNOYC ΫΠ AYTOYΔI

OPΘѠMЄNA · ANTѠNINOC

OMOΛOΓHTHCANTЄBAΛЄ·

20 ΠAMΦIΛOC ΔIOPΘѠCATO

TЄYXOC ЄN TH ΦYΛAKH·

ΔIA THN TOY ΘΥ ΠOΛΛH

KAI XAPIN KAIΠΛATYCMΟ

KAI ЄIΓЄMHBAPY ЄIΠЄΙ

25 TOYTѠ TѠ ANTIΓPAΦѠ

ΠAPAΠΛHCION ЄYPЄIN

ANTIΓPAΦONOYPAΔION (1)

Testimoniis recentioribus, quantum curarent Christiani ut apographa essent accurata, confirmauerim. Ne longius res trahatur, hoc tantum Sidonii Apollinaris referam, quo melius noscatur quam mendosi essent epigraphici textus : « Vide, scribit ille, ut uitium non faciat in marmore lapidicida : quod factum siue ab industria, siue per incuriam, mihi magis quam quadratario, liuidus lector ascribat » (*Epistular.* lib. III, ep. XII). Quadratarii textus epigraphicos, ab emptoribus compositos, ipsi suppeditare studebant, quos non semel scalpentes mendosos scribebant, ex quo fit ut saepe unde uenerint formulae, secernere nequeamus.

V. — DE NOTVLIS LITVRGICIS

Quomodo formulae quaedam, prae ceteris, selectae sint, etsi res ipsa patet, per singulos aetatis gradus statuere nequimus, nam epigraphica res seculo tertio uergente tantum certa fit. Celeberrimae enim formulae maturius inueniuntur, sed cum temporum notis carent, nihil ita certum secum ferunt, ut liturgiam harum aetatum inlustrent. Antiquissimos uero titulos, quanquam lineamenta tantum ostendunt, colligere utile est, utpote qui christiana uocabula praebeant. Mors somno confertur : DORMITIONI, ANAΠAYЄCΘAI· Heic tamen titulos quosdam seculi secundi referre iuuat; quorum unus Hadriani regno tribuitur, alius Antonini, tertius uero Marci Aurelii aut Commodi. Tertius certus est, ceteri autem in dubium uocantur, quia *chrismale* quo decorantur, multo recentioris aetatis uisum est. Stylus uero non ita peculiaris est qui certam faciat auctoritatem, quae notis paleographicis forsan posset inustrari. Hos tamen titulos inter antenicaenos, *propter similitudinem* numerare non dubitamus (2).

(1) TISCHENDORF. *Codex Friderico-Augustanus*, Lipsiae (1846), fol. 19.

(2) BOSIO. *Rom. sotter.*, l. III, c. XXIII. — ARINGHI. *Rom. subt.*, t. I, p. 525. — MABILLON. *Iter Italicum*, p. 135 (ed. Paris., 1724). — IDEM. *De cultu sanctorum ignotorum*, p. 29 (ed. Paris., 1705, in-18). — BOLDETTI. *Osservaz. sopra i cimit.*, lib. I, c. XLIV, p. 233. — MAMACHI. *Orig. christ.*, t. I, lib. II, p. 428; t. III, lib. III, p. 123 (ed. Rom., 1846) : « GVILLELMVS FLEETWOODVS, Praefat. ad partem II *Sylloges Inscript. Veterum*, dubitare se scribit, num genuina, an spuria haec inscriptio sit. Eademque GISBERTI CVPERI in *notis ad cap.* IV, *L. Caecilii, de Mort. persec.*, t. II, *opp. Lactant.*, p. 432 (ed. Paris, an. 1748). Opinio est. Sed cur dubitent, non indicant. At sine ulla ratione dubitare de monumentis antiquis, quae inuenta in cryptis Romae sunt, uelle, hominum est, non ueritatis amore agentium, sed ea, quae ad ueritatem christianae religionis demonstrandam conducunt, euertere cupientium. Nos uero nostris oculis fidem, quam hominibus praeiudicata opinione ductis assensionem adhibere malumus... Non FLEETWOODVS et GISBERTVS CUPERVS (tantum) sed etiam scriptores *Diarii litteratorum Florentiae editi* genuinam esse omnino negant, t. II, par. II, art. IV, p. 129. His accedit FR. ANT. ZACCARIA S. I. in paralipomenis ad epitaphium Flau. Clementis illustratum a patre Vitrio, soc. Iesu presbytero, ut idem ZACCARIA testatur lib. II, t. II, *Stor. lett. d'Ital.*, cap. VII, p. 407. Atque auctores quidem *Diarii* eas inscriptiones (Marii scil. et Alexandri proxime sequentis) tam esse uetustas negant, propterea quod, et lusus uerborum, et stilus repugnent, quo minus antiquae haberi possint. Esse namque sibi persuasum, eorum, qui leuiter etiam uersati in

TEMPORE ADRIANI
IMPERATORIS
MARIVS ADOLESCENS DVX
MILITVM QVI SATIS VIXIT
DVM VITAM PRO CHO CVM SAN
GVINE CONSVNSIT IN PACE
TANDEM QVIEVIT BENEMERENTES
CVM LACRIMIS ET METV POSVERVNT
ID · VI.

Epitaphium Alexandri tempore Seueri Antonini forte referendum. (1).

+
ALEXANDER MORTVS NON EST SED VIVIT SVPER AS
TRA ET CORPVS IN HOC TVMVLO QVIESCIT VITAM
EXPLEVIT CVM ANTONINO IMP · QVI VBI MVLTVM BENE
FITII ANTEVENIRE PREVIDERET PRO GRATIA ODIVM
REDDIT GENVA ENIM FLETENS VERO DEO SACRIFICA
TVRVS AD SVPPLICIA DVCITVR O TEMPORA INFAVSTA
QVIBVS INTER SACRA ET VOTA NE IN CAVERNIS QVIDEM
SALVARI POSSIMVS QVID MISERIVS VITA SED QVID MISERIVS IN
MORTE CVM AB AMICIS ET PARENTIBVS SEPELIRI
NEQVEANT TANDEM IN CAELO CORVSCAT PARVM
VIXIT QVI VIXIT IV · X · TEM.
[*prunae*]

hoc genere sint, pro sinceris easdem inscriptiones habiturum esse neminem. Atqui BOSIVS, ARINGHIVS, FABRETTVS, MABILLONIVS, RVINARTIVS, BVONAROTTIVS, GEORGIVS, BOTTARIVS, aliique, qui pro genuinis eas inscriptiones habuerunt, non leuiter illi quidem antiquitates ethnicas, christianasque attigerunt, sed diu, sed diligenter, sed summa cum laude easdem coluerunt. Quod si uetera epitaphia nulla extarent, quae eiusmodi stilum prae se ferrent, paterer equidem haec non dici solum, sed etiam peruulgari. Verumtamen, quis non uideat quaedam apud GRVTERVM, aliqua apud FABRETTVM, nonnulla apud BOLDETTVM reperiri, quae cum similia horum sint, tum a nemine in dubium reuocantur? Neque uero reiiciendae continuo inscriptiones sunt, in quibus est aliquid singulare; alioquin plures et genuinas et uetustas reiiceremus. Id cum serio cogitasset FR. ANT. ZACCARIA *loc. cit.* (*Stor. lett. d'Ital.*), inscriptiones quidem genuinas esse confessus est, at diu post additum illis monogramma putauit. » Hactenus MAMACHI. *loc. laud.* BARONIVS, *XXI Sept.* — CH. KORTHOLT. *De persecutionibus ecclesiae sub imperatoribus ethnicis deque ueterum christianorum cruciatibus tractatus* (1669), p. 209. — GREPPO. *Trois mémoires sur l'histoire ecclésiastique* (1840), 3e mém., p. 242. — CRVICE. *Histoire de l'Église de Rome sous les pontificats de S. Victor, de S. Zephyrin et de S. Calliste, de l'an 192 à l'an 224. un siècle avant le concile de Nicée*, p. 192. — *Lettre de M. le Chevalier J.-B. de Rossi, membre de la Commission des catacombes, l'un des conservateurs de la Bibliothèque du Vatican, à M***, vicaire général du diocèse de Reims, sur le martyre de S. Venerius*, in *Revue archéol.*, XIII (1856), p. 146 : « Zaccaria en démontra l'authénticité et prouva qu'elle avait été composée à l'époque même du martyre de S. Alexandre. C'est cette dernière opinion qui est aujourd'hui généralement adoptée », p. 173. — WITHROW. *The Catacombs of Rome* (1890), p. 75.

(1) Haec conieci in dissertatione quadam Cf *Dictionnaire d'Archéologie et de Liturgie :* « Au sujet de la mention d'Antonin, je crois qu'il faut l'entendre ici de Sévère Antonin, car on sait que cet empereur entra par une adoption fictive dans la postérité de Marc Aurèle, quinze ans après la mort de celui-ci. Reportée à cette époque, je trouve un rapprochement qui ne laisse pas que de retenir l'attention entre ce témoignage de l'insécurité des catacombes et deux témoignages qui se rapportent à la persécution de Sévère. Tertullien écrit : « Quotidie obsidemur, quotidie prodimur, ne in ipsis plurimum coetibus et congregationibus nostris « opprimimur (*Apologet.*, 7). Scitis et dies conuentuum nostrorum, itaque et obsidemur et opprimimur et in ipsis « arcanis congregationibus detinemur (*Ad nationes,* I, 7). » ARINGHI. *Roma subt.*, t. I, p. 524; t. II, p. 685. — BOLDETTI. *Osservaz.*, p. 232. — MABILLON. *Iter Ital.*, t. I, p. 135. – FLEETWOOD. *Syllog.*, p. 348. — ZACCARIA. *Stor. lett. d'Ital.*, t. II, p. 406, 407; t. XII, p. 410; *De ueter. christ. inscript.*

Tertium epitaphium maioris est ponderis, nam cognitum nobis facit uestiarium aut uestitorem quendam seculo secundo uergente uiuentem; nulluin alium hoc munere tunc temporis fungentem nouimus.

ALEXANDER
AVGG · SER · FECIT
SE BIVO · MARCO · FILIO
DVLCISIMO · CAPVTA
FRICESI · QVI·DEPVTA
BATVR INTER BESTITO
RES·QVI·VIXIT·AN·NIS
XVIII · MENSIBV · VIIII
DIEBV · V · PETO A BOBIS
FRA · TRES · BONI · PER
VNVM · DEVM · NE · QVIS
VII · TITE · LOM[...]
POST MO[...] (1).

Alius titulus, ex paleographicis notis seculo secundo uergenti uel tertio ineunti assignatus, alium praebet ministrum. Fragmentum hoc dubie forsan inicit quod *Liber pontificalis* expressius scripsit.

usu Dissert., cap. III. — MAMACHI. *Orig. christ.*, t. I, p. 433 (ed. Matranga, p. 432). — GEORGI. *Ad martyrol. Adonis*, t. II, p. 486. — LAMI. *De eruditione apostolorum*, p. 221. — ORSI. *Hist.*, t. II, p. 101. — In cod. DONII, p. 583, in 3 uersu, ANTONIO; in 5, FLECTENS; in 9, SEPPELIRI; in ult.: QVI MVLTVM VIXIT IV· X· VII· TEM. — MARINI ap. MAI. *Script. uet. nou. coll.*, t. V, p. 361, 4 et 469. — MAITLAND. *loc. cit.*, p. 40. — WITHROW. *The catacombs of Rome*, p. 77. — LÉON RENIER apud L. PERRET. *Catac.*, t. VI, p. 73.

(1) « Alexander, Augustorum duorum ser(uus), fecit, se [u]iuo, Marco, filio dulcissimo, Caputafricesi, qui deputabatur inter [u]estitores, qui uixit annis XVIII, mensibu(s) VIIII, diebu(s) V. Peto a [u]obis, fratres boni, per unum Deum, ne quis septimum titelo(m) m[olestet] post mor[tem meam] ». Ita u. cl. LÉON RENIER; eiusdem commentarium sequitur : « Les lettres IT du mot FECIT à la fin de la deuxième ligne forment un monogramme. Les suppléments M[*olestet*] et MO[*rtem meam*] sont du chevalier P. E. VISCONTI qui a publié cette inscription dans les *Actes de l'Académie romaine d'Archéologie*, t. VI, p. 43, et qui dit en avoir trouvé les éléments sur la pierre. Le prénom MARCVS, par lequel est désigné le jeune homme à qui elle est consacrée, et la régularité remarquable de l'orthographe, me feraient croire que les deux Augustes dont il est question ici sont Marc Aurèle et son fils Commode. On sait qu'un quartier de Rome mentionné par les régionnaires, portait le nom de *caput Africae;* voyez *Firmicus*, livre III, c. XI, n. 9 et c. XIV, n. 3. Il y avait, dans ce quartier, des écoles qui étaient destinées spécialement aux jeunes esclaves de la maison des empereurs; c'est ce que semblent du moins prouver les inscriptions où sont mentionnés les maîtres de ces écoles, et qui nous montrent dans ces maîtres eux-mêmes, des esclaves ou des affranchis des empereurs. Voy. FABRETTI, *Inscr. antiq.*, p. 296, 257; MARINI, *Arval.*, p. 425; LVPI, *Epitaph. Seuer. mart.*, p. 138 : D. M.||MXVLPIO||AGATHONICO||PAEDAGOGO || ACAPVTAFRI||CE; GRVTER, *Corpus*, p. 585, 6. Notre MARCVS n'était donc pas né dans ce quartier comme le suppose M. VISCONTI, mais il était un des élèves de ces écoles; et c'est peut-être à cause de l'instruction qu'il y avait reçue, qu'on lui avait confié dans la communauté chrétienne les fonctions de *uestitor*, ou de *uestiarius;* car l'emploi du verbe *deputabatur* prouve, comme l'a très bien démontré le savant que je viens de citer, qu'il ne peut être ici question que de fonctions ecclésiastiques. La prière qui termine cette inscription, et qui contient une si remarquable profession de foi PER VNVM DEVM, peut être comparée aux anathèmes prononcés dans la même intention dans l'inscription de Bonusa et de Menna (IACVTII. *De epigramm. ss. Bonusae et Mennae* [1758]). Pour comprendre les mots VII · TITE· LOM, *septimum titulum*, de l'avant-dernière ligne, il faut se rappeler que dans certaines galeries des catacombes, les *loculi* étaient numérotés, et que quelques-uns même n'avaient pas d'autre inscription que leur numéro; voy. VISCONTI, *ouvr. cité*, p. 51 ». — VISCONTI in *Atti delle Accad. rom. di Arch.*, t. VI, p. 43. — BRVNATI. *Musaei Kircheriani inscriptiones* (1837), p. 108. — E. LE BLANT. *Inscript. chrét. de la Gaule, dissert.* 57, p. 120. — DE ROSSI. *Roma sott.*, t. I, p. 107. — LÉON RENIER ap. PERRET. *Les catacombes de Rome*, t. VI, p. 170 seq. — HENZEN. *Inscr. lat. select. coll.*, n° 6371. — WITHROW. *The Catacombs*, p. 64.

uixi T ANNIS XVIII

NOTARIO

uiuas cu / *pax tibi cu* NMAPTVPIBVC (1).

Hic (Clemens) *fecit VII regiones et diuidit notariis fidelibus ecclesiae, qui gestas martyrum sollicite et curiose unusquisque per regionem suam diligenter perquireret* (2).

Hic (Anteros) *gestas martyrum diligenter a notariis exquisiuit et in ecclesia recondit* (3).

(Fabianus) *fecit VII subdiaconos qui septem notariis imminerent ut gestas martyrum* [*in integro*, edit. altera] *fideliter colligerent* (4).

Vocabulis *notarius* et *martyres* appositis, quaedam fingere licet. ROSSIVS his proponit addere uocabula : *uiuas cu*N MAPTVPIBVC uel : *pax tibi cu* N MAPTVPIBVC, quae forsan esse possint uaria lectio pro *uiuas cum sanctis*, qua ministerio defuncti adluditur.

Cuique uero titulos christianos adgredienti cauendum est ne numeret inter ethnicas inscriptiones epitaphia formulas christianas praebentia. Mature enim christiani mores in epitaphiis affirmantur laudibus, quas ethnici non nouerant. Certo igitur hi tituli christiani censendi sunt, etsi nec uerbum, nec signum praebeat quod fidei sit professio. Alterum e numero cryptochristianorum esse optime censuit u. cl. HIRSCHFELD, de quo in sylloge mea fusius habui.

IVLIO TIMO
THEO · QVI VI
XIT ℘ P · M · ANNIS
XXVIII · ℘ VITAE · IN
NOCENTISSIME
DECEPTO · A LATR
ONIBVS CVM
ALVMNIS · N · VII
OTACILIA NARCI
SA COIVGI DVL
CISSIMO (5).

TERRENVM CORPVS CAELESTIS SPIRITVS IN ME
QVO REPETENTE SVAM SEDEM NVNC VIVIMVS ILLIC
ET FRVITVR SVPERIS AETERNA IN LVCE FABATVS

(1) M. E. L., n. 2858. — Cf. DE ROSSI. *Bull. di arch. crist.* (1880), p. 28.
(2) *Liber Pontificalis* (ed. DVCHESNE), t. I, p. 123.
(3) *Ib.*, p. 147.
(4) *Ib.*, p. 148, et Introduction, pp. C-CI.
(5) « Nè la paleografia regolare di questo titolo nè la forma sua materiale, oblunga nel senzo dell' altezza, ci invitano ad aggregarlo a quelli del sepolcreto cristiano, ciò nondimeno il diffetto di dedicazione DIS MANIBVS e la formola VITAE INNOCENTISSIME potrebbero farlo verisimilmente credere memoria piuttosto cristiano, che pagana. Se è cosi, Guilio Timoteo sarà stato uno dei Cristiani disseminati per questa contrada ed isolamente sepolti, prima che qui fosse istituito il cimitero di Generoso. Il ch. HENZEN ha divulgato quest' epigrafe insieme ad altre sepolcrali pagane, tutte del secolo terzo o dei principii del quarto; e le narra trovate tra i ruderi del sepolcreto cristiano quivi adoperate come materiali per costruire le arche, e tolte ai vicini monumenti sepolcrali della via campana o portuense e del diverticolo, che indi saliva per l'erta del colle presso il bosco degli Arvali » (DE ROSSI. *Roma sotter.*, t. III, p. 683 ex HENZEN, *Scavi nel bosco degli Arvali*, p. 103).

De cryptochristianis cf. O. HIRSCHFELD. *Zur Geschichte des Christenthums in Lugdunum vor Constantin* in *Sitzb. Akad. Wissensch.* (Berolin., 1895, p. 26 seqq.). — Cf. CVMONT. *Les inscript. chrét. de l'Asie Mineure*, p. 9-10 : « La transformation du vieux style lapidaire s'observe bien en Occident dans les deux cimetières de Clusium », in Etruria. — Cf. *Corp. inscr. lat.*, t. XI, p. 403-410, u. g. : D. M. ‖CAESIA. BENIBOLA‖..... DEP[*osita*] (2536). — Cf. LIVERANI. *Spicil. Liberianum*, p. 776, in commentario ad 3ᵐ et 4ᵐ inscript. — Pro Aegypto, uide CARL SCHMIDT. Das christlich-koptische Formular finden

Hae notae P· M· — i. e. *P[lus] M[inus]* — christianismi sunt indicia, nam haec temporis incuria moribus repugnat ethnicorum qui, dum infans nascebatur, minima astrorum tempora notabant, astris in uita tota plurimum ualentibus. Ex hoc efficitur ut plurimi christianorum tituli uitae spatium *scrupulose* computent (1).

wir erst auf den Grabsteinen vom sechsten Jahrhundert aus ausgebildelt (ap. CVMONT. *l. c.* et infra, p. 28, not. 2). Sufficiens erit titulus lugdunensis a u. cl. DE BOISSIEV mire inlustratus :

....ΠΕΝΤΑΔΙ

BONAE MEMORIAE ET SPEI AETERNAE
SPIRITV QVOQVE INCOMPARABILI FE
LICIAE MINAE FEMINAE RARISSIMAE
CASTITATIS EXEMPLI ADFECTIONIS PLE
NAE ERGA OMNES HOMINES IVLIVS PRI
MITIVS DEC CCC AVG LVG CONIVGI INCOM
PARABILI QVAE VIXIT ANN XXXIII MENS V
DIES IIII SINE VLLA QVERELLA SIBIQVE
VIVVS FECIT ET SVB ASCIA DEDICAVIT

ΥΓΕΙΑΝΕ ΛΟΓΓΟΓΟΣ

[ascia]

« [Ce monument] offre des traces de christianisme plus apparentes; on ne peut cependant pas le ranger encore avec toute certitude parmi les monuments des familles chrétiennes..... On trouve l'épithète *castissima* dans un certain nombre d'inscriptions évidemment païennes; mais la charité du chrétien qui s'étend à tous les hommes, *adfectionis plenae erga omnes homines*, est une vertu étrangère aux doctrines religieuses de l'antiquité; la phrase même qui l'exprime ici est tout entière empruntée au langage de la foi nouvelle. Il en est de même des mots *spei aeternae*, qui n'appartiennent pas au style nécrologique du paganisme. COLONIA rapporte cette inscription au commencement du IIIe siècle..... ceux qui les premiers nous l'ont fait connaître *de visu* disent tous qu'on trouvait gravés, en caractères fort altérés par le temps, quelques mots grecs inexplicables : à gauche le fragment πενται et à droite υγειαινε λουρι (GRVTER) ou λογγογος (BELLIÈVRE). On ne peut reconnaître dans cette apostrophe que le *uale* des Latins, exprimé par le mot υγειαινε pour υγιαινε. Quant à l'expression qui suit, elle a été évidemment mal lue, et aucun monument, à ma connaissance, de même qu'aucun lexique, ne permet de la restituer. La première moitié du mot, dans la leçon de BELLIÈVRE, semblerait indiquer un composé ou un dérivé de λογγων, λογγονος, nom de la pierre d'amarre à laquelle les anciens attachaient les vaisseaux dans le port. C'est un trop faible indice pour supposer que l'apostrophe exprimait à peu près cette pensée : « Adieu, toi qui es dans le port! » pensée toute chrétienne, et qui, sur les tombeaux des premiers fidèles, est souvent indiquée par la représentation symbolique de l'ancre ». Hactenus *de Boissieu*.

BELLIÈVRE. *Lugdun. prisc.*, 92, « *édition des bibliophiles* ». — GRVTER. *Corp. inscr.*, CCCCXXIV, 4. — MÉNESTRIER. *Histoire civile ou consulaire de la ville de Lyon* (1696), p. 82. — SPON. *Recherches des antiquités de Lyon*, 69. — PARADIN. 426. — SYMEONI *cod.* u. c. BREGHOT DV LVT. 55. — DE RVBYS. lib. I, c. XI. — COLONIA. *Hist. litt. de la ville de Lyon*, Ire part., 103. — GREPPO. *Lettre à M. le docteur Labus* (Lyon, 1838). — DE BOISSIEV. *Inscr. antiq. de Lyon* (1846-1854), p. 151 seq. — *Corp. inscr. lat.*, XIII, 1916 : [χαίρε] Πεντάδι; — ὑγείαινε Λου[ξ]ούρι. — *Corp. inscr. gr.*, 6796. — KAIBEL. *Inscr. gr. Sic.*, 2528. — LE BLANT. *Inscr. chrét. de la Gaule*, 86 B, 86 C. t. I, p. 4, 172. 174. — HIRSCHFELD in *Revue lyonnaise*, I, 184.

Aliud haud est omittendum monumentum :

NOBILIS TIB
CAESARIS AVG
SER. AEQ. MONET
HIC ADQVIESCIT
IVLIA ADEPTA CONIVX
ET PERPETVA FILIA D. S. D.

IVLIA ADEPTA
HIC ADQVIESCIT
L. IVLIVS CVPITVS
MATRI ET SODALES
DE SVO ET PERPETVA
FIL

Nobilis Tib[erii] Caesaris Aug[usti] (libertus) ser[uator] aeq[uitatis] monet[ae]
Hic adquiescit. Iulia Adepta coniux et Perpetua filia d[e] s[uo] d[ederunt] uel d[edicauerunt].

« SYMÉONI a reproduit la forme et les ornements de la pierre sur laquelle (l'inscription) était gravée; or cette pierre était couronnée par un tympan, ou fronton à plein-ceintre, dans lequel étaient sculptées deux colombes se faisant face, et séparées par un ornement semblable à une rosace ou à une fleur à cinq feuilles. De plus, dans le corps de l'inscription, la perpendiculaire du T final de *monet* est prolongée de manière à former avec les potences de la même lettre la figure d'une croix, sans que rien justifie ou explique cette figure, qui paraît ici un emblème et non une ligature ou un accouplement de lettres. Nous ne sommes pas aussi bien renseignés sur la tombe de Julia Adepta; cependant SPON, sans entrer dans d'autres détails, dit que les deux monuments étaient de la même pierre, de la même forme, d'une grandeur égale et de caractères tout semblables : il y a donc lieu de supposer qu'ils offraient les mêmes ornements symboliques; or, ces ornements, rapprochés du style de la légende funéraire, ne permettent pas de douter que Nobilis et sa femme ne fussent chrétiens ». Hactenus *de Boissieu*.

Titulus : NOBILIS. — PARADIN. *Hist. de Lyon*, 441 (inde GRVTER. *l. c.*, DLXXXIII, 8). — BELLIÈVRE. *Lugdunum priscum*, 118. — SPON. *Recherches*, 22. — MÉNESTRIER. *Hist. cons.*, 98. — COLONIA. *Hist. litt.*, Ire partie, 36. — DE BOISSIEV. *Inscr. ant.*, p. 280.

Titulus : IVLIA. — SPON. *Recherches*, 231. — *Miscellanea eruditae antiquitatis*, 171. — MÉNESTRIER. *l. c.*, 98. — DE BOISSIEV. *l. c.*, p. 280 seqq.

(1) *Scrupulus* enim est quaedam temporis mensura.


BENEMERENTI · IN · PACE
SILVANA · QVAE · HIC · DORMIT
VIXIT · ANN · XXI · MENS · III ·
HOR · IV · SCRVPVLOS · VI
DEPOS · IX · KAL · IVLIAS...
QVI IN (1).

DONATA · DONATI ET TERTVLLAE
FILIA VIXIT · ANN · III · MENS · XI·
DIEB · XXIIII · HOR · VII S · ANTE DIEM
IIII · DECESSIT · X · K · OCTPER · EXIIT
ET MANET IN PACE (2).

Vocabulis *in pace, depositus,* plane affirmatur christiana fides.

ΗΡΠΑΓΗ ΑΝΤΩΝΙC ЄΤΩΝ ς ΜΗΝΑC Θ
ΗΜЄΡΩΝ ΙϚ (3)

Idem ualet merum columbae symbolum aliaque non pauca.


SEVERINE FILIAE BENEME
RENTI FECI QVE ISTETIT
IN SECVLO ANNIS NII E DIES NX (4).

M
ΛΟΥΚΙΟC ΦΛΑΒΙΟC
ΚΛΑΔΟC ΖΗCΑC
CΤΗ · ΟΖ ·
ΩΡΑΝ ΜΙΑΝ
ΚΑΙΡЄΙΝ ΤΟΙC ΑΝΩ (5).

Nonnunquam ethnicorum et christianorum inscribendi modi una miscentur, natiuitatis hora simul et baptismi dies notantur, necnon et astrorum tempora quibus sacramentum a christiano fuit acceptum.

A·Ω· PVER NATVS·DIVO·IOVIANO AVG ET·
VARRONIANO·COSS·ORA·NOCTIS·IIII·INVXIT·
VIII·IDVS MADIAS·DIE·SATVRNIS·LVNA·VIGESIMA·
SIGNO CAPI[*c*]ORNO·NOMINE·SIMPLCOVS· (6).

(1) « Chez les Romains, comme l'a fait observer le savant M. Le Clerc (*Journaux chez les Romains*, p. 198), le jour de la naissance était noté sur un registre spécial. A côté de cette constatation intéressante au point de vue civil (Pardessus, *Mém. de l'Acad. des inscriptions*, t. XIII, p. 266 et suiv.), la croyance à l'influence des planètes faisait relever avec soin jusqu'à la dernière circonstance astronomique du moment où l'enfant venait au monde (de Rossi, *Inscript. christ. urb. Romae*, t. I, n° 172; Allmer, *Découverte dans l'église de Saint-Pierre de Vienne*, p. 21 : SED INIQVA STELLA ET GENESIS MALA, etc.). Il est donc rare de trouver dans les inscriptions païennes la mention PLVS MINVS, qui indique l'incertitude sur l'âge des défunts (Fabretti, p. 588, 589). L'exactitude dans les constatations devait disparaître plus tard. En même temps que la sénilité de Rome, les invasions barbares vinrent détruire les vieux usages; le christianisme, pour lequel l'heure de la mort importait plus que celle de la naissance, condamna la foi à l'influence des astres (Tertull., *De idolol.*, c. XIX; S. Augustin, *Confess.*, VII, VI; S. Chrysost., *In Epist. ad Cor. Hom. V*, éd. de Montfaucon, t. X, p. 32A). Alors seulement devint fréquente la formule de doute PLVS MINVS, dont la multiplication, au temps du Bas-Empire, est peut-être attribuable aux deux causes simultanées que je viens d'indiquer » (E. Le Blant. *Manuel d'épigr. chrét.*, p. 25, not.). — Fabretti, p. 96 et 182, 185. — Mabillon. — *De cultu SS. Ignotorum,* p. 30 (ed. Paris., 1705). — *Corp. inscr. lat.*, XI, I, 1513, « Pisis ».

(2) M. E. L., n° 3260.

(3) Ἡρπαγη Ἀντωνις ἐτῶν ς', μῆνας θ', ἡμερῶν ις'; Raptus est Antonius, annorum VI, mensium VIIII, dierum XVI (L. Perret. *Catac.*, t. V, tab. LVI, n. 5).

(4) Aringhi. *Roma subterr.*, t. I, p. 524.

(5) M. E. L., n° 3373.

(6) « Si calculus diligens ineatur, uero anno aerae uulgaris trecentesimo sexagesimo quarto, VIII Idus Maias, die Sabbathi, hora IV noctis, surgebat ab horizonte ortiuo, simul cum luna uigesima, gradus 16° 21' 11'' Capricorni. Quare illi anno assignetur necesse est consulatus Jouiani et Varroniani. Et ne quid in lapide desideres, praeter elegantiam, puritatemque sermonis; ibi Jouianus DIVI appellatione nominatur, utpote qui iam a. d. XIV Kal. Martias eius anni. in consulatu diem suum obierat » (Lvpi. *loc. infr. cit.*). — Boldetti. *Osservaz.*, lib. I, cap. XIX, p. 84. — Bianchini (Fr.). *Praefatio ad Anastasium bibliothecarium,* t. II, p. LXVIII. — Lvpi. *Epit. Seuer.*, p. 18.

Sensim uero christiani mores uincunt.

I POSTVMIVS·EVTHE[*n*]ION·FIDELIS·QVI·GRATIA
X SANCTA·CONSECVTVS·PRIDIE·NATALI·SVO·SEROTINA
Θ HORA·REDDIT·DEBITVM·VITE·SVE·QVI·VIXIT
Y ANNIS·SEX·ET·DEPOSITVS·QVINTO·IDVS·IVLIAS·DIE
C IOVIS·QVO·ET·NATVS·EST·CVIVS·ANIMA
N CVM·SANCTOS·IN·PACE·FILIO·BENEMERENTI
POSTVMI·FELICISSIMVS·ET·EVTHE
NIA·ET·FESTA·AVIA·IPSEIVS (1).

Res autem prorsus mutantur, cum mortis circumstantiae eadem cura notantur ac olim natiuitatis.

CONSVLATV.M.F.STILICHONIS
SECVNDO CC DEPOSITVS · PVER
HELIAS ARGENTARIVS SEPTVMV
KAL · NOBEMBRES · DIE BENERIS ORA QVARTA
QVI · BIXIT · ANNIS · TRIGINTA · ET · QVINQVE · ET DIES
VIGINTI · ET · TRES · BENEMERENTI IN PACE (2).

Ethnicorum formulae DOMVS AETERNA, SOMNO AETERNALI, NEMO IMMORTALIS ad christianos sensus item accommodantur, ex quibus uidere licet quam facile uerba quibus luctuosissima paganismi dogmata exprimuntur, dulce remunerationis expromant dogma.

*in fi*NEM × SAE
*culi fe*LICITA
*sibi d*OMVM
*aetern*AM × SE
*uiua pa*RAVIT (3).

CE
IN PA
AVRELIO·FELIQ QVI BIXIT CVM COIVGE
AN·NOS·XVIII DVLCIS IN COIVGIO
BONE MEMORIAE BIXIT·ANNOS LV
RAPTVS ETERNE·DOMVS·XII KAL·IENVARIAS (4).

(1) Lin. 2 : EVTHERION (Boldetti); lin. 3 : DEDITVM (Bold.); lin. 7 : LVTKENIA (Bold.), EVTHENIA (Fabretti, Léon Renier). — Boldetti. *Osservaz. sopra i cimit.*, p. 58. — Fabretti. *Inscr. antiq.*, p. 329, nº 485. — Bvonarotti. *Vetri antichi*, p. 17. — Perret. *Catac.*, t. VI, p. 96.

(2) Grvter. *Corp. inscript.*, p. LIII, 4. — Thomas. Lydiat. *In Canonib. chronolog.* — Scaliger. *De emendatione temporum.* — Petavivs. *De Ratione temporum*, l. XII, c. XLVI. — Idem. *Rationarius*, pars altera, lib. IV, cap. XIII. — Floravantes Martinellvs. *Roma ex Ethica sacra* (1668, ed. alt.), p. 256. — Fleetwood. *Syll.*, p. 413. — Lvpi. *Epitaph. Seuer.*, p. 19 seqq.

(3) De Rossi. *Roma sott.*, t. III, p. 456.

(4) Marangoni. *Acta S. Victorini*, p. 127. — Mvratori. *Thes.*, p. MDCCCXXXVII, 10. — L. Renier apud Perret. *Catac.*, t. VI, p. 146, et t. V, tab. VIII, n. 13.

FLORENTINA
QVAE VIXIT ANNOS XXVI
CRESCENS FECIT
VENEMERENTI ET SIBI ET
SVIS DOMV AETERNA
IN PACE (1).

Formula NEMO IMMORTALIS non iam tristissime sonat, sed abnegationem sui ab Euangelio praescriptam significat :

ΘΑΡΟΙ ΑCΚΜЄ
ΟΥΔΙC ΑΘΑ
ΝΑΤΟC

Θαρ[σε]ῖ Ἄχμε, οὐδὶς ἀθάνατος (2).

Mutationis huius diuersa tempora haec epitaphia forsan exhibent :

ΠΑΡΘЄΝΙC	AGAPE VIBES
ЄΝΘΑΔЄΚЄΙ	IN ETERNVM (4).
ΤΑΙ ΑΓΗΡΑΤΟC	
ΑΘΑΝΑΤΗΤЄ (3).	

Calocaeri uero epitaphium completam esse doctrinam ostendit, ibi enim « ψυχή ἀθάνατος » legis :

ΗΙΟЄΟΝ ΚΑΛΟΚΑΙΡΟΝ ЄΧЄΙ
ΤΟΔЄ CΗΜΑ ΛΙΠΟΥCΗC
ΨΥΧΗC ΑΘΑΝΑΤΟΥ
CΩΜΑ ΝЄΟΙΟ ΚΟΡΟΥ
CΠЄΥΔЄΝ ΟΔΟΝ ΘЄΙΗΝ
ΓΑΡ ΑΠΟΠΡΟΛΙΠΟΥCΑ
ΜЄΡΜΝΑC
ΠЄΥΚЄΔΑΝΟΙΟ ΒΙΟΥ
ΩC ΑΝΙΗ ΚΑΘΑΡΗ (5).

Hunc tumulum Calocaerus habet, iuuenilibus annis,
Immortali anima membra sinente sua;
Nam properauit iter diuinum; et ut iret ad altum
Pura, his se curis tristibus expediit.

(1) FABRETTI. *Inscript. domest.*, p. 114 — MARCHI. *Monumenti delle arti cristiane primitive*, t. I, p. 117.

(2) *Bono animo esto, Acme, nemo immortalis.* Lin. 1 : Ἄσχαλε, ita MARINIVS. « Le C qui suit la première lettre de ce mot est le résultat d'une erreur du graveur, qui, s'étant aperçu qu'il avait mis un O au lieu de cette lettre dans le premier mot de l'inscription, a voulu réparer sa faute en la mettant ici. Cf. MARINI, *Iscriz. Albane*, p. 29 et 30; *Arval.*, p. 340 ». Ita L. RENIER. — MARINI. *Iscriz. Albane*, p. 130. — L. RENIER apud PERRET. *Catac.*, t. VI, p. 158, et t. V, tab. XXXI, n. 78.

(3) *Virgo hic iacet, senectutis et mortis expers.* « Qui titulus, scribit LVPIVS, uidetur desumptus ex illo Phocylidis : Ψύχη ἀθάνατος, καὶ ἄγηρος ζῇ διὰ πάντος : *anima uero immortalis et non senescens, uiuit in perpetuum* ». — LVPI. *Epitaph. Seuer.*, p. 17. — MVRATORI. *Thes.*, p. MCMLVIII, 2, aliter transtulit : « Virgo heic iacet senectutis expers atque immortalis ».

(4) PERRET. *Catac.*, t. V, tab. XXV, n. 47.

(5) MACARIVS (L'HEVREVX). *Hagioglypta, siue picturae et sculpturae sacrae antiquiores* (1856). 155-156. — WINGHIVS *cod.*, p. 141 apud MACARIVM (ed. GARRVCCI). — *Corp. inscr. graec.*, n° 6241.

Hanc autem formulam Iudaei ipsi usurpauerunt. Hoc factum, breuiter heic notatum, fusius euoluam, cum de alia formula, Christianis Iudaeisque communi, disseram.

ΕΝΘΑΔΕ ΚΕΙΤΑΙ ΝΕΙΚΟΔΗΜΟΣ Ο ΑΡΧΩΝ
ΣΙΒΟΥΡΗΣΙΩΝ ΚΑΙ ΠΑΣΙ ΦΕΙΛΗΤΟΣ
ΑΙΤΩΝ Λ ΗΜΕΡ ΜΒ ΘΑΡΙ ΑΒΛΑΒΙ
ΝΕΩΤΕΡΕ ΟΥΔΕΙΣ ΑΘΑΝΑΤΟΣ (1).

Adclamationem hanc celeberrimam apud Ethnicos, Christiani sibi acceperunt :

ΘΑΡΟΙ, ... ΟΥΔΙΣ ΑΘΑΝΑΤΟΣ (2).	
ΘΑΡΙ, ... ΟΥΔΕΙΣ ΑΘΑΝΑΤΟΣ (3).	**ΘΑΡΣΕΙ, ... ΟΥΔΕΙΣ ΑΘΑΝΑΤΟΣ.**
ΘΑΡΣΙ, ... ΟΥΔΙΣ ΑΘΑΝΑΤΟΣ (4).	
ΘΑΡΣΙ, ... ΟΥΔΕΙΣ ΑΘΑΝΑΤΟΣ (5).	

(1) *Hic iacet Nicodemus, princeps (synagogae) Suburrensium et ab omnibus dilectus, triginta annorum, quadraginta duarum dierum. Bono animo esto, innocens iuuenis, nemo immortalis.* Ex musaeo Kircheriano. De Suburra (Σιβουρρα) uide PLVT. *Quest. Rom.*, 97.

Heic pauca tantum afferam exempla circa hanc percelebrem formulam christianam ἐν εἰρήνῃ quae apud Iudaeos non semel reperitur.

ἐν εἰρ]**ΗΝΗ** [ἡ κοίμη]**ΣΙΣ ΑΥΤΟΥ** (GARRVCCI. *Cimitero degli antichi ebrei scoperto recentemente in vigna Randanini, illustrato per Raffaele G.*, Roma, 1862), p. 30.

ΕΝ. . . . . ΑΥ. . . , p. 31.
DORM[*i*]**TIO TVA IN P**[*ace*], p. 31.
EN IRENE AE CYMESIS SY, p. 31.
EN IRENE QVI MESIS SV, p. 31.
ΕΝ ΕΙΡΗΗΗ · Η · ΚΟΙΜΗΣΙΣ ΣΟΥ, p. 33.
ΕΝ ΙΡΗΝΗ Η ΚΟΙΜΙΣΙΣ ΣΟΥ, p. 34.
ΕΝ ΙΡΗΝΗ Η ΚΟΙΜΗΣΙΣ ΣΟΥ, p. 34.
ΕΝ ΕΙΡΗΝΗ ΚΟΙΜΗΣΙΣ ΣΟΥ, p. 34.
ΕΝ ἀγαθο**ΙΣ,** p. 35.
DORMI[*tio*] **TVA I**[*n*] **BONIS,** p. 35.
ΕΝ ΙΡΗΝΗ Η ΚΟΙΜΗΣΙΣ ΣΟΥ, p. 42.
ΜΕΤΑ ΤΩΝ ΔΙΚΕΩΝ Η ΚΥΜΗΣΙΣ ΑΥΤΟΥ, p. 35.
ΕΝ ΙΡΗΝΗ Η ΚΟΙΜΗΣΙΣ ΑΥΤΟΥ, p. 43.
DORMITIO TVA INTER DICAEIS, p. 44.
ΕΝ ΕΙΡΗΝΗ ΚΟΙΤΗ ΣΟΥ, p. 45.
ΕΝ ΕΙΡΗΝΗ ΟΙ ΚΥΜΙΣΙΣ ΣΟΥ, p. 47.
ΕΝ ΙΡΗΝΗ Η ΚΟΙΜΗΟΙΣ ΣΟΥ, p. 48.
ΕΝ ΕΙΡΗνῃ ἡ κοίμησις **ΑΥΤΩΝ,** p. 51.
EN HIRE*n***E E CYMECIC AVTOES,** p. 52.
ΑΙΝ ΙΡΗΝΗ ΚΟΙΜΗΣΙΣ ΣΟΥ, p. 52.
ΕΝ ΕΙΡΙΝΙ ΚΥΜΙΣΙΣ ΑΥΤΗΣ, p. 54.
ΕΝ ΕΙΡΗΝΗ ΟΙ ΚΥΜησις **ΑΥΤΟΥ,** p. 54.
ΕΝ ΙΡΗΝΗ Κοίμησις αὐτῆς, p. 55.
ΕΝ ΙΡΗΝΗ Η ΚΟΙΜΗΣΙΣ ΣΟΥ, p. 55.
ΜΙΜΗΣΩ ΠΑΤΕΡ τῶν τέκνω**Ν ΤΩΝ** σου μετὰ **ΔΙΚΑΙΩΝ,** p. 56.
CN ΕΙΡΗ ΟΙΚΥΜΙΣ ΑΥΤΟΥ, p. 59.
ΕΝ ΕΙΡΗΝΗ · Η · ΚΟΙΜΗΣΙΣ ΣΟΥ, p. 60.
ΕΝ ΙΡΗΝΗ Η ΚΟΙΜΗΣΙΣ ΣΟΥ, p. 60.
ΕΝ ΕΙΡΗν**Η ΚΟΙΜΗΣΙΣ ΣΟΥ,** p. 61.
ΕΝ ΙΙΗΝΗ Η ΚΟΙΜΙΣ·Σ ΣΟΥ, p. 61.
ΕΝ Ειρήνῃ **Ε ΚΥΜ**ησις αὐ**ΤΟ**ῦ, p. 62.
ΕΝ ΕΙΡΗΝΗ Η ΚΥΜΙΣ ΑΥΤΗΣ, p. 62.
ΕΝ ΕΙΡΗΝΗ ΚΥΜΙΣΙΣ ΑΥΤΗΣ, p. 63.
ΕΝ ΕΙΡΗΝΗ Η ΚΟΙΜΗΣΙΣ ΣΟΥ, p. 67.
ΚΑΛΩΣ ΚΟΜ ΟΥ ΜΟΤΑ ΤΩΝ ΔΙΚΕΩΝ, p. 68
ΕΝ ΕΙΡΗνῃ ἡ **ΚΟΙΜΗΣΙΣ ΣΟΥ,** p. 68.
ΕΝ ΕΙΡΗΝΗ Η ΚΟΙΜΗΣΙΣ ΣΟΥ, p. 69.
ΕΝ ΙΡΗΝΗ Η ΚΟΙΜΗΣΙΣ ΑVΤΗΣ, *Corp. Inscr. lat.*, t. IX, 6197.
ΕΝ ΕΙΡΗΝΗ ἡ κοί**ΜΗΣ**ις **Α**ὐ**ΤΟΥ,** *ibid.*, 6202.
ΕΝ ΙΡΗΝΗ ΚΟΙΜΗσις αὐτ**ΟΥ,** 6240.

(2) Cf. supr. titul. Ἄχμε.
(3) Supr. tit. Νεικοδήμου.
(4) M. E. L., n. 2987.
(5) M. E. L., nº 3283. Οὐδεὶς ἀθάνατος frequens in partibus Orientis, Syriae scilicet, Cyrenaicae, insularum, Siciliae, Vr-

Vocabulum ὁ βίος ταῦτα, diu quidem absconditum, sed abhinc quinquaginta annos enodatum, quod in finem inscriptionum sepulchralium, uel latinarum diu fuit a recto sensu detortum et ad uitam christianam accomodatum.

BHPATIOYC NIKATOR
ΛΑΖΑΡΙΗ ΚΑΙ ΙΟΥΛΙΗ
ΚΑΙ ΟΝΗCΙΜΗ ΚΟΝ ΦΙΛΙΟΥC
BENEMEPENTЄC
OBI OCTA YTA
⳨ ⳨ (1).

Frustra laboraret qui christianum sensum deprehendere tentaret in his formulis SOMNO AETERNALI et DIS MANIBVS SACRVM, quae siue corporum resurrectioni, siue Dei unitati repugnant. Qui uero ausi sunt subtilius quam sapientius fecerunt (2). Formula uero D·M· a pluribus pro D(*eo*) M(*agno*) habetur, cum in christianis tumulis occurrit (3). Haec uera opinio mera est coniectura, non confirmatur factis. Hoc autem maxime titulo secundi seculi inlustratur. In officinis suis, quadratarii monumenta funeraria iam expedita seruabant, quibus, nondum emptis, temporis redimendi causa, inscribebant D·M·, quod postea complerent, prout emptor uoluerit. Seculo secundo uergente, cum paganismus iterum uigeret, et ethnicis oraculis mouerentur, christiani relligionem a gentilitate prorsus separare statuerunt. Nonnunquam factum est ut notae D·M· titulo iam inscriptae eraderentur ab emptore.

D M
AGATONICV[*s*]
VICTORIAE
CONIVGI
BENEMERENTI
FECIT (4).

Sed inualescente tempore, haec ad manes inuocatio exoleuit, nec quicquam notae aliud esse uidebantur quam mera formula cuius primitiuus sensus omnes fallebat, nec aliud nominibus ex diis depromptis quibus homines uel hebdomadae ferias nominarent, contigit.

Veteres christianos, tanquam huius mundi rerum parum curiosos nobis effingimus. Ex hoc tamen epitaphio patet illos pulchritudinis non fuisse incuriosos :

NIMIVM CITO DECIDISTI
CONSTANTIA MIRVM
PVLCHRITVDINIS ATQVE
IDONITATI QVAE VIXIT ANNIS
XVIIII · MEN · VI · DIE · XVI
CONSTANTIA IN PACE (5);

bis, Galliarum, cum Θάρσι, εὐψύχι, εὐμύρι, εὐθύμι, μὴ λύπου. Cf. GRVTER. *Corp.*, 752, 2; 933, 11. — AMICO. *Catana illustrata*, pars III, p. 275. — BOLDETTI. *Osservaz.*, 382, 390. — BVONAROTTI. *Vetri*, p. 169. — DONI. *Inscr. ant.*, p. 525, 8. — MARINI. *Inscr. Alb.*, p. 129; *Arval.*, p. 342. — OSANN. *Syllog.*, 421, 585. — LE BAS. *Inscriptions grecques et latines recueillies en Grèce*, 5e cahier, p. 190. — DE SAVLCY. *Voyage en Syrie*, pl. II, p. 282. — VETTORI. *De septem dormientibus*, p. 47. — WETZSTEIN. *Inschriften*, n. 148. — FRANZ. *Elemente epigr.*, p. 342. — LE BLANT. *La Question du vase de sang* (1858), p. 22-24. — RENAN. *Mission de Phénicie*, p. 183, 184, 369. — WADDINGTON. *Inscr. de Le Bas*, III, 1829, 1897. *Corp. inscr., graec.*, 4463, 4467, 4468, 5200, 5200b, 6501,6523b, 9666. — EDM. LE BLANT. *Tablai égyptiennes à inscriptions grecques*, nos 21, 22, 23, et *Rev. archéol.* (1875), XXIX, pp. 311-312.

(1) Cf. MARINI. *Villa Albani*, p. 97 et seq. — FRANZ in *Corp. inscr. graec.*, n. 6460. — L. RENIER ap. PERRET. *Catac.*, t. VI, p. 187, et t. V, tab. LXXVII, n. 1. — M. E. L., n. 2883.

(2) Cf. CAVEDONI. *Cenni sopra alcune iscriz. crist. della regenza d'Algeri*, p. 17.

(3) Vide infra, comm. ad n. 2935.

(4) DE ROSSI. *Bull. di arch. crist.* (1865), p. 40.

(5) ARINGHI. *Roma subt.*, t. I, p. 502. — Cf. E. LE BLANT. *Les persécuteurs et les martyrs*, ch. V; *Le culte de la beauté au temps des persécutions*, pp. 45-50. — M. E. L., n. 3004.

et alio in loco (nº 3297) : ЄΝΘΑΔЄ ΚЄΙΜЄ..... ΗΔΙϹΤΟΥ ΠΑΤЄΡΟϹ ΚΑΙ ΜΗΤЄΡΟϹ ЄΥΜΟΡΦΙΗϹ.

Interdum dolor exprimitur uerbis quae magistro uitae et mortis parum parcent. Saepe enim occurrunt haec formulae : CONTRA VOTVM uel CONTRA MENTEM;

DEPOSSO · EIVS · VI · KAL ·
IANVAR · FLORENTINVS ·
QVI · ODVIT · DOLENS · ANIMO
FECIT · PAX · TECV (1).

Immo non semel probationem, quasi sit iniusta, aegre patiuntur.

ANIMA DVLCIS · IN
CONPARABILI FILIO QVIXIT
ANNIS · XVII NON · MERITVS · VITA
BEDDIT · IN PACE DOMINI (2).

INNOCENTISSIMAE ETATIS
DVLCISSIMO FILIO
IOVIANO QVI VIXIT ANNOS VII ☧
ET MENSES · VI NON MERENTES
THEOCTISTV[illegible]TIIALLVSA PARENTES (3).

Qui uero de christianorum epigraphica re scribere tentant, ethnicorum formulas prius cognoscere debent, ne dubia christianismi signa pro certis habeant. Textum perscrutans, ad ea quae praetermittuntur ne secus ac quae dicuntur diligenter adtendas, nam christianorum epigraphia ab ethnicorum praesertim secernitur, omissionibus scilicet D·M·, trium nominum, generis, conditionis, patriae et tumuli conditoris. Plurima tamen ex hac lege discurrunt. Occurrunt enim mentiones sequentes :

D.M.S. : Boldetti. *Osservaz.*, p. 462. — Lvpi. *Epitaph. Seuer.*, tab. IX, nº 2, p. 57. — F. Becker. *Ein Beitrag zur Kenntniss des Christlichen Alterthums* (1881), 68 pp.

SOMNO HETERNALI : Boldetti. *loc. cit.*, p. 463 (M. E. L., n. 2133).

Tria nomina : T·FLA·EVTYCHIO (nº 2855); CEΠTIMIOC·ΠΡΑ[ιτέξεστ]ΑΤΟ[ς κ]ΑΙ Κ[ιλικνός] (nº 2857); M·ANTONIVS·RESTVTVS (nº 2860); M.AVRELIO SECVNDO (nº 2901).

Patria : ΓΑΛΑΤΗϹ ΧѠΡΙΟΥ ΜΟΥΛΙΚΟΓΓΙΟϹ (nº 3291); ΑΥΡ·ΑΙΛΙΑΝΟϹ ΠΑΦΛΑΓѠΝ (nº 3343); ΓѠΡΔΗΑΝVΥϹ ΓΑΛΛΗΕ ΝΥΝϹΗΥϹ (nº 3263).

Genus : ΑΥΡ[ήλιος] ΞΑΝΘΙΑϹ ΠΑΤΗΡ ΤΕΚΝѠ ['Ηράκλιτος] (nº 2863; PASTO[*r et t*]INIANA E[*t*] MARCIANA ET CHR[*e*]ST[*e mar*]CIANO FILIO (nº 2870); STATILIA ALEXANDRA..... FILIA ALEXANDROS (nº 2874); FILVMENVS·VARRONIAE FOTINE·FILIAE SVAE (nº 2885); ΟΥΡΑΝΙΑ·ΘΥΓΑΤΗΡ·ΗΡѠΔΗϹ (nº 2887). Cfr. nºˢ. 2890, 2996, 3033.

Conditio : AVRELIVS PRIMVS·AVG[*usti*]·LIB[*ertus*]·TABVL[*arius*] (nº 2890); IANVARIA·ALVMNO BENEMER. (nº 3133); QVI DECESIT DIE MAN[*u*]MES[*sionis*] (nº 3480); ΠЄΤΡΟϹ ΘΡЄΠΤΟϹ (nº 3412); AVGG. SER[*uus*] (nº 3446); FORTVNIONI..... FECERVN[*t*] DOMINI SVI (nº 4247).

(1) « Qui tumulum ponit FLORENTINVS se appellat QVI ODVIT; qui scilicet CONTRA VOTVM uel CONTRA MENTEM (ut lapides alii tum ethnici, tum christiani clarius loquuntur) extremum hoc officium superstes persoluit. Id ostendunt uoces quae sequuntur DOLENS ANIMO FECIT » (Lvpi. *Epitaph. Seuer.*, p. 174).

(2) *Lin.* 3-4 : uita(m) [r]eddit..... (Boldetti. *Osservaz.*, p. 55, 388, 419. — Bvonarotti. *Vetri antichi*, p. 167. — Lvpi. *Epitaph. Seu.*, p. 171, not. 4. — Mvratori. *Thes.*, p. MDCCCLXV, 3. — Pellicia. *De christianae Ecclesiae politia*, t. III, p. 278. — Léon Renier apud L. Perret. *Catac.*, t. VI, p. 176, et t. V, tab. LXI, n. 1).

(3) « Les lettres de cette inscription sont celles des monuments de l'époque des Antonins ». Ita L. Renier, qui lin. 5 uertit in : THEOCTISTV[*s et*] T(H)ALLVSA... (Léon Renier ap. Perret. *Les catacombes de Rome*, t. IV, p. 157, et t. V, tab. XXVII, n. 61).

Professio : ΠΑΚΑΤΑ.....ΘΡΕΠΤΕΙΡΑΝ (nº 3019); MEDICVS (nº 3046); ZONISVS CVRSOR (nº 3480); NYNCHYC (nº 3263); ΙΑΤΡΟΥ (nº 2986); ΕΥΝΟΥΧΟϹ (nº 3125); ANCHΛΛΑ (nº 3263); ΙΑΤΡΟϹ ΧΡΙϹ-ΤΙΑΝΟϹ (nº 3357).

Res militaris : AVRELIANVS QVI MILITAVIT CENTVRIO AN XXX (1); TITIANVS MILES (nº 3009).

Qui tumulum posuit : FILII PRO PIETATE POSVERVNT (nº 2876, cf. n. 2877); VXOR FECIT (nº 2999); PATIR BENEMERENTI FECIT FELIE (nº 3000); FECIT PATER (nº 3002; cf. 3016, 3023).

Illa tantum referuntur ne fines instituti operis excedamus. Raro autem hierarchiae sacrae, latissimo sensu sumptae, gradus omittuntur.

Catechumenus : ΑΝΕΠΑΥϹΑΤΟ ΟΝΗϹΥΜΗ ΚΑΤΗΧΟΥΜΕΝΗ (MARANGONI. *Act. S. Vict.*, p. 74; M. E. L., nº 3356).

Neofitus : DP· CYRIACETIS ..... QVE NEOFITA MORTVA EST (nº 3032); IOVIO ..... NOF (nº 3235); FELICI ..... NEOFITVS (nº 3253).

Neofitus iam in albis : [*conc*]ORDL (i. e. : *i*)A[*n*]A D[*e*]P[*ositis*] STOLIS SVIS (*albis in sepulcro*) (nº 3472).

Fidelis : VRCIA FLORENTINA FIDELIS (nº 3198).

Pueri oblati : NVTRICATVS DEO CRISTO MARTVRIBVS (nº 3469).

Vidua : VENERIGINE MATRI VIDVAE QVE SEDIT VIDVA ANNOS LX ET ECLESA NVMQVAM GRAVAVIT·VNIBYRA. (nº 3068); DAFNEN VIDVA T Q T CVN VIX[*erit annos* .....] ACLESIA NIH[*il*] T GRAVAVIT (nº 4237); VIDVA... FELICISSIMA (nº 4240); OCTAVIAE ..... VIDVAE DEI (nº 3417); ϹΕΜΠΡΟΝΙΑ ΓΥΝΗ ... ΜΟΝΑΝΔΡΟϹ (nº 2978).

Virgo Dei : VRSA VIRGO (nº 3199). VICTORIA BIRGO DEI;

Seruus Dei : CVRRENTIO SERVO DEI (nº 3252); ΔΟΥΛΗ ΗΝ ΙΗ ☧ (nº 2885); ἐν ΗΗ ☧ ΚΑΡΠΟϹ ΔΟΥΛΟϹ ΘΕΟΥ (nº 2891).

Copiata : [III-IV sec.]

ΛΟΝΓΙΝϢ
ΚΟΠΙΑϹΑΝ
ΤΙ ΙϹ ΤΑΥΤΑ
ΤΑ ΧϢΡΙΑ ЄΠЄ
ΓΡΑΨЄΝ ΧΡΥϹΗϹ
Η ϹΥΝΒΙΟϹ ΑΥ
ΤΟΥ

Λονγίνῳ κοπιάσαντι εἰς ταῦτα τὰ χωρία...

Longino qui laborauit per haec loca...

(DE ROSSI. *Roma sotterr.*, t. III, p. 534.)

[IV-V sec.] ☧ [*ascia fossoria*]

DEBESTVS MONTANARIVS
QVI LABORAVIT PER OMNIVM
CLIMITERIVM·MERITVS FECIT

Lin. 3-4, lege : *per totum coemeterium.*

(DE ROSSI. *Rom. sotterr.*, t. III, p. 534).

Fossor : FRIGIANVS ET HERCVLEVS FOSSORES RVFIO FOSSORI (nº 3224); FELICI FOSSORI (nº 3225); FELIX FOSSARIVS (nº 3231; cf. nºs 3239, 3240, 3241, 3244, 3245, 3246, 3247).

(1) Vide EDM. LE BLANT. *Inscript. chrét. de la Gaule*, t. I, p. 85.

Notarius : ... NOTARIO (nº 2858).

Vestitor : MARCO ..... QVI·DEPVTABATVR INTER BESTITORES (nº 3446).

Praepositus : B. M. VLPIO CANDIDO ..... EX PP ET CLERICO (REINESIVS. *Syntagma*, p. 993, CCCCXIII) [*Tortonae*].

Ostiarius : VRSATIVS VSTIARIVS (GRVTER. *Corp.*, p. MLXI, 6) [*Treuiris*] (?); MVRELIVS IA[*nitor* (?), melius : *ianuarius*] (nº 3250).

Lector : FAVOR LECTOR (nº 3099); VLPIVS LECTOR (nº 4242). CLAVDIVS ATTICIANVS LECTOR;

Exorcista : MACEDONIVS EXORCISTA (nº 3022); SENTIVS RESPECTVS EXSORCISTA (nº 4194) [*Clusio*]; BASSIL|IANVS AESSORCISTA (nº 4241); PAVLVS EXORCISTA (nº 3078).

Acolythus non seiungendus est ab hypodiacono : AGATIO SVBD
'PECCATORI
MISERERE DS
(MARCHI. *Monum.*, t. I, pp. 239, 246, 262).

HYACINTVS ACOLITVS (nº 3122).

Diaconus : FL. SECVNDINO ..... MINISTRATORI CHRESTIANO (nº 3115); [illegible] IVS DIACO [illegible] (nº 4250); VRBICVS ET BALERIVS DIACON (nº 3197); DIACONVS (nº 2877).

Didaskalos : ΖΩCIMOC ΔΙΔΑCΚΑΛΟC (nº 3001).

Presbyter : ΔΙΟΝΥCΙΟΥ ... ΠΡΕCΒΥΤΕΡΟΥ (nº 2986); ARCHELAI ET DVLCITI PRESBB (nº 2905).

Episcopus : PETRVS EPISCOPVS (nº 2916).

Hic Romanorum episcoporum tituli congerere iuuat :

ΟΥΡΒΑΝΟC ☧ Ε[πισ];
ΑΝΤΕΡΩC ☧ ΕΠΙ;
ΦΑΒΙΑΝΟC ☧ ΕΠΙ ☧ *MTP*;
CORNELIVS ☧ MARTYR ☧ EP ☧;
ΛΟΥΚΙC { (επισ.);
ΕΥΤΥΧΙΑΝΟC ☧ ΕΠΙC;
ΓαιοΥ ☧ ΕΠΙ.

Papa : IVSSV PP SVI MARCELLINI (nº 2877).

Nihil melius inlustrat quantum christianismus a paganismo distet. Paganismus enim de morte, nunc cum desperatione, nunc cum lepore, loquitur.

OSSA NICENIS HIC SITA SVNT·
SVPERI·VIVITE·VALETE·
INFERI·HAVETE·RECIPITE NICENEM (1).

(1) EDOARDO BRIZIO. *Pitture e sepolcri scoperti sull' Esquilino nell' 1875*, n. 473.

DECIPIMVR VOTIS
ET TEMPORE FALLIMVR
ET MORS DERIDET CVRAS
ANXIA VITA NIHIL (1).

Notae S. T. T. L (*sit tibi terra leuis*) quae saepissime occurunt, antiquitatem lepide redolent. Nonnunquam epitaphia transeuntis uotum exhibent :

FVISTI · VALE (2).

T · LOLLIVS POSITVS PROPTER VIAM VT DICANT PRAETERIENTES · LOLLI · AVE (3).

Laudes saepissime usurpantur a christianis : SINE VLLA QVERELA, SINE VLLA CONTVMELIA, SINE LAESIONE ANIMI, SINE VLLA OFFENSA, SINE VLLO STOMACHO, SINE IVRGIO, SINE VLLA BILE, SINE LITE MOLESTIA. BENEMERENTI, DVLCIS INCOMPARABILIS, RARISSIMI EXEMPLI, INNOCENTISSIMVS, SANCTISSIME.

Accurate cauendum est ne formulis quae plus minusue christianismum sapiunt, inconsulto decipiamur.

VI. — DE TITVLORVM VSV LITVRGICO

Omnes fere christianae inscriptiones trium primorum seculorum inter epitaphia numerantur. Christianismus enim cum primum uiguit, modum quo praesens et futura uita conciperetur prorsus mutauit, duabus nouis de immortalitate animae et corporum resurrectione, opinionibus adhibitis. Praesentis uitae miseria cum futurae felicitate fuit collata. Quibus factis, christiani mox ut lucifuga natio habentur. Cum perfecti esse studerent, profanos arcebant per uitam, illosque etiam a se post mortem prohibebant, sociosque suos qui tumulum cingerent, sedulo seligebant :

MONVMENTVM VALERI M
ERCVRI ET IVLITTES IVLIAN
I ET QVINTILIES VERECVNDES LI
BERTIS LIBERTABVSQVE POSTE
RISQVE EORVM AT RELIGIONE
M PERTINENTES MEAM HOC A
MPLIVS IN CIRCVITVM CIRCA
MONVMENTVM LATI LONGI
PER PEDES BINOS QVOD PERTIN
ET AT IPSVM MONVMENT (4);

(1) GRVTER. *Corp.*, 677, 12.
(2) *Corp. inscr. lat.*, II, 3676, 3689, 3690.
(3) ORELLI-HENZEN. 4737.
(4) *Corp. inscr. lat.*, VI, 10412. — DE ROSSI. *Bullett. di arch. crist.* (1865), p. 53 seq. ubi gentilium titulos, eadem ormula insignitos, describit : D·M· ‖ C·CIRRIVS·ARTEM[*as*] ‖ VIVVS·COMPARAVIT SI[*bi*] ‖ ET LIVERTIS LIBERTA ‖ BVSQVE POSTERISQV[*e*] ‖ AEORVM ; — alia : D·M·S· ‖ M·AVRELIVS·AVGG·LIB·PRIMVS·ET FVRIA·CHRYSIS·SE·VIVI·FECERVNT· ‖ SIBI·ET·SVIS·LIBERTIS·LIBERTABVSQVE.POSTERISQVE ‖ EORVM etc.; — alia : D·M· ‖ VIBA·FECIT ‖ AVRELIA·MARCIA ‖ SIBI·ET·MARGARIDAE CAESARIS·N·VERNAE ‖ CONIVGI·MEO·ET LIBERTIS ‖ LIBERTABVSQVE·POSTERIS ‖ QVE·EORVM. Circa formulam AD RELIGIONEM PERTINENTES MEAM haec habet u. cl. DE ROSSI, *loc. cit.*, p. 92 : « Novissima è questa formola nella profana epigrafia; e pure l'infinita

et alibi :

M ꟿ ANTONI
VS ꟿ RESTVTV
S ꟿ FECIT ꟿ YPO
GEV SIBI ꟿ ET ꟿ
SVIS ꟿ FIDENTI
BVS IN DOMINO (1).

Hoc studium causa fuit quod catacumbae uel areae conditae sunt, quae ceterum ob duas alias rationes mox multae factae sunt : 1° Relligionis unam qua duce, multi tumulationem ad sanctos sibi quaerebant; 2° necessitatis alteram, cum, ut loca secreta peterent ad sacra facienda, christiani cogerentur.

[*be*]NEMERENTI IOVINE QVE CVM COI[*u*
GEM SVVM HABVIT ANNOS V ET D[*e*
CESSIT ANNORVM XXII QVE CONPA[*ra*
BIT SIBI ARCO[*s*]OLIVM IN CALLISTI AT DOMN[*um*
DEPOSITA [*d*]IE III IDVS FEBRVARIAS
CAIVM FECIT COIVGI SVAE MERENTI IN PACE·

Pietas in sanctos epitaphiis trium primorum seculorum inlustratur; exemplorum copia est.

Nunc uero notam u. eruditiss. Francisci Zaccariae commentationem insequar, textibus tamen epigraphicis antenicaenorum temporum, pro textibus ab illo susceptis, mutuatisque sine discrimine ab omnibus seculis nono prioribus.

copia e varietà di antichi epitaffi, che conosciamo, hanno messo in piena luce i diritti dei sepolcri presso i Romani. Ed in fatti niun vestigio appare nella sepoltura pagana del concetto d'ammissione o d'esclusione a solo titolo di communione religiosa; anzi quel concetto contradice alla naturadell' antico politeismo, che riconosceva non una religione vera escludente come false ed empie tutte le altre, ma le *religioni* delle nazione, della città, delle famiglie. Forse un pagano non disse mai *religio mea* nel senso assoluto, che notiamo in questa formola. *Religio* era il timore ed il culto della divinità; talchè *religio mea, tua, sua, uestra, nostra,* significava piuttosto in genere la pieta religiosa, che l'adozione et la professione costante d' una speciale forma di culto e di fede..... Nè si creda che *religio mea* possa significare un sodalizio di iniziati a misteri, un *tiaso*, un collegio di cultori di questo o quel dio. Conosciamo dalle iscrizioni i *religiosi* della Madre Magna : ma fino ad oggi non consta, che verun collegio sia stato chiamato *religio;* e l'essere ascritto od iniziato a qualsivoglia di siffati sodalizi non escludeva le altre *religioni,* in guisa che quella sola del sodalizio potesse essere appellata *religio mea* dall' aggregato. In fine coteste congreghe nulla avevano di commune con i sepolcri famigliari, nè di contrario ad essi ed al loro naturale diritto. Fa d' uopo ricorrere alla religione giudaica e cristiana per trovar la ragione escludente alcuni membri della famiglia dal sepolcreto gentilizio. Gli Ebrei ed i Cristiani e vivi e morti aborrivano dalla communione religiosa coi profani ed infideli. E la clausula, che i liberti ed i posteri sieno ammessi nel monumento, purchè *pertinentes ad religionem* del fondatore, è chiaro indizio costui essere stato od Ebreo o Cristiano. S' egli fu Ebreo, la solennità di quella clausula non può desatre maraviglia veruna. I Giudei ed i professanti il giudaismo come furono liberi in vita di seguire la loro religione legalmente riconosciuta, come nell' epitaffio poterono senza dissimulazione veruna nominare la *religio Iudaica,* così poterono con pari legalità citarla nel testamento od in qualsivoglia altro atto solenne, per prescriverne le leggi al sepolcro..... Quella formula : AD RELIGIONEM PERTINENTES MEAM, in Roma fu legalmente giusta ed efficace per il sepolcro d' un Ebreo quasi in ogni secolo. Per il sepolcro però d'un Cristiano soltanto prima della neroniana persecuzione ebbe intero valore; potè probabilmente essere adoperata anche dopo morte Nerone fino alla persecuzione di Domiziano; e forse dopo morto costui sotto Nerva e negli esordii dell' impero di Trajano. Passati i primi anni del secolo secondo, quando il rescritto di Trajano a Plinio nettamente decise la relligone cristiana essere illecita, quella clausula così chiara ed aperta negli atti legali concernenti i cemeteri dei fideli divenne impossibile; e fu d' uopo ricorrere alle formole e cauzioni da me spiegate nel discorso sul testamento scoperto in Basilea. Che si mi si chiederà quale opinione io tenga intorno all' epigrafe in ispecie di villa Patrizi, se ad un cristiano o ad un giudaico sepolcro io l' attribuisco; risponderò, non essere facile il pronunciare sentenza definitiva. Mi sembra però probabile quella essere epigrafe cristiana ».

(1) De Rossi. *Bull. di arch. crist.* (1865), p. 95 : « Così dentro il cemetero istesso di Domitilla il classico titoletto di Marco Antonio Restituto c' insegna ch' egli fece l'ipogeo SIBI ET SVIS, ma con la restrizione FIDENTIBVS IN DOMINO, cioè purchè *cultori della fede cristiana* ». — M. E. L., n. 2860.

« Iam ea percurramus, quae de christianae relligionis decretis in maiorum nostrorum monumentis reperimus. Qua in re, uti decet, a Deo Optimo Maximo initium ducamus ». Dei unitatem et sanctitatem hae produnt inscriptiones :

DEO SANC ☧ VNI
☧ **LVCI TE** ☧
CVM PA
CE [*bonus pastor*]

CASSVS·VITALIO QVI VIXIT
ANN·L·VIII MENSIBVS XI
DIES·X·BENME·FIL·FECERVNT
IN PACI QVI·IN VNV DEV
CREDEDIT IN PACE
☧ (nº 3070).

. . . . PETO A BOBIS
FRA·TRES·BONI·PER
VNVM·DEVM·NE·QVIS
VII·TITE·LOM
POST MO (nº 3446).

Omnipotentiam et generationem lapides testificantur.

DEO PATRI OMNIPOTEN
TI ET XPO EIVS E SANCTIS
MARTYRIBVS VRINO
ET HERCVLA MNI
ORA GRATIA MVS
NEVIVS ZARI T
CONSTANT
RIA SIBI FE nº 3382).

VOS PRECOR O FRATRES·ORARE·HVC·QVANDO VENI[*tis*]
ET PRECIBVS·TOTIS·PATREM·NATVMQVE ROGATIS
SIT·VESTRAE·MENTIS·AGAPES·CARAE·MEMINISSE
VT DEVS·OMNIPOTENS·AGAPEN IN SAECVLA·SERVET (nº 2894).

Nec non Dei summitatem et regnum.

MARITVS · BIRGINIAE SVAI
FECIT QVE VIXITI ANNV XXXXV
QVOD SVMMITAS DEDIT ADSIGNABIT
BENEMERENII IN PACE ☧ (nº 3102).

Ο ΠΑΤΗΡ ΤΩΝ ΠΑΝΤΩΝ·ΟΥϹ ЄΠΟΙΗϹΗϹ·Κ̄·
ΠΑΡЄΛΑΒΗϹ·ЄΙΡΗΝΗΝ·ΖΩΗΝ·Κ̄·ΜΑΡΚЄΛΛΟΝ
·ϹΟΙ ΔΟΞΑ·ЄΝ ☧ ⚓ (nº 2899).

Quae ad Trinitatem adtinet inscriptio, haec est notatu dignissima; si u. cl. ARINGHIO fides habenda est, uerba EVSEBIVS IN FA hunc in modum sunt interpretanda : EVSEBIVS INDIGNVS FAMVLVS et ad Eusebium romanum pontificem († 309, 310) referenda :

▨NOMINE DEI PATRIS OMNIPOT▨IS ET DOMINI NOSTRI IESV ☧ FIL▨
▨ANCTI PARACLETI EVSEBIVS INFA▨. . . . .
(nº 3424).

. . . . ▨*credidit in*
CRISTVM IESV*m uiuit* (?) *in patr.*
ET FILIO ET ISP*iritu sancto* (nº 3071).

(Supplementa sunt Rossii.)

De Dei Paracleto rara sunt testimonia sed praestantissima :

ΠΡΩΤΟϹ
ЄΝ ΑΓΙΩ
ΠΝЄΥΜΑ
ΤΙ ΘЄΟΥ
ЄΝΘΑΔЄ
ΚЄΙΤΑΙ
ΦΙΡΜΙΛΛΑ
ΑΔЄΛΦΗ
ΜΝΗΜΗ
ϹΧΑΡΙΝ (nº 3353).

CAR KYRIACO
FIL DVLCISSIMO
VIBAS▨N SPIRITO SAN*(cto)* (nº 3321).

Heic de monogrammate disserit ZACCARIA, sed de chrismali et re omni symbolica alibi, in altero scilicet uolumine, opportunius disseremus. Adde iam quae de Christo conceptis uerbis expressa in Christianorum elogiis legimus. Occurrunt tituli : VIBAS IN DOMINO ZESV (nº 2940); IN XPO SANCTO (nº 3016); ΑΓΙΑΝ ЄΝ ΧΡΙϹΤΩ (nº 3019); VALE IN ☧ (nº 3028); DEI SERVVS ☧ ΙΧΘΥϹ (nº 3033); VIVAS IN DEO ☧ (nº 3044); ΖΗϹΑΙϹ ЄΝ ΚΩ (nº 3055); PAX DOMINI ET ☧ (nº 3061); ЄΝ ΚΩ ΗΜ[ῶ]Ν θεῷ (?) ΧΡιστῷ (nº 3069); [*credidit in*] CRISTVM IESV[*m*] (nº 3071). Inter praestantissimas libenter notabo :

ΔΗΜΗΤΡΙϹ·ЄΤ·ΛЄΟΝΤΙΑ
ϹЄΙΡΙΚЄ·ΦЄΙΛΙЄ·ΒЄΝЄΜЄΡ
ΤΙ·ΜΝΗϹΘΗϹ·ΙΗ·ϹΟΥϹ
Ο ΚΥΡΙΟϹ·ΤЄΚΝΟΝ (nº 3349).

Linea 3-4 : Μνησθῇ σ[ου] Ἰησοῦς ὁ κύριος, τέκνον.

. . . .
ЄΙϹ ЄΩΝΑ ΜЄΤΑ ΤΩ
Ν ΑΓΙΩΝ ΑΥΤΟΥ ΤΟ
ΨΥΧΙΝ ЄΝ ΟΝΟΜΑ
ΤΙ·Ι·ΗϹΟΥ·☓ . . . . (nº 3368).

In aeternum cum sanctis eius anima
in nomine Christi Iesu.

AEQVITIO IN ☧ DEO INNOFITO
BENE·MERENTI QVI·VIXIT
AN·XXVI·M·V·D·III·DEC·III·NON·AVG· (nº 3348).

reg]INA VIBAS
in] DOMINO
z]ESV (nº 3118)

ΔЄ
ΟΥϹ
ΧΡΙϹ
ΤΟΥϹ
ΟΜΝ
ΙΠΟ
ΤЄϹ (nº 3464).

Titulum, etsi peruulgatissimum, Nectarei heic notabo, in quo regulae fidei uetustissimum exstat testimonium epigraphicum.

Ο ΘЄΟϹ Ο ΚΑΘΗΜЄΝΟϹ
ΙϹ ΔЄΞΙΑ ΤΟΥ ΠΑΤΡΟϹ
. . . . (nº 2981).

Postea de ecclesia *catholica* disputat doctor. Nota ista « catholica » nullibi inter nostros antenicaenos titulos comparet. In Mauretania tamen legimus : ECLESIAE SANCTAE et ECCLESIA FRATRVM (n° 2908); Romae uero : EN ΘΕΙΟ ΙΗ ☧ ΒΑΣΙΛΕ[illegible], quod est : εν θεια Ιη. Χρ. βασιλε[ια] n° (2886); MATER ECLESIA (3430).

Procedit nunc ad formulam : PAX, IN PACE. Mazochii et Sabbatinii disputationem memorans et litem soluens, sed ad rem theologicam et symbolicam hae competunt. Formula PAX simpliciter dicta aut prolixior facta a Christianis et a Iudaeis est usurpata (1) corporis pacem promittit sicut legimus in libro Ecclesiastici, XLIV, 14 : « *Corpora eorum in pace sepulta sunt* ». Plus quam millies formulam hanc, si uolueris, inueneris, multis tamen et non spernendis diuersis lectionibus ditatam.

Pax corpori emortuo concessa est : SEVERVS FECIT MANSIONEM IN PACE QVIETAM (n° 2877); OSSA TVA BENE REQVIESCANT (n° 3396); CAPΞ ЄΝΘΑΔЄ ΚЄΙΤΑΙ (n° 2881); DORMI IN PACE (n° 2920); DORMIT IN PACE (n° 2956, 2969, 2972, 2995, κ. τ. λ.); IN PACE QVIESCIT ☧ (n° 3009); IBIT IN PACE (n° 3012); CESQVENT IN PACEM ☧ (n° 3015); HIC AD DORMIENDVM (n° 3025); INGRESSA IN PACE (n° 3091); DORMIT IN PACE ET IN PRINCIPIO (n° 3094); IN PACE RECESSIT (n° 3207); MANET IN PACE (n° 3260); VT CVM QVIEVERIT IN PACEM IN ☧ LOCVM PARATVM HA[*beat*] (n° 3442).

Vsque ad resurrectionem : QVOD CORPVS PACE QVIETVM HIC EST SEPVLTVM DONEC RESVRGAT (n° 2877).

In Christo quiescit : ΚΟΙΜωΜЄΝΟΙ ЄΝ ΚΩ ΗΜ[ῶ]Ν (θεῷ?) ΧΡ[ιστῷ] (n° 3069); Κ[οι]ΜωΜЄΝΟΙ Є[ν θε]ω ΚΥΡΙω (χριστῷ) (n° 3177); DEP[*ositio*] IN N[*omine*] ☧.

Interim anima in refrigerio est cum sanctis : *refr*]IGERA [.... *in p*]ACE C[*um spirita san*]C[*ta* .... (n° 2873); ESTO IN REFRIGERIO (n° 2897); REFRIGERET ISPIRITVS (n° 2901); ISPIRITVS TVVS IN BONO REFRIGERET (n° 2903); ISPIRITVS EN IRENE (n° 2913); IN PACE ET IN REFRIGERIVM (n° 2914); PAX ISPIRITO TVO (n° 2938); IN BONO REFRIGERES (n° 2955); IN PACE TIBI DEVS REFRIGERIT (n° 2959); SPIRITVM TVVM DEVS REFRIGERET (n° 3050); ISPIR[*itu*]S IN BO[*no*] (n° 3054); SPIRITVS IN BONO (n° 3085); SPIRITA VESTRA DEVS REFRIGERET (n° 3100); ISPIRITVS TVVS BENE REQVIESCAT IN DEO (n° 3101); SPIRITVS TVVS IN BONO (n° 3195); IACET IN PACE (n° 3200a); ISPIRITVS IN BONO QVESQVAT (n° 3230); СПІРІТΟΥ РЄФРІГЄРЄТ ΙΝ ☧ (n° 3464).

Prope sanctos tumulatum corpus : DEPOSVI EAM IN MARTYRIO (n° 2895); IN CRVPTA NOBA RETRO SANCTVS EMERVM SE VIVAS (n° 3211); ΚΑΙ ΚΑΤΕΘΑΙΜΗΝ ΙC ΤΟ ΑΓΕΙΟΝ ΜΑΡΤΥΡΙΝ (n° 3343); PARAVERVNT SIBI LOCV AT IPPOLITV·SVPER ARCOSOLIV (n° 3463);

siue in quodam loco sacro : IN HOC LOCO SANCTO DEPOSITA EST (n° 2966); EMIT SIBI ..... IN BALBINIS BASILICA SVBTE GLATA (n° 3225);

precibus tamen non destitutum : PRECATVS CVM PACE (n° 2895); Ο ΠΑΤΗΡ ΤωΝ ΠΑΝΤωΝ ΟΥC ЄΠΟΙΗCΗC Κ ΠΑΡЄΛΑΒΗC ЄΙΡΗΝΗΝ·ΖΟΗΝ Κ ΜΑΡΚЄΛΛΟΝ [παραλάμβανε] (n° 2899).

Sanctis Dei adiuta est anima : IN PACEM TE SVSCIPIANT OMNIVM ISPIRITA SANCTORVM (n° 2898); IN PACE CVM SPIRITA XANTA VALE IN ☧ (n° 2957);

ab angelis arcessita : ARCESSITVS AB ANGELIS (n° 3153); RAPTVS A NYMPHIS (n° 3307);

(1) « Il principio degli epitaffi (in coemeterio iudaico extra portam portuensem) quasi sempre era il medesimo in tal guisa : ΕΝΘΑΔΕ ΚΙΤΕ ΕΝ ΕΙΡΗΝΗ etc. » (SEVERANI. *Rom. subt.*, lib. II, cap. XXII, pag. 191 apud LVPI. *Epitaph. Seuer. mart.*, p. 178).

et Deo oblata : ELATVS EST (nº 2935); RECEPTA IN PACE ☧ (nº 3067); INIRVS HVCA = *introduca* (?) (nº 3274); ANIMA BONA SVPERIS REDDITA (nº 3307); RECEPTVS AD DEVM (nº 2861); IN REGNVM CHRISTI COELESTE CVM SANCTVM ASSVMPTA EST (nº 2881).

Viuit inter sanctos : ANIMA INNOC[*ens uiuas* (?)] INTER SANCTIS ET IVSTIS [*et in orat*]IONIBVS (nº 2907); *in*]TER S[*anc*]TIS (nº 2908); SEDENS AD SANCTORVM LOCVM IN PA[*ce qui*] ESCIT (nº 2917); ε]IC ΤΟΠΟC ΑΓΙΩΝ (nº 2981); IN PACE CVM SPIRITA XANTA (nº 3028); ANIMA TVA CVM IVSTIS (nº 3119); DIGNA INTER SANCTOS DEVS IVSSIT IN PACE F. (nº 3168); ЄΝ ЄΙΡЄΝЄ ΜЄΤΑ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ (nº 3170); IN PACE CVM SANCTIS (nº 3226); CVM IVSTIS ANIMA EIVS (nº 3279); MEMENTOTE NOSTRI IN SANCTIS AD PRECES (nº 3300); VIVATIS INTER XAN[*tos* (nº 3401); CVIVS ANIMA CVM SANCTOS IN PACE (nº 3447);

puer uero inter innocentes (puerulos) : ESSE IAM INTER INNOCENTIS COEPISTI (nº 3430);

orat pro uiuis : ΔЄΝΥΝΑΝΑ·ΠΑΥЄΤΑΙ·ΤΗΡΟΥCΑΚΑΜΟΙΤ[ο] ЄΙC ΑΝΑCΤΑCΙΝ ΑΙΩΝΙΟΝ (nº 2882); DE TVA INCOLVMITATE SECVRVS ET PRO NOSTRIS PECCATIS PETE SOLLICITVS nº 2920); IN PACE PETAS P[*r*]O NO[*bis*] (nº 2960); IN PACE ET PET PRO NOBIS (nº 2974); PETE ET ROGA PRO FRATRES ET SODALES TVOS (nº 3042); RO[*ga p*]RO FRATRES TVOS (nº 3051); ЄΡΩΤΑ ΥΠЄΡ ΗΜΩΝ (nº 3055); PETE PRO NOS (nº 3089); PETAS PRO SORORE TVA (nº 3101); ET IN ORATIONIBVS TVIS ROGES PRO NOBIS QVIA SCIMVS TE IN ☧ (nº 3386);

precibus uiuorum non derelicta : ΜΝΗCΘΗ Ο ΘЄΟC ЄΥΓЄΝΙΗC (nº 2991); MERVIT TITVLVM INSCRIBI VT QVISQVIS DE FRATRIBVS LEGERIT ROGET DEV VT SANCTO ET INNOCENTI ESPIRITO AD DEVM SVSCIPIATVR (nº 3029); SVSCIPEATVR IN PACE (nº 3031); TE IN PACE ☧ FACIAT (nº 3159); ET PETE PRO CELSINIANV COIVGEM (nº 3203);

ut Christum uideat : [illegible]ETV CRISTV VIDEBIS (nº 2918); VIVES IN CRHЄTO (nº 2984); IN PACE ET IN ☧ (nº 3014ª); PATRI ET MATRI.... IN XPO SANCTO (nº 3016); VALE IN ☧ (nº 3028); VIVAS IN ☧ (nºs 3044, 3045); IN PACE XPI (nº 3063); VIXIT IN CHRISTO (nº 3080); ЄΙΡΗΝΗ CΟΙ ЄΝ ΚΩ (nº 3081);

(rex mortis) : QVIESCIT HIC IN PACE IVBENTE $\overline{\text{XPO}}$ EIVS (nº 2973); EXIBIT DE SECVLV IVBENTIS (nº 2996); QVANDO DEVS BOLVERIT (nº 3083); DEO ANNOENTE (nº 3242); Η[ρ]ΠΑΓΗ (nº 3459);

et iudex uiuorum : Ο ΘЄΟC Ο ΚΑΘΗΜЄΝΟC ΙC ΔЄΞΙΑ ΤΟΥ ΠΑΤΡΟC ΙC ΤΟΠΟΝ CΟΥ ΝЄΚΤΑΡЄΟΥ ΤΟ ΨΥΧΑΡΙΟΝ ΓΡΑΦЄ (nº 2981); ET IN DIE [*resurrectionis a*]DEAM [(*cum fiducia*) *ad tribu*]NAL CRISTI (nº 3064);

et Deum : VIBATIS IN DEO (nº 2912); VIVES IN DEO (nº 2929); *i*]N DEO PAX (nº 2934); VIBIS IN DEO (nº 2985); SPIRITVS TVVS IN DEO (nº 2990); VIVE IN DEO (nº 2999);

per merita Christi : ACCEPTA SIS IN CRISTO (nº 2951); SOLVS DEVS ANIMAM TVAM DEFENDAD (nº 3146);

in perpetuas aeternitates : VIBE IN ETERNO (nº 2944); BIBAS IN PACE DEI (nº 2947); SEMPER VIVAS IN DEVM (nº 3082); ΜΝΗCΘΗ ΑΥΤΟΥ Ο ΘЄΟC ΙCΤΟΥ ΑΙΩΝΑC (nº 3343); VIBES IN ETERNVM (nº 3462).

Fidelis anima sancta dicitur : DEO R[*eddidit*] S[*piritum*] S[*anctum*].

Seu pro casu, martyr : IN PACE QVI POST MVLTAS ANGVSTIAS FORTISSIMVS MARTIR ☧ (nº 2965); ☧ MARTYRES SIMPLICIVS ET FAVSTINVS (nº 2971); ERMETES ☧ PASSVS (nº 3156);

seu etiam, beata : EXVPERANTIA IN PACE PETAS P[*r*]O NO[*bis*] FELIX (nº 2960); VIRGO BENEDICTA (nº 2995); ΚΕΙΤΑΙ ΜΑΚΑΡΩΝ ΕΝΙ ΧΩΡΩ (nº 3019); CYRIACA VIVAS IN DEO FELIX SIS (nº 3297); SANCTE (nºs 3487, 3491);

et sancta : AGNE SANCTISSIMA (nº 2994); LAVRENTIA SANCTA AC VENERABILIS FEMINA (nº 3011); ΑΓΙΑΝ ΕΝ ΧΡΙϹΤΩ (nº 3019); COMPARI SANCTAE (nº 3271); SANCTA AC RELIGIOSA VXOR (nº 3428); ZOSIME SANCTA (nº 2871).

Circa celeberrimam hanc formulam IN PACE disputauerunt, inter alios, Mazochi, Lvpi, Zaccaria quorum sententias refero : Mazochi (1) ait formulam hanc sibi uideri « initium hymni, aut precationis fuisse, quam fideles defuncto in Ecclesiae pace accinere consueuerant, ferme ut nos carmen *Requiem aeternam,* aut similia modulamur ». Perdocte certe. Id ipsum ante Mazochi docuerat u. cl. Lvpi (2) his uerbis : « Liturgica procul sunt, et ad arcani disciplinam seruandam sine reliquis apposita. Iis autem defuncto precabantur, ut eum *in pace* susciperet Christus, quemadmodum in emortualibus precibus Romana consueuit canere Ecclesia : « *Suscipiat et Christus qui uocauit te* ». Clarius hoc exprimit Gaudentiae titulus : GAVDENTIA SVSCIPEATVR IN PACE (3). At quis hac, prosequitur Zaccaria (4), uel simili formula pacem ecclesiasticam significari sibi persuaserit, non pacem aeternam? Clariora haec mihi uidentur, quam ut in iis comprobandis diutius immoremur ».

Si sarcophagos marmoreos, coemeteriales calices, aliaque id genus monumenta conligere uelis congeriem ex christiana antiquitate habebis unde plura ad Petri primatum suadendum argumenta ueniunt. Calices tamen et sarcophagi meliorem cum figuris adnexis interpretationem habent, quod, Deo propitio, in Monumentis Liturgicis non deerit. Nunc uenio ad lapides. Duae sunt enim praestantissimae de quibus iam habuit u. cl. Zaccaria :

RVTA OMNIBVS SVBDITA ET ATFABI
LIS BIBET IN NOMINE PETRI
IN PACE ☧ (nº 3098).

« Singularis haec formula claues regni coelorum et principatum spectat iudiciariae potestatis ». Grauior uidetur Asellae titulus :

[*imago Petri*] ☧ PETRVS [*imago Pauli*] PAV LVS

ASELLV BENEMBERE-
NTI QVI VICXIT ANNV
SEX MESIS OCTO DIES
XXϚII (nº 3411).

« In eo nempe Petri et Pauli imagines insculptae cernuntur, Paulo ad Petri laeuam collocato, quemadmodum in omnibus fere uitreis Christianorum calicibus; uerum quid aliud, quaeso, Paulum ad Petri laeuam situm exhibentes indicare uoluerunt Christiani, quam quod in maiorum suorum commentariis legerant, esse Petrum non reliquis apostolis modo, sed ipsi etiam Paulo praeferendum? Equidem scio in aliis monumentis, Petrum modo potiorem, modo laeuam partem occupare. Sed quum multae huius rei causae afferri possint, quas expendunt, illustrantque Fogginivs (5) et Mamachivs (6), illud exploratum esse debet, hoc ipsum Petri excellentiam denotare. Nam saepe in nummis imperatorum, inque caeteris ueterum siue ethnicorum, siue christianorum mo-

(1) Mazochi. *In causa Hilari fide constituti actorum recensio* (1745), p. 9.
(2) Lvpi. *Dissertatio et animaduersiones ad nuper inuentum Seuerae Martyris epitaphium* (1734), p. 74.
(3) M. E. L., nº 3031.
(4) Zaccaria. *De ueterum christianarum inscriptionum in rebus theologicis usu Dissertatio* (1761), c. v.
(5) *De Romano D. Petri itinere*, p. 469 et seqq.
(6) *Orig. Christ.*, t. V, pars I, p. 507 et seqq.

numentis dignior praestantiorque qui est, si, quasi dextra aliquid agat, laeuam occupet, concedendum erit, inquit MAMACHIVS (1), Petrum qui in pictis sculptisque maiorum tabulis extensa dextra ad laeuam Pauli proponatur, fuisse habitum Paulo excellentiorem » (2).

Non desunt testimonia circa baptismum, praesertim pro infantibus et aegrotibus in extremis positis :

NILAE FLORENTINAE INFANI DVLCISSIMAE ATQ IN
NOCENTISSIMAE FIDELI FACTAE PARENS CONLOCAVIT
QVAE PRIDIE NONAS MARTIAS ANTE LVCEM PAGANA
NATA ZOILO CORR P MENSE OCTAVO DECIMO ET VICEST
5 MA SECVNDA DIE COMPLETIS FIDELIS FACTA HORA NO
CTIS OCTAVA VLTIMVM SPIRITVM AGENS SVPERVIXIT
HORIS QVATTVOR ITA VT CONSVETA REPETERET AC DE
EVNCTA HYBLE HORA DIE PRIMA SEPTIMVM KAL
OCTOBRES CVIVS OCCASVM CVM VTERQ PARENS OM
10 NI MOMENTO FIERET PER NOCTEM MNESTATIS
VOX EXTITIT QVAE DEFVNCTAM LAMENARI PROHI
BERET CVIVS CORPVS PRO FORIBVS MARTYRORVM CVAX
LOCVLO SVO PER PROSBITERVM HVMÁTV E IIII NON OCTBR (3).

Aliud habes in titulo puellae unius anni natae :

ЄΚΟΙΜΗΘΗ ΑΧΙΛΛΙΑ
ΝЄΟΦѠΤΙϹΤΟϹ ЄΝΙ
ΑΥΤΟΥ ΜΗΝѠΝ Є̄·ΠΡΟ·Ζ̄ (nº 3299).

Aliud in Posthumii titulo :

POSTVMIVS·EVTHE[*n*]ION·FIDELIS·QVI·GRATIA
SANCTA·CONSECVTVS....... (nº 3447).

« *Gratia* uero *sancta* non aliud, inquit CORSINIVS, intelligi uel esse profecto debet, quam *baptismus* ipse, quem Posthumius prope modum moriturus susceperat » (4). Nilae et Posthumio ob instantis mortis periculum baptizatis adde puerulum Apronianum.

(1) *L. c.*, p. 515.
(2) ZACCARIA. *l. c.*
(3) « Nilae Florentinae infan(t)i dulcissimae atq(ue) innocentissimae fideli factae parens conlocauit. Quae pridie nonas martias ante lucem pagana nata, Zoilo corr(ectore) p(rouinciae), mense octauo decimo et uices[i]ma sec[u]nda die completis, fidelis facta hora noctis octaua ultimum spiritum agens superuixit horis quattuor, ita ut consueta repeteret; ac de[f]uncta Hybl(a)e, hora die(i) prima, septimum kal. octobres. Cuius occasum cum uterq(ue) parens omni momento fleret, per noctem m(ai)estatis uox extitit, quae defunctam lamen(t)ari prohiberet; cuius corpus pro foribus martyrorum cu[m] loculo suo per pr[e]sbyterum humatu(m) e(st) III nonas octobres ». MVRATORI. *Nouus Thes. inscript.*, p. MCMXVI, 4;. — ZACCARIA. *De inscript. usu.* cap. XI. — VITO MARIA DE AMICO. *Catana illustrata*, t. III, p. 233. — GARRVCCI in *Civilta cattolica* (1868). — *Études religieuses, historiques et littéraires par des Pères de la Compagnie de Jésus* (1868), pp. 799-810. — DE ROSSI. *Bull. di arch. crist.* (1868), p. 74-76. — Cf. MAZOCHI. *In causa Hilari fide constituti actorum recensio,* p. 43. — V. DE BVCK. *Collection de précis historiques* (15 février 1856), p. 479 et seq. — LE BLANT in *Revue archéol.* 1869, p. 24.
(4) CORSINI. *Notae graecorum,* p. 34.

D M S
FLORENTIVS FILIO SVO APRONIANO
FECIT TITVLVM BENEMERENTI QVIXIT
ANNVM ET MENSES NOVE DIES QVIN
5 QVE CVM SOLDV AMATVS FVISSET A MAIORE SVA ET VIDIT
HVNC MORTI CONSTITVM ESSE PETIVIT DE AECLESIA VT FIDELIS
DE SECVLO RECESSISSET (nº 3429).

Baptismi huius *clinicorum* i. e. agonizantium uidebis aliud argumentum in sequenti lapide :

ORDLAA DP STOLIS SVIS (nº 3472),

quod Rossivs ita transtulit : [*Conc*]*ord*(*i*)*a*[*n*]*a d*[*e*]*p*[*ositis*] *stolis suis* [*in sepulcro*].

« Caeterum quas inscriptiones adduximus, eae etiam efficiunt, Ecclesiam infantium baptisma probasse. Accedunt innumeri alii lapides, in quibus fideles (baptizatos scilicet, ut infra dicam) et neophytos passim reperimus infantes. Sic nouem mensium puella TECLA FIDELIS appellatur (1) NEOFITVS apud Boldettivm (2). Achillam supra dictam *neophitam unius anni, mensium V,* inuenias sub num. 3298. Marangonivs (3) praeterea hanc refert inscriptionem

VRCIA
FLORENTINA
FIDELIS IN PACE
VIX·ANV·MES·VIIII
5 DIES VIIII

« Siue autem legas ANV. scilicet annum, siue AN. V, annos quinque, perinde est. En ergo inuictum Baptismi infantibus prioribus Ecclesiae seculis collati argumentum, eoque magis inuictum, quod ut cl. Mazochivs obseruat (4), Nilae baptismus coelesti uoce fuisse approbatus in sepulcrali lapide dicitur; pergit enim inscriptio : *Cuius occasum cum uterque parens omni momento fleret per noctem* MAIESTATIS *uox extitit, quae defunctam lamentari prohiberet* (5). Caue tamen credas, istos omnes, quorum inscriptiones indicauimus tum primum baptizatos fuisse, quum in uitae discrimen adducti fuere..... » Muratorio duce, inquit Corsinivs, nisi mortis periculum immineret, pueros baptismum distulisse usque ad usum rationis « quod ipse affirmat ». Hoc quidem ante Mvratorivm, quo *duce* gloriatur Corsinivs, docuerunt Lvdovicvs Vivès, Salmasivs atque Svicervs (6); immo omnibus praeiuisse uidetur Walafridvs Strabo, seculi IX scriptor, cuius haec sunt uerba : « Notandum deinde primis temporibus illis solummodo baptismi gratiam dari solitam, qui et corporis et mentis integritate iam ad hoc peruenerant, ut scire et intelligere possent, quid emolumenti in baptismo consequendum; quid confitendum atque credendum; qui postremo in renatis in Christo esset seruandum » (7). Verum id ueterum Patrum scriptis ac lapidibus ipsis repugnare confidenter aio. — Patres omitto, quorum testimonia inter *relliquias* facile inuenies (8). — Patribus consentiunt lapides. Cur enim in aliquibus *neophyti*, in aliis *fidelis* nomen defunctis tribuitur? Nempe ut intelligeremus, *neophytos* in mortis periculo fuisse baptizatos, non item alios. Quid? quod si *neophytos*

(1) Vettori. *Dissertatio philologica,* p. 48.
(2) Boldetti. *Osservaz.*, p. 807.
(3) Marangoni. *In Append. ad Acta S. Victorini,* p. 109.
(4) Mazochi. *loc. cit.*, p. 44.
(5) Cf. Commodiani. *Instruct.*, lib. secundus, § XXXII : Filios non lugendos.
(6) *Thes. eccles.*, t. II, p. 1136.
(7) *De reb. eccles.*, cap. XXVI.
(8) Cypr. *Epist. ad Fidum.* — Greg. Nazianz. *Orat. XL, de bapt.* — Tert. *De baptismo,* c. XVIII.

suos hoc nomine non designabant in more positum christianis fuit baptismi tempus disertis uerbis adnotare. Ad hanc consuetudinem comprobandam sufficiat Nilae epigraphen recolere, ubi non *fidelis* dicitur, sed **FIDELIS FACTA HORA NOCTIS OCTAVA**. Adeo christianis curae fuit in sepulcralibus monumentis uerba ecclesiastico usu quodammodo consecrata proprie usurpare ». Vt sim breuis omnem, unico titulo, contentionem sedabo :

ΠΙϹΤΟϹ ЄΚ ΠΙϹ
ΤΩΝ ΖΩϹΜΟϹ
ЄΝΘΑΔЄ ΚЄΙΜЄ
ΖΗϹΑϹ·ЄΤЄϹΙΝ
Β·ΜΗ·Α·ΗΜЄ·ΚЄ



Πιστὸς ἐκ πιστῶν Ζώσιμος ἐνθάδε κεῖμε ζήσας ἔτεσιν 6', μηνὶ α', ἡμέραις κε' (nº 2950).

Fuse disseruit ZACCARIA in suo capitulo XII : de auctionis sacramento; sed — pace tanti uiri — post tot et tanta argumenta dubium remanet, nam unctio non differt a lauacro in libris uetustissimis.

Ad baptismi effectum transeamus quod lapis insignis exhibet. Baptisma enim tollit peccatum et mundum facit hominem ab originali labe : En, lege :

INNOX ANIMA AGNVS SINE MACVLA (nº 3185).


Quam innocentiam facere non tantum λουτρόν sed etiam μαρτύριον docet Ecclesia. Pariter docet lapis :

COLONVS... [*p*]**RIMA...** [*a*]**MORE...** [*sanguineo lauit Deus i*]**PSE LAVACRO** (nº 2900).

Supplementa sunt ROSSII scribentis : « Coniicio supplendum esse : *sanguineo lauit deus* iPSE LAVACRO, ita ut epigramma respiciat martyrem nondum sacro fonte initiatum suomet sanguine ablutum » (1).

Venit titulus aureus, omni laude excedens, diuinae eucharistiae et confirmationis, ni fallor, argumenta praebens; et quod magis est, processionem sancti Spiritu ex Filio asserens, nam dicebat Christus : ἐὰν γὰρ μὴ ἀπέλθω, ὁ παράκλητος οὐκ ἐλεύσεται πρὸς ὑμᾶς· ἐὰν δὲ πορευθῶ, πέμψω αὐτὸν πρὸς ὑμᾶς (2). Titulus Iuliae, de quo nunc dissero, in paucis hoc dogma innuit uerbis loquens de anima spiritu Christi renouata, i. e. anima roborata uirtute Spiritus a Christo missi (3). Testimonium de eucharistia nulla explicatione indiget :

ΙΟΥΛЄΙΑϹ ЄΥΑΡЄϹΤΑϹ
ΤΗϹ ΘЄΟΦΙΛЄϹΤΑΤΗϹ
Η ϹΑΡΞ ЄΝΘΑΔЄ ΚЄΙΤΑΙ
ΨΥΧΗ ΔΑΙ ΑΝΑΚΑΙΝΙΙϹΘЄΙϹ
ΤΩ ΠΝΙ ΧΥ
ΚΑΙ ΑΓΓЄΛЄΙΚΟΝ ϹΩΜΑ
ΛΑΒΟΥϹΑ ΙϹ ΟΥΡΑΝΙΟΝ ΧΥ
ΒΑϹЄΙΛЄΙΑΝ ΜЄΤΑ ΤΩΝ
ΑΓЄΙΩΝ ΑΝЄΛΗΜΦΘΗ



(1) *Inscr. christ. V. R.*, uol. II, p. I, prooem., p. IX.
(2) IOH., XVI, 7.
(3) Aliud forte argumentum uenit. Cf. titul. 3447 ubi Posthumius fidelis dicitur : **GRATIA SANCTA CONSECVTVS**; in titulo Leopardi dicitur **SPIRITA SANCTA ACCEPTVM** quod de confirmatione intelligendum puto.

τῆς θεοφιλεστάτης ἡ σὰρξ ἐνθάδε κεῖται·
ψυχὴ δὲ ἀνακαινίσθετα πνεύματι Χριστοῦ
. . . . . ἀγγελικὸν καὶ σῶμα λαβοῦσα
. . . . εἰς βασιλείαν
οὐρανίον Χριστοῦ μετὰ τῶν ἁγίων ἀνελέμφθη (nº 2881).

De paenitentia unus superest titulus a Fleetwoodi egregio commentario haud seiungendus :

ΕΝΘΑΔΕ ΚΕΙΤΑΙ ΑΛΕΖΑΝ
ΔΡΟϹ·ΙΑΤΡΟϹ·ΧΡΙϹΤΙΑΝΟϹ
ΚΑΙ ΠΝΕΥΜΑΤΙΚΟϹ (nº 3357).

« Pneumaticus, ait heic Fleetwood, est presbyter auricularius, confessor, et hic noster rem, ut uidetur, medicam exercebat » (1). Alius ΠΝЄΥΜΑΤΙΚΟϹ uidebis, si lubet, in titulo n. 3291.

De ordine nil dicam amplius quam supra, ubi hierarchiam prope totam, solis iuuantibus titulis, renouaui. De interuallis praeclarum habes testimonium in titulo Brixiano, in quo catholicae Ecclesiae sapientiam et ab haereticis consuetudinibus dissimilitudinem relucent. Apud haereticos, « alius hodie episcopus, cras alius; hodie diaconus, qui cras lector; hodie presbyter, qui cras laicus »... Ita Tertullianus (2); e contra epitaphium :

FL·LATINO·EPISCOPO
AN·III·M·VII·PRAESB
AN·XV·EXORC·AN·XII
ET·LATINILLAE·ET·FLA
MACRINO·LECTORI
FL·PAVLINÁ·NEPTIS
B·M·M·P· (nº 2838).

Testimonia permulta habes de matrimonio in Domino; uoces enim *contubernium* et *contubernalis* omnino desunt in titulis nostris, *coniuges* dicuntur omnes nupti christiani etiam in seruitute degentes. Viduae frequenter in titulis occurrent; unicam heic notabo *Reginam uniuiram :*



RIGINE VENEMERENTI FILIA SVA FECIT
☧ VENERIGINE MATRI VIDVAE QVE SE
DIT VIDVA ANNOS ☧ LX ☧ ET ECLESA
NVMQVA GRAVAVIT·VNIBYRA·QVAE
5 VIXIT ANNOS ☧ LXXX ☧ MESIS ☧ V ☧
DIES XXVI ☧ (nº 3068).


Plura alia dedit Zaccaria ad rem funeream Christianorum competentia de quibus iam superius dixi. De locis conuentualibus tamen pauca dicam. « Loca quae sepeliendis fidelibus destinabantur, *coemeteria* passim uocata scimus; haec autem quum afflictis Caesarum et caeterorum gentilium rabie ac furore christianis rebus, in *cauernis*, ut Alexandri martyris epitaphium ait, necesse fuerit effodere, *cryptae* etiam appellabantur. Hinc

(1) *Sylloge*, p. 343.
(2) M. E. L., nº 1754.

Valeria et Sabina emisse dicuntur sepulturae locum IN CRVPTA NOBA RETRO SANCTVS (1). Animaduerte autem coemeteria tunc temporis sacris fidelium conuentibus patuisse, inque illis diuina fuisse mysteria peracta ».

In Ecclesiis sedent uiduae (2) et sexus separantur et diuersiis porticis accedunt.

AD SANCTVM PETRVM APOSTOLVM ANTE REGIA
IN PORTICV COLVMNA SECVNDA QVOMODO INTRAMVS
SINISTRA PARTE VIRORVM
LVCILLVS ET IANVARIA HONESTA FEMINA



(n° 3444).

Alia omitto, etsi memoriae digna, ut ad ZACCARIAE caput ultimum ueniam quod de sanctorum beatitudine, inuocatione et cultu totum est compactum. Lapides impugnant doctrinam quam millenarismum uocant : VIBE IN ETERNO (n° 2944); SEM[*per*] VIVAS IN DEVM (n° 3082); ΜΝΗCΘΗ ΑΥΤΟΥ Ο ΘΕΟC ICTOY AIωNAC (n° 3343); VIBES IN ETERNVM (n° 3462).

Etiam argumentum praebent aduersus « *promptuaria animarum* » in quibus iusti cum felici laetitia fruitionem promissae gloriae expectant.



MARCI·A
NVS·E N O N
FITVS:
RE·CE·SI·
5 CE·LI·TI·BI·PA·
TEN·BI·BES·
.IN·PA·CE

Marcianus [*n*]*e*(n)*o*(n)*fitus, reces*[*s*]*i*[*t*]. *C*[*o*]*eli tibi paten*[*t*]; (*u*)*i*(s)(*u*)*es in pace* (n° 3435).

PROSENES RECEPTVS AD DEVM V NON▨IIISSA▨NIA (n° 2861).

. . . .
. . . . . IC OYPANION XY
BACЄIΛЄIAN MЄTA TωN
AΓЄIωN ANЄΛHMΦΘH

εἰς βασιλείαν οὐράνιον Χριστοῦ μετὰ τῶν ἁγίων ἀνελέμφθη (n° 2881).

« Nec minus perspicua sunt in inscriptionibus inuocationis et cultus sanctorum monumenta. Atque ut primum de sanctorum inuocatione agamus, quae tria negant haeretici sanctos orare pro illis qui eorum opem

(1) *Ibid.*, n° 3211.
(2) *Ibid.*, n° 3068.

implorant, aut etiam pro nobis in genere, utilemque esse sanctorum inuocationem, ea diserte lapides statuunt ». En, lege :

THPOYCAKAMOIT[o] ЄIC ANACTACIN AIѠNION (nº 2882).

IM MENTEM NOS HABETO DVOBVS (nº 2889).

KAPA MNHMONEYE MOY (nº 2896).

PET[*e pro nobis*] (nº 2903).

PRO NOSTRIS PECCATIS PETE SOLLICITVS (nº 2920).

IN PACE PETAS P[*r*]O NO[*bis*] (nº 2960).

IN PACE ET PET PRO NOBIS (nº 2974).

PETE ET ROGA PRO FRATRES ET SODALES TVOS (nº 3042).

ET RO[*ga p*]RO FRATRES TVOS (nº 3051).

KAI ЄPѠTA YΠЄP HMѠN (nº 3055).

PETAS PRO SORORE TVA (nº 3101).

PETAS PRO PHOEBE ET PRO VIRGINIO EIVS (nº 3108).

PETE PRO CELSINIANV COIVGEM (nº 3203).

ЄPѠTA YΠЄP HMѠN (nº 3281).

ЄYXOY YΠЄP H[μῶν μετὰ τ]ѠN AΓIѠN (nº 3359).

ET IN ORATIONIBVS TVIS ROGES PRO NOBIS QVIA SCIMVS TE IN ☧ (nº 3386).

IN PACE ET PETE PRO NOBIS (nº 3481).

SANCTE XYSTE IN MENTE HABEA[*s*] IN HO[*rationes*] (nº 3487).

PET[*ite*] VT VERECVNDVS CVM SVIS BENE NAVIGET (nº 3495).

OTIA PETITE PRO PARENTE [*et*] FRATRIBVS EIVS [*ut*] VIVANT CVM BONO (nº 3497).

[*in m*]ENTE A[*bet*]E SATVRV[*m*... (nº 3499).

[*peti*]TE PRO ME EVSTACH[*i*]VM (nº 3500).

Formulae non desunt ex liturgia uetustissima sumptae, quin uides.

IN PA[*ce s*
PIRIT[*us*
SILVAN[*i*
AMEN (nº 2926).

DEVS OMNIPOTENS AGAPEN IN SAECVLA SERVET (nº 2894).

D[*eus omnipote*]NS [*m*]ARCIA IN [*sae*]CVLA SE[*ruet*] (nº 2904).

SVT· I. PETE
PRO NOS
VT SALVI SIMVS (nº 3089 (1).

ΔЄΟΥϹ ΧΡΙϹΤΟΥϹ ΟΜΝΙΠΟΤЄϹ ϹΠΙΡΙΤ[*um*] ΤΟΥ[*um*] ΡЄΦ[*r*]ΙΓЄΡΕΤ ΙΝ ☧ (nº 3464).

PATER OMNIPOTENS ORO MISERERE LAB[*orum*] TANTORVM MISERE[*re*] ANIMAE NON DIGNA FERENTIS (nº 2900)

Vt finem faciam letaniam dabo :

SANCTE SVSTE IN MENTE HABEAS IN HORATIONES TVAS
SANCTE SVSTE LIBERA
SANCTE SVSTE (nº 3491).

Pauca dicam de ritu quodam funereo. Sequentes tituli non modo anecdoti sunt, sed omnino deperditi et abrasi, quia cum fuissent inuenti in ambulacro Clusiano e gentilibus compilato, qui etiam blasphema dicteria seu sententias epicureas descripserunt, illustriss. et reuerendiss. u. MAZZETTI, intempestiuo zelo ductus eosdem penitus deleuit. Deinde uero, saniori consilio, reputans quod ludibria paganorum erant praeconia christianorum et in fulgidissimum testimonium uertebantur sanctitatis et sinceritatis loci et fidei mortuorum ibi quiescentium, eosdem titulos a se transcriptos nobis communicauit humanitate reuerendissimi canonici IOANNIS BROGI. Hactenus u. cl. LIVERANI, BORMANNI uero lectiones sequor :

a) in exitu a dextra :

HIC L FONTEIA
CONCORDIA VXOR
STENI CALLICRATIS
GAVDENTI POSITA
5 IVXTA FILIVM POLY
CRONIVM CASTA
PVDICA SAPI
ENS VNO CONTENTA
MARITO NEPOTES
10 IVNCSIT DE QVIBVS
FILIOS VIDIT VIXIT
ANNOS LXX QVEM
SEMPER CIVES MA
TREM APPELLAVE
15 RVNT ADQVE CE
*rei*S CALICIBVS
funus DVXERVNT
L·FONTE*iae* CONCORDIAE FILI NEPTIS ET LIBERTI FECERVNT

(1) « *Suterides, i. pete pro nobis ut salui simus* ». Ita MARANGONI. *Ad Act. S. Victorini*, p. 90. Cf. COMMODIANI *Instructiones* : « Si refrigerare cupis animam, ad martyres i! (*infra* nº 2119).

a) in exitu in ipsa abside :

M
MERITVM HABE[illegible]
[illegible]OPTET VIBERE
[illegible]VM VIXIT STE
5 *nius cal*LICRAS GAV
dentius bene MERITVS AN
nis LX*xi*T MENS VIII
diebus NVMERO DENI*s*
*mente ocu*LISQVE SERENIS
10 *fili* NEPTESQVE SVI
posuerunt *c*ALICIBVSQ
*cereis funus duxe*RVNT

De supplementis *a*) 16 et *b*) 11 seq. haec habet LIVERANIVS : Acta proconsularia passionis sancti Cypriani (c. 5); apud RVINART, narrant corpus eiusdem martyris fuisse *per noctem sublatum cum cereis et scolacibus.* Quae uox *scolax* perditissime a cardinali BARONIO interpretatur *schola cleri cum facibus;* et a DV CANGIO et RIGALTIO restituitur genuinae lectioni et significationi, scilicet : funes intorta et cera perlinita. — Eo ipso loco collato ROSSIVS conicit errore *calicibus* esse lectum pro *scolacibus* (1).

Sequentes tituli cultum sanctorum confirmant, nam de Dei cultu uix probandum est; lege tamen Eutropii epigraphen :

ΑΓΙΟϹ · ΘΕΟϹΕΒΕϹ
ΕΥΤΡΟΠΟϹ. . . . (n° 3072).

« Primum enim sanctos *domnos* siue *dominos* honoris ac reuerentiae causa christiani appellabant, quibus uota reddebant :

DOMNIS · SANCTIS
PAPRO · ET · MAVROLEONI
MARTVRIBVS ☧
CAMASIVS · QVI · ET · ASCLEPIVS · ET · VICTORINA
VOT · REDD · (n° 3073).

« Immo in ea sum sententia, scribit ZACCARIA, nusquam in christianis inscriptionibus *domni* titulum tribui nisi martyribus, ut etsi alia martyrii desunt indicia, unum *domni* nomen illud manifesto declaret ». Quam opinionem Alexandri cuiusdam in Christo uiuentis et uota fratrum merentis confirmat titulus : ALEXANDRO FRATRI BENEMERENTI VOTVM MERENTI FRATRES REDDIDERVNT VIXIT IN CHRISTO (n° 3080) (2).

Aliud nunc uetustissimarum orationum exemplar occurrit :

DOMINA BASSILIA CVMMANDAMVS
TIBI CRESCENTINVS ET MICINA
FILIA NOSTRA CRESCEN QVE
VIXIT MEN X. ET DES (n° 3074).

(1) LIVERANI. *Spicil.*, p. 776; *Catac.*, c. XXXIX, p. 170. — BORMANN in *Corp. inscr. lat.*, XI, n° 2538.
(2) M. E. L., n° 3227 : BALBILLA VOTVM DEBITVM REDDO TIBI.

De mortuis in purgatorio languentibus et orationibus sanctorum Dei recreatis argumentum praebet res epigraphica.

REFRGERI TIBI DO
MNVS IPPOLITVS SID

Refr[i]ger(et) tibi Dom[i]nus [H]ippol(y)tus Sid[oni] (nº 3010).

Festis etiam diebus sanctos colebant. Huc refer inscriptionem quam exquisita eruditione CORSINIVS explanauit :

PECORI DVLCIS ANIMA BENIT IN CIMITERO VII IDVS IVL·D·P·POSTERA DIE MARTVRORV (nº 2989).

nempe die X Iulii, qua die sanctorum martyrum septem sanctae Felicitatis filiorum memoria in Vrbe sollemnis recolebatur.

Martyrologiorum etiam laterculos legimus in sequentibus titulis :

☧
MARTYRES·SIMPLICIVS ET FAVSTINVS
QVI PASSI SVNT IN FLVMEN TIBERE ET POSI
TI SVNT IN CIMITERIVM GENEROSES·SVPER
FILIPPI (nº 2971).

..... *ET VIA PORT*Vensi. In cimiterio eiusdem. miliario VI. Simplici, Faustini (uiatrici).
(*Martyrol. Hieronym.*, IIII kl. aug.).

HIC POSITVS EST
PEREGRINVS CICONIAS
CVIVS NOMEN DEVS SCIT
[Chiusi] (*Bullett.*, 1865, p. 56).

BOTOYM OΠTOYΛΛH KOYN NOMEN ΔЄOYC CKIΘ [Neapoli] uotum optuli cui(us) nomen Deus scit (*Dissert isagog.*, t. I, p. 24, tab. I).
VOTVM SOLBIMVS NOS CVIVS NOMINA DEVS SCIT [Neapoli] *Napoli e sue vicinanze*, 1845, t. II, p. 385).

..... quorum nomina deus scit (*loc. cit.*, passim).

Tandem peregrinationum piarum, ad limina nempe apostolorum, argumentum habes in titulo sequenti :

AESTONIA VIRGO PEREGRINA (nº 3234).

Sancti praeterea templis in eorum honorem aedificatis colebantur. Accedit titulus portuensis anno MDCCCXXXVI repertus, postea anno MDCCCLVII et a u. cl. DE ROSSI restitutus :

SANCTIS MARTY RIBVS ET BEATI*ssimis*
EVTROPIO BON OSAE ET ZOSIM*ae*
DONATVS EPISC TVM *ul* **VMADO***rnauit*
SED ET BASILICAM C O N I *un* **C T A M** *tumulo*
A FVNDAMENTIS S ANCTAE *ple* **BI D***ei construxit* (1).

(1) DE ROSSI. *Bull. di arch. crist.*, 1866, p. 45 seqq. : « Appunto circa un miglio lungi dalle mura di Porto uerso Roma e presso il Capo due rami, dove comincia l'isola, nel 1837 fu rinvenuto il frammento seguente di nobile epigrafe in lettere di forma alquanto imitante la damasiana. Il prezioso marmo fu affisso nell' episcopio portuense, e tosto divulgato

Templorum facta mentio me monet, ut eorundem ornamenta, quae etiam haeretici reprehendunt, lapidum auctoritate defendam. Titulus temporis incerti occurrit de quo scribit u. cl. ARINGHIVS : « Incompertum nobis est, quisnam Eusebius hic fuerit, qui coemeterium et sancti Pauli basilicam instaurauit, cuius in dignissima hac inscriptione mentio peragitur uerbis illis : EVSEBIVS IN FA..., quae sane uerba hunc in modum interpretanda ducimus : EVSEBIVS INDIGNVS FAMVLVS. Porro si uerba ad Eusebium pontificem referamus, profecto recitata a nobis hactenus inscriptio uetustissima esse comprobabitur : sedit enim Eusebius anno Domini 309, Constantino imperatore regnante, antequam optata Ecclesiae pacis tranquillitas inluxisset. Non uero absurdum fuerit asserere, ante constantinianae basilicae constructionem eodem in loco aedificium aliquod exstitisse, supra ipsum uidelicet Apostoli sepulchrum, ad instar oratorii seu ecclesiae exaedificatum, quod idem praememoratus pontifex pro temporis opportunitate exornauerit ».

in] NOMINE DEI PATRIS OMNIPOT[*enti*]S ET DOMINI NOSTRI IESV ☧ FIL[*i dei et*
s]ANCTI PARACLETI EVSEBIVS IN FA[*mul. ren*]OVAVIT CYMITERIV TOTV
c]OLVMNAS IN PORTICOS PICTVR[*as et ual*]VAS IN RVINIS ERAT TOTA SE[*ruauit*
tec]TV CVM TEGVLAS ET TABL[*inum po*]NET ACVTOS ET MATERI[*auit*
5 TOTA BALINEV MARMO[*reū* . . . .]QVE MINVS ABVIT ET SCAMNA
bo]TRAS SPE CLARA ITEM INS[*taurauit int*]ERIORA MARMORAVIT PAL . . . .
n]OSTRA IN CINOS ET CLABES[. . . . *p*]OSVIT VT POTVIT VSQVE D[*um*
es]SET IN SECVLO FECIT RELIQV[*a* . . . *f*]ABRICA QVANDO EXIVIT D[*e hoc*
se]CVLO REMISIT ALVMNIS SVI[*s* . . . *p*]ECVNIA ET IPSI FABRICAVE
10 RVNT INTROITV AT MARTYRES[. . *qu*]OD EST IN PVBLICV [*a*] FVND[*amentis*
fa]BRICABIT MESAS AT MARTYRES[*deu*]OTAS FECIT AQVAM IN VALIN[*eu*
PER MAGNANA FECIT AT CON[*tr*]A CVBICVLV ET CANCELLV FEC[*it*
CAVSA FVRES FECIT CI AMVL[*as phi*]ALA FACENT ITEM SART[*a tect*
A SVSCEPIT SIGILLA INQVE IN POR[. . *p*]OSVIT COMPODIOLA (n° 3424).

Nunc uero haec epigraphica fragmenta cum liturgiis funerariis celeberrimis apud Occidentales conferamus, ut inde pateat quantum similitudinis inter se habeant. Audacior tamen sit qui asserat has formulas intimo iungi uinculo, cum certo istius uinculi uestigia reperire impossibile sit. Formularum uero συλλογὴν scribere non tento; nam dubito num ueritati rerum sit consentanea. Melius est quaedam liturgica exempla conligere, nulla conlatione facta.

IN SOMNO PACIS (n° 3144).

IN SOMNO PACIS (n° 3272).

IN PACE ET IN REFRIGERIVM (n° 2914).

PAX TECV (n° 2890).

PAX TECVM (n° 2936).

dal ch. Comm. Pietro Ercole Visconti, come monumento insigne dei famosi martiri portuensi e della basilica sul loro sepolcro edificata da un ignoto vescovo Donato. Se l'apparizione di siffato messaggero avesse allora o poi indotto gli amatori delle sacre antichità ad esplorare diligentemente le rovine, onde il principio della nobile epigrafe era tornato alla luce, avremmo e tutta intera l'iscrizione del vescovo Donato, e le spoglie della basilica da lui quivi eretta, e (cio che supera ogni nostra speranza) gli elogi storici dei martiri, non scritti nell' età damasiana, ma, a mio avviso, in quella medesima della persecuzione. Circa il 1858 il ch. sig. cav. Guidi ebbe facoltà di tentare in varii punti del suolo portuense tasti e scavi in cerca di marmi antichi. Da uno di quei tasti vennero fuori sei minuti frantumi di lettere simili a quelle dell' epigrafe del vescovo Donato ».

PAX TECVM (nº 2949).

PAX TECV (nº 2983).

PAX TECVM (nº 3460).

IPHNH COI (nº 2982).


TΩ ΠΝΕΥΜΑΤΙ IPHNH (nº 3039).

ΕΡΩΤΑ ΥΠΕΡ ΗΜΩΝ (nº 3281).

Eo tantum pertinuit hoc opus ut alios, qui quaerant et certiores faciant res, exemplo moneam; restat ut Zosimae oratiunculam dicam :

ACCIPE ME · DOMINE · IN TVA LIMINA CHRISTE

et pro more ueterum christianorum tesseram fidelitatis et dilectionis meae ante oculos tuos ponam. Sic uidebis quod **ROMA** est **AMOR** et **AMOR** est **ROMA**



Fr. H. L.

Farnburgi, idibus Iulii CIƆDCCCCI.

LIBER PSALMORVM

ANTENICAENVS

Hermae, Clementis ad Corinthios I[ae], Pseudo-Barnabaei, Irenaei uersionibus, latinorum scriptorum nec non et afrorum libris usus sum, alia neglexi subsidia, quae alibi dabuntur.

PSALMI	VERSICVLI	VERSIO — LATINA		VERSIO — AFRICANA
I	1	Beatus uir qui non abiit in concilio impiorum	1	Beatus uir qui non abiit in consilio impiorum
	2	nec in uia peccatorum stetit	2	et in uia peccatorum non stetit,. . . . . . .
	3	nec in pestilentiae cathedra stetit	3	et in cathedra pestium non sedit . . . . . .
	4	. . . .	4	. . . in lege Domini uoluntas eius . . . . . .
	5	. . . .	5	et in lege Domini meditabitur die ac nocte. .
	6	Erit tanquam lignum quod plantatum est iuxta tractus aquarum, ...	6	Et erit tanquam lignum quod plantatum est iuxta exitus aquarum . . . .
	7	quod fructum suum dabit tempore suo :. . .	7	quod fructum suum dabit in tempore suo; .
	8	folia eius non decident, ...	8	et folium eius non decidet . . . .
	9	sed omnia quaecumque faciet prosperabuntur.	9	et omnia quaecumque faciet prosperabuntur illi . . . .
	10	Non sic impii, non sic;.	10	. . . .
	11	Sed tanquam puluis, quem abiicit uentus a facie terrae	11	. . . .
	12	Propterea non resurgunt impii in iudicio,. .	12	Propterea non resurgunt impii in iudicio . .
	13	neque peccatores in concilio iustorum; . . .	13	neque peccatores in consilio iustorum. . . .
	14	Quoniam scit Deus uiam iustorum	14	. . . .
	15	et uia impiorum peribit	15	. . . .
		1 seqq. Ps.-Barn. *epist.* X, 10; ‖6 seqq. *idem*, XI, 6-7.		1-3. Tert. *Adu. Marc.*, IV, 42; *id.*, II, 19 : non abire in concilium impiorum nec stare in uia peccatorum, nec in cathedra pestilentium sedere; *De spectac.*, 3 :... pestium...; ‖ 4-5. *Adu. Marc.*, II, 19; *De pudic.*, 6 : qui meditabitur die ac nocte. — Cyp. *Test.*, III, 120, sed in... et in lege eius...; ‖ 6-9. Tert. *Adu. Marc.*, II, 19 : tu arbor uirens semper, *per modum glossae in tract. De idolol.*, 15. Ps.-Cyp. *De montib. Sina et Sion* 9 : et erit uelut lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo; ‖ 12-13. Cyp. *Test.*, III, 31.
II	1	Quare fremuerunt gentes.	1	Tumultuatae sunt gentes. . . . .
	2	et populi meditati sunt inania	2	et populi meditati sunt inania. . . . .
	3	Astiterunt reges terrae et principes congregati sunt in uuum	3	Astiterunt reges terrae et magistratus congregati sunt in unum . . . .
	4	aduersus Dominum et aduersus Christum eius.	4	aduersus Dominum et aduersus Christum ipsius. . . . .
	5	. . . .	5	Disrumpamus a nobis uincula eorum . . . .

PSALMI	VERSICVLI	VERSIO LATINA		VERSIO AFRICANA
II	6	. . . .	6	et abiiciamus eorum iugum a nobis. . . . .
	7	Qui in coelis habitat.	7	. . . .
	11	. . . .	11	Ego autem constitutus sum rex ab eo . . . .
	12	. . . .	12	super Sion montem sanctum eius . . . . . .
	13	. . . .	13	praedicans praeceptum Domini . . . .
	14	Filius meus es tu	14	Dns̄ dixit ad me : Filius meus es tu : . . . .
	15	ego hodie genui te.	15	ego hodie genui te. . . . .
	16	Postula a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam	16	Pete a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam . . . .
	17	et possessionem tuam terminos terrae. . . .	17	et possessionem tuam terminos terrae. . . .
	20	. . . .	20	Et nunc reges intelligite . . . .
	21	. . . .	21	erudimini qui iudicatis terram . . . .
	22	. . . .	22	Seruite Domino in timore. . . . .
	23	. . . .	23	et exultate ei cum tremore . . . .
	24	. . . .	24	Adprehendite disciplinam, ...
	25	. . . .	25	ne quando irascatur Dominus, ...
	26	. . . .	26	et pereatis a uia iusta : . . . .
	27	. . . .	27	cum exarserit in breui ira eius,. . . . . . .
	28	. . . .	28	beati omnes qui confidunt in eo. . . . . . .
		1-4. IREN. *Contr. haeres.*, III, XII, 5; ‖ 7. HERM. *Past.*, Vis. I,1; ‖ 14-17. IREN. *Contr. haer.*, IV, XXI, 3; CLEM. *Ad Cor.*, I, XXXVI, 4 : Pete a me etc.; HERM. *Mand.* IX, 6, *in modum glossae;* NOVAT. *De trinit.*, 9 : postula... tuos.		1-4. TERT. *Adu. Marc.*, V, 3; *ibid.*, IV, 42 : tumultuatae sunt nationes... reges terrae et archontes... Christum eius; *ibid.*, I, 21 : tumultuatae sunt gentes... magistratus... Christum eius; congregati essent aduersus Dominum et aduersus Christum ipsius; *ib.*, V, 14; *Adu. Prax.*, 28 : astiterunt reges terrae et archontes congregati sunt in unum aduersus Christum ipsius. CYP.: Quare fremuerunt gentes... Christum eius; ita in *Test.*, III, 119; I, 13; ‖ 5-6. TERT. *Adu. Marc.*, I, 21; *ib.*, III, 22 : disrumpamus... iugum eorum *postea* tumultuatae... *et rel. ut in text. supr. posito;* COMM. *Carm apol.*, V, 56 : Et quasi subsannant, nec sciunt, quod ab ipso ridentur! ‖ 11-13. CYP. *Test.*, II, 29; PS.-CYP. *De montib. Sina et Sion*, 2 : ego... adnuntians imperium eius : *infr.* 9 : ego autem dico uobis : constit... eius, *ut praeced.;* ‖ 14-17. TERT. *Adu. Iudaeos* 14; ita *supra* 12; *Adu. Prax.*, 11 : Filius... generaui te. TERT. *omittit semper :* Dominus dixit ad me, quod ap. CYP., *Test.*, II, 8 *reperies et quae seq. ut in text. supr. posito.* Cfr. horum uu. fragmenta TERT. *Adu. Marc.*, IV, 16, 25; V, 17, necnon et IV, 22. COMM. *Carm. apol.*, u. 379; ‖ 20-21. CYP. *Test.*, III, 112; ‖ 22-23. CYP. *Test.*, III, 20; ‖ 24-28. CYP. *Test.*, III, 66; *De habitu uirginum*, 1 : continete disciplinam ne forte irascatur Dominus et pereatis a uia recta, cum exarserit cito ira eius super nos; *Epist.* IV (ed. Hartel), 4 *ut praeced.;* PS.-CYP. *De XII abusiuis saec.*, 11 : adpr. disc. neq. irasc. Dom.
III	1	. . . .	1	Domine qui multiplicati sunt qui comprimunt me? . . . .
	7	. . . .	7	Voce mea ad Dominum exclamaui . . . . .
	8	. . . .	8	et exaudiuit me de monte sancto suo . . . .
	9	Ego dormiui et somnum cepi.	9	Ego dormiui et quieui . . . .
	10	exsurrexi, quoniam tu, Domine, mecum es. .	10	et exsurrexi quoniam Dominus suscipiet me.
		9. IREN. *Contr. haer.*, IV, XXXI, 2; *ibid.*, XXXIII, 13 : qui autem dixerunt eum dormisse, et somnum cepisse, et resurrexisse, quoniam Dominus suscepisset eum; 9-10. CLEM. *Ad Cor.*, I, XXVI, 2 : Ego dormiui et soporatus sum.		1. TERT. *Adu. Prax.*, 11; ‖ 7-8. *Adu. Marc.* IV, 13; ‖ 9-10: CYP. *Test.*, II, 24; COMM. *Carm. apol.*, u. 445-446 : Ego dormiui, ait, et somnum cepi securus; ‖ Auxilio Domini surrexi, nihil mali passus; LACT. *Diu. inst.*, IV, 10. Ego... et somnum cepi et resurrexi, quon. Dom. auxiliatus est mihi.
IV	8	. . . .	8	irasci et non delinquere . . . .
	9	. . . .	9	dicite in cordibus uestris et in cubilibus uestris conpungimini. . . . .
	10	. . . .	10	Sacrificate sacrificium iustitiae et sperate in Domino. . . . .

PSALMI	VERSICVLI	VERSIO		
		LATINA		AFRICANA
IV	12	. . . .	12	Significatum est super nos lumen personae tuae, Domine . . . .
				8. Tert. *Adu. Marc.*, IV, 19; ‖ 9. Cyp. *De orat. dom.*, V; ‖ 10. *Test.*, I, 16; ‖ 12. Tert. *Adu. Marc.*, V, 11.
V	4	. . . .	4	Rex meus et Deus meus, ...
	5	. . . .	5	quoniam ad te orabo, Domine, ...
	6	. . . .	6	mane et exaudies uocem meam, ...
	7	. . . .	7	mane astabo tibi et uidebo . . . .
				4-7. Cyp. *Test.*, II, 29.
VI	1	rogat ne in ira neque in furore.		
	10	. . . .	10	apud inferos autem quis confitebitur tibi.
		1. Vict. Pet. *De fabric. mundi*. Migne, *Patr. Lat.*, V, col. 308.		10. Cyp. *Test.*, III, 114.
VII	23	Adiutorium meum a Domino	23	. . . .
	24	qui fecit coelum et terram	24	. . . .
	25	. . . .	25	[etsi bonus natura Deus, tamen et iustus]
		23-24. Iren. *Adu. haer.*, III, x, 4; IV, ii, 1.		25. Tert. *De pudic.*, 2; *in uncis seclusi quia citatio in modum glossae est.*
VIII	3	ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem		. . . .
	10	. . . .	10	minoratus a Patre modicum quid citra angelos . . . .
	11	. . . .	11	gloria et honore coronauit illum, ...
	13	. . . .	13	et subiecit omnia sub pedibus eius. . . . . .
		1. Herm. *Past.*, Sim. IX, xviii, 5 : honoret magnum ac mirabile et sanctum nomen ejus; ‖ 3. Iren. *Contr. haer.*, I, xiv, 8.		10. Tert. *Adu. Prax.*, 16; *ibid.*, 9 : modicum quid citra angelos; *Adu. Marc.*, IV, 21 : minoratus... modico citra...; *ibid.*, II, 27 : diminuens; *De carn. Christi*, 15 : minorasti eum modico citra angelos; *Adu. Marc.*, III, 7 : minoratus ab eo modicum citra angelos; *item Adu. Iud.*, 14, *sed paulo infra :* diminuit illum mod. quid cit. ang.; ‖ 11-13. Tert. *Adu. Iud.*, 14 : diminuit... u. a. gloria *et rel. ut in text. sup. posito; Adu. Marc.*, V, 7 : omnia subiecisti sub pedibus ejus.
IX	12	. . . .	12	quia Deus perdidit memoriam superborum .
	20	. . . .	20	et non relinquit memoriam humilium. . . .
	34	. . . .	34	Auertantur peccatores in inferos, ...
	35	. . . .	35	omnes nationes quae Dei obliuiscuntur . . .
	36	. . . .	36	quoniam non in finem obliuioni habebitur mendicus : . . . .
	37	. . . .	37	tolerantia pauperum non peribit in finem . .
				12-20. Ps.-Cyp. *Ad Nouat.*, 13; ‖ 34-37. Tert. *Adu. Marc.*, IV, 14; *ibid.*, IV, 39 : tolerantia iustorum non per. in fin.
XI	5	Ideo obmutescet labia dolosa et lingua magniloquia, ...	5	. . . .
	6	qui dixerunt : Lingua nostra magnificabimur,	6	. . . .
	7	labia nostra a nobis sunt;	7	. . . .
	8	quis est nobis Dominus?	8	. . . .
	9	Propter miseriam egentium et gemitum pauperum	9	. . . .
	10	nunc exsurgam, dixit Dominus.	10	. . . .
	11	Ponam in salutarem : confidenter agam in eo.	11	. . . .
		5-11. Clem. *Ad Cor.*, I, xv, 5.		
XIII	5	Non est intelligens aut requirens Deum. . .	5	. . . .

PSALMI	VERSICVLI	VERSIO LATINA		VERSIO AFRICANA
	6	Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt	6	. . . .
		5-6. Iren. *Contr. haer.*, I, xix, 1.		5-6. Comm. *Carm. apol.*, u. 42 : quoniam Deum nemo quaerebat; u. 127 : Quicquid tenet caelum, prospicit ubique de caelo.
XIV	3	. . . qui operantur iustitiam	3	. . . .
	11	. . . .	11	Qui pecuniam non dedit ad usuram. . . . .
	12	. . . .	12	et munera super innocentes non accepit; . .
	13	. . . .	13	qui facit haec non mouebitur in aeternum. .
		4. Herm. *Past.*, Vis. II, 3, 3; *ib.*, Vis. II, 2-7 : operamini iustit.; Sim. IX, 13, 7 : camdem enim sentiebant aequitatem, quam pariter exercebant *sed rectius* cum Funckio : eadem enim sentiebant et iustitiam operabantur.		11-13. Cyp. *Test.*, III, 48.
XV	16	Prouidebam Dominum in conspectu meo semper	16	. . . .
	17	quoniam a dextris meis est, ne mouear . . .	17	. . . .
	18	Propter hoc laetatum est cor meum,.	18	. . . .
	19	et exsultauit lingua mea, ...	19	. . . .
	20	insuper et caro mea requiescet in spe. . . .	20	. . . .
	21	Quoniam non derelinques animam meam in inferno, ...	21	Quoniam non derelinques animam meam in infernum . . . .
	22	neque dabis sanctum tuum uidere corruptionem	22	nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem.
	23	. . . . . . itinera uitae.		
		16-22. Iren. *Contr. haer.* III, xii. 2; ‖ 23 Herm. *Past.* Sim. V, 6, 3 : ἔδειξεν αὐτοῖς τὰς τρίβους τῆς ζωῆς.		21-22. Cyp. *Test.*, II, 24; Lact. *Diu. inst.*, IV, 19 : non derel. an. m. apud inferos, nec dab. s. t. uidere interitum; *Epitom. diu. inst.*, 47 : non derel. an. m. ad inferos, nec dab. s. t. uid. corruptionem; Comm. *Carm. apol.*, u. 447 sq. : ... in infernum non derelinques ‖ Nec dabis sanctum tuum interitum quoque uidere.
XVII	58	Cum sancto sanctus eris	58	Cum sancto sanctus eris,. . . . .
	59	. . . .	59	et cum uiro innocente innocens eris, ...
	60	et cum electo electus eris.	60	et cum electo electus eris . . . .
	61	et cum peruerso peruerteris	61	et cum peruerso peruersus eris. . . . . . .
	98	. . . .	98	Constitues me in caput gentium . . . . . .
	99	. . . .	99	populus, quem non cognoui, seruiet mihi . .
	100	auditu auris exaudiuit me	100	in auditu auris obediuit mihi . . . .
	101	filii alieni mentiti sunt mihi	101	. . . .
		58-61. Clem. *Ad Cor.*, I, xlvi, 3; ‖ 100. Ps.-Barn. *Epist.* IX, 1; ‖ 101. Iren. *Contr. haer.*, IV, xli, 2.		58. Tert. *De pudic.*, 18; Cyp. *Test.*, III, 95; ‖ 59. *Test.*, III, 95; ‖ 60. Tert. *De pudic.*, 18; ‖ 61. *De pudic.*, 18; Cyp. *ib.* : et cum peruerso subuerteris; ‖ 98-99. Lact. *Diu. inst.*, IV, 11, *ut in text. sup. posit.* ‖ [*Add. ad* 58 *et seqq.* : Cum sancto sanctificaberis, et cum uiro innocente innocens eris, et cum electo electus. Tert. *De exhort. castit.*, 10].
XVIII	1	Coeli enarrant gloriam [maiestatem, Clem.] Dei	1	. . . .
	2	et opera manuum illius adnunciat firmamentum;	2	. . . .
	3	si dies diei eructuat uerbum	3	dies diei eructat uerbum . . . .
	4	et nox nocti indicat scientiam.	4	et nox nocti indicat scientiam. . . . .
	5	et non sunt loquelae neque sermones, quorum non audiantur uoces eorum.	5	non sunt sermones nec uerba, quorum non audiantur uoces eorum. . . . .
	6	. . . .	6	In omnem terram exiuit sonus eorum . . . .
	7	. . . .	7	et in terminos terrae uoces eorum. . . . . .
	8	. . . .	8	In sole posuit tabernaculum suum . . . . .
	9	sicut sponsus egreditur de thalamo suo . . .	9	Ipse tanquam Sponsus egrediens de thalamo suo. . . . .

PSALMI	VERSICVLI	VERSIO LATINA		VERSIO AFRICANA
XVIII	10	exsultauit ut gigas ad currendam uiam . . .	10	exsultauit ut gigas ad currendam uiam . . .
	11	A summo coelo egressio eius	11	a summo coeli profectio eius . . . .
	12	et occursus eius usque ad summum coeli . .	12	et deuersio eius ad summum usque eius. . .
	13	et non est qui se abscondat a calore eius. . .	13	nec est qui se abscondat a calore eius. . . .
	14	. . . .	14	Lex Domini inuituperabilis, conuertens animas . . . .
	16	. . . . exhilarare cor hominis.	16	iura Domini directa, oblectantia corda. . . .
	17	. . . .	71	praeceptum Domini longe lucens, illuminans oculos . . . .
	18	timor Domini	18	Timor Domini sanctus permanens in saeculum saeculi . . . .
	21	. . . .	21	dulcia super mella et fauos. . . . .
	24	. . . .	24	Delicta quis intellegit? ab occultis meis munda me, Domine. . . . .
		1. Iren. *Contr. haer.*, I, xiv, 8; ‖ 2-5. Clem. *Ad Cor.*, I, xxvii, 7; ‖ 9-10. Novat. *De Trin.*, 13; ‖ 11-13. Iren. *Contr. haer.*, IV, xxxiii, 13; Novat. *De Trin.*, 13 : a sum. coel. egr. eius et usque ad summum regressio eius; ‖ 16. Herm. *Past.*, Mand. XII, 3, 4; ‖ 18. *ibid.*, Mand. VII, 4.		3-5. Cyp. *in Appendice : De judaica incredulitate*, 4: ‖ 6-7. Tert. *Adu. Marc.*, III, 22; Cyp. *De jud. incr.*, *l. c.*: exiit... et trans fines terrae uerba eorum; ‖ *De jud. incr.*, *l. c.*; ‖ 9. Tert. *Adu. Marc.*, IV, 11; Cyp. *Test.*, II, 19 : Et ipse... procedit...; ‖ 10. *Test.*, II, 19, *nam* Tert. *hunc uersiculum omittit;* ‖ 11. Tert. *Adu. Marc.*, IV, 11; Cyp. *Test.*, *l. c.* : a summo coelo egressio eius et occursus eius usque ad summum eius; ‖ 13. Cyp. *loc. cit.* ‖ 14. Tert. *De pudic.*, VI, *omitt. uersic.* 15; ‖ 16-17. Tert. *loc. cit.;* Ps.-Cyp. *De singul. cleric.*, 16 : praec. D. lucidum, ill. oc.; ‖ Cyp. *Test.*, III, 20; ‖ 21. Tert. *Adu. Gnost. Scorp.*, I : eloquia Domini dulcia etc.; ‖ 24. Cyp. *Test.*, III, 56; ‖ [*Add. ad* 6 *et seqq. :* in omnem terram exire; Tert. *Adu. Iud.*, 5; *et ibid.*, 7 : in uniuersa terra exiit son. eor. et usque ad term. terr. uerba eor.].
XIX	1	. . . .	1	Exaudiet te Dominus in die pressurae. . . .
	7	Det tibi Dominus secundum cor tuum. . . .	7	. . . .
	11	petitionem animae tuae adimplebit	11	. . . .
	15	. . . .	15	Isti in curribus et isti et equis . . . .
	16	. . . .	16	nos autem in nomine Domini Dei nostri inuocabimus . . . .
	17	. . . .	17	illi copulati sunt pedes et ceciderunt . . . .
	18	. . . .	18	nos autem exsurreximus et erecti sumus. . .
		7. Celerinvs (Romanvs), *Epist. ad Lucian. Carthag.*, XXI *inter Cyprianic.* (*ed. Hart.*) *n.* 3; ‖ Herm. *Past.*, Mand. IX, 2.		1. Tert. *Adu. Marc.*, V, 14; ‖ 15-18. Cyp. *Ad Fortun.*, 10; *mutaui in u.* 16, uero *in* autem, *et* magnificabimus *in* inuocabimus, *ut in* Tert. *De coron.*, 13 *patet; uu.* 17-18 *omitt.* Tert.
XX	3	. . ex totis praecordiis conuertere ad Dominum	3	. . . .
		3. Herm. *Past.*, Mand. IX, 2.		
XXI	3	. . . .	3	Deus meus clamabo per diem, et exaudies. .
	4	. . . .	4	et nocte et non in uanitatem mihi. . . . . .
	10	Ego sum uermis et non homo	10	. . . . . uermis et non homo; . . . . . .
	11	obprobrium hominum et abiectio plebis . . .	11	ignominia hominis et nullificamen populi. . .
	12	Omnes qui uiderunt me, deriserunt me,. . .	12	Omnes qui spectabant me, naso irridebant me,
	13	locuti sunt labiis et mouerunt caput, et dixerunt :	13	locuti sunt labiis et capita mouerunt :. . . .
	14	Sperauit in Domino, eripiat illum, ...	14	Sperauit in Deum, liberet eum : . . . . . .
	15	saluum faciat eum quoniam uult eum. . . .	15	saluum faciat eum, quoniam uult eum :. . .
	16	. . . .	16	Quia tu es qui auulsisti me ex utero matris meae, ...
	17	. . . .	17	et spes mea ab uberibus matris meae, . . .
	18	. . . .	18	super te proiectus sum ex uulua . . . . . .
	19	. . . .	19	ab utero matris meae Deus meus es tu . . .
	29	. . . .	29	Exaruit uelut testum uirtus mea . . . . . .

PSALMI	VERSICVLI	VERSIO LATINA		VERSIO AFRICANA
XXI	30	. . . .	30	et lingua mea adhaesit faucibus meis . . . .
	32	. . . .	32	Circumdederunt me canes, ...
	33	circumuenerunt me conuentus nequissimorum	33	synagoga maleficorum circumuallauit me . .
	34	effoderunt manus meas et pedes	34	Foderunt manus meas et pedes [meos], . . .
	35	dinumerauerunt ossa mea	35	dinumerauerunt omnia ossa mea . . . . . .
	36	. . . .	36	Ipsi autem contemplati sunt et uiderunt me;
	37	(et partiri) uestimenta eius.	37	diuiserunt sibi uestimenta mea . . . .
	38	et super uestimentum eius (mitti) sortem . .	38	[et] super uestem meam miserunt sortem; . .
	39	. . . .	39	tu autem, Domine, ne elongaueris auxilium tuum a me, ...
	40	. . . .	40	ad defensionem meam respice, ...
	41	. . . .	41	eripe a framea animam meam . . . .
	42	. . . .	42	et de manu canis unicam meam . . . . . .
	43	. . . .	43	libera me de ore leonis. . . . .
	44	. . . .	44	et a cornibus unicornuorum humilitatem meam; . . . .
	45	confitebor tibi in ecclesia fratrum meorum. .	45	narrabo nomen tuum fratribus meis, ...
	46	et decantabo tibi in Ecclesia sanctorum . . .	46	in medio ecclesiae laudabo te. . . . .
	58	. . . .	58	Reminiscentur et conuertentur ad Dominum uniuersi fines terrae. . . . .
	59	. . . .	59	et adorabunt in conspectu eius omnes patriae gentium. . . . .
	60	. . . .	60	quoniam Domini est regnum . . . .
	61	. . . .	61	et ipse dominabitur gentium.. . . . .
	64	et anima mea illi uiuet.	64	. . . .
		10-15. Clem. *Ad Cor.*, I, xvi, 15-16; 12. Iren. *Contr. haer.*, IV, xxxiii, 12 : et ab eis qui eum intuebantur, subsannari et maledici ; ‖ 33. Ps.-Barn. *Epist.* VI, 6; ‖ 37-38. Iren. *Contr. haer.*, IV, xxxiii, 12; Ps.-Barn. *loc. cit.* : super uestem meam sortes miserunt; Novat. *De Trinit.*, 28 : super uestem meam miserunt sortem, *deinde uu. 35 et 34 ut in text. posit.*; ‖ Ps.-Barn. *Epist.* VI, 16; ‖ 64. Iren. *Contr. haer.*, V, vii.		3-4. Tert. *Adu. Marc.*, IV, 13; ‖ 10-11. *ibid.*, IV, 21 : non hominem, ignominiam hominis, et abiectionem populi; ‖ 12-14. Tert. *Adu. Marc.*, IV, 42; ‖ 10-15. Cyp. *Test.*, II, 13 : Ego autem sum uermis... (11) obprobrium hominum et abiectio plebis (12) omnes qui uidebant me subsannabant me (13) et loc. s. lab. et mouerunt caput (14) sper. in Domino, eripiat eum (15) *in text. posit. nam hunc uers.* Tert. *omitt.* ‖ 16-19. Tert. *De carn. Chr.*, 20; ‖ 29-30. Cyp. *Test.*, II, 13; ‖ 32-33. Tert. *Adu. Marc.*, IV, 42; ‖ 34. *ibid.*, III, 19; *add.* : meos *ibid.*, IV, 42; *Adu. Iud.*, 10 : exterminauerunt manus meas et pedes; *et paulo infra* foderunt *sed sine* meos *post* pedes. Cyp. *Test.*, II, 20 : effod. man. m. et pedes; Lact. *Diu. inst.*, IV, 18 : effod... pedes meos; *Epitome*, 46 : et fod... pedes meos; ‖ 35-36. Tert. *Adu. Iud.*, 13; Cyp. *Test.*, II, 20 : ∴ ipsi uero considerauerunt et conspexerunt me; ‖ 37. Cyp. *loc. cit. usq.* 38 [et] inclus.; ‖ 38. Tert. *Adu. Iud.*, 10; *Adu. Marc.*, IV, 42 : dispertiti sunt sibi uestimenta mea, et in uestitum meum sortem miserunt; ‖ 39-46. Cyp. *Test.*, II, 20; ‖ 58-61. *ibid.*, II, 29; ‖ [*Add. ad u. 36 et seqq.* : Lact. *Diu. inst.*, IV, 18 : ipsi autem... u. a. sortem miserunt, *init. lin* 38, *non omitt.* et; *Epitome*, 46 : ipsi autem... diuiserunt uestimenta mea non sibi et... sortem miserunt; Comm. *Carm. apol.*, u. 495 *ad uu.* 13-15 : Haec cum fecissent, capita suspensa mouebant ‖ Saluum illum faciat pater, aut descendat ab inde; ‖ *ibid.*, u. 270 *ad u.* 34 : Effoderunt, inquit; manus meas et pedes ipsi; ‖ *ibid.*, u. 449 *ad u.* 38 : Et in uestimentis meis, dixit, sortem[que] miserunt; ‖ *ibid.*, u. 744 *ad u.* 59 : Venturum in terras Dominum, quem gentes adorabunt.
XXII	7	. . in medio umbrae mortis abierit.		. . . .
		. . . .		. . . .
	12	. . . .	12	calix tuus inebrians perquam optimus.
		7. Iren. *Contr. haer.*, V, xxxi, 2.		12. Cyp. *Epist.* LXIII, 11, *Ad Caecilium frat.* (ed. Hart.).
XXIII	1	Domini est (enim) terra et plenitudo eius . .	1	Domini est terra et plenitudo eius. . . . . .

PSALMI	VERSICVLI	VERSIO LATINA		VERSIO AFRICANA
XXIII	2	. . . .	2	orbis terrae, et omnes qui habitant in illa :. .
	3	. . . .	3	Ipse super maria fundauit eam . . . .
	4	. . . .	4	et super flumina praeparauit eam. . . . . .
	5	. . . .	5	Quis ascendit in montem Domini . . . . . .
	6	. . . .	6	aut quis stabit in loco sancto eius? . . . . .
	7	manibus mundis et puro corde	7	Innocens autem et purus corde . . . .
	8	. . . .	8	qui non accepit in uanum nomen Domini . .
	9	. . . .	9	et non iurauit ad proximum suum in dolo. .
	10	. . . .	10	iste accipiet benedictionem a Domino . . . .
	11	. . . .	11	et misericordiam a Deo salutificatore suo. .
	12	. . . .	12	Haec est generatio requirentium illum . . .
	13	. . . .	13	quaerentium faciem Dei Iacob . . . .
	14	praecipientes principibus coelorum	14	Tollite portas, principes, uestri. . . . . . .
	15	aperire aeternas portas.	15	et eleuamini, portae aeternales. . . . . . .
	16	ut introeat rex gloriae	16	et introibit rex gloriae . . . .
			17	Quis est iste rex gloriae? . . . .
			18	Dominus ualidus, ...
			19	Dominus potens in bello!. . . . .
			20	Tollite portas, principes, uestri . . . .
			21	et eleuamini, portae aeternales . . . .
			22	et introibit rex gloriae . . . .
			23	Quis est iste rex gloriae? . . . .
			24	Dominus uirtutem ipse est rex gloriae. . . .
		1. Clem. *Ad Cor.*, I, liv, 3; ‖ Ps.-Barn. *Epist.* XV, 1; ‖ 14-16. Iren. *Contr. haer.*, IV, xxxiii, 13.		1-4. Tert. *Adu. Hermogen.*, 29; ‖ 5-6. Cyp. *Test.*, III, 79; ‖ 7-11. Tert. *Adu. Marc.*, II, 19; Cyp. *loc. cit.* : innocens manibus et mundo corde; *Test.*, II, 18 : Quis ascendit... *u. a.* mundo corde, *uerba eadem sunt, sequitur :* (8) qui non accepit in uano animam suam (9) nec iurauit proximo suo in dolo, (10) hic accipiet benedictionem a Domino (11) et misericordiam a Deo salutari suo; Ps.-Cyp. *De montib. Sina et Sion*, 9 : quis ascendet in montem Domini (6) et quis stabit in loco sancto eius? (7) innocens manibus et mundo corde... [post plura] (8) qui non accepit in uano animam suam (9) et non iurauit subdole proximo suo (10) a Domino suo hic accipiet benedictionem (11) et misericordiam a Deo salutari suo; ‖ 12-13. Cyp. *Test.*, II, 18; ‖ 14-17. Cyp. *l. c.*, II, 29; ‖ 18-19. Tert. *Adu. Marc.*, IV, 20; Cyp. *l. c.* : Dominus fortis et potens, Dominus potens in praelio; ‖ 20-22. Cyp. *Test.*, II, 29; ‖ 23-24. Tert. *Adu. Marc.*, V, 17; Cyp. *loc. cit.* ‖ [*Add. ad. uu.* 14-15, 21-22 : Excipite regem, principes, coelorum in altis! Comm. *Carm. apol.*, u. 579]; ‖ [*Add. ad uu.* 14-17. Tert. *Adu. Gnost. Scorp.* : (14) Auferte portas principes uestras (18) et subleuentur portae aeternae (16) et intrabit rex gloriae].
XXIV	6	. . . .	6	Vias tuas, Domine, notas fac mihi. . . . . .
	7	. . . .	7	et semitas tuas edoce me, ...
	8	. . . .	8	dirige me in ueritate tua. . . . .
	9	. . . .	9	et doce me, quoniam tu es Deus salutaris meus. . . . .
				6-9. Cyp. *Test.*, II, 7.
XXV	7	. . . .	7	Non sedi cum consessu uanitatis . . . . . .
	8	. . . .	8	et cum inique agentibus non introibo . . . .
				[hoc de ecclesia male agentium] . . . . . .
	10	. . . .	10	et cum impiis non sedebo. . . . .
	11	. . . .	11	Lauabo cum innocentibus manus meas . . .
	12	. . . .	12	et altare tuum circumdabo Domine . . . . .
				7-8, 10-11. Tert. *De pudic.*, 18; ỳ. 9 *in modum glossae.*
XXVI	5	. . . .	5	si directa fuerint in me castra, non timebit cor meum. . . . .

PSALMI	VERSICVLI	VERSIO — LATINA		VERSIO — AFRICANA
XXVI	6	. . . .	6	et si exsurrexerit super me bellum, in illud ego spero . . . .
	7	. . . .	7	Vnum petii a Domino, hoc exquiram . . . .
	8	. . . .	8	ut habitem in domo Domini per omnes dies uitae meae. . . . .
				5-8. CYP. *Ad Fortun.*, 10.
XXVII	13	. . . .	13	Redde eis retributionem eorum. . . . . . .
			14	quoniam non intellexerunt in operibus Domini. . . . .
				13-14. CYP. *Test.*, I, 3.
XXVIII	8	. . . .	8	Dominus super aquas multas . . . .
				8. TERT. *adu. Marc.*, IV, 20.
XXIX	4	. . . .	4	Domine ab inferis eduxisti animam meam. .
	18	. . . .	18	Numquid exomologesin faciet tibi puluis? . .
				4. CYP. *Test.*, II, 24; COMM. *Carm. apol.*, u. 444: Ab inferis, Domine, animam meam imposuisti; ‖ 18. CYP. *Test.*, III, 114.
XXX	45	Ideo obmutescent labia dolosa.		
		45-46. CLEM. *Ad Cor.*, I, XV, 5.		
XXXI	1	Beati quorum remissae sunt iniquitates . . .	1	Beati quorum dimissa sunt delicta . . . .
	2	et quorum tecta sunt peccata.	2	et quorum opertae sunt iniquitates. . . . . .
	3	Beatus homo cui non imputauit Dominus peccatum.		
	4	nec est in ore eius dolum	.	
	22	Multae sunt paenae peccatorum;		
	23	nam sperantes in Dominum, misericordia consequetur.		
		2-3. IREN. *Contr. haer.*, V, VII, 3; CLEM. *Ad Cor.*, I, L, 6; ‖ 4, 22-23. CLEM. *Ad Cor.*, I, L, 6 et XVII.		
XXXII	11	. . . . . coeli firmati sunt	11	Verbo Domini coeli firmati sunt. . . . . . .
	12	et spiritu oris eius omnis uirtus eorum . . .	12	et spiritu oris eius omnis uirtus eorum . . .
	17	Quoniam ipse praecepit et creata sunt. . . .	17	. . . .
	18	ipse dixit et facta sunt	18	. . . .
	19	qui dissolues cogitationes gentium	19	. . . .
			36	Oculi enim Domini super timentes eum. . .
			37	sperantes in misericordiam ipsius. . . . . .
			38	ad eliberandas animas eorum de morte
		11-12. IREN. *Contr. haer.*, III, VIII, 3; VICT. PET. *De fabr. mundi:* uerbo Dni coeli... eorum: HERM. *Past.*, Vis. I, III, 4: uerbo confixit coelum; ‖ 17-18. IREN. *Contr. haer.*, III, VIII, 3; *et supr.* II, II, 5 : quoniam ipse dixit et facta sunt, ipse mandauit et creata sunt; ‖ [‖*Add. ad. uu.* 11-12. IREN. *Contr. haer.*, I, XXII, 1 : Verbo enim Domini... eorum]; ‖ 19. CLEM. *Ad Cor.*, I, LIX.		11-12. CYP. *Test.*, II, 3; LACT. *Diu. inst.*, IV, 8 : uerbo Dei coeli solidati sunt et... eorum; ‖ 36-38. TERT. *Adu. Marc.*, II, 19; ‖ [*Add. ad.* 11-12. TERT. *Adu. Prax.*, 7 : Sermone eius coeli confirmati sunt, et spiritu eius omnes uires eorum; *Adu. Hermog.*, 45 : serm. ei. coel. conf. s. et spiritu ipsius uniuersae uirtutes eorum].
XXXIII	1	honorificans Dominum in omni tempore. . .	1	Benedicam Dominum in omni tempore . . .
	2	. . . .	2	semper laus eius in ore meo . . . .
			14	Gustate et uidete quoniam suauis est Dominus . . . .
	14	. . . .		
	15	. . . .	15	beatus uir qui sperat in eum . . . .
	16	. . . .	16	Timete Dominum omnes sancti eius . . . .
	17	. . . .	17	quoniam nihil deest timentibus eum. . . . .
	18	. . . .	18	Diuites eguerunt et esurierunt,. . . . . . .
	19	. . . .	19	inquirentes autem Dominum non deficient omni bono . . . .

PSALMI	VERSICVLI	VERSIO LATINA		VERSIO AFRICANA
XXXIII	20	Venite, filii, audite me:	20	. . . .
	21	timorem Domini docebo uos	21	. . . .
	22	Quis est homo qui uult uitam	22	quis est homo qui uult uitam
	23	et cupit uidere dies bonos?	23	et amat uidere dies optimos?
	24	Cohibe linguam tuam a malo	24	compescere linguam a malo
	25	et labia tua ne loquantur dolum	25	et labia ne loquantur dolum
	26	Declina a malo et fac bonum	26	declinare a malo et facere bonum
	27	inquire pacem et consequere eam	27	quaerere pacem et sectari eam
	28	Oculi Domini super iustos,	28	. . . .
	29	et aures eius in praeces eorum	29	. . . .
	30	Vultus Domini super facientes mala,	30	. . . .
	31	ut disperdet de terra memoriam eorum	31	. . . .
	32	Clamauit iustus, et Dominus exaudiuit eum	32	. . . .
	33	et de omni tribulatione liberauit eum	33	. . . .
	34	. . . .	34	Prope est Dominus omnibus tribulatis corde
	35	. . . .	35	et humiles spiritu saluabit
	36	. . . .	36	Multae pressurae iustorum
	37	. . . .	37	et ex omnibus liberabit eos Dominus
	38	. . . .	38	Dominus custodit omnia ossa eorum
	39	. . . .	39	unum ex ipsis non comminuetur
	42	. . . .	42	Redimet Dominus animas seruorum suorum.
		1. HERM. *Past.*, Mand. V, II, 3; ‖ 20-37. CLEM. *Ad Cor.*, I, XXII, 1-8; 22-27. IREN. *Contr. haer.*, IV, XVII, 3 : quis est homo qui uult ui'am et amat uidere dies bonos? Cohibe linguam tuam a malo, et labia tua ne loquantur dolum. Declina a malo et fac bonum : inquire pacem et sequere eam; PS.-BARN. *Epist.* IX : Quia qui uult uiuere in perpetuum; IREN. *loc. cit.*, IV, XXXVI, 2 : Cohibe... *u. a*... sequere eam; ‖ 30. IREN. *l. c.*, IV, 28 : uultus autem Domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam ipsorum. ‖ [*Add. ad. u.* 28. NOVAT. *De Trin.*, VI : Oculi Domini super iustos].		1-2. CYP. *Test.*, III, 14; ‖ 11-19. CYP. *l. c.*, I, 22; *ibid.*, III, 20 : timete Dom sancti eius, quon. nih. deest tim. eum; ‖ 22-23. CYP. *De cath. eccl. unit.*, 24; ‖ 21-27. TERT. *Adu. Marc.*, II, 19; CYP. *De cath. eccl. unit.*, 24 : contine linguam tuam a malo (25) et labia tua ne loquantur insidiose, (26) declina a malo et fac bonum, (27) quaere pacem et sequere eam; CYP. *Test.*, III, 13 : Quis est homo... et cupit...? cohibe... loquantur dolum; PS.-CYP. *De XII abusiu. saec.*, 11 : declina a malo et fac bonum; ‖ 34 sq. CYP. *Test.*, III, 6; *et u.* 35 *tantum* CYP. *Test.*, III, 5; ‖ 36-37. TERT. *Adu. Marc.*, II, 19; ‖ 38-39, 42. TERT. *Adu. Marc.*, II, 19.
XXXIV	17	Anima mea exultabit in Domino	17	. . . .
	18	iucundabitur in salutari eius.	18	. . . .
	23	. . . .	23	Retribuebant mihi mala pro bonis.
	31	. . . .	31	Congregata sunt super me flagella, et ignorauerunt :
	32	. . . .	32	dissoluti sunt nec compuncti sunt,
	33	. . . .	33	tentauerunt me et deriserunt derisu
	34	. . . .	34	et striderunt super me dentibus suis
		17-18. IREN. *Contr. haer.*, IV, XI, 3.		23. TERT. *Adu. Iudaeos*, 10; ‖ 31-34. LACT. *Diu. inst.*, IV, 18; *Epitome*, 46 : congregata sunt in me flagella... *et reliq.*; COMM. *Carm. apol.*, u. 454 : Non est flagellatus Dauid ne cruce leuatum.
XXXVI	14	. . . .	14	Noli zelare bene ambulantem in uia sua
	18	nam iniqui pereunt ex illa.	18	. . . .
	24	. . . .	24	Obseruabit peccator iustum.
	25	. . . .	25	et stridet ad eum dentes suos.
	26	. . . .	26	Deus autem inridebit eum
	27	. . . .	27	quoniam prouidet quia ueniet dies eius
	52	. . . .	52	Iunior fui et senui.
	53	. . . .	53	et non uidi iustum derelictum
	54	. . . .	54	nec semen eius quaerens panem,
	55	. . . .	55	tota die miseretur et foenerat.
	56	. . . .	56	et semen eius in benedictione erit.
	57	. . . .	57	Declina a malo et fac bonum.
	75	Vidi impium exaltatum	75	Vidi impium superexaltatum.
	76	et exsurgentem tanquam caedros Libani;	76	et extolli super cedros Libani
	77	et transii, et ecce non erat,	77	et transiui et ecce non fuit

PSALMI	VERSICVLI	VERSIO		
		LATINA		AFRICANA
XXXVI	78	et quaesiui eum, et non est inuentus locus eius	78	et quaesiui eum et non est inuentus locus eius. . . . .
	79	Custodi innocentiam et uide aequitatem, . .		
	80	quia sunt reliquiae homini pacifico		
		18. CLEM. *Ad Cor.*, I, XIV, 4; ‖ 60. HERM. *Past.*, Sim. IX, XXIV, 4 : [Dominus enim uos probauit, et] conscripsit in nostrum numerum (?); ‖ 75-80. CLEM. *loc. cit.*, XIV, 5.		14. CYP. *De zelo et liu.*, 8; ‖ 24-27. *ibid.*; ‖ 52-56. CYP. *Test.*, III, 1; *De oper. et eleemos.*, 19 : iuuenior fui... benedictione erit; ‖ 57. TERT. *Adu. Marc.*, V, 14; ‖ 75-78. CYP. *Epist.* LIX, 3, *Ad Cornelium* (*ed. Hart.*).
XXXVII	22	. . . .		
		22. IREN. *Contr. haer.*, IV, XXXIII, 12 : et ab amicis, et ab his qui proximi sunt derelinqui.		
XXXIX	6	et dirige gressus nostros, ...		
	15	sacrificium et oblationem noluisti.		
	16	aures autem perfecisti mihi		
	17	holocausta etiam pro delicto non postulasti. .		
		6. CLEM. *Ad Cor.*, I, LX, 2; ‖ 15-17. IREN. *Contr. haer.*, IV, XVII, 1.		
XL	1	. . . .	1	Beatus qui intellegit super egenum et pauperem, ...
	2	. . . .	2	in die malo liberabit eum Dominus . . . . .
	19	. . . .	19	Qui mecum panem edit, lauabit in me plantam. . . . .
				1-2. CYP. *Test.*, III, 1; *De oper. et eleem.*, 5; ‖ 19. TERT. *Adu. Marc.*, IV, 40.
XLI	4	. . . quomodo apparebo Domino Deo meo.		
		4. PS.-BARN. *Epist.* VI, 16; ‖ HERM. *Past.*, Vis. II, III, 2; III, VII, 2 : non discesseris a *Deo uiuo*, et : abscesserunt a *Deo uiuo*.		
XLIV	1	Eructatum est cor meum uerbum bonum. . .	1	Eructauit cor meum sermonem optimum, . .
	2	dico ego opera mea regi	2	dico ego opera mea regi, ...
	3	. . . .	3	lingua mea calamus scribae uelociter scribentis. . . . .
	4	Speciosus forma prae filiis hominum . . .	4	Tempestiuus enim decore citra filios hominum; . . . .
	5	. . . .	5	effusa est gratia in labiis tuis . . . .
	6	. . . .	6	propterea benedixit te Deus in aeuum . . . .
	7	. . . .	7	Accingere ensem super femur tuum, potens.
	8	. . . .	8	tempestiuitate tua et pulchritudine tua, . . .
	9	. . . .	9	extende et prosperare et regna . . . .
	10	. . . .	10	propter ueritatem et lenitatem et iustitiam. .
	11	. . . .	11	et deducet te magnitudo dexterae tuae. . . .
	12	. . . .	12	sagittae tuae acutae . . . .
	13	. . . .	13	populi sub te cadent. . . . .
	14	. . . .		
	15	. . . .	15	Thronus tuus, Deus, in aevum, ...
	16	. . . .	16	uirga regni tui : . . . .
	17	. . . .	17	dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem. . . .
	18	propterea unxit te Deus, Deus tuus.	18	propterea unxit te Deus, Deus tuus. . . . . .
	19	oleo laetitiae a consortibus tuis	19	oleum laetitiae prae consortibus tuis. . . . .
	23	. . . .	23	Adstitit regina a dextris tuis in uestitu deaurato. . . . .
	24	. . . .	24	circumamicta uarietatem. . . . .
	25	. . . .	25	Audi, filia, et uide et inclina aurem tuam . .

PSALMI	VERSICVLI	VERSIO — LATINA		VERSIO — AFRICANA
XLIV	26	. . . .	26	. . . .
	27	. . . .	27	et obliuiscere populum tuum et domum patris tui . . . .
	28	. . . .	28	quoniam concupiuit rex speciem tuam . . .
	37	Pro patribus tuis facti sunt tibi filii tui. . . .		quia ipse est Dominus Deus tuus.. . . . . .
		1. Vict. Pet. *De fabr. mundi* (Migne, *Pat. Lat.*, V, col. 311); Novat. *De Trin.*, XIII : eructauit cor m. u. b.; ‖ 2. Novat. *loc. cit.; et infra. c.* 17; ‖ 4. Iren. *Contr. haer.*, IV, xxxiii, 11; ‖ 18-19. Novat. *De Trin.*, XXIX; ‖ 37. Iren. *Contr. haer.*, IV, v, 2; *ibid.*, III, xxii, 4 : pro patribus nati sunt tibi filii.		1 Tert. *Adu. Marc.*, II, 4; *Adu. Prax.*, 11; Cyp. *Test.*, II, 3: Eructauit cor meum uerbum bonum; ‖ 2. Cyp. *ibid.*; ‖ 3. Cyp. *Test.*, II, 29 : Eructauit... *et reliq. ut in text.*; ‖ 4-8. Tert. *Adu. Marc.*, III, 7; *Adu. Iud.*, 9 : tempestiuus decore super filios hominum; (3) eff. est gr. in. lab. t. (7) accingere ensem supra femur; *Adu. Marc.*, III, 14 : acc. ense super femur; *sed in uu. 4 et 5 concordat cum text.; ibid.*, V, 18 : succinctus gladio super femur; Cyp. *Test.*, II, 29 : speciosus forma prae filiis hominum (5) diffusa est gr. in lab. t. (6) propt. ben. te D. in aeternum (7) adcingere gladium tuum circa femur, potentissime (8) specie et pul. tua; ‖ 9-10. Tert. *Adu. Marc.*, III, 14; *Adu. Iud.*, 9 : extende et prospera et regna propter lenitatem et iustitiam tuam; Cyp. *Test.*, II, 29 : et intende et prospere, procede et regna, propt. uer. et mansuetudinem et iustitiam; ‖ 11-13. Tert. *Adu. Iud.*, 9; ‖ 15-18. Tert. *Adu. Prax.*, 13; Cyp. *Test.*, II, 6 : Sedes tua, Deus, in saeculum saeculi (16) uirga recta est uirga regni tui : (17) del. iust. et od. iniq. : (18) p. u. t. D. D. t.; Lact. *Diu. inst.*, IV, 13 : Thronus tuus Deus, in saecula saeculorum : (16) uirga aequitatis, uirga regni tui : (17) dil. iust. et odio habuisti iniustitiam, (18) propt. unx. t. D. D. t. oleo exultationis; ‖ 23-28. Cyp. *Test.*, II, 29; *inter Cyprianicas* LXXV *ep., a Firmiliano ad Cyprianum missa; haec habet pro uu.* 25-27 : audi filia et uide et inclina aurem tuam, et obliuiscere populi tui, quia desiderauit rex speciem tuam.
XLV	20	. . . .	20	Vacate et uidete quoniam ego sum Deus . .
	21	. . . .	21	exaltabor in gentibus et exaltabor in terra. . .
				20-21. Cyp. *Test.*, II, 6.
XLVIII	23	Homo cum in honore esset non intellexit . .	23	. . . .
	24	comparatus est iumentis insipientibus et similis factus est illis	24	. . . .
	31	. . . .	31	Ne timueris cum diues factus fuerit homo,. .
	32	. . . .	32	et cum abundabit gloria eius; . . . .
	33	. . . .	33	quoniam cum morietur, non tollet omnia . .
	34	. . . .	34	nec descendet cum illo gloria sua . . . . . .
	39	homo in honore positus	39	. . . .
	40	assimilatus est iumentis.	40	. . . .
		23-24. Iren. *Contr. haer.*, IV, iv, 3; ‖ 39-40. Iren. *l. c.*, IV, xli, 3; V, viii, 2 : homo eum in honore esset, assimilatus est jumentis.		31-34. Tert. *Adu. Marc.*, IV, 15.
XLIX	1	Deus Deorum Dominus, locutus est, et uocauit terram.	1	Deus deorum Dominus, locutus est et uocauit terram . . . .
	2	. . . .	2	a solis ortu usque ad occasum, ...
	3	. . . .	3	ex Sion species decoris eius. . . . .
	4	Deus noster manifeste ueniet et non tacebit .	4	Deus manifeste ueniet, Deus noster et non silebit. . . . .
	5	. . . .	5	ignis in conspectu eius ardebit . . . .
	6	. . . .	6	et in circuitu eius tempestas valida . . . . .
	7	. . . .	7	Aduocauit coelum susum . . . .
	8	. . . .	8	et discernere populum suum . . . .
	9	. . . .	9	Congregate illi iustos eius. . . . .
	10	. . . .	10	qui ordinant testamentum eius super sacrificia.
	11	. . . .	11	et adnuntiabunt coeli iustitiam eius. . . . .
	12	. . . .	12	quoniam Deus iudex est . . . .

PSALMI	VERSICVLI	VERSIO LATINA		VERSIO AFRICANA
XLIX	18	Non accipiam de domo tua uitulos	18	...
	19	nec de gregibus tuis hircos	19	...
	20	Quoniam meae sunt omnes bestiae terrae	20	...
	21	iumenta in montibus et boues	21	...
	22	cognoui omnia uolatilia coeli	22	...
	23	et species agri mecum est	23	...
	24	Si esuriero non dicam tibi	24	...
	25	meus est enim orbis terrae et plenitudo eius.	25	...
	26	Numquid manducabo carnes taurorum	26	Non enim bibam sanguinem taurorum
	27	aut sanguinem hircorum potabo?	27	aut sanguinem hircorum potabo?
	28	Immola Deo sacrificium laudis	28	Sacrifica Deo sacrificium laudis
	29	et redde Altissimo uota tua	29	et redde Altissimo uota tua,
	30	et inuoca me in die tribulationis tuae	30	inuoca me in die tribulationis tuae
	31	et eripiam te et glorificabis me.	31	et eripiam te et glorificabis me.
	32	Peccatori autem dixit Deus :	32	Peccatori autem dicit Dominus :
	33	Quare tu enarras iusticias meas	33	Vt quid tu exponis iustificationes meas
	34	et assumis testamentum meum in os tuum?	34	et assumis testamentum meum per os tuum?
	35	Tu autem odisti disciplinam	35	tu uero odisti disciplinam
	36	et abiecisti sermones meos post te	36	et proiecisti sermones meos post te
	37	Si uidebas furem, concurrebas cum eo,	37	Si uidebas furem, currebas cum eo
	38	et cum adulteris portionem tuam ponebas	38	et cum adulteris portionem tuam ponebas,
	39	Os tuum abundauit maliciam	39	os tuum abundauit malitia
	40	et lingua tua concinnabat dolum	40	et lingua tua complectabatur insidias,
	41	Sedens aduersus fratrem tuum detrahebas,	41	sedens aduersus fratrem tuum detrahebas
	42	et aduersus filium matris tuae ponebas scandalum	42	et aduersus filium matris tuae ponebas scandalum
	43	Haec fecisti, et tacui	43	...
	44	Existimasti iniquitatem, quod ero tibi similis :	44	...
	45	arguam te et exibebo ea coram te	45	...
	46	Et intelligite haec omnes, qui obliuiscimini Deum,	46	...
	47	ne quando rapiat tanquam leo, et non sit qui eripiat	47	...
	48	Sacrificium laudis honorificauit me	48	Sacrificium laudis honorificabit me
	49	et illic uia in qua ostendam illi salutare Dei	49	illic est iter, quo ostendam illi salutare meum.

1. IREN. III, VI, 1; ‖ 4. IREN., *Contr. haer.*, V, XVIII, 1; *ibid.*, III, VI, 1 : Deus manifeste ueniet, Deus noster et non silebit; ‖ 18-27. IREN. *loc. cit.*, IV, XVII, 1; ‖ 28-31. IREN. *loc. cit.*, IV, XVII, 1; CLEM. *Ad Cor.*, L, LII, 3; ‖ 32-49. CLEM. *Ad Cor.*, I, XXXV, 7-12.

Praecipio tibi [scil. Satana] *in nomine Iesu Christi exire ab ea.*

170. LAVDES MEDIA NOCTE. — Κατὰ δὲ τὸ μεσονύκτιον Παῦλος καὶ Σίλας προσευχόμενοι ὕμνουν τὸν θεόν. — XVI, 25.

Media autem nocte, Paulus et Silas orantes, laudabant Deum.

171. Regvla fidei. — Κύριοι, τί με δεῖ ποιεῖν ἵνα σωθῶ; οἱ δὲ εἶπαν· *πίστευσον ἐπὶ τὸν κύριον Ἰησοῦν* καὶ σωθήσῃ σὺ καὶ ὁ οἶκός σου. — xvi, 30-31.

(ait custos carceris :) Domini, quid me oportet facere, ut saluus fiam? At illi [scil. Paulus et Silas] dixerunt : *Crede in Dominum Iesum :* et saluus eris tu, et domus tua.

172. Baptismvs (etiam parvvlorvm?). — ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ τῆς νυκτὸς... ἐβαπτίσθη αὐτὸς καὶ οἱ αὐτοῦ ἅπαντες. — xvi, 33.

in illa hora noctis... baptizatus est ipse [scil. custos carceris] et omnis domus eius.

173. Votvm. — εἶχεν γὰρ εὐχήν. — xviii, 18.

[Paulus] habebat enim uotum.

174. « Fratres ». — οἱ ἀδελφοί. — xviii, 27.

fratres.

175. Baptismvs. Χειροθονία. — ἐβαπτίσθησαν *εἰς τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου Ἰησοῦ.* καὶ ἐπιθέντος αὐτοῖς τοῦ Παύλου χεῖρας ἦλθε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπ' αὐτούς. — xix, 5-6.

baptizati sunt *in nomine Domini Iesu* et cum imposuisset illis manus Paulus, uenit Spiritus super eos.

176. Exorcista. — Ἐπεχείρησαν δέ τινες καὶ τῶν περιερχομένων Ἰουδαίων ἐξορκιστῶν ὀνομάζειν ἐπὶ τοὺς ἔχοντας τὰ πνεύματα τὰ πονηρὰ τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου Ἰησοῦ, λέγοντες· *ὁρκίζω ὑμᾶς τὸν Ἰησοῦν* ὃν Παῦλος κηρύσσει. — xix, 13.

Tentauerunt autem quidam et de circumeuntibus Iudaeis exorcistis, inuocare super eos qui habebant spiritus malos, nomen Domini Iesu, dicentes : *Adiuro uos per Iesum,* quem Paulus praedicat.

177. Lavdes Dno Iesv. Exomologesis. — ἐμεγαλύνετο *τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου Ἰησοῦ·* πολλοί τε τῶν πεπιστευκότων ἤρχοντο ἐξομολογούμενοι καὶ ἀναγγέλλοντες τὰς πράξεις αὐτῶν. — xix, 17-18.

magnificabatur *nomen Domini Iesu,* multique credentium ueniebant confitentes, et adnuntiantes actus suos.

178. Fractio panis in die dominica. Synaxis de nocte. Coenacvlvm. — Ἐν δὲ τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων συνηγμένων ἡμῶν κλάσαι ἄρτον ὁ Παῦλος διελέγετο αὐτοῖς, μέλλων ἐξιέναι τῇ ἐπαύριον, παρέτεινέν τε τὸν λόγον μέχρι μεσονυκτίου· ἦσαν δὲ λαμπάδες ἱκαναὶ ἐν τῷ ὑπερῴῳ οὗ ἦμεν συνηγμένοι. καθεζόμενος δέ τις νεανίας ὀνόματι Εὔτυχος ἐπὶ τῆς θυρίδος, καταφερόμενος ὕπνῳ βαθεῖ, διαλεγομένου τοῦ Παύλου ἐπὶ πλεῖον, κατενεχθεὶς ἀπὸ τοῦ ὕπνου ἔπεσεν ἀπὸ τοῦ τριστέγου κάτω. — xx, 7-9.

Una autem Sabbati cum conuenissemus ad frangendum panem, Paulus disputabat cum eis profecturus in crastinum, protraxitque sermonem usque in mediam noctem. Erant autem lampades copiosae in coenaculo, ubi eramus congregati. Sedens autem quidam adolescens nomine Eutychus super fenestram cum mergeretur somno graui, disputante diu Paulo, ductus somno cecidit de tertio coenaculo deorsum.

179. De nocte synaxis. Fractio panis. — Ἀναβὰς δὲ καὶ κλάσας τὸν ἄρτον καὶ γευσάμενος, ἐφ' ἱκανόν τε ὁμιλήσας ἄχρι αὐγῆς. — xx, 11.

Adscendens autem frangensque panem, et gustans satisque adlocutus usque in lucem.

180. Πρεσβυτέροι. — Ἀπὸ δὲ τῆς Μιλήτου πέμψας εἰς Ἔφεσον μετεκαλέσατο τοὺς πρεσβυτέρους τῆς ἐκκλησίας. — xx, 17.

A Mileto autem mittens Ephesum, uocauit [scil. Paulus] maiores natu Ecclesiae.

181. Predicatio. Regvla fidei. — διδάξαι ὑμᾶς δημοσίᾳ καὶ κατ' οἴκους, διαμαρτυρόμενος Ἰουδαίοις τε καὶ Ἕλλησιν *τὴν εἰς θεὸν μετάνοιαν* καὶ *πίστιν εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν.* — xx, 20-21.

[quomodo]... docerem uos publice, et per domos, testificans Iudaeis, atque Gentilibus *in Deum paenitentiam, et fidem in Dominum nostrum Iesum Christum.*

182. Ἐπισκόποι. — Προσέχετε ἑαυτοῖς καὶ παντὶ τῷ ποιμνίῳ, ἐν ᾧ ὑμᾶς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔθετο ἐπισκόπους, ποιμαίνειν τὴν ἐκκλησίαν τοῦ κυρίου. — xx, 28.

Attendite uobis et uniuerso gregi, in quo uos Spiritus sanctus posuit episcopos, regere Ecclesiam Dei.

183. Deprecatio pro fidelibvs. — Μνημονεύοντες ὅτι τριετίαν νύκτα καὶ ἡμέραν οὐκ ἐπαυσάμην μετὰ δακρύων νουθετῶν ἕνα ἕκαστον. καὶ τὰ νῦν *παρατίθεμαι ὑμᾶς τῷ θεῷ καὶ τῷ λόγῳ τῆς χάριτος αὐτοῦ, τῷ*

Memoria retinentes, quoniam per triennium nocte et die non cessaui, cum lacrymis monens unumquemque uestrum. Et nunc *commendo uos Deo et uerbo gratiae*

δυναμένῳ οἰκοδομῆσαι καὶ δοῦναι τὴν κληρονομίαν ἐν τοῖς ἡγιασμένοις πᾶσιν. — XX, 31-32.

ipsius, qui potens est aedificare, et dare hereditatem in sanctificatis omnibus.

184. GENVFLEXIO. — θεὶς τὰ γόνατα αὐτοῦ σὺν πᾶσιν αὐτοῖς προσηύξατο. — XX, 36.

positis genibus suis orauit cum omnibus illis.

185. GENVFLEXIO. — θέντες τὰ γόνατα ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν προσευξάμενοι. — XXI, 5.

positis genibus in littore, orauimus.

186. « FRATRES ». — ἀσπασάμενοι τοὺς ἀδελφούς. — XXI, 7.

salutatis fratribus.

187. « EVANGELISTA ». — εἰσελθόντες εἰς τὸν οἶκον Φιλίππου τοῦ εὐαγγελιστοῦ ὄντος ἐκ τῶν ἑπτά. — XXI, 8.

intrantes domum Philippi euangelistae, qui erat unus ex septem.

188. VIRGINES PROPHETISSAE. — Τούτῳ δὲ ἦσαν θυγατέρες τέσσαρες παρθένοι προφητεύουσαι. — XXI, 9.

Huic [scil. Philippo] autem erant quattuor filiae uirgines prophetantes.

189. ADPRECATIO. — ἡσυχάσαμεν εἰπόντες· *τοῦ κυρίου τὸ θέλημα γινέσθω.* — XXI, 14.

quieuimus, dicentes : *Domini uoluntas fiat.*

190. « FRATRES ». — οἱ ἀδελφοί. — XXI, 17.

fratres.

191. PRESBYTERI. — ὁ Παῦλος σὺν ἡμῖν πρὸς Ἰάκωβον, πάντες τε παρεγένοντο οἱ πρεσβύτεροι. — XXI, 18.

introibat Paulus nobiscum ad Iacobum, omnesque collecti sunt seniores.

192. LAVDES DEO. — Οἱ δὲ ἀκούσαντες ἐδόξαζον τὸν θεόν. — XXI, 20.

At illi cum audissent, magnificabant Deum.

193. VOTVM. — Εἰσὶν ἡμῖν ἄνδρες τέσσαρες εὐχὴν ἔχοντες ἐφ' ἑαυτῶν· τούτους παραλαβὼν ἁγνίσθητι σὺν αὐτοῖς, καὶ δαπάνησον ἐπ' αὐτοῖς ἵνα ξυρήσονται τὴν κεφαλήν. — XXI, 23-24.

Sunt nobis (in ecclesia primitiua Ierosolymis) uiri quattuor, uotum habentes super se. His adsumptis, sanctifica te cum illis ut radant capita.

194. VOTVM. — Τότε ὁ Παῦλος παραλαβὼν τοὺς ἄνδρας τῇ ἐχομένῃ ἡμέρᾳ σὺν αὐτοῖς ἁγνισθεὶς εἰσῄει εἰς τὸ ἱερόν, διαγγέλλων τὴν ἐκπλήρωσιν τῶν ἡμερῶν τοῦ ἁγνισμοῦ, ἕως οὗ προσηνέχθη ὑπὲρ ἑνὸς ἑκάστου αὐτῶν ἡ προσφορά. — XXI, 26.

Tunc Paulus, adsumptis uiris, postera die purificatus cum illis intrauit in templum, adnuntians expletionem dierum purificationis, donec offerretur pro unoquoque eorum oblatio.

195. « FRATRES ». — Ἄνδρες ἀδελφοὶ καὶ πατέρες. — XXII, 1.

Viri fratres et patres.

196. FORMVLA. — *Ὁ θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν.* — XXII, 14.

Deus patrum nostrorum (dixit Ananias ad Paulum).

197. BAPTISMVS. — βάπτισαι καὶ ἀπόλουσαι τὰς ἁμαρτίας σου, ἐπικαλεσάμενος τὸ ὄνομα αὐτοῦ. — XXII, 16.

baptizare et ablue peccata tua, inuocato nomine ipsius [Dei].

198. VOTA, ELEEMOSYNA. — ἐλεημοσύνας ποιήσων εἰς τὸ ἔθνος μου παρεγενόμην καὶ προσφοράς. — XXIV, 17.

eleemosynas facturus in gentem meam ueni [scil. Paulus], et oblationes et uota.

199. ADPRECATIO PRO CONVERSIONE OMNIVM INFIDELIVM. — *Εὐξάμην ἂν τῷ θεῷ καὶ ἐν ὀλίγῳ καὶ ἐν μεγάλῳ οὐ μόνον σὲ ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς ἀκούοντάς μου σήμερον γενέσθαι τοιούτους ὁποῖος κἀγώ εἰμι, παρεκτὸς τῶν δεσμῶν τούτων.* — XXVI, 29.

[Paulus dixit :] *Opto apud Deum, et in modico, et in magno, non tantum te, sed etiam omnes, qui audiunt, hodie fieri tales* [scil. Christianos] *qualis et ego sum, exceptis uinculis his.*

200. FRACTIO PANIS. GRATIAR. ACT. — λαβὼν ἄρτον εὐχαρίστησεν τῷ θεῷ ἐνώπιον πάντων καὶ κλάσας ἤρξατο ἐσθίειν. — XXVII, 35.

sumens panem [scil. Paulus in naui] gratias egit Deo in conspectu omnium : et cum fregisset coepit manducare.

201. « FRATRES ». — ἀδελφούς. — XXVIII, 14.

fratres.

202. GRATIARVM ACTIO. — ὁ Παῦλος εὐχαριστήσας τῷ θεῷ. — XXVIII, 15.

Paulus, gratias agens Deo.

203. PREDICATIO. — κηρύσσων τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ καὶ διδάσκων τὰ περὶ τοῦ κυρίου Ἰησοῦ. — XXVIII, 31.

[Paulus] praedicans regnum Dei, et docens quae sunt de Domino Iesu Christo.

EX EPISTVLA AD ROM.

204. SALVTATIO. GRATIARVM ACTIO. — *Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ πατρὸς ἡμῶν καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.*
Πρῶτον μὲν *εὐχαριστῶ τῷ θεῷ μου διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ περὶ πάντων ὑμῶν, ὅτι ἡ πίστις ὑμῶν καταγγέλλεται ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ.* — Rom., I, 7-8.

Gratia uobis et pax a Deo Patre nostro et Domino Iesu Christo. Primum quidem *gratias ago Deo meo per Iesum Christum pro omnibus uobis : quia fides uestra adnuntiatur in uniuerso mundo.*

205. IVRAMENTVM. — *Μάρτυς γάρ μού ἐστιν ὁ θεός*... ὡς ἀδιαλείπτως μνείαν ὑμῶν ποιοῦμαι πάντοτε ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου, δεόμενος. — I, 9-10.

Testis enim mihi est Deus... quod sine intermissione memoriam uestri facio, semper in orationibus meis : obsecrans.

206. « FRATRES ». — ἀδελφοί. — I, 13.

fratres.

207. CVLTVS DEO DEBITVS. — γνόντες τὸν θεὸν οὐχ ὡς θεὸν ἐδόξασαν ἢ ηὐχαρίστησαν. — I, 21.

cum cognouissent [scil. gentes] Deum non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt.

208. DOXOLOGIA. — ἐσεβάσθησαν καὶ ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα, ὅς ἐστιν *εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.* — I, 25.

coluerunt [scil. gentes] et seruierunt creaturae potius quam Creatori, qui est *benedictus in saecula. Amen.*

209. DOXOLOGIA. — *εἰρήνην ἔχωμεν πρὸς τὸν θεὸν διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν τῇ πίστει εἰς τὴν χάριν ταύτην ἐν ᾗ ἑστήκαμεν, καὶ καυχώμεθα ἐπ' ἐλπίδι τῆς δόξης τοῦ θεοῦ.* — V, 1-2.

pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum Iesum Christum : per quem et habemus accessum per fidem in gratiam istam, in qua stamus et gloriamur in spe gloriae filiorum Dei.

210. DOXOLOGIA. — *καυχώμενοι ἐν τῷ θεῷ διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.* — V, 11.

gloriamur in Deo per Dominum nostrum Iesum Christum.

211. ADPRECATIO. — *ἡ χάρις βασιλεύσῃ διὰ δικαιοσύνης εἰς ζωὴν αἰώνιον διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν.* — V, 21.

gratia regnet per iustitiam in uitam aeternam, per Iesum Christum Dominum nostrum.

212. GRATIAS DEO. — *Χάρις δὲ τῷ θεῷ.* — VI, 17.

Gratias autem *Deo.*

213. GRATIAS DEO. — *Τὸ δὲ χάρισμα τοῦ θεοῦ ζωὴ αἰώνιος ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν.* — VI, 23.

Gratia autem Dei, uita aeterna, in Christo Iesu Domino nostro.

214. « FRATRES ». — ἀδελφοί. — VII, 1.

fratres.

215. ID. — ἀδελφοί μου. — VII, 4.

fratres mei.

216. DE ORATIONE. — Ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ πνεῦμα συναντιλαμβάνεται τῇ ἀσθενείᾳ ἡμῶν· τὸ γὰρ τί προσευξώμεθα καθὸ δεῖ οὐκ οἴδαμεν, ἀλλὰ αὐτὸ τὸ πνεῦμα

Similiter autem et Spiritus adiuuat infirmitatem nostram : nam quid oremus, sicut oportet, nescimus : sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarra-

ὑπερεντυγχάνει στεναγμοῖς ἀλαλήτοις· ὁ δὲ ἐρευνῶν τὰς καρδίας οἶδεν τί τὸ φρόνημα τοῦ πνεύματος, ὅτι κατὰ θεὸν ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἁγίων. — VIII, 26-27.

bilibus. Qui autem scrutatus corda scit quid desideret Spiritus : quia secundum Deum postulat pro sanctis.

217. Doxologia. — *ὁ ὢν ἐπὶ πάντων θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας· ἀμήν.* — IX, 5.

[Christus] *qui est super omnia Deus benedictus in saecula. Amen.*

218. « Fratres ». — ἀδελφοί. — X, 1.

fratres.

219. Confessio Dni Iesv. — Ἐὰν *ὁμολογήσῃς* ἐν *τῷ στόματί σου κύριον Ἰησοῦν.* — X, 9.

Si confitearis in ore tuo *Dominum Iesum.*

220. Invocatio Dni. Predicatio apostolica. « Evangelistae ». — Ὁ γὰρ αὐτὸς κύριος πάντων, πλουτῶν εἰς πάντας τοὺς ἐπικαλουμένους αὐτόν· πᾶς γὰρ ὃς ἂν ἐπικαλέσηται τὸ ὄνομα κυρίου σωθήσεται. πῶς οὖν ἐπικαλέσωνται εἰς ὃν οὐκ ἐπίστευσαν; πῶς δὲ πιστεύσωσιν οὗ οὐκ ἤκουσαν; πῶς δὲ ἀκούσονται χωρὶς κηρύσσοντος; πῶς δὲ κηρύξωσιν ἐὰν μὴ ἀποσταλῶσιν; καθὼς γέγραπται· ὡς ὡραῖοι οἱ πόδες τῶν εὐαγγελιζομένων τὰ ἀγαθά (var. : τῶν εὐαγγελιζομένων εἰρήνην τῶν... etc.). — X, 12-15.

Nam idem Dominus omnium, diues in omnes qui inuocant illum. Omnis enim quicumque inuocauerit nomen Domini saluus erit. Quomodo ergo inuocabunt in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient sine praedicante? Quomodo uero praedicabunt nisi mittantur? sicut scriptum est : Quam speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona.

221. Hymnvs. Doxologia. — *Ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως θεοῦ· ὡς ἀνεξεραύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ. τίς γὰρ ἔγνω νοῦν κυρίου; ἢ τίς σύμβουλος αὐτοῦ ἐγένετο; ἢ τίς προέδωκεν αὐτῷ, καὶ ἀνταποδοθήσεται αὐτῷ; ὅτι ἐξ αὐτοῦ καὶ δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα· αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.* — XI, 33-36.

O altitudo diuitiarum sapientiae et scientiae Dei : quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, et inuestigabiles uiae eius! Quis enim cognouit sensum Domini? Aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi et retribuetur ei? Quoniam ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia : ipsi gloria in saecula. Amen.

222. Obsecratio. — *Παρακαλῶ* οὖν ὑμᾶς, ἀδελφοί, *διὰ τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ θεοῦ.* — XII, 1.

Obsecro itaque uos, fratres, *per misericordiam Dei.*

223. De oratione. — τῇ προσευχῇ προσκαρτεροῦντες. — XII, 12.

orationi instantes.

224. Gratiarvm actio. — Ὁ ἐσθίων κυρίῳ ἐσθίει, εὐχαριστεῖ γὰρ τῷ θεῷ· καὶ ὁ μὴ ἐσθίων κυρίῳ οὐκ ἐσθίει καὶ εὐχαριστεῖ τῷ θεῷ. — XIV, 6.

Qui manducat, Domino manducat : gratias enim agit Deo. Et qui non manducat, Domino non manducat, et gratias agit Deo.

225. Adprecatio pro sapientia. Oratio vnanimis. — *Ὁ δὲ θεὸς τῆς ὑπομονῆς καὶ τῆς παρακλήσεως δῴη ὑμῖν τὸ αὐτὸ φρονεῖν ἐν ἀλλήλοις κατὰ Χριστὸν Ἰησοῦν, ἵνα ὁμοθυμαδὸν ἐν ἑνὶ στόματι δοξάζητε τὸν θεὸν καὶ πατέρα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.* — XV, 5-6.

Deus autem patientiae et solatii det uobis idipsum sapere in alterutrum secundum Iesum Christum : ut unanimes, uno ore honorificetis Deum, patrem Domini nostri Iesu Christi.

226. Adprecatio pro gavdio et pace. — *Ὁ δὲ θεὸς τῆς ἐλπίδος πληρώσαι ὑμᾶς πάσης χαρᾶς καὶ εἰρήνης ἐν τῷ πιστεύειν, εἰς τὸ περισσεύειν ὑμᾶς ἐν τῇ ἐλπίδι ἐν δυνάμει πνεύματος ἁγίου.* — XV, 13.

Deus autem spei repleat uos omni gaudio, et pace in credendo : ut abundetis in spe et uirtute Spiritus sancti.

227. « Fratres ». — ἀδελφοί μου. — XV, 14.

fratres mei.

228. Id. — ἀδελφοί. — XV, 15.

fratres.

229. Λειτουργός. — διὰ τὴν χάριν τὴν δοθεῖσάν μοι ἀπὸ τοῦ θεοῦ εἰς τὸ εἶναί με λειτουργὸν Χριστοῦ Ἰησοῦ εἰς τὰ ἔθνη, ἱερουργοῦντα τὸ εὐαγγέλιον τοῦ θεοῦ, ἵνα γένηται

propter gratiam, quae data est mihi a Deo, ut sim minister Christi Iesu in gentibus : sanctificans Euangelium Dei, ut fiat oblatio gentium accepta et sanctifi-

ἡ προσφορὰ τῶν ἐθνῶν εὐπρόσδεκτος, ἡγιασμένη ἐν πνεύματι ἁγίῳ. ἔχω οὖν τὴν καύχησιν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τὰ πρὸς τὸν θεόν. — XV, 15-17.

cata in Spiritu sancto. Habeo igitur gloriam in Christo Iesu ad Deum.

230. COLLECTA. — Νυνὶ δὲ πορεύομαι εἰς Ἱερουσαλὴμ διακονῶν τοῖς ἁγίοις. ηὐδόκησαν γὰρ Μακεδονία καὶ Ἀχαΐα κοινωνίαν τινὰ ποιήσασθαι εἰς τοὺς πτωχοὺς τῶν ἁγίων τῶν ἐν Ἱερουσαλήμ. — XV, 25-26.

Nunc igitur proficiscar [scil. Paulus] in Ierusalem ministrare sanctis. Probauerunt enim Macedonia et Achaia, collationem aliquam facere in pauperes sanctorum, qui sunt in Ierusalem.

231. ADPRECATIO. — *Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ διὰ τῆς ἀγάπης τοῦ πνεύματος, συναγωνίσασθαί μοι ἐν ταῖς προσευχαῖς ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς τὸν θεόν, ἵνα ῥυσθῶ ἀπὸ τῶν ἀπειθούντων ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ καὶ ἡ διακονία μου ἡ εἰς Ἱερουσαλὴμ εὐπρόσδεκτος τοῖς ἁγίοις γένηται, ἵνα ἐλθὼν ἐν χαρᾷ πρὸς ὑμᾶς διὰ θελήματος θεοῦ συναναπαύσωμαι ὑμῖν. ὁ δὲ θεὸς τῆς εἰρήνης μετὰ πάντων ὑμῶν· ἀμήν.* — XV, 30-33.

Obsecro ergo uos, fratres, per Dominum nostrum Iesum Christum, et per caritatem sancti Spiritus, ut adiuuetis me in orationibus uestris pro me ad Deum, ut liberer ab infidelibus, qui sunt in Iudaea et obsequii mei oblatio accepta fiat in Ierusalem sanctis, ut ueniam ad uos in gaudio per uoluntatem Dei, et refrigerer uobiscum! Deus autem pacis sit cum omnibus uobis. Amen.

232. DIACONISSA. — Συνίστημι δὲ ὑμῖν Φοίβην τὴν ἀδελφὴν ἡμῶν, οὖσαν διάκονον τῆς ἐκκλησίας τῆς ἐν Κενχρεαῖς. — XVI, 1.

Commendo autem uobis Phoeben sororem nostram, quae est in ministerio Ecclesiae, quae est in Cenchris.

232[a]. ECCLESIA DOMESTICA. — [Ἀσπάσασθε Πρίσκαν καὶ Ἀκύλαν]... καὶ τὴν κατ' οἶκον αὐτῶν ἐκκλησίαν. — XVI, 5.

[Salutate Priscam et Aquilam] et domesticam Ecclesiam eorum.

233. APOSTOLI. — ἀσπάσασθε Ἀνδρόνικον καὶ Ἰουνίαν... οἵτινές εἰσιν ἐπίσημοι ἐν τοῖς ἀποστόλοις. — XVI, 7.

Salutate Andronicum et Iuniam... qui sunt nobiles in apostolis.

234. « FRATRES ». — ἀδελφοί. — XVI, 14.

fratres.

235. OSCVLVM SANCTVM. — Ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἁγίῳ. — XVI, 16.

Salutate inuicem in osculo sancto.

236. EXORCISMVS. — *Ὁ δὲ θεὸς τῆς εἰρήνης συντρίψει τὸν σατανᾶν ὑπὸ τοὺς πόδας ὑμῶν ἐν τάχει. Ἡ χάρις τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ μεθ' ὑμῶν* (var. *ἀμήν*). — XVI, 20.

Deus autem pacis conterat Satanam sub pedibus uestris uelociter. Gratia Domini nostri Iesu Christi uobiscum.

237. ADPRECATIO. — [*Ἡ χάρις τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάντων ὑμῶν. ἀμήν*]. — XVI, 24.

Gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus uobis. Amen.

238. DOXOLOGIA. — *Τῷ δὲ δυναμένῳ ὑμᾶς στηρίξαι κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου καὶ τὸ κήρυγμα Ἰησοῦ Χριστοῦ, κατὰ ἀποκάλυψιν μυστηρίου χρόνοις αἰωνίοις σεσιγημένου, φανερωθέντος δὲ νῦν διά τε γραφῶν προφητικῶν κατ' ἐπιταγὴν τοῦ αἰωνίου θεοῦ εἰς ὑπακοὴν πίστεως εἰς πάντα τὰ ἔθνη γνωρισθέντος μόνῳ σοφῷ θεῷ, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ,*
ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν. — XVI, 25-27.

Ei autem, qui potens est uos confirmare iuxta Euangelium meum, et praedicationem Iesu Christi, secundum reuelationem mysterii temporibus aeternis taciti (quod nunc patefactum est per Scripturas Prophetarum secundum praeceptum aeterni Dei, ad obeditionem fidei) in cunctis gentibus cogniti, soli sapienti Deo, per Iesum Christum, cui honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

EX EPIST. PRIMA AD CORINTH.

239. « FRATER ». — Καὶ Σωσθένης ὁ ἀδελφός. — I Cor., I, 1.

et Sosthenes frater.

240. ECCLESIA. INVOCATIO NOMINIS DNI IESV. GRATIARVM ACTIO. OBSECRATIO. — Τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ

Ecclesiae Dei, quae est Corinthi, sanctificatis in Christo Iesu, uocatis sanctis, cum omnibus *qui inuocant*

τῇ οὔσῃ ἐν Κορίνθῳ, ἡγιασμένοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, κλητοῖς ἁγίοις, σὺν πᾶσιν *τοῖς ἐπικαλουμένοις τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ*, ἐν παντὶ τόπῳ, αὐτῶν καὶ ἡμῶν. *Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ πατρὸς ἡμῶν καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.*

Εὐχαριστῶ τῷ θεῷ μου πάντοτε περὶ ὑμῶν ἐπὶ τῇ χάριτι τοῦ θεοῦ τῇ δοθείσῃ ὑμῖν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὅτι ἐν παντὶ ἐπλουτίσθητε ἐν αὐτῷ, ἐν παντὶ λόγῳ καὶ πάσῃ γνώσει, καθὼς τὸ μαρτύριον τοῦ Χριστοῦ ἐβεβαιώθη ἐν ὑμῖν, ὥστε ὑμᾶς μὴ ὑστερεῖσθαι ἐν μηδενὶ χαρίσματι, ἀπεκδεχομένους τὴν ἀποκάλυψιν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὃς καὶ βεβαιώσει ὑμᾶς ἕως τέλους ἀνεγκλήτους ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. πιστὸς ὁ θεός, δι' οὗ ἐκλήθητε εἰς κοινωνίαν τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν. Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. — I, 2-10.

nomen Domini nostri Iesu Christi, in omni loco, ipsorum et nostro. *Gratia uobis et pax a Deo Patre nostro, et Domino Iesu Christo.*

Gratias ago Deo meo semper pro uobis in gratia Dei, quae data est uobis in Christo Iesu : quod in omnibus diuites facti estis in illo, in omni uerbo et in omni scientia : sicut testimonium Christi confirmatum est in uobis : ita ut nihil uobis desit in ulla gratia, expectantibus reuelationem Domini nostri Iesu Christi. Qui et confirmabit uos usque in finem sine crimine in die aduentus Domini nostri Iesu Christi. Fidelis Deus: per quem uocati estis in societatem filii eius Iesu Christi Domini nostri. Obsecro autem uos, fratres, per nomen Domini nostri Iesu Christi.

241. « FRATRES ». — ἀδελφοί μου. — I, 11.

fratres mei.

242. GRATIARVM ACTIO. — *Εὐχαριστῶ ὅτι.* — I, 14.

Gratias ago Deo quod...

243. BAPTISMI FORMVLA. — ἵνα μή τις εἴπῃ ὅτι *εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα ἐβαπτίσθητε.* — I, 15.

ne quis dicat quod *in nomine* meo baptizati estis.

244. PREDICATIO. — οὐ γὰρ ἀπέστειλέν με Χριστὸς βαπτίζειν ἀλλὰ εὐαγγελίζεσθαι. — I, 17.

non enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare :

245. PREDICATIO. REGVLA FIDEI. — ἡμεῖς δὲ κηρύσσομεν *Χριστὸν ἐσταυρωμένον.* — I, 23.

nos autem praedicamus *Christum crucifixum.*

246. PREDICATIO. REGVLA FIDEI. — Κἀγὼ ἐλθὼν πρὸς ὑμᾶς, ἀδελφοί, ἦλθον οὐ καθ' ὑπεροχὴν λόγου ἢ σοφίας καταγγέλλων ὑμῖν τὸ μαρτύριον τοῦ θεοῦ. οὐ γὰρ ἔκρινα εἰδέναι τι ἐν ὑμῖν εἰ μὴ *Ἰησοῦν Χριστὸν* καὶ τοῦτον *ἐσταυρωμένον.* — II, 1, 2.

Et ego, cum uenissem ad uos, fratres, ueni non in sublimitate sermonis, aut sapientiae, adnuntians uobis testimonium Christi. Non enim iudicaui me scire aliquid inter uos, nisi *Iesum Christum*, et hunc *crucifixum.*

247. FRATRES. — ἀδελφοί. — III, 1.

fratres.

248. Διάκονοι. — Τί οὖν ἐστιν Ἀπολλώς; τί δέ ἐστιν Παῦλος; διάκονοι δι' ὧν ἐπιστεύσατε. — III, 4, 5.

Quid igitur est Apollo? quid uero Paulus? ministri eius, cui credidistis.

249. « DISPENSATORES MYSTERIORVM DEI ». — Οὕτως ἡμᾶς λογιζέσθω ἄνθρωπος ὡς ὑπηρέτας Χριστοῦ καὶ οἰκονόμους μυστηρίων θεοῦ. Ὧδε λοιπὸν ζητεῖται ἐν τοῖς οἰκονόμοις ἵνα πιστός τις εὑρεθῇ. — IV, 1-2.

Sic nos existimet homo ut ministros Christi, et dispensatores mysteriorum Dei. Hic iam quaeritur inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur.

250. « APOSTOLVS ». — Ὁ θεὸς ἡμᾶς τοὺς ἀποστόλους ἐσχάτους ἀπέδειξεν. — IV, 9.

Deus nos apostolos nouissimos ostendit.

251. PREDICATIO. ECCLESIA. — Ἔπεμψα ὑμῖν Τιμόθεον, ὅς ἐστίν μου τέκνον ἀγαπητὸν καὶ πιστὸν ἐν κυρίῳ, ὃς ὑμᾶς ἀναμνήσει τὰς ὁδούς μου τὰς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, καθὼς πανταχοῦ ἐν πάσῃ ἐκκλησίᾳ διδάσκω. — IV, 17.

Misi ad uos Timotheum, qui est filius meus charissimus, et fidelis in Domino : qui uos commonefaciet uias meas, quae sunt in Christo Iesu sicut ubique in omni ecclesia doceo.

252. SENTENTIA EXCOMMVNICATIONIS. — Ἐγὼ μὲν γάρ, ἀπὼν τῷ σώματι, παρὼν δὲ τῷ πνεύματι, ἤδη κέκρικα ὡς παρὼν τὸν οὕτως τοῦτο κατεργασάμενον, ἐν τῷ

Ego quidem absens corpore, praesens autem spiritu, iam iudicaui ut praesens, eum qui sic operatus est in nomine Domini nostri Iesu Christi, congregatis uobis

ὀνόματι τοῦ κυρίου Ἰησοῦ συναχθέντων ὑμῶν καὶ τοῦ ἐμοῦ πνεύματος σὺν τῇ δυνάμει τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ *παραδοῦναι τὸν τοιοῦτον τῷ σατανᾷ εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκός, ἵνα τὸ πνεῦμα σωθῇ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ κυρίου Ἰησοῦ*. — v, 3-5.

et meo spiritu, cum uirtute Domini nostri Iesu *tradere huius modi Satanae in interitum carnis, ut spiritus saluus sit in die Domini nostri Iesu Christi.*

253. Sententia excommvnicationis. — Νυνὶ δὲ ἔγραψα ὑμῖν μὴ συναναμίγνυσθαι *ἐάν τις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος ᾖ πόρνος ἢ πλεονέκτης ἢ εἰδωλολάτρης ἢ λοίδορος ἢ μέθυσος ἢ ἅρπαξ, τῷ τοιούτῳ μηδὲ συνεσθίειν*. — v, 11.

Nunc autem scripsi uobis non commisceri : *si is, qui frater nominatur, est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax : cum eiusmodi nec cibum sumere.*

254. « Frater ». — Οὕτως οὐκ ἔνι ἐν ὑμῖν οὐδεὶς σοφός, ὃς δυνήσεται διακρῖναι ἀνὰ μέσον τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ; ἀλλὰ ἀδελφὸς μετὰ ἀδελφοῦ κρίνεται. — vi, 5-6.

Sic non est ipter uos sapiens quisquam, qui possit iudicare inter fratrem suum? Sed frater cum fratre iudicio contendit.

255. Baptismvs. — Ἀλλὰ ἀπελούσασθε, ἀλλὰ ἡγιάσθητε, ἀλλὰ ἐδικαιώθητε *ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ ἐν τῷ πνεύματι τοῦ θεοῦ ἡμῶν*. — vi, 11.

Sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis *in nomine Domini nostri Iesu Christi et in Spiritu Dei nostri.*

256. Gloria Deo. — *Δοξάσατε δὴ τὸν θεὸν ἐν τῷ σώματι ὑμῶν*. — vi, 20.

Glorificate, et portate Deum in corpore uestro.

257. Baptismvs parvvlorvm (?). — ἐπεὶ ἄρα τὰ τέκνα ὑμῶν ἀκάθαρτά ἐστιν, νῦν δὲ ἅγιά ἐστιν. — vii, 14.

alioquin filii uestri immundi essent, nunc autem sancti sunt.

258. « Frater ». — ἀδελφοί. — vii, 24.

fratres.

259. Ordo virginvm. — περὶ δὲ τῶν παρθένων... — vii, 25.

de uirginibus...

260. Obsecratio. — Τοῦτο δὲ πρὸς τὸ ὑμῶν αὐτῶν σύμφορον λέγω, οὐχ ἵνα βρόχον ὑμῖν ἐπιβάλω, ἀλλὰ πρὸς τὸ εὔσχημον καὶ εὐπάρεδρον τῷ κυρίῳ ἀπερισπάστως. — vii, 35.

Porro hoc ad utilitatem uestram dico : non ut laqueum uobis iniiciam, sed ad id, quod honestum est et quod facultatem praebeat sine impedimento Dominum obsecrandi.

261. Formvla. — *ἀλλ' ἡμῖν εἷς θεὸς ὁ πατήρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτόν, καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστός, δι' οὗ τὰ πάντα καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ*. — viii, 6.

nobis tamen unus Deus, Pater, ex quo omnia et nos in illum : et unus Dominus Iesus Christus, per quem omnia, et nos per ipsum.

262. « Frater ». — εἰς τοὺς ἀδελφούς. — viii, 12.

in fratres.

263. « Frater ». — τὸν ἀδελφόν μου. — viii, 13.

fratrem meum.

264. « Apostolvs ». — οὐκ εἰμὶ ἀπόστολος; — ix, 1.

non sum apostolus?

265. « Apostolvs ». — εἰ ἄλλοις οὐκ εἰμὶ ἀπόστολος, ἀλλά γε ὑμῖν εἰμί. — ix, 2.

et si aliis non sum apostolus, sed tamen uobis sum.

266. « Apostolvs ». — οἱ λοιποὶ ἀπόστολοι καὶ οἱ ἀδελφοὶ τοῦ κυρίου καὶ Κηφᾶς; — ix, 5.

caeteri apostoli, et fratres Domini et Cephas?

267. « Coelibatvs ». — ἀδελφὴν γυναῖκα περιάγειν. — ix, 5.

mulierem sororem circumducendi.

268. De stipendio pro litvrgia. — Οὐκ οἴδατε ὅτι οἱ τὰ ἱερὰ ἐργαζόμενοι τὰ ἐκ τοῦ ἱεροῦ ἐσθίουσιν, οἱ τῷ

Nescitis quoniam qui in sacrario operantur, quae de sacrario sunt edunt : et qui altari deseruiunt cum altari

θυσιαστηρίῳ παρεδρεύοντες τῷ θυσιαστηρίῳ συμμερίζονται; οὕτως καὶ ὁ κύριος διέταξεν τοῖς τὸ εὐαγγέλιον καταγγέλλουσιν ἐκ τοῦ εὐαγγελίου ζῆν· — IX, 13-14.

participant? Ita et Dominus ordinauit iis, qui euangelium adnuntiant, de euangelio uiuere.

269. « FRATER ». — ἀδελφοί. — X, 1.

fratres.

270. EVCHARISTIA. — Τὸ ποτήριον τῆς εὐλογίας ὃ εὐλογοῦμεν, οὐχὶ κοινωνία τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ ἐστίν; τὸν ἄρτον ὃν κλῶμεν, οὐχὶ κοινωνία τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ ἐστίν; ὅτι εἷς ἄρτος, ἓν σῶμα οἱ πολλοί ἐσμεν· οἱ γὰρ πάντες ἐκ τοῦ ἑνὸς ἄρτου μετέχομεν. — X, 16-17.

Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? et panis, quem frangimus, nonne participatio corporis Domini est? Quoniam unus panis, unum corpus multi sumus, omnes, qui de uno pane participamus.

271. CALIX. MENSA DNI. — Οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς κοινωνοὺς τῶν δαιμονίων γίνεσθαι. οὐ δύνασθε ποτήριον κυρίου πίνειν καὶ ποτήριον δαιμονίων· οὐ δύνασθε τραπέζης κυρίου μετέχειν καὶ τραπέζης δαιμονίων. — X, 20-21.

Nolo autem uos socios fieri daemoniorum : non potestis calicem Domini bibere et calicem daemoniorum : non potestis mensae Domini participes esse et mensae daemoniorum :

272. « OMNIA IN GLORIAM DEI ». — Εἴτε οὖν ἐσθίετε εἴτε πίνετε εἴτε τι ποιεῖτε, πάντα εἰς δόξαν θεοῦ ποιεῖτε. — X, 31.

Siue ergo manducatis, siue bibitis, siue aliud quid facitis : omnia in gloria Dei facite.

273. « ECCLESIA ». — τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ. — X, 32.

ecclesiae Dei.

274. « FRATER ». — ἀδελφοί. — XI, 2.

fratres.

275. DE MODO ORANDI. VELAMEN. — Πᾶς ἀνὴρ προσευχόμενος ἢ προφητεύων κατὰ κεφαλῆς ἔχων καταισχύνει τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. πᾶσα δὲ γυνὴ προσευχομένη ἢ προφητεύουσα ἀκατακαλύπτῳ τῇ κεφαλῇ καταισχύνει τὴν κεφαλὴν αὐτῆς· ἓν γάρ ἐστιν καὶ τὸ αὐτὸ τῇ ἐξυρημένῃ. εἰ γὰρ οὐ κατακαλύπτεται γυνή, καὶ κειράσθω· εἰ δὲ αἰσχρὸν γυναικὶ τὸ κείρασθαι ἢ ξυρᾶσθαι κατακαλυπτέσθω. ἀνὴρ μὲν γὰρ οὐκ ὀφείλει κατακαλύπτεσθαι τὴν κεφαλήν. — XI, 4-7.

Omnis uir orans, aut prophetans uelato capite, deturpat caput suum. Omnis autem mulier orans, aut prophetans non uelato capite, deturpat caput suum, unum enim est ac si decaluetur. Nam si non uelatur mulier, tondeatur. Si uero turpe est mulieri tonderi, aut decaluari, uelet caput suum. Vir quidem non debet uelare caput suum.

276. DE MODO ORATIONIS. VELAMEN. — Ἐν ὑμῖν αὐτοῖς κρίνατε· πρέπον ἐστὶν γυναῖκα ἀκατακάλυπτον τῷ θεῷ προσεύχεσθαι. — XI, 13.

Vos ipsi iudicate : decet mulierem non uelatam orare Deum?

277. PRAXIS ECCLESIAE. — Εἰ δέ τις δοκεῖ φιλόνεικος εἶναι, ἡμεῖς τοιαύτην συνήθειαν οὐκ ἔχομεν, οὐδὲ αἱ ἐκκλησίαι τοῦ θεοῦ. — XI, 16.

Si quis autem uidetur contentiosus esse : nos talem consuetudinem non habemus, neque ecclesia Dei.

278. CONVENTVS. AGAPAE. IVSTITVTIO EVCHARISTIAE. — Συνερχομένων οὖν ὑμῶν ἐπὶ τὸ αὐτὸ οὐκ ἔστιν κυριακὸν δεῖπνον φαγεῖν· ἕκαστος γὰρ τὸ ἴδιον δεῖπνον προλαμβάνει ἐν τῷ φαγεῖν· καὶ ὃς μὲν πεινᾷ, ὃς δὲ μεθύει. μὴ γὰρ οἰκίας οὐκ ἔχετε εἰς τὸ ἐσθίειν καὶ πίνειν; ἢ τῆς ἐκκλησίας τοῦ θεοῦ καταφρονεῖτε, καὶ καταισχύνετε τοὺς μὴ ἔχοντας; τί εἴπω ὑμῖν; ἐπαινέσω ὑμᾶς; ἐν τούτῳ οὐκ ἐπαινῶ. Ἐγὼ γὰρ παρέλαβον ἀπὸ τοῦ κυρίου, ὃ καὶ παρέδωκα ὑμῖν, ὅτι ὁ κύριος Ἰησοῦς ἐν τῇ νυκτὶ ᾗ παρεδίδετο ἔλαβεν ἄρτον καὶ εὐχαριστήσας ἔκλασεν καὶ εἶπεν· *Τοῦτό μού ἐστιν τὸ σῶμα τὸ ὑπὲρ ὑμῶν· τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν.* ὡσαύτως καὶ τὸ ποτήριον μετὰ τὸ δειπνῆσαι, λέγων· *τοῦτο τὸ ποτήριον ἡ καινὴ διαθήκη ἐστὶν ἐν τῷ ἐμῷ αἵματι· τοῦτο ποιεῖτε, ὁσάκις ἐὰν πίνητε, εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν.* ὁσάκις γὰρ ἐὰν ἐσθίητε τὸν ἄρτον τοῦτον καὶ τὸ ποτήριον

Conuenientibus ergo uobis in unum, iam non est dominicam coenam manducare. Vnusquisque enim suam coenam praesumit ad manducandam. Et alius quidem esurit : alius autem ebrius est. Numquid domos non habetis ad manducandum et bibendum? aut ecclesiam Dei contemnitis et confunditis eos qui non habent? Quid dicam uobis? Laudo uos? in hoc non laudo.

Ego enim accepi a Domino quod et tradidi uobis, quoniam Dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, et gratias agens fregit, et dixit : *Accipite et manducate : hoc facite in meam commemorationem.* Similiter et calicem, postquam coenauit, dicens : *Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine. Hoc facite quotiescumque bibetis in meam commemorationem.* Quotiescumque enim manducabitis panem hunc et calicem bibetis : mortem Domini adnuntiabitis donec ueniat. Itaque quicumque manducauerit panem hunc, uel biberit calicem Domini indigne : reus erit corporis

πίνητε, τὸν θάνατον τοῦ κυρίου καταγγέλλετε, ἄχρι οὗ ἔλθῃ. ὥστε ὃς ἂν ἐσθίῃ τὸν ἄρτον ἢ πίνῃ τὸ ποτήριον τοῦ κυρίου ἀναξίως, ἔνοχος ἔσται τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ κυρίου. δοκιμαζέτω δὲ ἄνθρωπος ἑαυτόν, καὶ οὕτως ἐκ τοῦ ἄρτου ἐσθιέτω καὶ ἐκ τοῦ ποτηρίου πινέτω· ὁ γὰρ ἐσθίων καὶ πίνων ἀναξίως κρίμα ἑαυτῷ ἐσθίει καὶ πίνει μὴ διακρίνων τὸ σῶμα (τοῦ κυρίου). — XI, 20-29.

et sanguinis Domini. Probet autem seipsum homo : et sic de pane illo edat et de calice bibat. Qui enim manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat, et bibit : non diiudicans corpus Domini.

279. AGAPAE. — Ὥστε, ἀδελφοί μου, συνερχόμενοι εἰς τὸ φαγεῖν ἀλλήλους ἐκδέχεσθε. εἴ τις πεινᾷ, ἐν οἴκῳ ἐσθιέτω. — XI, 33-34.

Itaque, fratres mei, cum conuenitis ad manducandum inuicem expectate. Si quis esurit, domi manducet.

280. « FRATER ». — ἀδελφοί. — XII, 1.

fratres.

281. « FORMVLA ». — οὐδεὶς ἐν πνεύματι θεοῦ λαλῶν λέγει· ἀνάθεμα Ἰησοῦς, καὶ οὐδεὶς δύναται εἰπεῖν· *κύριος Ἰησοῦς*, εἰ μὴ ἐν πνεύματι ἁγίῳ. — XII, 3.

nemo in Spiritu Dei loquens, dicit anathema Iesu. Et nemo potest dicere, *Dominus Iesus,* nisi in Spiritu sancto.

282. BAPTISMVS. — Καὶ γὰρ ἐν ἑνὶ πνεύματι ἡμεῖς πάντες εἰς ἓν σῶμα ἐβαπτίσθημεν,... καὶ πάντες ἓν πνεῦμα ἐποτίσθημεν. — XII, 13.

Etenim in uno Spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus... et omnes in uno Spiritu potati sumus.

283. HIERARCHIA. — Καὶ οὓς μὲν ἔθετο ὁ θεὸς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ πρῶτον ἀποστόλους, δεύτερον προφήτας, τρίτον διδασκάλους, ἔπειτα δυνάμεις, ἔπειτα χαρίσματα ἰαμάτων, ἀντιλήμψεις, κυβερνήσεις, γένη γλωσσῶν. — XII, 28.

Et quosdam quidem posuit Deus in ecclesia primum apostolos, secundo prophetas, tertio doctores, deinde uirtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes sermonum.

284. PROPHETIAE MVNVS. — Διώκετε τὴν ἀγάπην, ζηλοῦτε δὲ τὰ πνευματικά, μᾶλλον δὲ ἵνα προφητεύητε. — XIV, 1.

Sectamini caritatem, aemulamini spiritualia, magis autem ut prophetetis.

285. ID. — Ὁ δὲ προφητεύων ἀνθρώποις λαλεῖ οἰκοδομὴν καὶ παράκλησιν καὶ παραμυθίαν. — XIV, 3.

Nam qui prophetat, hominibus loquitur ad aedificationem, et exortationem et consolationem.

286. ID. — ὁ δὲ προφητεύων ἐκκλησίαν οἰκοδομεῖ. — XIV, 4.

qui autem prophetat ecclesiam Dei aedificat.

287. PROPHETAS INTER ET GLOSSOLALOS HIERARCHIA. — Μείζων δὲ ὁ προφητεύων ἢ ὁ λαλῶν γλώσσαις, ἐκτὸς εἰ μὴ διερμηνεύῃ, ἵνα ἡ ἐκκλησία οἰκοδομὴν λάβῃ. — XIV, 5.

Nam maior est qui prophetat, quam qui loquitur linguis : nisi forte interpretetur ut ecclesia aedificationem accipiat.

288. DE CANTV « AMEN » POST SYNAXIN. GRATIAS DEO. — Διὸ ὁ λαλῶν γλώσσῃ προσευχέσθω ἵνα διερμηνεύῃ. ἐὰν γὰρ προσεύχωμαι γλώσσῃ, τὸ πνεῦμά μου προσεύχεται, ὁ δὲ νοῦς μου ἄκαρπός ἐστιν. τί οὖν ἐστίν; προσεύξομαι τῷ πνεύματι, προσεύξομαι δὲ καὶ τῷ νοΐ· ψαλῶ τῷ πνεύματι, ψαλῶ δὲ καὶ τῷ νοΐ. ἐπεὶ ἐὰν εὐλογῇς πνεύματι, ὁ ἀναπληρῶν τὸν τόπον τοῦ ἰδιώτου πῶς ἐρεῖ τὸ *ἀμὴν* ἐπὶ τῇ σῇ εὐχαριστίᾳ; ἐπειδὴ τί λέγεις οὐκ οἶδεν· σὺ μὲν γὰρ καλῶς εὐχαριστεῖς, ἀλλ' ὁ ἕτερος οὐκ οἰκοδομεῖται. *εὐχαριστῶ τῷ θεῷ, πάντων ὑμῶν μᾶλλον γλώσσῃ λαλῶ*. — XIV, 13-18.

Et ideo qui loquitur lingua, oret ut interpretetur. Nam si orem lingua, spiritus meus orat, mens autem mea sine fructu est. Quid ergo est? Orabo spiritu, orabo et mente : psallam spiritu, psallam et mente. Caeterum si benedixeris spiritu : qui supplet locum idiotae, quomodo dicet *Amen* super tuam benedictionem? quoniam quid dicas, nescit. Nam tu quidem bene gratias agis : sed alter non aedificatur. *Gratias ago Deo meo, quod omnium uestrum lingua loquor.*

289. FRATRES. — ἀδελφοί. — XIV, 20.

fratres.

290. DONA SPIRITVALIA IN CONVENTV. — Ἐὰν οὖν συνέλθῃ ἡ ἐκκλησία ὅλη ἐπὶ τὸ αὐτὸ καὶ πάντες λαλῶσιν γλώσσαις, εἰσέλθωσιν δὲ ἰδιῶται ἢ ἄπιστοι οὐκ ἐροῦσιν

Si ergo conueniat uniuersa ecclesia in unum, et omnes linguis loquantur, intrent autem diotae, aut infideles : nonne dicent quod insanitis?

ὅτι μαίνεσθε; ἐὰν δὲ πάντες προφητεύωσιν, εἰσέλθῃ δέ τις ἄπιστος ἢ ἰδιώτης, ἐλέγχεται ὑπὸ πάντων, ἀνακρίνεται ὑπὸ πάντων, τὰ κρυπτὰ τῆς καρδίας αὐτοῦ φανερὰ γίνεται, καὶ οὕτως πεσὼν ἐπὶ πρόσωπον προσκυνήσει τῷ θεῷ, ἀπαγγέλλων ὅτι ὄντως ὁ θεὸς ἐν ὑμῖν ἐστίν. — XIV, 23-25.

Si autem omnes prophetent, intret autem quis infidelis, uel idiota, conuincitur ab omnibus : occulta cordis eius manifesta fiunt, et ita cadens in faciem adorabit Deum pronuntians quod uere Deus in uobis sit.

291. DONA SPIRITVALIA IN CONVENTV. — Ἀδελφοί; ὅταν συνέρχησθε, ἕκαστος ψαλμὸν ἔχει, διδαχὴν ἔχει, ἀποκάλυψιν ἔχει, γλῶσσαν ἔχει, ἑρμηνείαν ἔχει· πάντα πρὸς οἰκοδομὴν γινέσθω. εἴτε γλώσσῃ τις λαλεῖ, κατὰ δύο ἢ τὸ πλεῖστον τρεῖς, καὶ ἀνὰ μέρος, καὶ εἷς διερμηνευέτω· ἐὰν δὲ μὴ ᾖ διερμηνευτής, σιγάτω ἐν ἐκκλησίᾳ ἑαυτῷ δὲ λαλείτω καὶ τῷ θεῷ. προφῆται δὲ δύο ἢ τρεῖς λαλείτωσαν, καὶ οἱ ἄλλοι διακρινέτωσαν. ἐὰν δὲ ἄλλῳ ἀποκαλυφθῇ καθημένῳ, ὁ πρῶτος σιγάτω. δύνασθε γὰρ καθ' ἕνα πάντες προφητεύειν, ἵνα πάντες μανθάνωσιν καὶ πάντες παρακαλῶνται. — XIV, 26-31.

Fratres? cum conuenitis, unusquisque uestrum psalmum habet, doctrinam habet, apocalypsim habet, linguam habet, interpretationem habet : omnia ad aedificationem fiant. Siue lingua quis loquitur, secundum duos, aut ut multum tres, et per partes, et unus interpretetur. Si autem non fuerit interpres, taceat in Ecclesia, sibi autem loquatur et Deo. Prophetae autem duo, aut tres dicant, et caeteri diiudicent. Quod si alii reuelatum fuerit sedenti, prior taceat. Potestis enim omnes per singulos prophetare : ut omnes discant et omnes exhortentur :

292. TACEANT MVLIERES IN ECCLESIA. — ὡς ἐν πάσαις ταῖς ἐκκλησίαις τῶν ἁγίων, αἱ γυναῖκες ἐν ταῖς ἐκκλησίαις σιγάτωσαν· οὐ γὰρ ἐπιτρέπεται αὐταῖς λαλεῖν. — XIV, 33-34.

sicut et in omnibus ecclesiis sanctorum doceo mulieres in ecclesiis taceant, non enim permittitur eis loqui.

293. ID. — Αἰσχρὸν γάρ ἐστιν γυναικὶ λαλεῖν ἐν ἐκκλησίᾳ. — XIV, 35.

Turpe est enim mulieri loqui in ecclesia.

294. PROPHETISMVS. DONVM LINGVARVM. — ἀδελφοί μου, ζηλοῦτε τὸ προφητεύειν, καὶ τὸ λαλεῖν μὴ κωλύετε γλώσσαις· πάντα δὲ εὐσχημόνως καὶ κατὰ τάξιν γινέσθω. — XIV, 39.

fratres mei, aemulamini prophetare, et loqui linguis nolite prohibere. Omnia autem honeste, et secundum ordinem fiant.

295. « APOSTOLVS ». « ECCLESIA DEI ». — Ἐγὼ γάρ εἰμι ὁ ἐλάχιστος τῶν ἀποστόλων, ὃς οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς καλεῖσθαι ἀπόστολος, διότι ἐδίωξα τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ. — XV, 9.

Ego enim sum minimus apostolorum, qui non sum dignus uocari apostolus, quoniam persecutus sum ecclesiam Dei.

296. « FRATER ». — ἀδελφοί. — XV, 31-50.

frater.

297. GRATIAS DEO. — *Τῷ δὲ θεῷ χάρις τῷ διδόντι ἡμῖν τὸ νῖκος διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.* — XV, 57.

Deo autem gratias, qui dedit nobis uictoriam per Dominum nostrum Iesum Christum.

298. « FRATRES ». — ἀδελφοί. — XV, 58.

fratres.

299. COLLIGERE ELEEMOSYNAS IN DIE DOMINICA. — Περὶ δὲ τῆς λογίας τῆς εἰς τοὺς ἁγίους, ὥσπερ διέταξα ταῖς ἐκκλησίαις τῆς Γαλατίας, οὕτως καὶ ὑμεῖς ποιήσατε. κατὰ μίαν σαββάτου ἕκαστος ὑμῶν παρ' ἑαυτῷ τιθέτω θησαυρίζων ὅ τι ἂν εὐοδῶται, ἵνα μὴ ὅταν ἔλθω τότε λογίαι γίνωνται. — XVI, 1-2.

De collectis autem, quae fiunt in sanctos, sicut ordinaui ecclesiis Galatiae, ita et uos facite. Per unam sabbati unusquique uestrum apud se seponat, recondens quod ei bene placuerit : ut non, cum uenero, tunc collectae fiant.

300. PENTECOSTES. — ἕως τῆς πεντηκοστῆς. — XVI, 8.

usque ad Pentecosten.

301. « FRATER ». — περὶ δὲ Ἀπολλὼ τοῦ ἀδελφοῦ — XVI, 12.

de Apollo autem fratre.

302. « Διακονία ». — Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί· οἴδατε τὴν οἰκίαν Στεφανᾶ, ὅτι ἐστὶν ἀπαρχὴ τῆς Ἀχαΐας καὶ εἰς διακονίαν τοῖς ἁγίοις ἔταξαν ἑαυτούς. — XVI, 15.

Obsecro autem uos, fratres, nostis domum Stephanae (et Fortunati et Achaici) quoniam sunt primitiae Achaiae, et in ministerium sanctorum ordinauerunt seipsos.

303. SALVTATIONES. ANATHEMA. — Ἀσπάζονται ὑμᾶς αἱ ἐκκλησίαι τῆς Ἀσίας. ἀσπάζεται ὑμᾶς ἐν κυρίῳ πολλὰ Ἀκύλας καὶ Πρίσκα σὺν τῇ κατ' οἶκον αὐτῶν ἐκκλησίᾳ, ἀσπάζονται ὑμᾶς οἱ ἀδελφοὶ πάντες. ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἁγίῳ.

Ὁ ἀσπασμὸς τῇ ἐμῇ χειρὶ Παύλου. *εἴ τις οὐ φιλεῖ τὸν κύριον, ἤτω ἀνάθεμα. μαρὰν ἀθὰ* [מָרַן אֲתָא] *ἡ χάρις τοῦ κυρίου Ἰησοῦ μεθ' ὑμῶν. ἡ ἀγάπη μου μετὰ πάντων ὑμῶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.* — XVI, 19-24.

Salutant uos ecclesiae Asiae. Salutant uos in Domino multum Aquila et Priscilla, cum domestica sua ecclesia : apud quos et hospitor. Salutant uos omnes fratres. Salutate inuicem in osculo sancto. Salutatio, mea manu Pauli.

Si quis non amat Dominum nostrum Iesum Christum sit anathema. Maran atha.

Gratia Domini nostri Iesu Christi uobiscum.

Charitas mea cum omnibus uobis in Christo Iesu.

Amen.

EX EPIST. SEC. AD COR.

304. « FRATER ». « ECCLESIA DEI ». — Τιμόθεος ὁ ἀδελφὸς τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ. — II Cor., I, 1.

Timotheus frater, ecclesiae Dei.

305. DOXOLOGIA. — *Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ πατρὸς ἡμῶν καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.*

Εὐλογητὸς ὁ θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ πατὴρ τῶν οἰκτιρμῶν καὶ θεὸς πάσης παρακλήσεως, ὁ παρακαλῶν ἡμᾶς ἐπὶ πάσῃ τῇ θλίψει ἡμῶν, εἰς τὸ δύνασθαι ἡμᾶς παρακαλεῖν τοὺς ἐν πάσῃ θλίψει διὰ τῆς παρακλήσεως ἧς παρακαλούμεθα αὐτοὶ ὑπὸ τοῦ θεοῦ, ὅτι καθὼς περισσεύει τὰ παθήματα τοῦ Χριστοῦ εἰς ἡμᾶς, οὕτως διὰ τοῦ Χριστοῦ περισσεύει καὶ ἡ παράκλησις ἡμῶν. — I, 2-5.

Gratia uobis et pax a Deo Patre nostro et Domino Iesu Christo.

Benedictus Deus et Pater Domini nostri Iesu Christi, Pater misericordiarum et Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra : ut possimus et ipsi consolari eos qui in omni pressura sunt per exhortationem, qua exhortamur et ipsi a Deo; quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis : ita et per Christum abundat consolatio nostra.

306. « FRATER ». — ἀδελφοί. — I, 8.

fratres.

307. DE ORATIONE. — συνυπουργούντων καὶ ὑμῶν ὑπὲρ ἡμῶν τῇ δεήσει. — I, 11.

adiuuantibus et uobis in oratione pro nobis.

308. PREDICATIO. « AMEN ». CONFIRMATIO. TESTIMONIVM. — Πιστὸς δὲ ὁ θεὸς ὅτι ὁ λόγος ἡμῶν ὁ πρὸς ὑμᾶς οὐκ ἔστιν ναὶ καὶ οὔ. ὁ τοῦ θεοῦ γὰρ υἱὸς Χριστὸς Ἰησοῦς ὁ ἐν ὑμῖν δι' ἡμῶν κηρυχθείς, δι' ἐμοῦ καὶ Σιλουανοῦ καὶ Τιμοθέου, οὐκ ἐγένετο ναὶ καὶ οὔ, ἀλλὰ ναὶ ἐν αὐτῷ γέγονεν. ὅσαι γὰρ ἐπαγγελίαι θεοῦ, ἐν αὐτῷ τὸ ναί· διὸ καὶ δι' αὐτοῦ τὸ *ἀμὴν* τῷ θεῷ πρὸς δόξαν δι' ἡμῶν. ὁ δὲ βεβαιῶν ἡμᾶς σὺν ὑμῖν εἰς Χριστὸν καὶ χρίσας ἡμᾶς θεός, ὁ καὶ σφραγισάμενος ἡμᾶς καὶ δοὺς τὸν ἀρραβῶνα τοῦ πνεύματος ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν.

Ἐγὼ δὲ μάρτυρα τὸν θεὸν ἐπικαλοῦμαι ἐπὶ τὴν ἐμὴν ψυχήν, ὅτι... — I, 18-23.

Fidelis autem Deus, quia sermo noster, qui fuit apud uos non est in illo : est et non. Dei enim filius Iesus Christus, qui in uobis per nos praedicatus est, per me et Siluanum et Timotheum, non fuit est et non, sed est in illo fuit.

Quotquot enim promissiones Dei sunt, in illo est : ideo et per ipsum *Amen* Deo ad gloriam nostram. Qui autem confirmat nos uobiscum in Christo, et qui unxit nos Deus : qui et signauit nos, et dedit pignus Spiritus in cordibus nostris.

Ego autem *testem Deum inuoco in animam meam* quod...

309. GRATIAS DEO. — *Τῷ δὲ θεῷ χάρις τῷ πάντοτε θριαμβεύοντι ἡμᾶς ἐν τῷ Χριστῷ καὶ τὴν ὀσμὴν τῆς γνώσεως αὐτοῦ φανεροῦντι δι' ἡμῶν ἐν παντὶ τόπῳ.* — II, 14.

Deo autem gratias, qui semper triumphat nos in Christo Iesu, et odorem notitiae suae manifestat per nos in omni loco.

310. Διάκονοι. — ὃς καὶ ἱκάνωσεν ἡμᾶς διακόνους καινῆς διαθήκης. — III, 6.

qui [scil. Deus] et idoneos nos fecit ministros noui testamenti.

311. PREDICATIO. — Οὐ γὰρ ἑαυτοὺς κηρύσσομεν ἀλλὰ Χριστὸν Ἰησοῦν κύριον. — IV, 5.

Non enim nosmetipsos praedicamus, sed Iesum Christum Dominum nostrum.

312. OBSECRATIO. — Δεόμεθα ὑπὲρ Χριστοῦ, καταλλάγητε τῷ θεῷ. — V, 20.

Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo.

313. Διακονία, διάκονοι. — Μηδεμίαν ἐν μηδενὶ διδόντες προσκοπήν, ἵνα μὴ μωμηθῇ ἡ διακονία, ἀλλ' ἐν παντὶ συνιστάντες ἑαυτοὺς ὡς θεοῦ διάκονοι. — VI, 3-4.

Nemini dantes ullam offensionem, ut non uituperetur ministerium nostrum: sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros.

314. VIGILIAE. IEIVNIVM. — ἐν ἀγρυπνίαις, ἐν νηστείαις. — VI, 5.

in uigiliis, in ieiuniis.

315. « FRATER ». — ἀδελφοί. — VIII, 1.

fratres.

316. « ECCLESIA ». — ἐν ταῖς ἐκκλησίαις. — VIII, 1.

in ecclesiis.

317. GRATIAS DEO. — *Χάρις δὲ τῷ θεῷ.* — VIII, 16.

Gratias autem *Deo.*

318. « FRATRES ». « ECCLESIA ». Χειροτονία. — Συνεπέμψαμεν δὲ τὸν ἀδελφὸν μετ' αὐτοῦ, οὗ ὁ ἔπαινος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ διὰ πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν, οὐ μόνον δὲ ἀλλὰ καὶ χειροτονηθεὶς ὑπὸ τῶν ἐκκλησιῶν συνέκδημος ἡμῶν. — VIII, 18-19.

Misimus etiam cum illo [scil. Tito] fratrem cuius laus est in euangelio per omnes ecclesias: non solum autem, sed et ordinatus ab ecclesiis comes peregrinationis nostrae.

319. Διακονία. — μή τις ἡμᾶς μωμήσηται ἐν τῇ ἁδρότητι ταύτῃ τῇ διακονουμένῃ ὑφ' ἡμῶν. — VIII, 20.

ne quis nos uituperet in hac plenitude, quae ministratur a nobis.

320. « FRATER ». — τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν. — VIII, 22.

fratrem nostrum.

321. « Ἀπόστολοι ». — ἀδελφοὶ ἡμῶν, ἀπόστολοι ἐκκλησιῶν, δόξα Χριστοῦ. — VIII, 23.

fratres nostri, Apostoli Ecclesiarum, gloria Christi.

322. « FRATER ». — τοὺς ἀδελφούς. — IX, 3-5.

fratres.

323. « Διακονία ». GRATIAS DEO. — ἡ διακονία τῆς λειτουργίας ταύτης οὐ μόνον ἐστὶν προσαναπληροῦσα τὰ ὑστερήματα τῶν ἁγίων, ἀλλὰ καὶ περισσεύουσα διὰ πολλῶν εὐχαριστιῶν τῷ θεῷ· διὰ τῆς δοκιμῆς τῆς διακονίας ταύτης δοξάζοντες τὸν θεὸν ἐπὶ τῇ ὑποταγῇ τῆς ὁμολογίας ὑμῶν εἰς τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ καὶ ἁπλότητι τῆς κοινωνίας εἰς αὐτοὺς καὶ εἰς πάντας, καὶ αὐτῶν δεήσει ὑπὲρ ὑμῶν, ἐπιποθούντων ὑμᾶς διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν χάριν τοῦ θεοῦ ἐφ' ὑμῖν. *Χάρις τῷ θεῷ ἐπὶ τῇ ἀνεκδιηγήτῳ αὐτοῦ δωρεᾷ.* — IX, 12-15.

ministerium huius officii non solum supplet ea, quae desunt sanctis, sed etiam abundat per multas gratiarum actiones in Domino, per probationem ministerii huius; glorificantes Deum in obedientia confessionis uestrae, in Euangelium Christi et simplicitate communicationis in illos, et in omnes, et in ipsorum obsecratione pro uobis, desiderantium uos propter eminentem gratiam Dei in uobis.
Gratias Deo super inenarrabili dono eius.

324. OBSECRATIO. — *Παρακαλῶ ὑμᾶς διὰ τῆς πραΰτητος καὶ ἐπιεικείας τοῦ Χριστοῦ.* — X, 1.

Obsecro uos, per mansuetudinem et modestiam Christi.

325. GLORIARI IN DNO. — Ὁ δὲ καυχώμενος ἐν κυρίῳ καυχάσθω. — X, 17.

Qui autem gloriatur in Domino glorietur.

326. « Ἀπόστολοι ». — λογίζομαι γὰρ μηδὲν ὑστερηκέναι τῶν ὑπερλίαν ἀποστόλων. — XI, 5.

existimo enim nihil me minus fecisse a magnis apostolis.

327. EVANGELIZARE. COLLECTAE. — δωρεὰν τὸ τοῦ θεοῦ εὐαγγέλιον εὐηγγελισάμην ὑμῖν; ἄλλας ἐκκλησίας ἐσύλησα λαβὼν ὀψώνιον πρὸς τὴν ὑμῶν διακονίαν. — XI, 7-8.

gratis Euangelium Dei euangelizaui uobis? alias ecclesias expoliaui, accipiens stipendium ad ministerium uestrum.

328. « Διάκονοι ». — Διάκονοι Χριστοῦ εἰσίν, παραφρονῶν λαλῶ, ὑπὲρ ἐγώ. — XI, 23.

Ministri Christi sunt [scil. falsi doctores], ut minus sapiens dico, plus ego.

329. « FALSI FRATRES ». — Ἐν ψευδαδέλφοις. — XI, 26.

in falsis fratribus.

330. VIGILIAE. — ἐν ἀγρυπνίαις πολλάκις. — XI, 27.

in uigiliis multis.

331. IEIVNIVM. — ἐν νηστείαις πολλάκις. — XI, 27.

in ieiuniis multis.

332. ECCLESIA. — ἡ μέριμνα πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν. — XI, 28.

sollicitudo omnium ecclesiarum.

333. TESTIMONIVM. — *Ὁ θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ κυρίου Ἰησοῦ οἶδεν, ὁ ὢν εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας*, ὅτι οὐ ψεύδομαι. — XI, 31.

Deus et Pater Domini nostri Iesu Christi, qui est benedictus in saecula scit quod non mentior.

334. DEPRECATIO PRO DISCESSV DIABOLI. — Ὑπὲρ τούτου τρὶς τὸν κύριον παρεκάλεσα, *ἵνα ἀποστῇ ἀπ' ἐμοῦ*. — XII, 8.

propter quod ter Dominum rogaui *ut* (satanas) *discederet a me.*

335. APOSTOLI. — οὐδὲν γὰρ ὑστέρησα τῶν ὑπερλίαν ἀποστόλων. — XII, 11.

nihil enim minus fui ab iis qui sunt supra modum apostoli.

336. APOSTOLATVS. — τὰ μὲν σημεῖα τοῦ ἀποστόλου. — XII, 12.

signa tamen apostolatus mei.

337. « FRATER ». — τὸν ἀδελφόν. — XII, 18.

fratrem.

338. DEPRECATIO VT QVOD BONVM EST FACIANT. — *Εὐχόμεθα δὲ πρὸς τὸν θεὸν μὴ ποιῆσαι ὑμᾶς κακὸν μηδέν, οὐχ ἵνα ἡμεῖς δόκιμοι φανῶμεν, ἀλλ' ἵνα ὑμεῖς τὸ καλὸν ποιῆτε, ἡμεῖς δὲ ὡς ἀδόκιμοι ὦμεν.* — XIII, 7.

Oramus autem Deum ut nihil mali faciatis, non ut nos probati appareamus, sed ut uos quod bonum est faciatis; nos autem ut reprobi simus.

339. DEVS VOBISCVM. OSCVLVM SANCTVM. SALVTATIO. — Λοιπόν, ἀδελφοί, χαίρετε, καταρτίζεσθε, παρακαλεῖσθε, τὸ αὐτὸ φρονεῖτε, εἰρηνεύετε, καὶ *ὁ θεὸς τῆς ἀγάπης καὶ εἰρήνης ἔσται μεθ' ὑμῶν*. ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν ἁγίῳ φιλήματι. ἀσπάζονται ὑμᾶς οἱ ἅγιοι πάντες. *Ἡ χάρις τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ ἡ ἀγάπη τοῦ θεοῦ καὶ ἡ κοινωνία τοῦ ἁγίου πνεύματος μετὰ πάντων ὑμῶν. [ἀμήν].* — XIII, 11-13.

De caetero, fratres, gaudete, perfecti estote, exhortamini, idem sapite, pacem habete, et *Deus pacis et dilectionis erit uobiscum.* Salutate inuicem in osculo sancto. Salutant uos omnes sancti.
Gratia Domini nostri Iesu Christi, et charitas Dei, et communicatio sancti Spiritus, sit cum omnibus uobis. Amen.

EX EPIST. AD GALATAS.

340. SALVTATIO. REGVLA FIDEI. DOXOLOGIA. — Παῦλος ἀπόστολος, οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων οὐδὲ δι' ἀνθρώπου, ἀλλὰ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ θεοῦ πατρὸς *τοῦ ἐγείραντος αὐτὸν ἐκ νεκρῶν*, καὶ οἱ σὺν ἐμοὶ πάντες ἀδελφοί, ταῖς ἐκκλησίαις τῆς Γαλατίας. *Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ πατρὸς καὶ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ δόντος ἑαυτὸν περὶ τῶν ἁμαρτιῶν, ὅπως ἐξέληται ἡμᾶς ἐκ τοῦ αἰῶνος τοῦ ἐνεστῶτος πονηροῦ κατὰ τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.* — Gal., I, 1-5.

Paulus apostolus non ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum et Deum Patrem, *qui suscitauit eum a mortuis :* et qui mecum sunt omnes fratres, ecclesiis Galatiae.
Gratia uobis, et pax a Deo Patre et Domino nostro Iesu Christo, qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, ut eriperet nos de praesenti saeculo nequam secundum uoluntatem Dei et Patris nostri, cui est gloria in saecula saeculorum : Amen.

341. « FRATER ». — ἀδελφοί. — I, 11.

fratres.

342. « ECCLESIA ». — τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ. — I, 13.

ecclesiam Dei.

343. APOSTOLVS. — πρὸς τοὺς πρὸ ἐμοῦ ἀποστόλους. — I, 17.

ad antecessores meos apostolos.

344. APOSTOLVS. — ἕτερον δὲ τῶν ἀποστόλων οὐκ εἶδον, εἰ μὴ Ἰάκωβον. — I, 19.

alium autem apostolorum uidi neminem, nisi Iacobum fratrem Domini.

345. « FRATER ». — ἀδελφοί. — III, 15.

fratres.

346. DIES SANCTI. — Ἡμέρας παρατηρεῖσθε καὶ μῆνας καὶ καιροὺς καὶ ἐνιαυτούς. — IV, 10.

Dies obseruatis, et menses et tempora et annos.

347. « FRATER ». — ἀδελφοί. — IV, 12, 28, 31.

fratres.

348. ID. — ἀδελφοί. — V, 11, 13.

fratres.

349. ID. — ἀδελφοί. — VI, 1.

fratres.

350. Κατηχούμενος. — Κοινωνείτω δὲ ὁ κατηχούμενος τὸν λόγον τῷ κατηχοῦντι ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς. — VI, 6.

Communicet autem is, qui catechizatur uerbo, ei, qui se catechizat, in omnibus bonis.

351. DEPRECATIO PRO GRATIA DEI. — *Ἡ χάρις τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ τοῦ πνεύματος ὑμῶν, ἀδελφοί· ἀμήν.* — VI, 18.

Gratia Domini nostri Iesu Christi, cum spiritu uestro, fratres. Amen.

EX EPIST. AD EPHESIOS.

352. DEPRECATIO. — *χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ πατρὸς ἡμῶν καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.*

Εὐλογητὸς ὁ θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ εὐλογήσας ἡμᾶς ἐν πάσῃ εὐλογίᾳ πνευματικῇ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ἐν Χριστῷ, καθὼς ἐξελέξατο ἡμᾶς ἐν αὐτῷ πρὸ καταβολῆς κόσμου, εἶναι ἡμᾶς ἁγίους καὶ ἀμώμους κατενώπιον αὐτοῦ, ἐν ἀγάπῃ προορίσας ἡμᾶς εἰς υἱοθεσίαν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς αὐτὸν, κατὰ τὴν εὐδοκίαν τοῦ θελήματος αὐτοῦ, εἰς ἔπαινον δόξης τῆς χάριτος αὐτοῦ, ἧς ἐχαρίτωσεν ἡμᾶς ἐν τῷ ἠγαπημένῳ, ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν ἀπολύτρωσιν διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ, τὴν ἄφεσιν τῶν παραπτωμάτων, κατὰ τὸ πλοῦτος τῆς χάριτος αὐτοῦ, ἧς ἐπερίσσευσεν εἰς ἡμᾶς ἐν πάσῃ σοφίᾳ καὶ φρονήσει γνωρίσας ἡμῖν τὸ μυστήριον τοῦ θελήματος αὐτοῦ, κατὰ τὴν εὐδοκίαν αὐτοῦ, ἣν προέθετο ἐν αὐτῷ εἰς οἰκονομίαν τοῦ πληρώματος τῶν καιρῶν, ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα ἐν τῷ Χριστῷ, τὰ ἐπὶ τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, ἐν αὐτῷ, ἐν ᾧ καὶ ἐκληρώθημεν προορισθέντες κατὰ πρόθεσιν τοῦ τὰ πάντα ἐνεργοῦντος κατὰ τὴν βουλὴν τοῦ θελήματος αὐτοῦ, εἰς τὸ εἶναι ἡμᾶς εἰς ἔπαινον δόξης αὐτοῦ, τοὺς προηλπικότας ἐν τῷ Χριστῷ· ἐν ᾧ καὶ ὑμεῖς, ἀκούσαντες τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, τὸ εὐαγγέλιον τῆς σωτηρίας ὑμῶν, ἐν ᾧ καὶ πιστεύσαντες ἐσφραγίσθητε τῷ πνεύματι τῆς ἐπαγγελίας τῷ ἁγίῳ, ὅς ἐστιν ἀῤῥαβὼν τῆς κληρονομίας ἡμῶν εἰς ἀπολύτρωσιν τῆς περιποιήσεως, εἰς ἔπαινον τῆς δόξης αὐτοῦ. — Ephes., I, 2-14.

Gratia uobis, et pax a Deo Patre nostro, et Domino Iesu Christo.

Benedictus Deus et Pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in coelestibus in Christo, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti et immaculati in conspectu eius in charitate; qui praedestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum· secundum propositum uoluntatis suae, in laudem gloriae gratiae suae, in qua gratificauit nos in dilecto filio suo, in quo habemus redemptionem per sanguinem eius remissionem peccatorum secundum diuitias gratiae eius, quae superabundauit in nobis in omni sapientia et prudentia : ut notum faceret nobis sacramentum uoluntatis suae, secundum beneplacitum eius, quod proposuit in eo, in dispensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, quae in coelis, et quae in terra sunt, in ipso : in quo etiam et nos sorte uocati sumus praedestinati secundum propositum eius, qui operatur omnia secundum consilium uoluntatis suae : ut simus in laudem gloriae eius nos, qui ante sperauimus in Christo : in quo et uos cum audissetis uerbum ueritatis (euangelium salutis uestrae) in quo et credentes signati estis Spiritu promissionis sancto, qui est pignus haereditatis nostrae, in redemptionem acquisitionis, in laudem gloriae ipsius.

353. DEPRECATIO. — *οὐ παύομαι εὐχαριστῶν ὑπὲρ ὑμῶν μνείαν ποιούμενος ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου, ἵνα ὁ θεὸς τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησου Χριστοῦ, ὁ πατὴρ τῆς δόξης, δῴη ὑμῖν πνεῦμα σοφίας καὶ ἀποκαλύψεως ἐν ἐπιγνώσει αὐτοῦ πεφωτισμένους τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς καρδίας ὑμῶν, εἰς τὸ εἰδέναι ὑμᾶς τίς ἐστιν ἡ ἐλπὶς τῆς κλήσεως αὐτοῦ, τίς ὁ πλοῦτος τῆς δόξης τῆς κληρονομίας αὐτοῦ ἐν τοῖς ἁγίοις, καὶ τί τὸ ὑπερβάλλον μέγεθος τῆς δυνάμεως αὐτοῦ εἰς ἡμᾶς τοὺς πιστεύοντας κατὰ τὴν ἐνέργειαν τοῦ κράτους τῆς ἰσχύος αὐτοῦ, ἣν ἐνήργηκεν ἐν τῷ Χριστῷ ἐγείρας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν καὶ καθίσας αὐτὸν ἐν δεξιᾷ αὐ-*

non cesso gratias agens pro uobis, memoriam uestri faciens in orationibus meis : ut *Deus Domini nostri Iesu Christi Pater gloriae, det uobis spiritum sapientiae et reuelationis in agnitione eius, illuminatos oculos cordis uestri ut sciatis quae sit spes uocationis eius, et quae diuitiae gloriae haereditatis eius in sanctis, et quae sit supereminens magnitudo uirtutis eius in nos, qui credimus secundum operationem potentiae uirtutis eius, quam operatus est in Christo, suscitans illum a mortuis, et constituens ad dexteram suam in coelestibus :*

τοῦ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας καὶ δυνάμεως καὶ κυριότητος καὶ παντὸς ὀνόματος ὀνομαζομένου οὐ μόνον ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι, καὶ πάντα ὑπέταξεν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ, καὶ αὐτὸν ἔδωκεν κεφαλὴν ὑπὲρ πάντα τῇ ἐκκλησίᾳ ἥτις ἐστὶν τὸ σῶμα αὐτοῦ, τὸ πλήρωμα τοῦ τὰ πάντα ἐν πᾶσιν πληρουμένου. — I, 16-23.

supra omnem principatum et potestatem, et uirtutem, et dominationem et omne nomen, quod nominatur non solum in hoc saeculo, sed etiam in futuro.

Et omnia subiecit sub pedibus eius : et ipsum dedit caput supra omnem ecclesiam, quae est corpus ipsius, et plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur.

354. FORMVLA. — Ὁ δὲ θεὸς πλούσιος ὢν ἐν ἐλέει, διὰ τὴν πολλὴν ἀγάπην αὐτοῦ ἣν ἠγάπησεν ἡμᾶς, καὶ ὄντας ἡμᾶς νεκροὺς τοῖς παραπτώμασιν συνεζωοποίησεν τῷ Χριστῷ, — χάριτί ἐστε σεσωσμένοι — καὶ συνήγειρεν καὶ συνεκάθισεν ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ἵνα ἐνδείξηται ἐν τοῖς αἰῶσιν τοῖς ἐπερχομένοις τὸ ὑπερβάλλον πλοῦτος τῆς χάριτος αὐτοῦ ἐν χρηστότητι ἐφ' ἡμᾶς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. — II, 4-7.

Deus autem, qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, et cum essemus mortui peccatis conuiuificauit nos in Christo (cuius gratia estis saluati) et conresuscitauit, et consedere fecit in coelestibus in Christo Iesu, ut ostenderet in saeculis superuenientibus abundantes diuitias gratiae suae in bonitate super nos in Christo Iesu.

355. Διάκονος. — οὗ ἐγενήθην διάκονος. — III, 7.

cuius [scil. : euangelii] factus sum minister.

356. ECCLESIA. — διὰ τῆς ἐκκλησίας. — III, 10.

per ecclesiam.

357. FORMVLA. — ἐν τῷ Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν παῤῥησίαν καὶ προσαγωγὴν ἐν πεποιθήσει διὰ τῆς πίστεως αὐτοῦ. — III, 11, 12.

in Christo Iesu Domino nostro in quo habemus fiduciam, et accessum in confidentia per fidem eius.

358. DEPRECATIO. GENVFLEXIO. — Διὸ αἰτοῦμαι μὴ ἐνκακεῖν ἐν ταῖς θλίψεσίν μου ὑπὲρ ὑμῶν, ἥτις ἐστὶν δόξα ὑμῶν, τούτου χάριν κάμπτω τὰ γόνατά μου πρὸς τὸν πατέρα, ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται, ἵνα δῷ ὑμῖν κατὰ τὸ πλοῦτος τῆς δόξης αὐτοῦ δυνάμει κραταιωθῆναι διὰ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον, κατοικῆσαι τὸν Χριστὸν διὰ τῆς πίστεως ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, ἐν ἀγάπῃ ἐῤῥιζωμένοι καὶ τεθεμελιωμένοι, ἵνα ἐξισχύσητε καταλαβέσθαι σὺν πᾶσιν τοῖς ἁγίοις τί τὸ πλάτος καὶ μῆκος καὶ βάθος καὶ ὕψος, γνῶναί τε τὴν ὑπερβάλλουσαν τῆς γνώσεως ἀγάπην τοῦ Χριστοῦ, ἵνα πληρωθῆτε εἰς πᾶν τὸ πλήρωμα τοῦ θεοῦ.

Propter quod *peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro uobis : quae est gloria uestra. Huius rei gratia flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in coelis, et in terra nominatur, ut det uobis secundum diuitias gloriae suae uirtute corroborari per Spiritum eius in interiorem hominem, Christum habitare per fidem in cordibus uestris : in charitate radicati, et fundati, ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quae sit latitudo et longitudo, et profundum : scire etiam supereminentem scientiae caritatem Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem Dei.*

Τῷ δὲ δυναμένῳ ὑπὲρ πάντα ποιῆσαι ὑπερεκπερισσοῦ ὧν αἰτούμεθα ἢ νοοῦμεν κατὰ τὴν δύναμιν τὴν ἐνεργουμένην ἐν ἡμῖν, αὐτῷ ἡ δόξα ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ εἰς πάσας τὰς γενεὰς τοῦ αἰῶνος τῶν αἰώνων· ἀμήν. — III, 13-21.

Ei autem, qui potens est omnia facere superabundanter quam petimus, aut intelligimus, secundum uirtutem, quae operatur in nobis : Ipsi gloria in Ecclesia, et in Christo Iesu, in omnes generationes saeculi saeculorum. Amen.

359. DEPRECATIO AD SERVANDAM VNITATEM. — Παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς ἐγὼ ὁ δέσμιος ἐν κυρίῳ, ἀξίως περιπατῆσαι τῆς κλήσεως ἧς ἐκλήθητε, μετὰ πάσης ταπεινοφροσύνης καὶ πραΰτητος, μετὰ μακροθυμίας, ἀνεχόμενοι ἀλλήλων ἐν ἀγάπῃ, σπουδάζοντες τηρεῖν τὴν ἑνότητα τοῦ πνεύματος ἐν τῷ συνδέσμῳ τῆς εἰρήνης. — IV, 1-3.

Obsecro itaque uos, ego uinctus in Domino, ut digne ambuletis uocatione, qua uocati estis, cum omni humilitate, et mansuetudine, cum patientia, supportantes inuicem in caritate, solliciti seruare unitatem Spiritus in uinculo pacis.

360. HIERARCHIA. Διακονία. — καὶ αὐτὸς ἔδωκεν τοὺς μὲν ἀποστόλους, τοὺς δὲ προφήτας, τοὺς δὲ εὐαγγελιστάς, τοὺς δὲ ποιμένας καὶ διδασκάλους, πρὸς τὸν καταρτισμὸν τῶν ἁγίων εἰς ἔργον διακονίας. — IV, 11-12.

Et ipse [scil. : Christus] dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios uero euangelistas, alios autem pastores, et doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerii.

361. Σφραγίς. DIES LAVACRI. — μὴ λυπεῖτε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦ θεοῦ ἐν ᾧ ἐσφραγίσθητε εἰς ἡμέραν ἀπολυτρώσεως. — IV, 30.

Nolite contristare Spiritum sanctum Dei : in quo signati estis in diem redemptionis.

362. Oblatio. — ὁ Χριστὸς ἠγάπησεν ὑμᾶς καὶ παρέδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν προσφορὰν καὶ θυσίαν τῷ θεῷ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας. — V, 2.

Christus dilexit uos et tradidit semetipsum pro nobis oblationem, et hostiam Deo in odorem suauitatis.

363. Hymnvs. — *Ἔγειρε ὁ καθεύδων*
καὶ ἀνάστα ἐκ τῶν νεκρῶν,
καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ Χριστός. — V, 14.

Surge qui dormis,
et exurge a mortuis,
et illuminabit te Christus.

364. Hymni et cantica. Gratiarvm actio. — πληροῦσθε ἐν πνεύματι, λαλοῦντες ἑαυτοῖς ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς, ᾄδοντες καὶ ψάλλοντες τῇ καρδίᾳ ὑμῶν τῷ κυρίῳ, *εὐχαριστοῦντες πάντοτε ὑπὲρ πάντων ἐν ὀνόματι τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τῷ θεῷ καὶ πατρὶ* ὑποτασσόμενοι ἀλλήλοις ἐν φόβῳ Χριστοῦ. — V, 18-20.

implemini Spiritu Sancto, loquentes uobismetipsis; in psalmis, et hymnis et canticis spiritualibus, cantantes, et psallentes in cordibus uestris Domino, *gratias agentes semper pro omnibus, in nomine Domini nostri Iesu Christi Deo et Patri,* subiecti inuicem in timore Christi.

365. Lavacrvm. — καθαρίσας τῷ λουτρῷ τοῦ ὕδατος ἐν ῥήματι. — V, 26.

mundans [scil. : Christus Ecclesiam] lauacro aquae in uerbo uitae.

366. « Frater ». — ἀδελφοί. — VI, 10.

fratres.

367. De oratione et vigiliis. — διὰ πάσης προσευχῆς καὶ δεήσεως προσευχόμενοι ἐν παντὶ καιρῷ ἐν πνεύματι, καὶ εἰς αὐτὸ ἀγρυπνοῦντες ἐν πάσῃ προσκαρτερήσει καὶ δεήσει περὶ πάντων τῶν ἁγίων, καὶ ὑπὲρ ἐμοῦ, ἵνα μοι δοθῇ λόγος ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματός μου, ἐν παῤῥησίᾳ γνωρίσαι τὸ μυστήριον τοῦ εὐαγγελίου. — VI, 18-19.

per omnem orationem et obsecrationem orantes omni tempore in spiritu : et in ipso uigilantes in omni instantia, et obsecratione pro omnibus sanctis : et pro me, ut detur mihi sermo in apertione oris mei cum fiducia, notum facere mysterium Euangelii.

368. Διάκονος. — Τυχικὸς ὁ ἀγαπητὸς ἀδελφὸς καὶ πιστὸς διάκονος ἐν κυρίῳ. — VI, 22.

Tychicus, charissimus frater, et fidelis minister in Domino.

369. Salvtatio. — *Εἰρήνη τοῖς ἀδελφοῖς καὶ ἀγάπη μετὰ πίστεως ἀπὸ θεοῦ πατρὸς καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. ἡ χάρις μετὰ πάντων τῶν ἀγαπώντων τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν ἀφθαρσίᾳ.* — VI, 23-24.

Pax fratribus et charitas cum fide a Deo Patre et Domino Iesu Christo.

Gratia cum omnibus, qui diligunt Dominum nostrum Iesum Christum in incorruptione. Amen.

Ex epist. ad Philippenses.

370. Ἐπίσκοποι, διάκονοι. Salvtatio. Gratiarvm actio pro praedicatione evangelii. Testimonivm. Deprecatio pro charitatis incremento. — πᾶσιν τοῖς ἁγίοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τοῖς οὖσιν ἐν Φιλίπποις σὺν ἐπισκόποις καὶ διακόνοις. *Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ πατρὸς ἡμῶν καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. Εὐχαριστῶ τῷ θεῷ μου ἐπὶ πάσῃ τῇ μνείᾳ ὑμῶν πάντοτε ἐν πάσῃ δεήσει μου ὑπὲρ πάντων ὑμῶν μετὰ χαρᾶς τὴν δέησιν ποιούμενος ἐπὶ τῇ κοινωνίᾳ ὑμῶν εἰς τὸ εὐαγγέλιον ἀπὸ τῆς πρώτης ἡμέρας ἄχρι τοῦ νῦν, πεποιθὼς αὐτὸ τοῦτο, ὅτι ὁ ἐναρξάμενος ἐν ὑμῖν ἔργον ἀγαθὸν ἐπιτελέσει ἄχρι ἡμέρας Χριστοῦ Ἰησοῦ, καθώς ἐστιν δίκαιον ἐμοὶ τοῦτο φρονεῖν ὑπὲρ πάντων ὑμῶν, διὰ τὸ ἔχειν με ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμᾶς, ἔν τε τοῖς δεσμοῖς μου καὶ ἐν τῇ ἀπολογίᾳ καὶ βεβαιώσει τοῦ εὐαγγελίου συνκοινωνούς μου τῆς χάριτος πάντας ὑμᾶς ὄντας. Μάρτυς γάρ μου ὁ θεός, ὡς ἐπιποθῶ πάντας ὑμᾶς ἐν σπλάγχνοις Χριστοῦ Ἰησοῦ. Καὶ τοῦτο προσεύχομαι, ἵνα ἡ ἀγάπη ὑμῶν ἔτι μᾶλλον καὶ μᾶλλον περισσεύῃ ἐν ἐπιγνώσει καὶ πάσῃ αἰσθήσει, εἰς τὸ δοκιμάζειν ὑμᾶς τὰ διαφέροντα, ἵνα ἦτε εἰλικρινεῖς καὶ ἀπρόσκοποι εἰς ἡμέραν Χριστοῦ, πεπληρωμένοι καρπὸν δικαιοσύνης τὸν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, εἰς δόξαν καὶ ἔπαινον θεοῦ.* — Philipp., I, 1-11.

omnibus sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis, cum episcopis et diaconibus. *Gratia uobis, et pax a Deo Patre nostro et Domino Iesu Christo.*

Gratias ago Deo meo in omni memoria uestri, semper in cunctis orationibus meis pro omnibus uobis cum gaudio deprecationem faciens, super communicatione uestra in Euangelio Christi a prima die usque nunc, confidens hoc ipsum, quia qui coepit in uobis opus bonum, perficiet usque in diem Christi Iesu sicut est mihi iustum hoc sentire pro omnibus uobis : eo quod habeam uos in corde, et in uinculis mei, et in defensione, et confirmatione Euangelii socios gaudii mei omnes uos esse.

Testis enim mihi est Deus, quomodo cupiam omnes uos in uisceribus Iesu Christi.

Et hoc oro ut charitas uestra magis ac magis abundet in scientia et in omni sensu : ut probetis potiora, ut sitis sinceri, et sine offensa in diem Christi, repleti fructu iustitiae per Iesum Christum, in gloriam et laudem Dei.

371. RITVS. CONFESSIO. — ἵνα *ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ* πᾶν γόνυ κάμψῃ ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται ὅτι *κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν θεοῦ πατρός.* — II, 10-11.

ut in nomine Iesu omne genu flectatur coelestium, terrestrium, et infernorum; et omnis lingua *confiteatur quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris.*

372. « FRATER ». — Ἐπαφρόδιτον τὸν ἀδελφόν. — II, 25.

Epaphroditum fratrem.

373. « FRATER ». — ἀδελφοί μου. — III, 1, 13-17.

fratres [mei].

374. « FRATER ». — ἀδελφοί. — IV, 1.

fratres.

375. DEPRECATIO PRO PACE CORDIVM. — ἐν παντὶ τῇ προσευχῇ καὶ τῇ δεήσει μετὰ εὐχαριστίας τὰ αἰτήματα ὑμῶν γνωριζέσθω πρὸς τὸν θεόν. Καὶ ἡ εἰρήνη τοῦ θεοῦ ἡ ὑπερέχουσα πάντα νοῦν φρουρήσει τὰς καρδίας ὑμῶν καὶ τὰ νοήματα ὑμῶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. — IV, 6-7.

in omni oratione, et obsecratione, cum gratiarum actione petitiones uestrae innotescant apud Deum. Et pax Dei, quae exsuperat omnem sensum, custodiat corda uestra, et intelligentias uestras in Christo Iesu.

376. « FRATER ». — ἀδελφοί — IV, 8.

fratres.

377. FORMVLA. — *ὁ θεὸς τῆς εἰρήνης ἔσται μεθ' ὑμῶν.* — IV, 9.

Deus pacis erit uobiscum.

378. DEPRECATIO PRO DESIDERIIS IVSTIS. DOXOLOGIA. — *ὁ δὲ θεός μου πληρώσει πᾶσαν χρείαν ὑμῶν κατὰ τὸ πλοῦτος αὐτοῦ ἐν δόξῃ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Τῷ δὲ θεῷ καὶ πατρὶ ἡμῶν ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.* — IV, 19-20.

Deus autem meus impleat omne desiderium uestrum, secundum diuitias suas, in gloria in Christo Iesu. Deo autem et Patri nostro gloria in saecula saeculorum : Amen.

379. FORMVLA. — *Ἡ χάρις τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ τοῦ πνεύματος ὑμῶν.* [*ἀμήν*]. — IV, 23.

Gratia Domini nostri Iesu Christi cum spiritu uestro. Amen.

EX EPIST. AD COLOSSENSES.

380. « FRATER ». — ἁγίοις καὶ πιστοῖς ἀδελφοῖς. — Coloss., I, 1.

Sanctis et fidelibus fratribus.

381. GRATIARVM ACTIO. — *Εὐχαριστοῦμεν τῷ θεῷ καὶ πατρὶ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ πάντοτε περὶ ὑμῶν προσευχόμενοι.* — I, 3.

Gratia uobis, et pax a Deo Patre nostro, et Domino Iesu Christo. Gratias agimus Deo et Patri Domini nostri Iesu Christi semper pro uobis orantes :

382. Διάκονος. — διάκονος τοῦ Χριστοῦ. — I, 7.

diaconus Christi Iesu.

383. DEPRECATIO. — οὐ παυόμεθα ὑπὲρ ὑμῶν προσευχόμενοι καὶ αἰτούμενοι *ἵνα πληρωθῆτε τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ θελήματος αὐτοῦ ἐν πάσῃ σοφίᾳ καὶ συνέσει πνευματικῇ, περιπατῆσαι ἀξίως τοῦ κυρίου εἰς πᾶσαν ἀρεσκίαν, ἐν παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ καρποφοροῦντες καὶ αὐξανόμενοι τῇ ἐπιγνώσει τοῦ θεοῦ, ἐν πάσῃ δυνάμει δυναμούμενοι κατὰ τὸ κράτος τῆς δόξης αὐτοῦ εἰς πᾶσαν ὑπομονὴν καὶ μακροθυμίαν, μετὰ χαρᾶς εὐχαριστοῦντες τῷ πατρὶ τῷ ἱκανώσαντι ὑμᾶς εἰς τὴν μερίδα τοῦ κλήρου τῶν ἁγίων ἐν τῷ φωτί, ὃς ἐρύσατο ἡμᾶς ἐκ τῆς ἐξουσίας τοῦ σκότους καὶ μετέστησεν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ υἱοῦ τῆς ἀγάπης αὐτοῦ, ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν ἀπολύτρωσιν, τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν, ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ θεοῦ τοῦ ἀοράτου, πρωτότοκος πάσης κτίσεως, ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, εἴτε θρόνοι εἴτε κυριότητες εἴτε ἀρχαὶ εἴτε ἐξουσίαι. Τὰ πάντα δι' αὐτοῦ*

non cessamus pro uobis orantes, et postulantes *ut impleamini agnitione uoluntatis eius* [scil. : Dei] *in omni sapientia et intellectu spirituali : ut ambuletis digne Deo per omnia placentes : in omni opere bono fructificantes, et crescentes in scientia Dei : in omni uirtute confortati secundum potentiam claritatis eius, in omni patientia et longanimitate cum gaudio, gratias agentes Deo Patri qui dignos fecit in partem sortis sanctorum in lumine : qui eripuit nos de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum filii dilectionis suae, in quo habemus redemtionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum : qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturae : quoniam in ipso condita sunt uniuersa in coelis, et in terra, uisibilia et inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates : omnia per ipsum et in ipso creata sunt : et ipse est ante omnes, et*

καὶ εἰς αὐτὸν ἔκτισται, καὶ αὐτός ἐστιν πρὸ πάντων καὶ τὰ πάντα ἐν αὐτῷ συνέστηκεν, καὶ αὐτός ἐστιν ἡ κεφαλὴ τοῦ σώματος, τῆς ἐκκλησίας· ὅς ἐστιν ἀρχή, πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν, ἵνα γένηται ἐν πᾶσιν αὐτὸς πρωτεύων, ὅτι ἐν αὐτῷ εὐδόκησεν πᾶν τὸ πλήρωμα κατοικῆσαι καὶ δι' αὐτοῦ ἀποκαταλλάξαι τὰ πάντα εἰς αὐτόν, εἰρηνοποιήσας διὰ τοῦ αἵματος τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ, δι' αὐτοῦ, εἴτε τὰ ἐπὶ τῆς γῆς εἴτε τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. — I, 9-20.

omnia in ipso constant. Et ipse est caput corporis Ecclesiae, qui est principium, primogenitus ex mortuis; ut sit in omnibus ipse primatum tenens. Quia in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare : et per eum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis eius, siue quae in terris, siue quae in coelis sunt.

384. DIES SACRATI. — Μὴ οὖν τις ὑμᾶς κρινέτω ἐν βρώσει ἢ ἐν πόσει ἢ ἐν μέρει Ἑορτῆς ἢ νουμηνίας ἢ σαββάτων. — II, 16.

Nemo ergo uos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniae, aut sabbatorum.

385. « PAX CHRISTI ». PSALMI, HYMNI, CANTICA. GRATIAS DEO. — ἡ εἰρήνη τοῦ Χριστοῦ βραβευέτω ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, εἰς ἣν καὶ ἐκλήθητε ἐν ἑνὶ σώματι· καὶ εὐχάριστοι γίνεσθε, ὁ λόγος τοῦ Χριστοῦ ἐνοικείτω ἐν ὑμῖν πλουσίως, ἐν πάσῃ σοφίᾳ διδάσκοντες καὶ νουθετοῦντες ἑαυτούς, ψαλμοῖς, ὕμνοις, ᾠδαῖς πνευματικαῖς, ἐν τῇ χάριτι ᾄδοντες ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν τῷ θεῷ, *καὶ πᾶν ὅ τι ἂν ποιῆτε ἐν λόγῳ ἢ ἐν ἔργῳ, πάντα ἐν ὀνόματι κυρίου Ἰησοῦ εὐχαριστοῦντες τῷ θεῷ πατρὶ δι' αὐτοῦ.* — III, 15-17.

pax Christi exultet in cordibus uestris, in qua et uocati estis in uno corpore : et grati estote. Verbum Christi habitet in uobis abundanter, in omni sapientia, docentes et commonentes uosmetipsos, psalmis, hymnis, et canticis spiritualibus, in gratia cantantes in cordibus uestris Deo.

Omne quodcumque facitis in uerbo aut in opere, omnia in nomine Domini Iesu Christi, gratias agentes Deo et Patri per ipsum.

386. DEPRECATIO IN VIGILIIS PRO PRAEDICATORIBVS. — Τῇ προσευχῇ προσκαρτερεῖτε, γρηγοροῦντες ἐν αὐτῇ ἐν εὐχαριστίᾳ, προσευχόμενοι ἅμα καὶ περὶ ἡμῶν, *ἵνα ὁ θεὸς ἀνοίξῃ ἡμῖν θύραν τοῦ λόγου λαλῆσαι τὸ μυστήριον τοῦ Χριστοῦ*, δι' ὃ καὶ δέδεμαι, ἵνα φανερώσω αὐτὸ ὡς δεῖ με λαλῆσαι. — IV, 2-4.

Orationi instate, uigilantes in ea in gratiarum actione : orantes simul et pro nobis, *ut Deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi* (propter quod etiam uinctus sum) ut manifestem illud ita ut oportet me loqui.

387. « FRATER » διάκονος. — ὁ ἀγαπητὸς ἀδελφὸς καὶ πιστὸς διάκονος. — IV, 7.

charissimus frater et fidelis minister.

388. « FRATER ». — τῷ πιστῷ καὶ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ. — IV, 9.

charissimo et fideli fratre.

389. DEPRECATIO PRO PERFECTIONE. — πάντοτε ἀγωνιζόμενος ὑπὲρ ὑμῶν ἐν ταῖς προσευχαῖς, *ἵνα σταθῆτε τέλειοι καὶ πεπληροφορημένοι ἐν παντὶ θελήματι τοῦ θεοῦ.* — IV, 12.

semper sollicitus pro uobis in orationibus, *ut stetis perfecti, et pleni in omni uoluntate Dei.*

390. ECCLESIA DOMESTICA. LECTIO EPISTVLAE IN CONVENTV. EPISTVLAE ENCYCLICAE. Διακονία. — Νυμφᾶν καὶ τὴν κατ' οἶκον αὐτῶν ἐκκλησίαν· καὶ ὅταν ἀναγνωσθῇ παρ' ὑμῖν ἡ ἐπιστολή, ποιήσατε ἵνα καὶ ἐν τῇ Λαοδικέων ἐκκλησίᾳ ἀναγνωσθῇ, καὶ τὴν ἐκ Λαοδικίας ἵνα καὶ ὑμεῖς ἀναγνῶτε. Καὶ εἴπατε Ἀρχίππῳ· βλέπε τὴν διακονίαν ἣν παρέλαβες ἐν κυρίῳ, ἵνα αὐτὴν πληροῖς. — IV, 15-17.

[Salutate] Nympham, et quae in domo eius est, ecclesiam. Et cum lecta fuerit apud uos epistola haec, facite ut et in Laodicensium ecclesia legatur : et eam, quae Laodicensium est, uos legatis. Et dicite Archippo : Vide ministerium, quod accepisti in Domino ut illud impleas.

391. FORMVLA. — *ἡ χάρις μεθ' ὑμῶν. [ἀμήν].* — IV, 18.

Gratia uobiscum. Amen.

EX EPIST. I[a] AD THESSALONICENSES.

392. SALVTATIO. GRATIARVM ACTIO. — τῇ ἐκκλησίᾳ Θεσσαλονικέων ἐν θεῷ πατρὶ καὶ κυρίῳ Ἰησοῦ Χριστῷ. *Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη. Εὐχαριστοῦμεν τῷ θεῷ πάντοτε περὶ πάντων ὑμῶν, μνείαν ποιούμενοι ἐπὶ τῶν προσευχῶν ἡμῶν, ἀδιαλείπτως μνημονεύοντες ὑμῶν τοῦ ἔργου τῆς πίστεως καὶ τοῦ κόπου τῆς ἀγάπης καὶ τῆς ὑπομονῆς τῆς ἐλπίδος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ*

ecclesiae Thessalonicensium in Deo Patre et Domino Iesu Christo. *Gratia uobis, et pax. Gratias agimus Deo semper pro omnibus uobis, memoriam uestri facientes in orationibus nostris sine intermissione, memores operis fidei uestrae, et laboris, et charitatis, et sustinentiae spei*

ἔμπροσθεν τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς ἡμῶν. — I Thess., I, 1-4.

Domini nostri Iesu Christi, ante Deum et Patrem nostrum :

393. « FRATER ». — ἀδελφοί. — I, 4.

fratres.

394. « FRATER ». — ἀδελφοί. — II, 1.

fratres.

395. GRATIARVM ACTIO. — Καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς *εὐχαριστοῦμεν τῷ θεῷ ἀδιαλείπτως, ὅτι παραλαβόντες λόγον ἀκοῆς παρ' ἡμῶν τοῦ θεοῦ ἐδέξασθε οὐ λόγον ἀνθρώπων ἀλλὰ καθώς ἐστιν ἀληθῶς λόγον θεοῦ, ὃς καὶ ἐνεργεῖται ἐν ὑμῖν τοῖς πιστεύουσιν.* — II, 13.

Ideo et nos *gratias agimus Deo sine intermissione. quoniam cum accepissetis a nobis uerbum auditus Dei, accepistis illud, non ut uerbum hominum, sed (sicut est uere) uerbum Dei, qui operatur in uobis qui credidistis.*

396. « FRATER ». — ἀδελφοί. — II, 17.

fratres.

397. « FRATER » διάκονος. — τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν καὶ διάκονον τοῦ θεοῦ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ. — III, 2.

fratrem nostrum et ministrum Dei in Euangelio Christi.

398. DIE NOCTVQVE GRATIARVM ACTIONES. DEPRECATIO PRO CHARITATE. — τίνα γὰρ εὐχαριστίαν δυνάμεθα τῷ θεῷ ἀνταποδοῦναι περὶ ὑμῶν ἐπὶ πάσῃ τῇ χαρᾷ ᾗ χαίρομεν δι' ὑμᾶς ἔμπροσθεν τοῦ θεοῦ ἡμῶν, νυκτὸς καὶ ἡμέρας ὑπερεκπερισσοῦ δεόμενοι *εἰς τὸ ἰδεῖν ὑμῶν τὸ πρόσωπον καὶ καταρτίσαι τὰ ὑστερήματα τῆς πίστεως ὑμῶν; Αὐτὸς δὲ ὁ θεὸς καὶ πατὴρ ἡμῶν καὶ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς κατευθύναι τὴν ὁδὸν ἡμῶν πρὸς ὑμᾶς· ὑμᾶς δὲ ὁ κύριος πλεονάσαι καὶ περισσεύσαι τῇ ἀγάπῃ εἰς ἀλλήλους καὶ εἰς πάντας, καθάπερ καὶ ἡμεῖς εἰς ὑμᾶς, εἰς τὸ στηρίξαι ὑμῶν τὰς καρδίας ἀμέμπτους ἐν ἁγιωσύνῃ ἔμπροσθεν τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς ἡμῶν ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ μετὰ πάντων τῶν ἁγίων αὐτοῦ. ἀμήν.* — III, 9-13.

Quam enim gratiarum actionem possumus Deo retribuere pro uobis in omni gaudio, quo gaudemus propter uos ante Deum nostrum, nocte ac die abundantius orantes, *ut uideamus faciem uestram, et compleamus ea quae desunt fidei uestrae?*

Ipse autem Deus et Pater noster et Dominus noster Iesus Christus dirigat uiam nostram ad uos. Vos autem Dominus multiplicet et abundare faciat charitatem uestram in inuicem, et in omnes, quemadmodum et nos in uobis : ad confirmanda corda uestra sine quaerela in sanctitate, ante Deum et Patrem nostrum, in aduentu Domini nostri Iesu Christi cum omnibus sanctis eius. Amen.

399. DEPRECATIO PRO SANCTA VITA. — ἀδελφοί, *ἐρωτῶμεν ὑμᾶς καὶ παρακαλοῦμεν ἐν κυρίῳ Ἰησοῦ, ἵνα καθὼς παρελάβετε παρ' ἡμῶν τὸ πῶς δεῖ ὑμᾶς περιπατεῖν καὶ ἀρέσκειν θεῷ, καθὼς καὶ περιπατεῖτε, ἵνα περισσεύητε μᾶλλον.* — IV, 1.

fratres, *rogamus uos et obsecramus in Domino Iesu, ut quemadmodum accepistis a nobis quomodo oporteat uos ambulare et placere Deo, sic et ambuletis ut abundetis magis.*

400. MORTVI. — ἀδελφοί, περὶ τῶν κοιμωμένων. — IV, 13.

fratres, de dormientibus.

401. MORTVI. — ὁ θεὸς τοὺς κοιμηθέντας διὰ τοῦ Ἰησοῦ ἄξει σὺν αὐτῷ. — IV, 14.

Deus eos qui dormierunt per Iesum, adducet cum eo.

402. « FRATER ». — ἀδελφοί. — V, 1-4.

fratres.

403. REGVLA FIDEI. — οὐκ ἔθετο ἡμᾶς ὁ θεὸς εἰς ὀργὴν ἀλλὰ εἰς περιποίησιν σωτηρίας *διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ ἀποθανόντος περὶ ἡμῶν,* ἵνα εἴτε γρηγορῶμεν εἴτε καθεύδωμεν ἅμα σὺν αὐτῷ ζήσωμεν. — V, 9-10.

non posuit nos Deus in iram, sed in acquisitionem salutis *per Dominum nostrum Iesum Christum, qui mortuus est pro nobis :* ut siue uigilemus, siue dormiamus, simul cum illo uiuamus.

404. Προϊσταμένοι. FORMVLA BENEDICTIONIS. — Ἐρωτῶμεν δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, εἰδέναι τοὺς κοπιῶντας ἐν ὑμῖν καὶ προϊσταμένους ὑμῶν ἐν κυρίῳ καὶ νουθετοῦντας ὑμᾶς, καὶ ἡγεῖσθαι αὐτοὺς ὑπερεκπερισσῶς ἐν ἀγάπῃ διὰ τὸ ἔργον αὐτῶν. *εἰρηνεύετε ἐν ἑαυτοῖς.* — V, 12-13.

Rogamus autem uos, fratres, ut noueritis eos, qui laborant inter uos, et praesunt uobis in Domino, et monent uos ut habeatis illos abundantius in charitate propter opus illorum : *pacem habete cum eis.*

405. DE ORATIONE. GRATIARVM ACTIO. — ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε, ἐν παντὶ εὐχαριστεῖτε. — V, 17-18.

Sine intermissione orate. In omnibus gratias agite.

406. FORMVLA BENEDICTIONIS. — *Αὐτὸς δὲ ὁ θεὸς τῆς εἰρήνης ἁγιάσαι ὑμᾶς ὁλοτελεῖς, καὶ ὁλόκληρον ὑμῶν τὸ πνεῦμα καὶ ἡ ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα ἀμέμπτως ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τηρηθείη.* — v, 23.

Ipse autem Deus pacis sanctificet uos per omnia : ut integer spiritus uester, et anima, et corpus sine quaerela in aduentu Domini nostri Iesu Christi seruetur.

407. OSCVLVM SANCTVM. FORMVLA ADIVRATIONIS. LECTIO EPISTVLAE. FORMVLA BENEDICTIONIS. — Ἀδελφοί, προσεύχεσθε περὶ ἡμῶν· ἀσπάσασθε τοὺς ἀδελφοὺς πάντας ἐν φιλήματι ἁγίῳ· *ἐνορκίζω ὑμᾶς τὸν κύριον,* ἀναγνωσθῆναι τὴν ἐπιστολὴν πᾶσιν τοῖς ἀδελφοῖς. *Ἡ χάρις τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μεθ' ὑμῶν.* — v, 25-28.

Fratres, orate pro nobis. Salutate fratres omnes in osculo sancto. *Adiuro uos per Dominum* ut legatur epistola haec omnibus sanctis fratribus. *Gratia Domini nostri Iesu Christi uobiscum. Amen.*

EX EPIST. II^a AD THESSALONICENSES.

408. GRATIARVM ACTIO PRO PATIENTIA IN TRIBVLATIONE. — Τῇ ἐκκλησίᾳ Θεσσαλονικέων ἐν θεῷ πατρὶ ἡμῶν καὶ κυρίῳ Ἰησοῦ Χριστῷ. *Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ πατρὸς ἡμῶν καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. Εὐχαριστεῖν ὀφείλομεν τῷ θεῷ πάντοτε περὶ ὑμῶν, ἀδελφοί, καθὼς ἄξιόν ἐστιν ὅτι ὑπεραυξάνει ἡ πίστις ὑμῶν καὶ πλεονάζει ἡ ἀγάπη ἑνὸς ἑκάστου πάντων ὑμῶν εἰς ἀλλήλους, ὥστε αὐτοὺς ἡμᾶς ἐν ὑμῖν ἐνκαυχᾶσθαι ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τοῦ θεοῦ ὑπὲρ τῆς ὑπομονῆς ὑμῶν καὶ πίστεως ἐν πᾶσιν τοῖς διωγμοῖς ὑμῶν καὶ ταῖς θλίψεσιν αἷς ἀνέχεσθε, ἔνδειγμα τῆς δικαίας κρίσεως τοῦ θεοῦ, εἰς τὸ καταξιωθῆναι ὑμᾶς τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ, ὑπὲρ ἧς καὶ πάσχετε.* — II Thess., I, 1-5.

Ecclesiae Thessalonicensium in Deo Patre nostro et Domino Iesu Christo.

Gratia uobis, et pax a Deo Patre nostro, et Domino Iesu Christo. Gratias agere debemus semper Deo pro uobis, fratres, ita ut dignum est, quoniam supercrescit fides uestra, et abundat charitas uniuscuiusque uestrum in inuicem : ita ut et nos ipsi in uobis gloriemur in ecclesiis Dei, pro patientia uestra, et fide, et in omnibus persecutionibus uestris, et tribulationibus, quos sustinetis in exemplum iusti iudicii Dei ut digni habeamini in regno Dei pro quo et patimini.

409. DEPRECATIO PRO FIRMITATE. — *Ἐρωτῶμεν δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, ὑπὲρ τῆς παρουσίας τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ ἡμῶν ἐπισυναγωγῆς ἐπ' αὐτόν, εἰς τὸ μὴ ταχέως σαλευθῆναι ὑμᾶς ἀπὸ τοῦ νοὸς μηδὲ θροεῖσθαι, μήτε διὰ πνεύματος μήτε διὰ λόγου μήτε δι' ἐπιστολῆς ὡς δι' ἡμῶν, ὡς ὅτι ἐνέστηκεν ἡ ἡμέρα τοῦ κυρίου.* — II, 1-2.

Rogamus autem uos, fratres, per aduentum Domini nostri Iesu Christi, et nostrae congregationis in ipsum ut non cito moueamini a uestro sensu, neque terreamini, neque per spiritum, neque per sermonem, neque per Epistolam tanquam per nos missam quasi instet dies Domini.

410. GRATIARVM ACTIO PRO ELECTIONE GRATVITA. — Ἡμεῖς δὲ ὀφείλομεν *εὐχαριστεῖν τῷ θεῷ* πάντοτε περὶ ὑμῶν, ἀδελφοὶ ἠγαπημένοι ὑπὸ κυρίου, *ὅτι εἵλατο ὑμᾶς ὁ θεὸς ἀπ' ἀρχῆς εἰς σωτηρίαν ἐν ἁγιασμῷ πνεύματος καὶ πίστει ἀληθείας, εἰς ὃ καὶ ἐκάλεσεν ὑμᾶς διὰ τοῦ εὐαγγελίου ἡμῶν εἰς περιποίησιν δόξης τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.* Ἄρα οὖν, ἀδελφοί, στήκετε, καὶ κρατεῖτε τὰς παραδόσεις ἃς ἐδιδάχθητε εἴτε διὰ λόγου εἴτε δι' ἐπιστολῆς ἡμῶν· *Αὐτὸς δὲ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς καὶ ὁ θεὸς ὁ πατὴρ ἡμῶν, ὁ ἀγαπήσας ἡμᾶς καὶ δοὺς παράκλησιν αἰωνίαν καὶ ἐλπίδα ἀγαθὴν ἐν χάριτι, παρακαλέσαι ὑμῶν τὰς καρδίας καὶ στηρίξαι ἐν παντὶ ἔργῳ καὶ λόγῳ ἀγαθῷ.* — II, 12-17.

Nos autem debemus *gratias agere Deo* semper pro uobis, fratres dilecti a Deo, *quod elegerit uos Deus primitias in salutem, in sanctificatione spiritus et in fide ueritatis : in qua et uocauit uos per Euangelium nostrum in acquisitionem gloriae Domini nostri Iesu Christi.*

Itaque, fratres, state : et tenete traditiones, quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistulam nostram. *Ipse autem Dominus noster Iesus Christus, et Deus, et Pater noster, qui dilexit nos, et dedit consolationem aeternam, et spem bonam in gratia, exhortetur corda uestra, et confirmet in omni opere et sermone bono.*

411. DEPRECATIO PRO LIBERATIONE A MALIS ET CLARIFICATIONE EVANGELII. — *Προσεύχεσθε, ἀδελφοί, περὶ ἡμῶν, ἵνα ὁ λόγος τοῦ κυρίου τρέχῃ καὶ δοξάζηται καθὼς καὶ πρὸς ὑμᾶς, καὶ ἵνα ῥυσθῶμεν ἀπὸ τῶν ἀτόπων καὶ πονηρῶν ἀνθρώπων.* — III, 1-2.

fratres, orate pro nobis, ut sermo Dei currat, et clarificetur, sicut et apud uos : et ut liberemur ab importunis et malis hominibus.

412. DEPRECATIO PRO CHARITATE ET PATIENTIA. — *Ὁ δὲ κύριος κατευθύναι ὑμῶν τὰς καρδίας εἰς τὴν ἀγάπην τοῦ θεοῦ καὶ εἰς τὴν ὑπομονὴν τοῦ Χριστοῦ.* — III, 5.

Dominus autem dirigat corda uestra in caritate Dei, et patientia Christi.

413. FORMVLA. — Παραγγέλλομεν δὲ ὑμῖν, ἀδελφοί, *ἐν ὀνόματι τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.* — III, 5-6.

Denuntiamus autem uobis, fratres, *in nomine Domini nostri Iesu Christi.*

414. FORMVLA. — Παραγγέλλομεν καὶ παρακαλοῦμεν *ἐν κυρίῳ Ἰησοῦ Χριστῷ.* — III, 12.

denuntiamus, et obsecramus *in Domino Iesu Christo.*

415. DEPRECATIO PRO PACE SEMPITERNA. — *Αὐτὸς δὲ ὁ κύριος τῆς εἰρήνης δῴη ὑμῖν τὴν εἰρήνην διαπαντὸς ἐν παντὶ τρόπῳ. Ὁ κύριος μετὰ πάντων ὑμῶν.* — III, 16.

Ipse autem Dominus pacis det uobis pacem sempiternam in omni loco. Dominus sit cum omnibus uobis.

416. SALVTATIO. — *ἡ χάρις τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάντων ὑμῶν.* — III, 18.

Gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus uobis. Amen.

EX EPIST. I[a] AD TIMOTHEVM.

417. SALVTATIO. — ἀπόστολος Χριστοῦ Ἰησοῦ κατ' *ἐπιταγὴν θεοῦ σωτῆρος ἡμῶν καὶ Χριστοῦ Ἰησοῦ τῆς ἐλπίδος ἡμῶν*, Τιμοθέῳ γνησίῳ τέκνῳ ἐν πίστει· *χάρις, ἔλεος, εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ πατρὸς καὶ Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν.* — I Tim., I, 1-2.

Apostolus Iesu Christi *secundum imperium Dei Saluatoris nostri et Christi Iesu spei nostrae* : Timotheo dilecto filio in fide.

Gratia, misericordia, et pax a Deo Patre et Christo Iesu Domino nostro.

418. GRATIARVM ACTIO. — *χάριν ἔχω τῷ ἐνδυναμώσαντί με Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμων.* — I, 12.

Gratias ago ei, qui me confortauit Christo Iesu Domino nostro.

419. RELLIQVIAE. — πιστὸς ὁ λόγος καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος, *ὅτι Χριστὸς Ἰησους ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον ἁμαρτωλοὺς σῶσαι.* — I, 15.

fidelis sermo et omni acceptione dignus : *quod Christus Iesus uenit in hunc mundum peccatores saluos facere.*

420. DOXOLOGIA. — *τῷ δὲ βασιλεῖ τῶν αἰώνων, ἀφθάρτῳ ἀοράτῳ μόνῳ θεῷ, τιμὴ καὶ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.* — I, 17.

Regi autem saeculorum immortali, inuisibili, soli Deo honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.

421. PRECES PVBLICAE AD TRANQVILLAM VITAM AGENDAM. — Παρακαλῶ οὖν πρῶτον πάντων ποιεῖσθαι δεήσεις, προσευχάς, ἐντεύξεις, εὐχαριστίας, ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων, ὑπὲρ βασιλέων καὶ πάντων τῶν ἐν ὑπεροχῇ ὄντων, *ἵνα ἤρεμον καὶ ἡσύχιον βίον διάγωμεν ἐν πάσῃ εὐσεβείᾳ καὶ σεμνότητι. τοῦτο καλὸν καὶ ἀπόδεκτον ἐνώπιον τοῦ σωτῆρος ἡμῶν θεοῦ.* — II, 1-3.

Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus : pro regibus, et omnibus qui in sublimitate sunt, *ut quietam, et tranquillam uitam agamus in omni pietate et castitate.* Hoc enim bonum est, et acceptum coram Saluatore nostro Deo.

422. DE ORATIONE VIRORVM. ELEVATIO MANVVM. — Βούλομαι οὖν προσεύχεσθαι τοὺς ἄνδρας ἐν παντὶ τόπῳ ἐπαίροντας ὁσίους χεῖρας. — II, 8.

Volo ergo uiros orare in omni loco, leuantes puras manus.

423. DE ORATIONE MVLIERVM. — ὡσαύτως γυναῖκας ἐν καταστολῇ κοσμίῳ, μετὰ αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης κοσμεῖν ἑαυτάς, μὴ ἐν πλέγμασιν καὶ χρυσῷ ἢ μαργαρίταις ἢ ἱματισμῷ πολυτελεῖ. — II, 9.

similiter [scil. : num. praeced.] et mulieres in habitu ornato, cum uerecundia et sobrietate ornantes se, et non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, uel ueste pretiosa.

424. MVLIERES IN ECCLESIA. — Γυνὴ ἐν ἡσυχίᾳ μανθανέτω ἐν πάσῃ ὑποταγῇ· διδάσκειν δὲ γυναικὶ οὐκ ἐπιτρέπω. — II, 11-12.

Mulier in silentio discat cum omni subjectione. Docere autem mulieri non permitto.

425. ID. — ἀλλ' εἶναι ἐν ἡσυχίᾳ. — II, 12.

sed esse [scil. : mulier] in silentio.

426. RELLIQVIAE. DE EPISCOPIS, DIACONIS MVLIERIBVSQVE. — Πιστὸς ὁ λόγος· *Εἴ τις ἐπισκοπῆς ὀρέγεται, καλοῦ ἔργου ἐπιθυμεῖ.* Δεῖ οὖν τὸν ἐπίσκοπον ἀνεπίλημπτον εἶναι, μιᾶς γυναικὸς ἄνδρα, νηφάλιον, σώφρονα, κόσμιον, φιλόξενον, διδακτικόν, μὴ πάροινον, μὴ πλήκτην,

Fidelis sermo : *Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.* Oportet ergo episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris uirum, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem, doctorem, non uinolentum, non percussorem, sed modestum : non litigio-

ἀλλὰ ἐπιεικῆ, ἄμαχον, ἀφιλάργυρον, τοῦ ἰδίου οἴκου καλῶς προϊστάμενον, τέκνα ἔχοντα ἐν ὑποταγῇ μετὰ πάσης σεμνότητος, — εἰ δέ τις τοῦ ἰδίου οἴκου προστῆναι οὐκ οἶδεν, πῶς ἐκκλησίας θεοῦ ἐπιμελήσεται; — μὴ νεόφυτον, ἵνα μὴ τυφωθεὶς εἰς κρίμα ἐμπέσῃ τοῦ διαβόλου. δεῖ δὲ καὶ μαρτυρίαν καλὴν ἔχειν ἀπὸ τῶν ἔξωθεν, ἵνα μὴ εἰς ὀνειδισμὸν ἐμπέσῃ καὶ παγίδα τοῦ διαβόλου. Διακόνους ὡσαύτως σεμνούς, μὴ διλόγους, μὴ οἴνῳ πολλῷ προσέχοντας, μὴ αἰσχροκερδεῖς, ἔχοντας τὸ μυστήριον τῆς πίστεως ἐν καθαρᾷ συνειδήσει. Καὶ οὗτοι δὲ δοκιμαζέσθωσαν πρῶτον, εἶτα διακονείτωσαν ἀνέγκλητοι ὄντες. γυναῖκας ὡσαύτως σεμνάς, μὴ διαβόλους, νηφαλίους, πιστὰς ἐν πᾶσιν. Διάκονοι ἔστωσαν μιᾶς γυναικὸς ἄνδρες, τέκνων καλῶς προϊστάμενοι καὶ τῶν ἰδίων οἴκων. Οἱ γὰρ καλῶς διακονήσαντες βαθμὸν ἑαυτοῖς καλὸν περιποιοῦνται καὶ πολλὴν παῤῥησίαν ἐν πίστει τῇ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. — III, 1-13.

sum, non cupidum, sed suae domui bene praepositum : filios habentem subditos cum omni castitate. Si quis autem domui suae praeesse nescit, quomodo Ecclesiae Dei diligentiam habebit? Non neophytum : ne in superbiam elatus, in iudicium incidat diaboli. Oportet autem illum et testimonium habere bonum ab iis qui foris sunt, ut non in opprobrium incidat et in laqueum diaboli. Diaconos similiter pudicos, non bilingues, non multo uino deditos, non turpe lucrum sectantes : habentes mysterium fidei in conscientia pura. Et hi autem probentur primum : et sic ministrent, nullum crimen habentes. Mulieres similiter pudicas, non detrahentes sobrias, fideles in omnibus. Diaconi sint unius uxoris uiri : qui filiis suis bene praesint, et suis domibus. Qui enim bene ministrauerint, gradum bonum sibi acquirent et multam fiduciam in fide, quae est in Christo Iesu.

427. SYMBOLI ORIGINES. — καὶ ὁμολογουμένως μέγα ἐστὶν τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον· ὃς ἐφανερώθη ἐν σαρκί, ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι, ὤφθη ἀγγέλοις, ἐκηρύχθη ἐν ἔθνεσιν, ἐπιστεύθη ἐν κόσμῳ, ἀνελήφθη ἐν δόξῃ. — III, 16.

et manifeste magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, praedicatum est gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria.

428. GRATIARVM ACTIO ANTE PRANDIVM. — ἀπέχεσθαι βρωμάτων, ἃ ὁ θεὸς ἔκτισεν εἰς μετάλημψιν μετὰ εὐχαριστίας τοῖς πιστοῖς καὶ ἐπεγνωκόσι τὴν ἀλήθειαν. — IV, 3.

abstinere a cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, et iis qui cognouerunt ueritatem.

429. SANCTIFICATIO CIBI. — οὐδὲν ἀπόβλητον μετὰ εὐχαριστίας λαμβανόμενον· ἁγιάζεται γὰρ διὰ λόγου θεοῦ καὶ ἐντεύξεως. Ταῦτα ὑποτιθέμενος τοῖς ἀδελφοῖς καλὸς ἔσῃ διάκονος Χριστοῦ Ἰησοῦ. — IV, 4-6.

nihil reiiciendum quod cum gratiarum actione percipitur : et sanctificatur enim per uerbum Dei et orationem. Haec proponens fratribus, bonus eris minister Christi Iesu.

430. RELLIQVIAE. — πιστὸς ὁ λόγος καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος. *εἰς τοῦτο γὰρ κοπιῶμεν καὶ ἀγωνιζόμεθα, ὅτι ἠλπίκαμεν ἐπὶ θεῷ ζῶντι, ὅς ἐστιν σωτὴρ πάντων ἀνθρώπων μάλιστα πιστῶν.* — IV, 9-10.

fidelis sermo et omni acceptione dignus. *In hoc enim laboramus, et maledicimur, quia speramus in Deum uiuum, qui est Saluator omnium hominum maxime fidelium.*

431. MVNVS EPISCOPI. LECTIONES. ORDINATIO. RITVS. — τύπος γίνου τῶν πιστῶν, ἐν λόγῳ, ἐν ἀναστροφῇ, ἐν ἀγάπῃ, ἐν πίστει, ἐν ἁγνείᾳ. ἕως ἔρχομαι πρόσεχε τῇ ἀναγνώσει, τῇ παρακλήσει, τῇ διδασκαλίᾳ. μὴ ἀμέλει τοῦ ἐν σοὶ χαρίσματος, ὃ ἐδόθη σοι διὰ προφητείας μετὰ ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν τοῦ πρεσβυτερίου. — IV, 12-14.

exemplum esto fidelium in uerbo, in conuersatione, in caritate, in fide, in castitate. Dum uenio, attende lectioni, exhortationi, et doctrinae. Noli negligere gratiam, quae in te est, quae data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbyterii.

432. MVNVS EPI. — τοὺς ἀκούοντάς σου. — IV, 16.

eos qui te audiunt.

433. ORDO VIDVARVM. — Χήρας τίμα τὰς ὄντως χήρας. — V, 3.

uiduas honora, quae uere uiduae sunt.

434. VIGILIAE NOCTVRNAE PRO VIDVIS. — ἡ δὲ ὄντως χήρα καὶ μεμονωμένη ἤλπικεν ἐπὶ θεὸν καὶ προσμένει ταῖς δεήσεσιν καὶ ταῖς προσευχαῖς νυκτὸς καὶ ἡμέρας. — V, 5.

Quae autem uere uidua est [i. e. sine filiis uel nepotibus] et desolata, speret in Deum, et instet obsecrationibus et orationibus nocte ac die.

435. VIDVA SEXAGENARIA. « VNIVIRA ». — Χήρα καταλεγέσθω μὴ ἔλαττον ἐτῶν ἑξήκοντα γεγονυῖα, ἑνὸς ἀνδρὸς γυνή. — V, 9.

Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, quae fuerit unius uiri uxor.

436. VIDVAE ADOLESCENTIORES. — νεωτέρας δὲ χήρας παραιτοῦ. — V, 11.

Adolescentiores autem uiduas deuita.

437. Ecclesia svstentat vidvas. Πρεσβύτεροις honor duplex. — εἴ τις πιστὴ ἔχει χήρας, ἐπαρκείσθω αὐταῖς, καὶ μὴ βαρείσθω ἡ ἐκκλησία, ἵνα ταῖς ὄντως χήραις ἐπαρκέσῃ. Οἱ καλῶς προεστῶτες πρεσβύτεροι διπλῆς τιμῆς ἀξιούσθωσαν, μάλιστα οἱ κοπιῶντες ἐν λόγῳ καὶ διδασκαλίᾳ. — v, 16-17.

Si quis fidelis habet uiduas, subministret illis, et non grauetur Ecclesia : ut iis, quae uere uiduae sunt, sufficiat.

Qui bene praesunt presbyteri, duplici honore digni habeantur : maxime qui laborant in uerbo et doctrina.

438. Paenitentia pvblica. Testimonivm. Impositio manvvm. — Τοὺς ἁμαρτάνοντας ἐνώπιον πάντων ἔλεγχε, ἵνα καὶ οἱ λοιποὶ φόβον ἔχωσιν. *Διαμαρτύρομαι ἐνώπιον τοῦ θεοῦ καὶ Χριστοῦ Ἰησοῦ καὶ τῶν ἐκλεκτῶν ἀγγέλων*, ἵνα ταῦτα φυλάξῃς χωρὶς προκρίματος μηδὲν ποιῶν κατὰ πρόσκλισιν. Χεῖρας ταχέως μηδενὶ ἐπιτίθει, μηδὲ κοινώνει ἁμαρτίαις ἀλλοτρίαις. — v, 20-22.

Peccantes coram omnibus argue : ut et caeteri timorem habeant. *Testor coram Deo et Christo Iesu, et electis angelis*, ut haec custodias sine praeiudicio, nihil faciens in alteram partem declinando. Manus cito nemini imposueris, neque communicaueris peccatis alienis.

439. Fideles. Fratres. — οἱ δὲ πιστοὺς ἔχοντες δεσπότας μὴ καταφρονείτωσαν, ὅτι ἀδελφοί εἰσιν. — vi, 2.

Qui autem fideles habent dominos, non contemnant, quia fratres sunt.

440. Symboli origines. — ἀγωνίζου τὸν καλὸν ἀγῶνα τῆς πίστεως, ἐπιλαβοῦ τῆς αἰωνίου ζωῆς, εἰς ἣν ἐκλήθης καὶ ὡμολόγησας τὴν καλὴν ὁμολογίαν ἐνώπιον πολλῶν μαρτύρων. *Παραγγέλλω ἐνώπιον θεοῦ τοῦ ζωογονοῦντος τὰ πάντα καὶ Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ μαρτυρήσαντος ἐπὶ Ποντίου Πειλάτου τὴν καλὴν ὁμολογίαν, τηρῆσαί σε τὴν ἐντολὴν ἄσπιλον ἀνεπίλημπτον μέχρι τῆς ἐπιφανείας τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἣν καιροῖς ἰδίοις δείξει ὁ μακάριος καὶ μόνος δυνάστης, ὁ βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων καὶ κύριος τῶν κυριευόντων ὁ μόνος ἔχων ἀθανασίαν καὶ φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον, ὃν εἶδεν οὐδεὶς ἀνθρώπων οὐδὲ ἰδεῖν δύναται· ᾧ τιμὴ καὶ κράτος αἰώνιον, ἀμήν*. — vi, 12-16.

Certa bonum certamen fidei, apprehende uitam aeternam, in qua uocatus es, et confessus bonam confessionem coram multis testibus. *Praecipio tibi coram Deo, qui uiuificat omnia et Christo Iesu qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato, bonam confessionem : ut serues mandatum sine macula irreprehensibile usque in aduentum Domini nostri Iesu Christi : quem suis temporibus ostendet beatus et solus potens, Rex regum et Dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem, et lucem inhabitat inaccessibilem; quem nullus hominum uidit, sed nec uidere potest : cui honor et imperium sempiternum. Amen.*

441. Acclamatio. — *Ἡ χάρις μεθ' ὑμῶν* [*μετὰ σοῦ· ἀμήν*]. — vi, 21.

Gratia tecum. Amen.

Ex epist. IIª ad Timothevm.

442. Salvtatio. Gratiarvm actio pro fratre. Vigiliae. — *Χάρις, ἔλεος, εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ πατρὸς καὶ Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν. Χάριν ἔχω τῷ θεῷ, ᾧ λατρεύω ἀπὸ προγόνων ἐν καθαρᾷ συνειδήσει, ὡς ἀδιάλειπτον ἔχω τὴν περὶ σοῦ μνείαν ἐν ταῖς δεήσεσίν μου, νυκτὸς καὶ ἡμέρας*. — II Tim., i, 2-3.

Gratia, misericordia, pax a Deo Patre et Christo Iesu Domino nostro.

Gratias ago Deo, cui seruio a progenitoribus in conscientia pura, quod sine intermissione habeam tui memoriam in orationibus meis, nocte ac die.

443. Ritvs ordinationis. — ἀναμιμνήσκω σε ἀναζωπυρεῖν τὸ χάρισμα τοῦ θεοῦ, ὅ ἐστιν ἐν σοὶ διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν μου. — i, 6.

admoneo te, ut resuscites gratiam Dei, quae est in te per impositionem manuum mearum.

444. Ἀπόστολος. — διὰ τοῦ εὐαγγελίου, εἰς ὃ ἐτέθην ἐγὼ κῆρυξ καὶ ἀπόστολος καὶ διδάσκαλος. — i, 10-11.

per euangelium : in quo positus sum ego [scil. : Paulus] praedicator et apostolus et magister gentium.

445. Formvla. — *δῴη ἔλεος ὁ κύριος*. — i, 16.

Det misericordiam Dominus.

446. Formvla. — *δῴη* [*αὐτῷ*] *ὁ κύριος εὑρεῖν ἔλεος παρὰ κυρίου ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ*. — i, 18.

Det [*illi*] *Dominus inuenire misericordiam a Domino in illa die.*

447. Mvnvs episcopi. — ἃ ἤκουσας παρ' ἐμοῦ διὰ πολλῶν μαρτύρων, ταῦτα παράθου πιστοῖς ἀνθρώποις, οἵτινες ἱκανοὶ ἔσονται καὶ ἑτέρους διδάξαι. — ii, 2.

quae audisti a me per multos testes, haec commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt et alios docere.

448. Relliqviae. — Πιστὸς ὁ λόγος· *εἰ γὰρ συν-*

Fidelis sermo : *Nam si commortui sumus et conuiue-*

απεθάνομεν, καὶ συνζήσομεν· εἰ ὑπομένομεν, καὶ συνβασιλεύσομεν· εἰ ἀρνησόμεθα, κἀκεῖνος ἀρνήσεται ἡμᾶς· εἰ ἀπιστοῦμεν, ἐκεῖνος πιστὸς μένει, ἀρνήσασθαι γὰρ ἑαυτὸν οὐ δύναται. — II, 11-13.

mus : si sustinebimus, et conregnabimus, si negauerimus et ille negabit nos, si non credimus, ille fidelis permanet, negare seipsum non potest.

449. TESTIMONIVM. MVNVS EPISCOPI. — *Διαμαρτύρομαι ἐνώπιον τοῦ θεοῦ καὶ Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ μέλλοντος κρίνειν ζῶντας καὶ νεκρούς, καὶ τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ καὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ,* κήρυξον τὸν λόγον, ἐπίστηθι εὐκαίρως, ἀκαίρως, ἔλεξον, παρακάλεσον, ἐπιτίμησον, ἐν πάσῃ μακροθυμίᾳ καὶ διδαχῇ. — IV, 1-2.

Testificor coram Deo, et Iesu Christo, qui iudicaturus est uiuos et mortuos, per aduentum ipsius et regnum eius; praedica uerbum, insta opportune, importune; argue, obsecra, increpa in omni patientia, et doctrina.

450. MVNVS EPISCOPI. — σὺ δὲ νῆφε, ἐν πᾶσιν κακοπάθησον, ἔργον ποίησον εὐαγγελιστοῦ, τὴν διακονίαν σου πληροφόρησον. — IV, 5.

Tu uero uigila, in omnibus labora, opus fac euangelistae, ministerium tuum imple.

451. DOXOLOGIA. — *ῥύσεταί με ὁ κύριος ἀπὸ παντὸς ἔργου πονηροῦ καὶ σώσει εἰς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ τὴν ἐπουράνιον· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.* — IV, 18.

Liberauit me Dominus ab omni opere malo : et saluum faciet in regnum suum celeste, cui gloria in saecula saeculorum. Amen.

452. FORMVLA. — *Ὁ κύριος [ἰησοῦς χριστὸς] μετὰ τοῦ πνεύματός σου. ἡ χάρις μεθ' ὑμῶν. [ἀμήν].* — IV, 22.

Dominus [Iesus Christus] cum Spiritu tuo. Amen.

EX EPIST. AD TITVM.

453. SALVTATIO. Πρεσβυτέροι. — *Χάρις καὶ εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ πατρὸς καὶ Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν.*

Gratia et pax a Deo Patre et Christo Iesu Saluatore nostro.

Τούτου χάριν ἀπέλιπόν σε ἐν Κρήτῃ, ἵνα τὰ λείποντα ἐπιδιορθώσῃς καὶ καταστήσῃς κατὰ πόλιν πρεσβυτέρους, ὡς ἐγώ σοι διεταξάμην. — Tit., I, 4-5.

Huius rei gratia reliqui te Cretae, ut ea, que desunt, corrigas, et constituas per ciuitates presbyteros sicut et ego disposui tibi.

454. MVNVS EPISCOPI. — Σὺ δὲ λάλει ἃ πρέπει τῇ ὑγιαινούσῃ διδασκαλίᾳ. — II, 1.

Tu autem loquere quae decent sanam doctrinam.

455. MVNVS EPISCOPI. — περὶ πάντα, σεαυτὸν παρεχόμενος τύπον καλῶν ἔργων, ἐν τῇ διδασκαλίᾳ. — II, 7.

In omnibus teipsum praebe exemplum bonorum operum, in doctrina.

456. PRAEDICATIONIS THEMA. MVNVS EPISCOPI. — Ἐπεφάνη γὰρ ἡ χάρις τοῦ θεοῦ σωτήριος πᾶσιν ἀνθρώποις, παιδεύουσα ἡμᾶς, ἵνα ἀρνησάμενοι τὴν ἀσέβειαν καὶ τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας σωφρόνως καὶ δικαίως καὶ εὐσεβῶς ζήσωμεν ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, προσδεχόμενοι τὴν μακαρίαν ἐλπίδα καὶ ἐπιφάνειαν τῆς δόξης τοῦ μέγαλου θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ Ἰησοῦ, ὃς ἔδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα λυτρώσηται ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἀνομίας καὶ καθαρίσῃ ἑαυτῷ λαὸν περιούσιον, ζηλωτὴν καλῶν ἔργων.

Apparuit enim gratia Dei Saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem, et saecularia desideria : sobrie et iuste, et pie uiuamus in hoc saeculo, expectantes beatam spem et aduentum gloriae magni Dei, et saluatoris nostri Iesu Christi : qui dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate et mundaret sibi populum acceptabilem sectatorem bonorum operum.

Ταῦτα λάλει καὶ παρακάλει καὶ ἔλεγχε μετὰ πάσης ἐπιταγῆς. — II, 11-15.

Haec loquere, et exhortare, et argue cum omni imperio.

457. BAPTISMVS. — κατὰ τὸ αὐτοῦ ἔλεος ἔσωσεν ἡμᾶς διὰ λουτροῦ παλινγενεσίας καὶ ἀνακαινώσεως πνεύματος ἁγίου. — III, 5.

secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis et renouationis Spiritus sancti.

458. RELLIQVIAE. — πιστὸς ὁ λόγος, *καὶ περὶ τούτων βούλομαί σε διαβεβαιοῦσθαι οἱ πεπιστευκότες θεῷ.* — III, 8.

fidelis sermo est : *et de his uolo te confirmare : ut curent bonis operibus praeesse qui credunt Deo.*

459. SALVTATIO. — *Ἡ χάρις μετὰ πάντων ὑμῶν.* — III, 15.

Gratia Dei cum omnibus uobis. Amen.

Ex epist. ad Philemonem.

460. Salvtatio. Gratiarvm actio. — τῇ κατ' οἶκόν σου ἐκκλησίᾳ
χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ πατρὸς ἡμῶν καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.
Εὐχαριστῶ τῷ θεῷ μου πάντοτε μνείαν σου ποιούμενος ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου. — Phil., 2-4.

Ecclesiae quae in domo tua est.
Gratia uobis et pax a Deo Patre nostro et Domino Iesu Christo.
Gratias ago Deo meo, semper memoriam tui faciens in orationibus meis.

461. « Frater ». — ἀδελφέ. — 7, 20.

frater.

462. « Frater ». — ἀδελφὸν ἀγαπητόν. — 16.

carissimum fratrem.

463. Salvtatio. — *Ἡ χάρις τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ τοῦ πνεύματος ὑμῶν.* — 25.

Gratia Domini nostri Iesu Christi cum spiritu uestro. Amen.

Ex epist. ad Hebraeos.

464. « Frater ». — κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθῆναι. — Hebr., ii, 17.

per omnia fratribus similari.

465. Ἀρχιερεύς. — πιστὸς ἀρχιερεὺς τὰ πρὸς τὸν θεόν. — ii, 17.

fidelis pontifex ad Deum.

466. « Fratres ». — ἀδελφοὶ ἅγιοι. — iii, 1.

fratres sancti,

467. Ἀπόστολος. — κατανοήσατε τὸν ἀπόστολον καὶ ἀρχιερέα τῆς ὁμολογίας ἡμῶν Ἰησοῦν. — iii, 1.

considerate apostolum et pontificem confessionis nostrae Iesum.

468. « Frater ». — ἀδελφοί. — iii, 12.

fratres.

469. Regvla fidei. Deprecatio pro misericordia et gratia. — *Ἔχοντες οὖν ἀρχιερέα μέγαν διεληλυθότα τοὺς οὐρανούς, Ἰησοῦν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ,* κρατῶμεν τῆς ὁμολογίας. Οὐ γὰρ ἔχομεν ἀρχιερέα μὴ δυνάμενον συμπαθῆσαι ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν, πεπειρασμένον δὲ κατὰ πάντα καθ' ὁμοιότητα χωρὶς ἁμαρτίας. προσερχώμεθα οὖν μετὰ παρρησίας τῷ θρόνῳ τῆς χάριτος, *ἵνα λάβωμεν ἔλεος καὶ χάριν εὕρωμεν εἰς εὔκαιρον βοήθειαν.* — iv, 14-16.

Habentes ergo pontificem magnum, *qui penetrauit coelos, Iesum Filium Dei :* teneamus confessionem. Non enim habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris : tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato.
Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiae : *ut misericordiam consequamur, et gratiam inueniamus in auxilio opportuno.*

470. Pontifex offert dona et sacrificia pro popvli peccatis. De vocatione ad sacerdotivm. — Πᾶς γὰρ ἀρχιερεὺς ἐξ ἀνθρώπων λαμβανόμενος ὑπὲρ ἀνθρώπων καθίσταται τὰ πρὸς τὸν θεόν, ἵνα προσφέρῃ δῶρά τε καὶ θυσίας ὑπὲρ ἁμαρτιῶν, μετριοπαθεῖν δυνάμενος τοῖς ἀγνοοῦσιν καὶ πλανωμένοις ἐπεὶ καὶ αὐτὸς περίκειται ἀσθένειαν, καὶ δι' αὐτὴν ὀφείλει, καθὼς περὶ τοῦ λαοῦ οὕτως καὶ περὶ ἑαυτοῦ προσφέρειν περὶ ἁμαρτιῶν. Καὶ οὐχ ἑαυτῷ τις λαμβάνει τὴν τιμήν, ἀλλὰ καλούμενος ὑπὸ τοῦ θεοῦ καθώσπερ καὶ Ἀαρών. — v, 1-4.

Omnis namque pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in iis quae sunt ad Deum, ut offerat dona, et sacrificia pro peccatis : qui condolere possit iis, qui ignorant et errant : quoniam et ipse circumdatus est infirmitate : et propterea debet, quemadmodum pro populo, ita etiam et pro semetipso offerre pro peccatis. Nec quisquam sumit sibi honorem; sed qui uocatur a Deo, tamquam Aaron.

471. De Christi pontificis oratione. — ὃς ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς σαρκὸς αὐτοῦ δεήσεις τε καὶ ἱκετηρίας πρὸς τὸν δυνάμενον σώζειν αὐτὸν ἐκ θανάτου μετὰ κραυγῆς ἰσχυρᾶς καὶ δακρύων προσενέγκας καὶ εἰσακουσθεὶς ἀπὸ τῆς εὐλαβείας. — v, 7.

Qui [scil. Christus] in diebus carnis suae, preces supplicationesque ad eum, qui possit illum saluum facere a morte, cum clamore ualido et lacrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia.

472. Impositio manvvm. — βαπτισμῶν διδαχῆς, ἐπιθέσεώς τε χειρῶν. — vi, 2.

baptismum doctrinae, impositionis quoque manuum.

473. Baptismvs, evcharistia, confirmatio. — τοὺς ἅπαξ φωτισθέντας γευσαμένους τε τῆς δωρεᾶς τῆς ἐπουρανίου καὶ μετόχους γενηθέντας πνεύματος ἁγίου. — vi, 4.

qui semel illuminati sunt, gustauerunt etiam donum coeleste, et participes facti sunt Spiritus sancti.

474. Benedictiones. — χωρὶς δὲ πάσης ἀντιλογίας τὸ ἔλαττον ὑπὸ τοῦ κρείττονος εὐλογεῖται. — vii, 7.

Sine ulla autem contradictione, quod minus est, a meliore benedicitur.

475. Oblatio cottidiana. — οὐκ ἔχει καθ' ἡμέραν ἀνάγκην, ὥσπερ οἱ ἀρχιερεῖς, πρότερον ὑπὲρ τῶν ἰδίων ἁμαρτιῶν θυσίας ἀναφέρειν, ἔπειτα τῶν τοῦ λαοῦ. — VII, 26.

non habet [scil. : Christus] necessitatem cottidie, quaemadmodum sacerdotes, prius pro delictis hostias offerre, deinde pro populo.

476. Mvnvs pontificis. — πᾶς γὰρ ἀρχιερεὺς εἰς τὸ προσφέρειν δῶρά τε καὶ θυσίας καθίσταται. — VIII, 3.

Omnis enim pontifex ad offerendum munera, et hostias constituitur.

477. Λειτουργία. — νυνὶ δὲ διαφορωτέρας τέτυχεν λειτουργίας. — VIII, 6.

Nunc autem melius sortitus est ministerium.

478. Sacrificii effectvs. — τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ, ὃς διὰ πνεύματος αἰωνίου ἑαυτὸν προσήνεγκεν ἄμωμον τῷ θεῷ, καθαριεῖ τὴν συνείδησιν ὑμῶν ἀπὸ νεκρῶν ἔργων εἰς τὸ λατρεύειν θεῷ ζῶντι. — IX, 14.

sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad seruiendum Deo uiuenti.

479. « Fratres ». — ἀδελφοί. — X, 19.

fratres.

480. Baptismvs. — ῥεραντισμένοι τὰς καρδίας ἀπὸ συνειδήσεως πονηρᾶς καὶ λελουσμένοι τὸ σῶμα ὕδατι καθαρῷ, κατέχωμεν τὴν ὁμολογίαν τῆς ἐλπίδος ἀκλινῆ. — X, 22-23.

aspersi corda a conscientia mala, et abluti corpus aqua munda, teneamus spei nostrae confessionem indeclinabilem.

481. Baptismvs. — Ἀναμιμνήσκεσθε δὲ τὰς πρότερον ἡμέρας, ἐν αἷς φωτισθέντες. — X, 32.

Rememoramini autem pristinos dies, in quibus illuminati.

482. Regvla fidei. — *πιστεῦσαι* γὰρ δεῖ τὸν προσερχόμενον θεῷ, ὅτι ἔστιν καὶ τοῖς ἐκζητοῦσιν αὐτὸν μισθαποδότης γίνεται. — XI, 6.

Credere enim oportet accedentem ad Deum quia est, et inquirentibus se remunerator sit.

Coeli gubernatione eius [scil. : Dei] *commoti in pace ei subiiciuntur; dies etiam et nox, nullo sibi inuicem impedimento constitutum ab eo cursum absoluunt. Sol et luna et siderum chori secundum eius mandatum sine ullo errore in concordia sibi constitutas dispositiones euoluunt. Terra grauida secundum uoluntatem suis temporibus hominibus, feris et omnibus, quae super eam sunt, animantibus alimentum abundans profert, non haesitans neque mutant quidquam eorum, quae ab illo decreta sunt. Abyssorum inuestigabilia et profundi inenarrabiles regiones eisdem legibus continentur. Moles immensi maris, per ordinationem eius in cumulos coagmentata, circumposita sibi claustra non transgreditur, sed prout ei praecepit, ita facit. Dixit enim : Huc usque uenies, et in te ipso contererentur fluctus tui. Oceanus impermeabilis hominibus et qui trans ipsum sunt mundi eisdem Domini dispositionibus gubernantur. Vernae, aestiuae, autumnales et hiemales tempestates in pace aliae aliis succedunt. Ventorum stationes peculiari suo tempore munus suum sine offendiculo obeunt; fontes etiam perennes, ad usum et sanitatem facti, ubera sine defectu ad uitam hominum sustentandam praebent; et animalia minima in pace et concordia coetus suos faciunt. Haec omnia magnus opifex et omnium Dominus in pace et concordia fieri iussit, benefaciens omnibus, superabundanter autem nobis, quid ad miserationes eius confugimus per Dominum Iesum Christum cui gloria et maiestas in saecula saeculorum. Amen.*

633. Formvla. Hierarchia. — *Τὸν κύριον Ἰησοῦν, οὗ τὸ αἷμα ὑπὲρ ἡμῶν ἐδόθη*, ἐντραπῶμεν, τοὺς προηγουμένους ἡμῶν αἰδεσθῶμεν, τοὺς πρεσβυτέρους τιμήσωμεν, τοὺς νέους παιδεύσωμεν τὴν παιδείαν τοῦ φόβου. — xxi, 6.

Dominum Iesum, cuius sanguis pro nobis datus est, uereremur, praepositos nostros reuereamur, seniores honoremus, iuuenes in disciplina timoris Dei erudiamus.

634. Formvla. Elevatio manvvm. — *Προσέλθωμεν οὖν αὐτῷ ἐν ὁσιότητι ψυχῆς, ἁγνὰς καὶ ἀμιάντους χεῖρας αἴροντες πρὸς αὐτόν, ἀγαπῶντες τὸν ἐπιεικῆ καὶ εὔσπλαγχνον πατέρα ἡμῶν, ὃς ἐκλογῆς μέρος ἡμᾶς ἐποίησεν ἑαυτῷ.* — xxix, 1.

Accedamus ergo ad eum in sanctitate animae, castas et impollutas manus eleuantes ad illum, diligentes benignum et misericordem patrem nostrum, qui nos sibi ipsi electionis partem fecit.

635. Deprecatio pro fide. — *Καὶ ἡμεῖς οὖν, διὰ θελήματος αὐτοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ κληθέντες, οὐ δι'*

Et nos igitur, ex uoluntate eius in Christo Iesu uocati, non per nos ipsos iustificamur neque per sapientiam

ἑαυτῶν δικαιούμεθα οὐδὲ διὰ τῆς ἡμετέρας σοφίας ἢ συνέσεως ἢ εὐσεβείας ἢ ἔργων ὧν κατειργασάμεθα ἐν ὁσιότητι καρδίας, ἀλλὰ διὰ τῆς πίστεως, δι' ἧς πάντας τοὺς ἀπ' αἰῶνος ὁ παντοκράτωρ θεὸς ἐδικαίωσεν· ᾧ ἔστω ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. — XXXII, 4.

nostram aut intellegentiam aut pietatem aut opera, quae in cordis sanctitate operati sumus, sed per fidem, per quam omnipotens Deus ab initio omnes iustificauit; cui sit gloria in saecula saeculorum. Amen.

636. TRISAGION. ORATIO VNANIMIS. — ὑποτασσώμεθα τῷ θελήματι αὐτοῦ· κατανοήσωμεν τὸ πᾶν πλῆθος τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ, πῶς τῷ θελήματι αὐτοῦ λειτουργοῦσιν παρεστῶτες. Λέγει γὰρ ἡ γραφή· Μύριαι μυριάδες παρειστήκεισαν αὐτῷ, καὶ χίλιαι χιλιάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ καὶ ἐκέκραγον. *Ἅγιος, ἅγιος· ἅγιος κύριος σαβαώθ, πλήρης πᾶσα ἡ κτίσις τῆς δόξης αὐτοῦ.* Καὶ ἡμεῖς οὖν ἐν ὁμονοίᾳ ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναχθέντες τῇ συνειδήσει, ὡς ἐξ ἑνὸς στόματος βοήσωμεν πρὸς αὐτὸν *ἐκτενῶς εἰς τὸ μετόχους ἡμᾶς γενέσθαι τῶν μεγάλων καὶ ἐνδόξων ἐπαγγελιῶν αὐτοῦ.* — XXXIV, 5-7.

Voluntati eius [scil. : Dei] subiiciamur et multitudinem uniuersam angelorum eius diligenter consideremus, quomodo adstantes uoluntatem eius exsequantur. Dicit enim scriptura : Dena milia denum milium adsistebant ei, et mille milia deseruiebant ei et clamabant : *Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Sabaoth; plena est omnis creatura gloria eius.* Et nos ergo conscientia ducti, in concordia in unum congregati, tanquam ex uno ore ad ipsum clamemus *ut magnarum et gloriosarum promissionum eius participes fiamus.*

637. HYMNVS? — Αὕτη ἡ ὁδός, ἀγαπητοί, ἐν ᾗ εὕρομεν τὸ σωτήριον ἡμῶν, Ἰησοῦν Χριστόν, τὸν ἀρχιερέα τῶν προσφορῶν ἡμῶν, τὸν προστάτην καὶ βοηθὸν τῆς ἀσθενείας ἡμῶν. *Διὰ τούτου ἀτενίζομεν εἰς τὰ ὕψη τῶν οὐρανῶν, διὰ τούτου ἐνοπτριζόμεθα τὴν ἄμωμον καὶ ὑπερτάτην ὄψιν αὐτοῦ, διὰ τούτου ἠνεῴχθησαν ἡμῶν οἱ ὀφθαλμοὶ τῆς καρδίας, διὰ τούτου ἡ ἀσύνετος καὶ ἐσκοτωμένη διάνοια ἡμῶν ἀναθάλλει εἰς τὸ φῶς, διὰ τούτου ἠθέλησεν ὁ δεσπότης τῆς ἀθανάτου γνώσεως ἡμᾶς γεύσασθαι, ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ, τοσούτῳ μείζων ἐστὶν ἀγγέλων, ὅσῳ διαφορώτερον ὄνομα κεκληρονόμηκεν.* — XXXVI, 1-2.

Haec est uia, dilecti, in qua salutem nostram inuenimus, Iesum Christum, oblationum nostrarum pontificem, infirmitatis nostrae patronum et auxiliatorem. *Per hunc coelorum altitudinem adspicimus, per hunc uultum eius immaculatum et excelsum speculamur; per hunc oculi cordis nostri aperti sunt; per hunc insipiens et obscurata mens nostra in lucem efflorescit; per hunc uoluit Dominus nos immortalem cognitionem gustare, qui maiestatis Dei splendor existens tanto maior est angelis quanto excellentius nomen sortitus est.*

638. FORMVLA. — ὁ δὲ πτωχὸς *εὐχαριστείτω τῷ θεῷ, ὅτι ἔδωκεν αὐτῷ, δι' οὗ ἀναπληρωθῇ αὐτοῦ τὸ ὑστέρημα.* — XXXVIII, 2.

pauper *Deum laudet, quod ei dederit, per quem eius inopia suppleatur.*

639. DOXOLOGIA. — *Ταῦτα οὖν πάντα ἐξ αὐτοῦ ἔχοντες ὀφείλομεν κατὰ πάντα εὐχαριστεῖν αὐτῷ· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.* — XXXVIII, 4.

Haec igitur omnia cum ab eo [scil. : Deo] habeamus, propter omnia gratias ipsi agere debemus, cui est gloria in saecula saeculorum. Amen.

640. RITVALE APOSTOLICVM. RES, PERSONAE, TEMPORA, RITVS, HIERARCHIA. — πάντα τάξει ποιεῖν ὀφείλομεν, ὅσα ὁ δεσπότης ἐπιτελεῖν ἐκέλευσεν κατὰ καιροὺς τεταγμένους. Τάς τε προσφορὰς καὶ λειτουργίας ἐπιτελεῖσθαι, καὶ οὐκ εἰκῆ ἢ ἀτάκτως ἐκέλευσεν γίνεσθαι, ἀλλ' ὡρισμένοις καιροῖς καὶ ὥραις. Ποῦ τε καὶ διὰ τίνων ἐπιτελεῖσθαι θέλει, αὐτὸς ὥρισεν τῇ ὑπερτάτῃ αὐτοῦ βουλήσει, ἵν' ὁσίως πάντα γινόμενα ἐν εὐδοκήσει εὐπρόσδεκτα εἴη τῷ θελήματι αὐτοῦ. Οἱ οὖν τοῖς προστεταγμένοις καιροῖς ποιοῦντες τὰς προσφορὰς αὐτῶν εὐπρόσδεκτοί τε καὶ μακάριοι· τοῖς γὰρ νομίμοις τοῦ δεσπότου ἀκολουθοῦντες οὐ διαμαρτάνουσιν. Τῷ γὰρ ἀρχιερεῖ ἴδιαι λειτουργίαι δεδομέναι εἰσίν, καὶ τοῖς ἱερεῦσιν ἴδιος ὁ τόπος προστέτακται, καὶ λευίταις ἴδιαι διακονίαι ἐπίκεινται. ὁ λαϊκὸς ἄνθρωπος τοῖς λαϊκοῖς προστάγμασιν δέδεται.

Ἕκαστος ἡμῶν, ἀδελφοί, ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι εὐχαριστείτω τῷ θεῷ ἐν ἀγαθῇ συνειδήσει ὑπάρχων, μὴ παρεκβαίνων τὸν ὡρισμένον τῆς λειτουργίας αὐτοῦ κανόνα, ἐν σεμνότητι. — XL, XLI.

cuncta ordine debemus facere, quae nos Dominus statutis temporibus peragere iussit. Oblationes scilicet et officia sacra diligenter perfici, neque temere uel inordinate fieri praecepit, sed statutis temporibus et horis. Vbi etiam et a quibus eas celebrari uult, ipse excelsissima sua uoluntate definiuit, ut religiose omnia secundum eius beneplacitum adimpleta accepta essent uoluntati eius. Qui ergo assignatis temporibus oblationes suas faciunt, accepti et beati sunt; Domini enim mandata sequentes non aberrant. Summo quippe sacerdoti sua munera tributa sunt, sacerdotibus locus proprius assignatus est, et Leuitis sua ministeria incumbunt. Homo laïcus praeceptis laïcis constringitur.

Vnusquisque nostrum, fratres, in suo ordine cum bona conscientia praescriptam ministerii sui regulam non transgrediens, honesto Deo gratias agat.

641. HIERARCHIA. — ἐξῆλθον εὐαγγελιζόμενοι, τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ μέλλειν ἔρχεσθαι. Κατὰ χώρας οὖν καὶ πόλεις κηρύσσοντες καθίστανον τὰς ἀπαρχὰς αὐτῶν, δοκιμάσαντες τῷ πνεύματι, εἰς ἐπισκόπους καὶ διακόνους τῶν μελλόντων πιστεύειν. Καὶ τοῦτο οὐ καινῶς· ἐκ γὰρ δὴ πολλῶν· χρόνων ἐγέγραπτο περὶ ἐπισκόπων καὶ διακόνων. Οὕτως γάρ που λέγει ἡ γραφή· Καταστήσω τοὺς ἐπισκόπους αὐτῶν ἐν δικαιοσύνῃ καὶ τοὺς διακόνους αὐτῶν ἐν πίστει. — XLII.

egressi sunt [scil. : apostoli] adnuntiantes regni Dei aduentum. Per regiones igitur et urbes uerbum praedicantes primitias earum spiritu cum probassent, constituerunt episcopos et diaconos eorum qui credituri erant. Neque hoc quidem nouum institutum fuit, multis enim retro saeculis de epicopis et diaconis scriptum est. Sic enim alicubi dicet scriptura : Constituam episcopos eorum in iustitia et diaconos eorum in fide.

642. DOXOLOGIA. — *εἰς τὸ δοξασθῆναι τὸ ὄνομα τοῦ ἀληθινοῦ καὶ μόνου θεοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.* — XLIII, 6.

ut nomen ueri et solius Dei glorificaretur, cui sit gloria in saecula saeculorum. Amen!

643. DE MVNERE EPISCOPALI. — Καὶ οἱ ἀπόστολοι ἡμῶν ἔγνωσαν διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅτι ἔρις ἔσται ἐπὶ τοῦ ὀνόματος τῆς ἐπισκοπῆς. Διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν πρόγνωσιν εἰληφότες τελείαν κατέστησαν τοὺς προειρημένους καὶ μεταξὺ ἐπινομὴν ἔδωκαν, ὅπως, ἐὰν κοιμηθῶσιν διαδέξωνται ἕτεροι δεδοκιμασμένοι ἄνδρες τὴν λειτουργίαν αὐτῶν. Τοὺς οὖν κατασταθέντας ὑπ' ἐκείνων ἢ μεταξὺ ὑφ' ἑτέρων ἐλλογίμων ἀνδρῶν συνευδοκησάσης τῆς ἐκκλησίας πάσης. — XLIV, 1-3.

Apostoli quoque nostri per Iesum Christum Dominum nostrum cognouerunt, contentionem de nomine episcopatus oborituram, ob eam ergo causam, perfecta praescientia praediti, constituerunt praedictos ac deinceps ordinationem dederunt, ut cum illi decessissent, ministerium eorum alii uiri probati exciperent. Itaque qui constituti sunt ab illis uel deinceps ab aliis uiris eximiis consentiente uniuersa ecclesia.

644. FORMVLAE. — *μὴ εἰδότες, ὅτι ὁ ὕψιστος ὑπέρμαχος καὶ ὑπερασπιστής ἐστιν τῶν ἐν καθαρᾷ συνειδήσει λατρευόντων τῷ παναρέτῳ ὀνόματι αὐτοῦ· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. Οἱ δὲ ὑπομένοντες ἐν πεποιθήσει δόξαν καὶ τιμὴν ἐκληρονόμησαν, ἐπήρθησάν τε καὶ ἔγγραφοι ἐγένοντο ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἐν τῷ μνημοσύνῳ αὐτῶν εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.* — XLV, 7-8.

ignorantes [scil. : iusti], *altissimum propugnatorem et defensorem eorum esse, qui in pura conscientia nomen eius uirtute plenum colunt, cum sit gloria in saecula saeculorum. Amen! Illi uero cum fiducia patienter tolerantes gloriae et honoris heredes facti sunt, et a Deo exaltati et inscripti sunt in libro memoriae eorum in saecula saeculorum. Amen!*

645. LECTIONES. — Ἀναλάβετε τὴν ἐπιστολὴν τοῦ μακαρίου Παύλου τοῦ ἀποστόλου. — XLVII, 1.

Epistolam beati Pauli apostoli in manus sumite.

646. ECCLESIA, πρεσβυτέροι. — Αἰσχρά, ἀγαπητοί, καὶ λίαν αἰσχρὰ καὶ ἀνάξια τῆς ἐν Χριστῷ ἀγωγῆς ἀκούεσθαι, τὴν βεβαιοτάτην καὶ ἀρχαίαν Κορινθίων ἐκκλησίαν δι' ἓν ἢ δύο πρόσωπα στασιάζειν πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους. — XLVII, 6.

Turpia, fratres, turpia ualde auditu sunt, et christiana uiuendi ratione indigna, quae comperimus : firmissimam et antiquam Corinthiorum ecclesiam propter unum aut alterum hominem seditionem mouere contra presbyteros.

647. PROSTRATIO. FORMVLA. — προσπέσωμεν τῷ δεσπότῃ καὶ κλαύσωμεν ἱκετεύοντες αὐτὸν, *ὅπως ἵλεως γενόμενος ἐπικαταλλαγῇ ἡμῖν καὶ ἐπὶ τὴν σεμνὴν τῆς φιλαδελφίας ἡμῶν ἁγνὴν ἀγωγὴν ἀποκαταστήσῃ ἡμᾶς.* — XLVIII, 1.

pedibus Domini aduoluamur et flentes suppliciter imploremus eum *ut propitius factus nobis reconcilietur et in pristinam nostram decoram et castam fraterni amoris conuersationem nos restituat.*

648. DEPRECATIO PRO CHARITATE. FORMVLA. — Δεώμεθα οὖν καὶ αἰτώμεθα ἀπὸ τοῦ ἐλέους αὐτοῦ, *ἵνα ἐν ἀγάπῃ εὑρεθῶμεν δίχα προσκλίσεως ἀνθρωπίνης, ἄμωμοι.* — L, 2.

Oremus igitur et petamus ab illius misericordia, *ut in charitate inueniamur sine propensione aliqua humana inculpati.*

649. DOXOLOGIA. — Οὗτος ὁ μακαρισμὸς ἐγένετο ἐπὶ τοὺς ἐκλελεγμένους ὑπὸ τοῦ θεοῦ *διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.* — L, 7.

Haec beatitudinis praedicatio ad eos pertinet, *qui per Iesum Christum Dominum nostrum a Deo sunt electi; cui sit gloria in saecula saeculorum. Amen.*

650. Πρεσβυτέροι. — τὸ ποίμνιον τοῦ Χριστοῦ εἰρηνευέτω μετὰ τῶν καθεσταμένων πρεσβυτέρων. — LIV, 2.

Christi grex in pace degat cum constitutis presbyteris.

651. ORATIO PRO PECCATORIBVS. — Καὶ ἡμεῖς οὖν ἐντύχωμεν περὶ τῶν ἔν τινι παραπτώματι ὑπαρχόντων, ὅπως

Oremus igitur et nos pro iis, qui in peccato quopiam uersantur, *ut moderatio et humilitas iis concedatur, ut*

δοθῇ αὐτοῖς ἐπιείκεια καὶ ταπεινοφροσύνη εἰς τὸ εἶξαι αὐτοὺς μὴ ἡμῖν, ἀλλὰ τῷ θελήματι τοῦ θεοῦ· οὕτως γὰρ ἔσται αὐτοῖς ἔγκαρπος καὶ τελεία ἡ πρὸς τὸν θεὸν καὶ τοὺς ἁγίους μετ' οἰκτιρμῶν μνεία. — LVI, 1.

non nobis, sed uoluntati diuinae cedant. Sic enim mentio, quae cum misericordia eorum fit apud Deum et sanctos, ipsis fructuosa erit et perfecta.

652. Paenitentia. — ὑποτάγητε τοῖς πρεσβυτέροις καὶ παιδεύθητε εἰς μετάνοιαν, κάμψαντες τὰ γόνατα τῆς καρδίας ὑμῶν. — LVII, 1.

in obedientia subditi estote presbyteris et correctionem suscipite in paenitentiam, genua cordium uestrorum flectentes.

653. Formvla. — *Ζῇ γὰρ ὁ θεὸς καὶ ζῇ ὁ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἥ τε πίστις καὶ ἡ ἐλπὶς τῶν ἐκλεκτῶν, ὅτι ὁ ποιήσας ἐν ταπεινοφροσύνῃ μετ' ἐκτενοῦς ἐπιεικείας ἀμεταμελήτως τὰ ὑπὸ τοῦ θεοῦ δεδομένα δικαιώματα καὶ προστάγματα, οὗτος ἐντεταγμένος καὶ ἐλλόγιμος ἔσται εἰς τὸν ἀριθμὸν τῶν σωζομένων διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ ἐστιν αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.* — LVIII, 2.

Sicut enim Deus uiuit et Dominus Iesus Christus uiuit et spiritus sanctus, fides et spes electorum, ita qui in humilitate cum aequitate assidua impigre mandata et praecepta a Deo proposita exsequitur, constitutus et electus erit in numero eorum, qui saluantur per Iesum Christum, per quem ei est gloria in saecula saeculorum. Amen.

654. Oratio. — *ἡμεῖς δὲ ἀθῷοι ἐσόμεθα ἀπὸ ταύτης τῆς ἁμαρτίας καὶ αἰτησόμεθα ἐκτενῆ τὴν δέησιν καὶ ἱκεσίαν ποιούμενοι, ὅπως τὸν ἀριθμὸν τὸν κατηριθμημένον τῶν ἐκλεκτῶν αὐτοῦ ἐν ὅλῳ τῷ κοσμῷ διαφυλάξῃ ἄθραυστον ὁ δημιουργὸς τῶν ἁπάντων διὰ τοῦ ἠγαπημένου παιδὸς αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ ἐκάλεσεν ἡμᾶς ἀπὸ σκότους εἰς φῶς, ἀπὸ ἀγνωσίας εἰς ἐπίγνωσιν δόξης ὀνόματος αὐτοῦ, ἐλπίζειν ἐπὶ τὸ ἀρχεγόνον πάσης κτίσεως ὄνομά σου, ἀνοίξας τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς καρδίας ἡμῶν εἰς τὸ γινώσκειν σε τὸν μόνον ὕψιστον ἐν ὑψίστοις, ἅγιον ἐν ἁγίοις ἀναπαυόμενον· τὸν ταπεινοῦντα ὕβριν ὑπερηφάνων, τὸν διαλύοντα λογισμοὺς ἐθνῶν, τὸν ποιοῦντα ταπεινοὺς εἰς ὕψος καὶ τοὺς ὑψηλοὺς ταπεινοῦντα, τὸν πλουτίζοντα καὶ πτωχίζοντα, τὸν ἀποκτείνοντα καὶ ζῆν ποιοῦντα, μόνον εὐεργέτην πνευμάτων καὶ θεὸν πάσης σαρκός· τὸν ἐπιβλέποντα ἐν τοῖς ἀβύσσοις, τὸν ἐπόπτην ἀνθρωπίνων ἔργων, τὸν τῶν κινδυνευόντων βοηθόν, τὸν τῶν ἀπηλπισμένων σωτῆρα, τὸν παντὸς πνεύματος κτίστην καὶ ἐπίσκοπον· τὸν πληθύνοντα ἔθνη ἐπὶ γῆς καὶ ἐκ πάντων ἐκλεξάμενον τοὺς ἀγαπῶντάς σε διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἠγαπημένου παιδός σου, δι' οὗ ἡμᾶς ἐπαίδευσας, ἡγίασας, ἐτίμησας. Ἀξιοῦμέν σε, δέσποτα, βοηθὸν γενέσθαι καὶ ἀντιλήπτορα ἡμῶν. Τοὺς ἐν θλίψει ἡμῶν σῶσον, τοὺς ταπεινοὺς ἐλέησον, τοὺς πεπτωκότας ἔγειρον, τοῖς δεομένοις ἐπιφάνηθι, τοὺς ἀσθενεῖς ἴασαι, τοὺς πλανωμένους τοῦ λαοῦ σου ἐπίστρεψον· χόρτασον τοὺς πεινῶντας, λύτρωσαι τοὺς δεσμίους ἡμῶν, ἐξανάστησον τοὺς ἀσθενοῦντας, παρακάλεσον τοὺς ὀλιγοψυχοῦντας· γνώτωσαν ἅπαντα τὰ ἔθνη, ὅτι σὺ εἶ ὁ θεὸς μόνος καὶ Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ παῖς σου καὶ ἡμεῖς λαός σου καὶ πρόβατα τῆς νομῆς σου.*

nos autem innocentes erimus ab hoc peccato et continuo orantes ac supplicantes precabimur, ut opifex omnium rerum numerum electorum suorum constitutum in toto mundo conseruet integrum per dilectum puerum Iesum Christum, per quem, nos uocauit de tenebris in lucem, de ignorantia in cognitionem gloriae nominis sui, ut speremus in nomine tuo, principio omnis creaturae, ut oculis cordis nostri apertis cognoscamus te solum altissimum in altissimis, sanctum in sanctis quiescentem, qui humilias arrogantiam superborum, soluis cogitationes gentium, humiles eleuas et excelsos humilias, diuites facis et pauperes, occidis et uiuificas, solus benefactor spirituum et Deus omnis carnis; qui intueris in abyssos, inspector operum hominum, periclitantium adiutor, desperantium saluator, omnis spiritus creator et episcopus, qui gentes in terra multiplicas et ex omnibus eligis eos, qui te diligunt per Iesum Christum filium tuum dilectum, per quem nos erudiuisti, sanctificasti, honorasti. Rogamus te, Domine, ut sis adiutor et auxiliator noster. Eos nostrum, qui in tribulatione sunt, libera, humilium miserere, lapsos eleua, inopibus occurre, infirmos sana, errantes populi tui conuerte; nutri esurientes, solue captiuos nostros, erige imbecilles, consolare pusillanimes; cognoscunto omnes gentes, quod tu es Deus solus et Iesus Christus puer tuus ac nos populus tuus et oues pascuae tuae.

Σὺ τὴν ἀέναον τοῦ κόσμου σύστασιν διὰ τῶν ἐνεργουμένων ἐφανεροποίησας· σύ, κύριε, τὴν οἰκουμένην ἔκτισας, ὁ πιστὸς ἐν πάσαις ταῖς γενεαῖς, δίκαιος ἐν τοῖς κρίμασιν, θαυμαστὸς ἐν ἰσχύϊ καὶ μεγαλοπρεπείᾳ, ὁ σοφὸς ἐν τῷ κτίζειν καὶ συνετὸς ἐν τῷ τὰ γενόμενα ἑδράσαι, ὁ ἀγαθὸς ἐν τοῖς ὁρωμένοις καὶ πιστὸς ἐν τοῖς πεποιθόσιν ἐπὶ σὲ ἐλεῆμον καὶ οἰκτίρμον, ἄφες ἡμῖν τὰς ἀνομίας ἡμῶν καὶ τὰς ἀδικίας καὶ τὰ

Tu perennem mundi constitutionem per effectus manifestasti; tu, Domine, orbem terrae fundasti, fidelis in omnibus generationibus, iustus in iudiciis, admirabilis in fortitudine et magnificentia, sapiens in condendo et prudens in creatis stabiliendis, bonus in iis, quae uidentur, et fidelis in eos, qui in te confidunt, benignus et misericors, dimitte nobis iniquitates et iniustitias et peccata et delicta nostra. Ne imputes omne peccatum ser-

παραπτώματα καὶ πλημμηλείας. Μὴ λογίσῃ πᾶσαν ἁμαρτίαν δούλων σου καὶ παιδισκῶν, ἀλλὰ καθάρισον ἡμᾶς τὸν καθαρισμὸν τῆς σῆς ἀληθείας, καὶ κατεύθυνον τὰ διαβήματα ἡμῶν ἐν ὁσιότητι καὶ δικαιοσύνῃ καὶ ἁπλότητι καρδίας προεύεσθαι καὶ ποιεῖν τὰ καλὰ καὶ εὐάρεστα ἐνώπιόν σου καὶ ἐνώπιον τῶν ἀρχόντων ἡμῶν. Ναὶ δέσποτα, ἐπίφανον τὸ πρόσωπόν σου ἐφ' ἡμᾶς εἰς ἀγαθὰ ἐν εἰρήνῃ, εἰς τὸ σκεπασθῆναι ἡμᾶς τῇ χειρί σου τῇ κραταιᾷ καὶ ῥυσθῆναι ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας τῷ βραχίονί σου τῷ ὑψηλῷ, καὶ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τῶν μισούντων ἡμᾶς ἀδίκως.

Δὸς ὁμόνοιαν καὶ εἰρήνην ἡμῖν τε καὶ πᾶσιν τοῖς κατοικοῦσιν τὴν γῆν, καθὼς ἔδωκας τοῖς πατράσιν ἡμῶν, ἐπικαλουμένων σε αὐτῶν ὁσίως ἐν πίστει καὶ ἀληθείᾳ, ὑπηκόους γινομένους τῷ παντοκράτορι καὶ παναρέτῳ ὀνόματί σου, τοῖς τε ἄρχουσιν καὶ ἡγουμένοις ἡμῶν ἐπὶ τῆς γῆς.

Σύ, δέσποτα, ἔδωκας τὴν ἐξουσίαν τῆς βασιλείας αὐτοῖς διὰ τοῦ μεγαλοπρεποῦς καὶ ἀνεκδιηγήτου κράτους σου, εἰς τὸ γινώσκοντας ἡμᾶς τὴν ὑπὸ σοῦ αὐτοῖς δεδομένην δόξαν καὶ τιμὴν ὑποτάσσεσθαι αὐτοῖς, μηδὲν ἐναντιουμένος τῷ θελήματί σου· οἷς δός, κύριε, ὑγίειαν, εἰρήνην, ὁμόνοιαν, εὐστάθειαν, εἰς τὸ διέπειν αὐτοὺς τὴν ὑπὸ σοῦ δεδομένην αὐτοῖς ἡγεμονίαν ἀπροσκόπως. Σὺ γάρ, δέσποτα, ἐπουράνιε βασιλεῦ τῶν αἰώνων, δίδως τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων δόξαν καὶ τιμὴν καὶ ἐξουσίαν τῶν ἐπὶ τῆς γῆς ὑπαρχόντων· σύ, κύριε, διεύθυνον τὴν βουλὴν αὐτῶν κατὰ τὸ καλὸν καὶ εὐάρεστον ἐνώπιόν σου, ὅπως διέποντες ἐν εἰρήνῃ καὶ πραΰτητι εὐσεβῶς τὴν ὑπὸ σοῦ αὐτοῖς δεδομένην ἐξουσίαν ἵλεώ σου τυγχάνωσιν. Ὁ μόνος δυνατὸς ποιῆσαι ταῦτα καὶ περισσότερα ἀγαθὰ μεθ' ἡμῶν, σοὶ ἐξομολογούμεθα διὰ τοῦ ἀρχιερέως καὶ προστάτου τῶν ψυχῶν ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ σοι ἡ δόξα καὶ ἡ μεγαλωσύνη καὶ νῦν καὶ εἰς γενεὰν γενεῶν καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. — LIX-LXI.

uorum tuorum et seruarum, sed purifica nos in ueritate tua et dirige gressus nostros, ut in pietate et iustitia et simplicitate cordis ambulemus et agamus, quae bona et beneplacita sunt coram te ac coram principibus nostris. Immo, Domine, ostende faciem tuam super nos, ut bonis fruamur in pace, ut tegamur manu tuo potenti et ab omni peccato liberemur brachio tuo excelso ac libera nos ab iis qui nos oderunt iniuste.

Da concordiam ac pacem et nobis et omnibus habitantibus terram, sicut dedisti patribus nostris, pie te inuocantibus in fide et ueritate, qui obedientes sumus nomini tuo omnipotenti omnique uirtute pleno et principibus et praefectis nostris in terra.

Tu, Domine, dedisti iis potestatem regni per magnificam et inenarrabilem uirtutem tuam, ut cognoscentes gloriam et honorem, quem tu iis tribuisti, nos subiiciamus ipsis, uoluntati tuae non aduersantes; quibus da, Domine, sanitatem, pacem, concordiam, firmitatem, ut imperium, quod tu iis dedisti, sine offendiculo administrent. Tu enim, Domine, coelestis rex saeculorum, filiis hominum das gloriam et honorem et potestatem eorum, quae in terra sunt; tu Domine dirige consilium eorum secundum id, quod bonum et beneplacitum est in conspectu tuo, ut potestatem a te datam in pace et mansuetudine pie administrantes propitium te habeant. Qui solus haec et plura bona nobiscum agere potes, tibi confitemur per pontificem ac patronum animarum nostrarum Iesum Christum, per quem tibi gloria et maiestas, et nunc et in generationem generationum et in saecula saeculorum. Amen.

655. FORMVLA. — *τῷ παντοκράτορι θεῷ.* — LXII, 2.

Deo omnipotenti.

656. DEPRECATIO PRO VIRTVTIBVS. — *ὁ παντεπόπτης θεὸς καὶ δεσπότης τῶν πνευμάτων καὶ κύριος πάσης σαρκός, ὁ ἐκλεξάμενος τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν καὶ ἡμᾶς δι' αὐτοῦ εἰς λαὸν περιούσιον, δῴη πάσῃ ψυχῇ ἐπικεκλημένῃ τὸ μεγαλοπρεπὲς καὶ ἅγιον ὄνομα αὐτοῦ πίστιν, φόβον, εἰρήνην, ὑπομονήν, μακροθυμίαν, ἐγκράτειαν, ἁγνείαν καὶ σωφροσύνην, εἰς εὐαρέστησιν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ διὰ τοῦ ἀρχιερέως καὶ προστάτου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ αὐτῷ δόξα καὶ μεγαλωσύνη, κράτος καὶ τιμή, καὶ νῦν καὶ εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.* — LXIV.

Inspector omnium Deus et Dominus spirituum et herus uniuersae carnis, qui elegit Dominum Iesum Christum et nos per eum in populum peculiarem, det omni animae, quae gloriosum et sanctum nomen eius inuocaverit, fidem, timorem, pacem, patientiam, aequanimitatem, continentiam, castitatem et pudicitiam, ut nomini eius recte placeat, per summum sacerdotem et patronum nostrum Iesum Christum, per quem illi gloria et maiestas, potestas et honor, et nunc et in saecula saeculorum. Amen!

657. DOXOLOGIA. — *Ἡ χάρις τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μεθ' ὑμῶν καὶ μετὰ πάντων πανταχῇ τῶν κεκλημένων ὑπὸ τοῦ θεοῦ καὶ δι' αὐτοῦ· δι' οὗ αὐτῷ δόξα, τιμή, κράτος καὶ μεγαλωσύνη, θρόνος αἰώνιος, ἀπὸ τῶν αἰώνων καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.* — LXV, 2.

Gratia Domini nostri Iesu Christi sit uobiscum et cum omnibus ubique uocatis a Deo et per ipsum; per quem illi gloria, honor, potentia, maiestas et dominatio sempiterna, a saeculis et in saecula saeculorum. Amen!

EX EPISTVLA CLEMENTIS

AD CORINTHIOS II

658. Regvla fidei. — οὕτως δεῖ ἡμᾶς φρονεῖν περὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὡς περὶ θεοῦ, ὡς *περὶ κριτοῦ ζώντων καὶ νεκρῶν*. — I, 1.

ita sentire nos oportet de Iesu Christo, tanquam de Deo, tanquam *de iudice uiuorum et mortuorum.*

659. Gratiarvm actio pro incarnatione. — *Τῷ μόνῳ θεῷ ἀοράτῳ, πατρὶ τῆς ἀληθείας, τῷ ἐξαποστείλαντι ἡμῖν τὸν σωτῆρα καὶ ἀρχηγὸν τῆς ἀφθαρσίας, δι' οὗ καὶ ἐφανέρωσεν ἡμῖν τὴν ἀλήθειαν καὶ τὴν ἐπουράνιον ζωήν, αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.* — XX, 5.

Soli Deo inuisibili, patri ueritatis, qui nobis misit Saluatorem et Auctorem incorruptibilitatis, per quem etiam manifestauit nobis ueritatem et uitam coelestem, ei sit gloria in saecula saeculorum. Amen.

CLEMENTIS ROMANI

DICTVM

[*Ex cod. armeno parisiensi LXXX, fol.* 96 v°.]

660. Deprecatio. — Christianam fidem definit et consolidat Crux, cum laude quam perpetuo in orationibus nostris absoluimus, dicentes : « *Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus et immortalis, qui crucifixus est pro nobis, miserere (nostri).*

[Nota. Fragmentum « plane suppositum »... « Qua auctoritate ad S. Clementem celebrem hanc sententiam referat codex armenus incertum. Cf. auctores de Historia ecclesiastica tractantes, ad uitam Petri Fullonis, Petri Mongi, Zenaiae Hierapolitani, aliorumque sectae Monophysiticae antesignatorum ». Ita P. Martinus. *Anal. Sacr. Spic. Solesm. par.*, t. IV, prol., p. VII, § II et p. 276 in notis (9).]

EX EPISTVLA

IGNATII AD EPHESIOS

661. Salvtatio. Formvla doxologiae. — Ἰγνάτιος, ὁ καὶ Θεοφόρος —, *τῇ εὐλογημένῃ ἐν μεγέθει θεοῦ πατρὸς πληρώματι, τῇ προωρισμένῃ πρὸ αἰώνων εἶναι διὰ παντὸς εἰς δόξαν παράμονον, ἄτρεπτον ἡνωμένην καὶ ἐκλελεγμένην ἐν πάθει ἀληθινῷ, ἐν θελήματι τοῦ πατρὸς καὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ θεοῦ ἡμῶν,* — τῇ ἐκκλησίᾳ τῇ ἀξιομακαρίστῳ, τῇ οὔσῃ ἐν Ἐφέσῳ τῆς Ἀσίας, πλεῖστα ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ καὶ ἐν ἀμώμῳ *χαρᾷ* χαίρειν. — Ad Ephes. inscr.

Ignatius qui et Theophorus, ecclesiae merito beatae quae est Ephesi in Asia — *benedictae Dei patris magnitudine cum plenitudine, praedestinatae ante saecula, ut in permanentem et immutabilem gloriam semper esset unita et uera passione, per uoluntatem patris et Iesu Christi, Dei nostri, electa* — plurimam in Iesu Christo et in gaudio perfecto salutem.

662. Benedictio. — *Εὐλογητὸς γὰρ ὁ χαρισάμενος ὑμῖν ἀξίοις οὖσι τοιοῦτον ἐπίσκοπον κεκτῆσθαι.* — I, 3.

Benedictus enim, qui gratia sua uos talem episcopum possidere dignatus est.

663. Formvla. — Βούρρου, τοῦ *κατὰ θεὸν* διακόνου ὑμῶν. — II, 1.

Burrho, *secundum Deum* diacono uestro.

664. Glorificare Iesvm. Hierarchia. — Πρέπον οὖν ἐστιν, κατὰ πάντα τρόπον δοξάζειν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν δοξάσαντα ὑμᾶς, ἵνα ἐν μιᾷ ὑποταγῇ κατηρτισμένοι, ὑποτασσόμενοι τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ, κατὰ πάντα ἦτε ἡγιασμένοι. — II, 2.

Decet itaque uos omnibus modis glorificare Iesum Christum, qui glorificauit uos, ut in obedientia una perfecti, subiecti episcopo et presbyterio, per omnia sanctificati sitis.

665. Episcopi. — Καὶ γὰρ Ἰησοῦς Χριστός, *τὸ ἀδιά-*

Etenim Iesus Christus, *inseparabilis nostra uita, sen-*

κριτον ἡμῶν ζῆν, τοῦ πατρὸς ἡ γνώμη, ὡς καὶ οἱ ἐπίσκοποι, οἱ κατὰ τὰ πέρατα ὁρισθέντες, ἐν Ἰησοῦ Χριστοῦ γνώμῃ εἰσίν. — III, 2.

tentia patris est, ut et episcopi, per tractus terra constituti, in sententia Iesu Christi sunt.

666. Hierarchia. Cantvs « per Christvm » ad Patrem. — Ὅθεν πρέπει ὑμῖν συντρέχειν τῇ τοῦ ἐπισκόπου γνώμῃ, ὅπερ καὶ ποιεῖτε. Τὸ γὰρ ἀξιονόμαστον ὑμῶν πρεσβυτέριον, τοῦ θεοῦ ἄξιον, οὕτως συνήρμοσται τῷ ἐπισκόπῳ, ὡς χορδαὶ κιθάρᾳ. Διὰ τοῦτο ἐν τῇ ὁμονοίᾳ ὑμῶν καὶ συμφώνῳ ἀγάπῃ *Ἰησοῦς Χριστὸς ᾄδεται.* Καὶ οἱ κατ' ἄνδρα δὲ χορὸς γίνεσθε, ἵνα σύμφωνοι ὄντες ἐν ὁμονοίᾳ, χρῶμα θεοῦ λαβόντες ἐν ἑνότητι, ᾄδητε ἐν φωνῇ μιᾷ *διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τῷ πατρί,* ἵνα ὑμῶν καὶ ἀκούσῃ καὶ ἐπιγινώσκῃ δι' ὧν εὖ πράσσετε μέλη ὄντας τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. — IV, 1, 2.

Vnde decet uos in episcopi sententiam concurrere, quod et facitis. Nam memorabile uestrum presbyterium, dignum Deo, ita coaptatum est episcopo, ut chordae citharae. Propter hoc in consensu uestro et concordi charitate *Iesus Christus canitur.* Sed et uos singuli chorus estote, ut consoni per concordiam, melos Dei recipientes in unitate, cantetis uoce una *per Iesum Christum patri,* quo et uos audiat et agnoscat ex iis quae bene operamini, membra esse uos filii ipsius.

667. Litvrgicae orationis virtvs. — Μηδεὶς πλανάσθω· ἐὰν μή τις ᾖ ἐντὸς τοῦ θυσιαστηρίου, ὑστερεῖται τοῦ ἄρτου τοῦ θεοῦ. Εἰ γὰρ ἑνὸς καὶ δευτέρου προσευχὴ τοσαύτην ἰσχὺν ἔχει, πόσῳ μᾶλλον ἥ τε τοῦ ἐπισκόπου καὶ πάσης τῆς ἐκκλησίας; Ὁ οὖν μὴ ἐρχόμενος ἐπὶ τὸ αὐτό, οὗτος ἤδη ὑπερηφανεῖ καὶ ἑαυτὸν διέκρινεν. — V, 2-3.

Nemo erret : nisi quis intra altare sit, priuatur pane Dei. Si enim unius atque alterius precatio tantam uim habet, quanto magis illa, quae episcopi est et totius ecclesiae? Qui igitur in conuentum non uenit hic iam superbia elatus est, et seipsum separauit atque iudicauit.

668. Hierarchia. — Ὀνήσιμος ὑπερεπαινεῖ ὑμῶν τὴν ἐν θεῷ εὐταξίαν. — VI, 2.

Onesimus supra modum laudat uestrum decentem diuinumque ordinem.

669. Plvra de Christo et de regvla fidei. — Εἷς ἰατρός ἐστιν, σαρκικός τε καὶ πνευματικός, γεννητὸς καὶ ἀγέννητος, ἐν σαρκὶ γενόμενος θεός, ἐν θανάτῳ ζωὴ ἀληθινή, καὶ ἐκ Μαρίας καὶ ἐκ θεοῦ, πρῶτον παθητὸς καὶ τότε ἀπαθής, Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ κύριος ἡμῶν. — VII, 2.

Medicus autem unus est, et carnalis et spiritualis, genitus et ingenitus, in carne exsistens Deus, in morte uita uera, et ex Maria et ex Deo, primum passibilis et tunc impassibilis, Iesus Christus Dominus noster.

670. Ecclesia. — ἐκκλησίας τῆς διαβοήτου τοῖς αἰῶσιν. — VIII, 1.

ecclesia [scil. : Ephesina] celeberrima in saeculis.

671. Fidelivm dignitas. — Ἐστὲ οὖν καὶ σύνοδοι πάντες, θεοφόροι καὶ ναοφόροι, χριστοφόροι, ἁγιοφόροι, κατὰ πάντα κεκοσμημένοι ἐν ταῖς ἐντολαῖς Ἰησοῦ Χριστοῦ. — IX, 2.

Estis igitur et uiae comites omnes, deiferi et templiferi, christiferi, sanctiferi, per omnia ornati in praeceptis Iesu Christi.

672. Orationes pro diversis. — Καὶ ὑπὲρ τῶν ἄλλων δὲ ἀνθρώπων ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε. — X, 1.

Sed et pro aliis hominibus indesinenter orate.

673. Deprecatio pro electorvm societate obtinenda. — Χωρὶς τούτου μηδὲν ὑμῖν πρεπέτω, ἐν ᾧ τὰ δεσμὰ περιφέρω, *τοὺς πνευματικοὺς μαργαρίτας, ἐν οἷς γένοιτό μοι ἀναστῆναι τῇ προσευχῇ ὑμῶν, ἧς γένοιτό μοι ἀεὶ μέτοχον εἶναι, ἵνα ἐν κλήρῳ Ἐφεσίων εὑρεθῶ τῶν χριστιανῶν, οἳ καὶ τοῖς ἀποστόλοις πάντοτε συνῄνεσαν ἐν δυνάμει Ἰησοῦ Χριστοῦ.* — XI, 2.

Sine ipso [scil. : Christo] nihil uos deceat, in quo uincula circumfero, *spirituales margaritas, in quibus resurgere mihi contingat* oratione uestra, *cuius me opto semper fieri participem, ut inueniar in sorte Ephesiorum christianorum, qui et apostolis semper consenserunt in uirtute Iesu Christi.*

674. Deprecatio ad Pavli seqvenda vestigia. — *Παύλου συμμύσται, τοῦ ἡγιασμένου, τοῦ μεμαρτυρημένου, ἀξιομακαρίστου, οὗ γένοιτό μοι ὑπὸ τὰ ἴχνη εὑρεθῆναι, ὅταν θεοῦ ἐπιτύχω.* — XII, 2.

Pauli symmystae, qui sanctificatus, martyrium consecutus et digne beatus est, ad cuius uestigia contingat mihi ut inueniar, quando Dei particeps fio.

675. Gratiarvm actio. De vi conventvs christiani contra Satanam. — Σπουδάζετε οὖν πυκνότερον συνέρχε-

Date itaque operam ut crebriores congregemini *ad gratias Deo agendas et ad eum laudandum.* Quando

σθαι *εἰς εὐχαριστίαν θεοῦ καὶ εἰς δόξαν.* Ὅταν γὰρ πυκνῶς ἐπὶ τὸ αὐτὸ γίνεσθε, καθαιροῦνται αἱ δυνάμεις τοῦ Σατανᾶ, καὶ λύεται ὁ ὄλεθρος αὐτοῦ ἐν τῇ ὁμονοίᾳ ὑμῶν τῆς πίστεως. — XIII, 1.

enim crebri in eundem locum conuenitis, labefactantur uires Satanae et concordia uestrae fidei soluitur exitium, quod ille infert.

676. Deprecatio pro diversis. — Ἐάν με καταξιώσῃ Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν τῇ προσευχῇ ὑμῶν. — XX, 1.

Si me dignatus fuerit Iesus Christus propter orationem uestram.

677. Conventvs. Regvlae fidei fragmenta. Commvnio. Formvla? — ὅτι οἱ κατ' ἄνδρα κοινῇ πάντες ἐν χάριτι ἐξ ὀνόματος συνέρχεσθε ἐν μιᾷ πίστει καὶ ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ, *τῷ κατὰ σάρκα ἐκ γένους Δαυίδ, τῷ υἱῷ ἀνθρώπου καὶ υἱῷ θεοῦ,* εἰς τὸ ὑπακούειν ὑμᾶς τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ ἀπερισπάστῳ διανοίᾳ, ἕνα ἄρτον κλῶντες, ὅς ἐστιν φάρμακον ἀθανασίας, ἀντίδοτος τοῦ *μὴ ἀποθανεῖν, ἀλλὰ ζῆν ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ διὰ παντός.* — XX, 2.

quod uos ad unum omnes nominatim per gratiam conuenitis, in una fide et in uno Iesu Christo, *qui secundum carnem ex genere Dauid filius est hominis et filius Dei,* ut obediatis episcopo et presbyterio mente indiuulsa, frangentes panem unum, qui pharmacum immortalitatis est, antidotum, *ne moriamur, sed uiuamus semper in Iesu Christo.*

678. Orationes pro diversis. — Προσεύχεσθε ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας τῆς ἐν Συρίᾳ. — XXI, 2.

Orate pro ecclesia quae est in Tyria.

679. Salvtatio. — *Ἔρρωσθε ἐν θεῷ πατρὶ καὶ ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ, τῇ κοινῇ ἐλπίδι ἡμῶν.* — XXI, 2.

Valete in Deo patre et in Iesu Christo, communi spe nostra.

EX EPISTVLA

IGNATII AD MAGNESIOS

680. Salvtatio. Deprecatio pro salvte. — Ἰγνάτιος, ὁ καὶ Θεοφόρος, *τῇ εὐλογημένῃ ἐν χάριτι θεοῦ πατρὸς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ σωτῆρι ἡμῶν,* ἐν ᾧ ἀσπάζομαι τὴν ἐκκλησίαν τὴν οὖσαν ἐν Μαγνησίᾳ τῇ πρὸς Μαιάνδρῳ καὶ *εὔχομαι ἐν θεῷ πατρὶ καὶ ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ πλεῖστα χαίρειν.* — Inscript.

Ignatius, qui et Theophorus, *benedictae gratia Dei patris in Christo Iesu saluatore nostro,* in quo saluto ecclesiam, quae Magnesiae est ad Maeandrum, *optoque in Deo patre et in Iesu Christo plurimam salutem.*

681. Hierarchia. — Ἐπεὶ οὖν ἠξιώθην ἰδεῖν ὑμᾶς διὰ Δαμᾶ τοῦ ἀξιοθέου ὑμῶν ἐπισκόπου καὶ πρεσβυτέρων ἀξίων Βάσσου καὶ Ἀπολλωνίου καὶ τοῦ συνδούλου μου διακόνου Ζωτίωνος, οὗ ἐγὼ ὀναίμην, ὅτι ὑποτάσσεται τῷ ἐπισκόπῳ ὡς χάριτι θεοῦ καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ ὡς νόμῳ Ἰησοῦ Χριστοῦ. — II.

Cum itaque dignus sim habitus, ut uideam uos per Damam episcopum uestrum Deo dignum et per dignos presbyteros Bassum et Apollonium et per conseruum meum Zotionem diaconum, quo utinam fruar, quia subditus est epicopo ut benignitati Dei et presbyterio ut legi Iesu Christo.

682. Hierarchia. — παραινῶ, ἐν ὁμονοίᾳ θεοῦ σπουδάζετε πάντα πράσσειν, προκαθημένου τοῦ ἐπισκόπου εἰς τόπον θεοῦ καὶ τῶν πρεσβυτέρων εἰς τόπον συνεδρίου τῶν ἀποστόλων, καὶ τῶν διακόνων τῶν ἐμοὶ γλυκυτάτων πεπιστευμένων διακονίαν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὃς πρὸ αἰώνων παρὰ πατρὶ ἦν καὶ ἐν τέλει ἐφάνη. — VI, 1.

hortor, ut in concordia Dei omnia peragere studeatis, episcopo praesidente loco Dei et presbyteris loco senatus apostolici, et diaconis mihi suauissimis concreditum habentibus ministrum Iesu Christi, qui ante saecula apud Patrem erat et in fine apparuit.

683. Conventvs oratio mvltvm valet. — οὕτως μηδὲ ὑμεῖς ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου καὶ τῶν πρεσβυτέρων μηδὲν πράσσετε· μηδὲ πειράσητε εὔλογόν τι φαίνεσθαι ἰδίᾳ ὑμῖν, ἀλλ' ἐπὶ τὸ αὐτὸ μία προσευχή, μία δέησις, εἷς νοῦς, μία ἐλπὶς ἐν ἀγάπῃ, ἐν τῇ χαρᾷ τῇ ἀμώμῳ, ὅ ἐστιν Ἰησοῦς Χριστός, οὗ ἄμεινον οὐδέν ἐστιν. Πάντες ὡς εἰς ἕνα ναὸν συντρέχετε θεοῦ, ὡς ἐπὶ ἓν θυσιαστήριον, ἐπὶ ἕνα Ἰησοῦν Χριστόν, τὸν ἀφ' ἑνὸς πατρὸς προελθόντα καὶ εἰς ἕνα ὄντα καὶ χωρήσαντα. — VII, 1-2.

ita neque uos sine episcopo et presbyteris quidquam peragatis; neque aggrediamini, ut quidquam a uobis separatim factum decens appareat, sed in unum conuenientibus una sit oratio, una precatio, una mens, una spes in charitate, in gaudio sancto, quod est Iesus Christus, quo nihil praestantius est. Omnes uelut in unum templum Dei concurrite, uelut ad unum altare, ad unum Iesum Christum, qui ab uno patre prodiit et apud unum fuit ad eumque reuersus est.

684. Dies dominica. — Εἰ οὖν οἱ ἐν παλαιοῖς πράγμα-

Si igitur, qui in ueteri rerum ordine degerunt, ad

σιν ἀναστραφέντες εἰς καινότητα ἐλπίδος ἦλθον, μηκέτι σαββατίζοντες, ἀλλὰ κατὰ κυριακὴν ζῶντες. — IX, 1.

nouam spem peruenerunt, non amplius sabbatum colentes, sed iuxta dominicam uiuentes.

685. HIERARCHIA. — Σπουδάζετε οὖν βεβαιωθῆναι ἐν τοῖς δόγμασιν τοῦ κυρίου καὶ τῶν ἀποστόλων, ἵνα πάντα, ὅσα ποιῆτε, κατευοδωθῆτε σαρκὶ καὶ πνεύματι, πίστει καὶ ἀγάπῃ, *ἐν υἱῷ καὶ πατρὶ καὶ ἐν πνεύματι*, ἐν ἀρχῇ καὶ ἐν τέλει, μετὰ τοῦ ἀξιοπρεπεστάτου ἐπισκόπου ὑμῶν καὶ ἀξιοπλόκου πνευματικοῦ στεφάνου τοῦ πρεσβυτερίου ὑμῶν καὶ τῶν κατὰ θεὸν διακόνων. — XIII, 1.

Studete igitur confirmari in doctrinis Domini et apostolorum, ut omnia, quae facitis, prospere uobis succedant, carne et spiritu, fide et caritate, *in filio et patre et in spiritu*, in principio et in fine, cum dignissimo episcopo uestro et digne contexta spirituali corona presbyterii uestri et cum diaconis Deo placentibus.

686. ORATIONES PRO DIVERSIS. — Μνημονεύετέ μου ἐν ταῖς προσευχαῖς ὑμῶν, *ἵνα θεοῦ ἐπιτύχω, καὶ τῆς ἐν Συρίᾳ ἐκκλησίας* (ὅθεν οὐκ ἄξιός εἰμι καλεῖσθαι· ἐπιδέομαι γὰρ τῆς ἡνωμένης ὑμῶν ἐν θεῷ προσευχῆς καὶ ἀγάπης) εἰς τὸ ἀξιωθῆναι τὴν ἐν Συρίᾳ ἐκκλησίαν *διὰ τῆς ἐκκλησίας ὑμῶν δροσισθῆναι*. — XIV.

Memores estote mei in orationibus uestris, *ut Deum assequar, et ecclesiae, quae in Syria est* (unde non sum dignus uocari; indigeo enim unita uestra in Deo oratione et caritate), ut ecclesia, quae in Syria est, *mereatur per ecclesiam uestram irrorari*.

EX EPISTVLA

IGNATII AD TRALLIANOS

687. FORMVLA. — Ἰγνάτιος, ὁ καὶ Θεοφόρος, *ἠγαπημένῃ θεῷ, πατρὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐκκλησίᾳ ἁγίᾳ* τῇ οὔσῃ ἐν Τράλλεσιν τῆς Ἀσίας, *ἐκλεκτῇ καὶ ἀξιοθέῳ, εἰρηνευούσῃ ἐν σαρκὶ καὶ αἵματι καὶ τῷ πάθει Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῆς ἐλπίδος ἡμῶν ἐν τῇ εἰς αὐτὸν ἀναστάσει*· ἣν καὶ ἀσπάζομαι ἐν τῷ πληρώματι ἐν ἀποστολικῷ χαρακτῆρι καὶ εὔχομαι πλεῖστα χαίρειν. — Inscript.

Ignatius, qui et Theophorus, *dilectae a Deo, patre Iesu Christi, ecclesiae sanctae,* quae est Trallibus Asiae, *electae et Deo dignae, pacem habenti in carne et sanguine et passione Iesu Christi, spei nostrae, cum resurgamus ad eum;* quam et saluto in plenitudine in apostolico caractere cuique plurimam opto salutem.

688. GLORIA DEO. — ἐδόξασα, εὑρὼν ὑμᾶς, ὡς ἔγνων, μιμητὰς ὄντας θεοῦ. — I, 2.

glorificaui Deum, cuius imitatores, ut cognoui, uos inueni.

689. EPISCOPVS. — Ὅταν γὰρ τῷ ἐπισκόπῳ ὑποτάσσησθε ὡς Ἰησοῦ Χριστῷ. — II.

Cum enim episcopo subiecti sitis ut Iesu Christo.

690. HIERARCHIA. DE MVNERE DIACONORVM. — Ἀναγκαῖον οὖν ἐστιν, ὥσπερ ποιεῖτε, ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου μηδὲν πράσσειν ὑμᾶς, ἀλλ' ὑποτάσσεσθαι καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ ὡς τοῖς ἀποστόλοις Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῆς ἐλπίδος ἡμῶν, ἐν ᾧ διάγοντες εὑρεθησόμεθα. Δεῖ δὲ καὶ τοὺς διακόνους ὄντας μυστηρίων Ἰησοῦ Χριστοῦ κατὰ πάντα τρόπον πᾶσιν ἀρέσκειν. Οὐ γὰρ βρωμάτων καὶ ποτῶν εἰσὶν διάκονοι, ἀλλ' ἐκκλησίας θεοῦ ὑπηρέται. — II, 2-3.

Necessarium itaque est, quemadmodum facitis, ut sine episcopo nihil agatis, sed et presbyterio subditi sitis ut apostolis Iesu Christi, spei nostrae, in quo conuersantes inueniemur. Oportet autem et diaconos qui sunt ministri mysteriorum Iesu Christi, omni modo omnibus placere. Non enim ciborum et potuum diaconi sunt, sed ecclesiae Dei ministri.

691. HIERARCHIA. — Ὁμοίως πάντες ἐντρεπέσθωσαν τοὺς διακόνους ὡς Ἰησοῦν Χριστόν, ὡς καὶ τὸν ἐπίσκοπον ὄντα τύπον τοῦ πατρός, τοὺς δὲ πρεσβυτέρους ὡς συνέδριον θεοῦ καὶ ὡς σύνδεσμον ἀποστόλων. Χωρὶς τούτων ἐκκλησία οὐ καλεῖται. — III.

Cuncti similiter reuereantur diaconos ut Iesum Christum, sicut et episcopum, qui est typus patris, presbyteros autem ut senatum Dei et concilium apostolorum. Sine his ecclesia non uocatur.

692. DE HIS QVI SVNT EXTRA ECCLESIAM. — Ὁ ἐντὸς θυσιαστηρίου ὢν καθαρός ἐστιν· ὁ δὲ ἐκτὸς θυσιαστηρίου ὢν οὐ καθαρός ἐστιν· τοῦτ' ἔστιν, ὁ χωρὶς ἐπισκόπου καὶ πρεσβυτερίου καὶ διακόνων πράσσων τι, οὗτος οὐ καθαρός ἐστιν τῇ συνειδήσει. — VII, 2.

Qui intra altare est, mundus est; qui uero extra altare est, non est mundus; hoc est, qui sine episcopo et presbyterio et diaconis quidpiam agit, is non est mundus in conscientia.

693. COMMVNIO SVB DVABVS SPECIEBVS. — ἀνακτίσασθε ἑαυτοὺς ἐν πίστει, ὅ ἐστιν σὰρξ τοῦ κυρίου, καὶ ἐν ἀγάπῃ, ὅ ἐστιν αἷμα Ἰησοῦ Χριστοῦ. — VIII.

regenerate uosmetipsos in fide, quae est caro Domini, et in caritate quae est sanguinis Iesu Christi.

694. Regvla fidei. — Κωφώθητε οὖν, ὅταν ὑμῖν χωρὶς Ἰησοῦ Χριστοῦ λαλῇ τις, τοῦ ἐκ γένους Δαυίδ, τοῦ ἐκ Μαρίας, ὃς ἀληθῶς ἐγεννήθη, ἔφαγέν τε καὶ ἔπιεν, ἀληθῶς ἐδιώχθη ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, ἀληθῶς ἐσταυρώθη καὶ ἀπέθανεν, βλεπόντων τῶν ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ ὑποχθονίων· ὃς καὶ ἀληθῶς ἠγέρθη ἀπὸ νεκρῶν, ἐγείραντος αὐτὸν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ὡς καὶ κατὰ τὸ ὁμοίωμα ἡμᾶς τοὺς πιστεύοντας αὐτῷ οὕτως ἐγερεῖ ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, οὗ χωρὶς τὸ ἀληθινὸν ζῆν οὐκ ἔχομεν. — IX.

Obturate igitur aures vestras, cum uobis quispiam loquitur sine *Iesu Christo, qui ex genere Dauid, qui ex Maria, qui uere natus est*, edit et bibit, *uere persecutionem passus est sub Pontio Pilato, uere crucifixus et mortuus est, uidentibus coelestibus et terrestribus et subterraneis; qui et uere resurrexit a mortuis, resuscitante ipsum patre ipsius, quemadmodum ad eius similitudinem et nos ei credentes pater eius ita resuscitabit in Christo Iesu, sine quo ueram uitam non habemus.*

695. Formvla deprecationis. Hierarchia. Orationes pro diversis. — Παρακαλεῖ ὑμᾶς τὰ δεσμά μου, ἃ ἕνεκεν Ἰησοῦ Χριστοῦ περιφέρω αἰτούμενους θεοῦ ἐπιτυχεῖν· διαμένετε ἐν τῇ ὁμονοίᾳ ὑμῶν καὶ τῇ μετ' ἀλλήλων προσευχῇ. Πρέπει γὰρ ὑμῖν τοῖς καθ' ἕνα, ἐξαιρέτως καὶ τοῖς πρεσβυτέροις, ἀναψύχειν τὸν ἐπίσκοπον εἰς τιμὴν πατρός, Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν ἀποστόλων. Εὔχομαι ὑμᾶς ἐν ἀγάπῃ ἀκοῦσαί μου, ἵνα μὴ εἰς μαρτύριον ὦ ἐν ὑμῖν γράψας. Καὶ περὶ ἐμοῦ δὲ προσεύχεσθε, τῆς ἀφ' ὑμῶν ἀγάπης χρῄζοντος ἐν τῷ ἐλέει τοῦ θεοῦ, εἰς τὸ καταξιωθῆναί με τοῦ κλήρου οὗ περίκειμαι ἐπιτυχεῖν, ἵνα μὴ ἀδόκιμος εὑρεθῶ. — XII, 2-3.

Vincula mea, quae propter Iesum Christum fero orans, *ut Deum assequar*, uos obsecrant : permanete in concordia uestra et oratione mutua. Decet enim singulos uestrum et praecipue presbyteros, recreare episcopum in honorem patris, Iesu Christi et apostolorum. Opto, ut in charitate me audiatis, ne haec scribens in testimonium contra uos sim. Sed et orate pro me, qui in Dei misericordia charitate uestra indigeo, *ut dignus fiam, qui assequar sortem mihi instantem, ne reprobus inueniar.*

696. Orationes pro diversis. — Μνημονεύετε ἐν ταῖς προσευχαῖς ὑμῶν τῆς ἐν Συρίᾳ ἐκκλησίας. — XIII.

Memores estote in orationibus uestris, *ecclesiae, quae est in Syria.*

697. Benedictio. Hierarchia. — Ἔρρωσθε ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ, ὑποτασσόμενοι τῷ ἐπισκόπῳ ὡς τῇ ἐντολῇ, ὁμοίως καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ. — XIII, 2.

Valete in Iesu Christo, subiecti episcopo ut Dei praecepto, similiter et presbyterio.

698. Deprecatio pro sanctitate. — Ἔτι γὰρ ὑπὸ κίνδυνόν εἰμι· ἀλλὰ πιστὸς ὁ πατὴρ ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ πληρῶσαί μου τὴν αἴτησιν καὶ ὑμῶν ἐν ᾧ εὑρεθείητε ἄμωμοι. — XIII, 3.

Adhuc enim in periculo versor; sed fidelis est pater in Iesu Christo, ut impleat petitionem meam et uestram; in quo opto *ut inueniamini sine macula.*

EX EPISTVLA

IGNATII AD ROMANOS

699. Formvla. — Ἰγνάτιος, ὁ καὶ Θεοφόρος, τῇ ἠλεημένῃ ἐν μεγαλειότητι πατρὸς ὑψίστου καὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ μόνου υἱοῦ αὐτοῦ ἐκκλησίᾳ ἠγαπημένῃ καὶ πεφωτισμένῃ ἐν θελήματι τοῦ θελήσαντος τὰ πάντα, ἅ ἐστιν κατὰ ἀγάπην Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν, ἥτις καὶ προκάθηται ἐν τόπῳ χωρίου Ῥωμαίων, ἀξιόθεος, ἀξιοπρέπης, ἀξιομακάριστος, ἀξιέπαινος, ἀξιοεπίτευκτος, ἀξιόαγνος καὶ προκαθημένη τῆς ἀγάπης, χριστόνομος, πατρώνυμος, ἣν καὶ ἀσπάζομαι ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, υἱοῦ πατρός· κατὰ σάρκα καὶ πνεῦμα ἡνωμένοις πάσῃ ἐντολῇ αὐτοῦ, πεπληρωμένοις χάριτος θεοῦ ἀδιακρίτως καὶ ἀποδιυλισμένοις ἀπὸ παντὸς ἀλλοτρίου χρώματος πλεῖστα ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ τῷ θεῷ ἡμῶν, ἀμώμως χαίρειν. — Inscript.

Ignatius, qui et Theophorus, *ecclesiae misericordiam consecutae in magnificentia patris altissimi et Iesu Christi, filii eius unici; ecclesiae dilectae et illuminatae uoluntate eius, qui uult omnia; quae sunt secundum charitatem Iesu Christi Dei nostri; quae etiam praesidet in loco regionis Romanorum, digna Deo, digna decore, digna quae beata praedicetur, digna laude, digna quae uoti compos fiat, digne casta et uniuerso charitatis coetui praesidens, Christi legem habens, patris nomine insignita, quam et saluto in nomine Iesu Christi, filii patris; iis, qui secundum carnem et spiritum cuiuis ipsius praecepto sunt adunati, gratia dei inseparabiliter repleti et ab omni alieno colore sunt expurgati, plurimam in Iesu Christo, Deo nostro et intaminatam opto salutem.*

700. Formvla. — Ἐπεὶ εὐξάμενος θεῷ ἐπέτυχον ἰδεῖν ὑμῶν τὰ ἀξιόθεα πρόσωπα, ὡς καὶ πλέον ᾐτούμην λαβεῖν· δεδεμένος γὰρ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἐλπίζω ὑμᾶς ἀσπά-

Cum precibus meis apud Dominum impetrassem, *ut Deo dignos uultus uestros cernerem*, sicut etiam perseueraui petendo, ut id acciperem; uinctus enim in

σασθαι, ἐάνπερ θέλημα ᾖ τοῦ ἀξιωθῆναί με εἰς τέλος εἶναι. — I, 1.

Christi Iesu uos salutare spero, siquidem uoluntas Dei sit, ut dignus habear, qui ad finem perueniam.

701. CANTVS. FORMVLA. — Πλέον μοι μὴ παράσχησθε τοῦ σπονδισθῆναι θεῷ, ὡς ἔτι θυσιαστήριον ἕτοιμόν ἐστιν, ἵνα ἐν ἀγάπῃ χορὸς γενόμενοι ᾄσητε τῷ πατρὶ *ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ*, ὅτι τὸν ἐπίσκοπον Συρίας ὁ θεὸς κατηξίωσεν εὑρεθῆναι εἰς δύσιν ἀπὸ ἀνατολῆς μεταπεμψάμενος. — II, 2.

Nolite plus mihi praebere, quam ut immoler Deo, dum adhuc altare paratum est, ut in caritate chorus effecti canatis patri *in Christo Iesu,* quod Deus episcopum Syriae inueniri dignatus est ab Oriente in Occidentem eum arcessens.

702. RELLIQVIAE SANCTORVM. — Μᾶλλον κολακεύσατε τὰ θηρία, ἵνα μοι τάφος γένωνται καὶ μηδὲν καταλίπωσι τῶν τοῦ σώματός μου, ἵνα μὴ κοιμηθεὶς βαρύς τινι γένωμαι. — IV, 2.

Feris potius blandimini, ut mihi sepulcrum fiant, nihilque mei corporis relinquant, ne, postquam obdormiero, grauis alicui fiam.

703. FORMVLA SVPPLICATIONIS. — Λιτανεύσατε τὸν Χριστὸν ὑπὲρ ἐμοῦ, *ἵνα διὰ τῶν ὀργάνων τούτων θεῷ θυσία εὑρεθῶ.* — IV, 2.

Christum pro me supplicate, *ut per haec instrumenta Deo hostia inueniar.*

704. COMMVNIO SVB DVABVS SPECIEBVS. REGVLA FIDEI. — Οὐχ ἥδομαι τροφῇ φθορᾶς οὐδὲ ἡδοναῖς τοῦ βίου τούτου. Ἄρτον θεοῦ θέλω, ὅ ἐστιν σὰρξ Ἰησοῦ Χριστοῦ, *τοῦ ἐκ σπέρματος Δαυίδ*, καὶ πόμα θέλω τὸ αἷμα αὐτοῦ, ὅ ἐστιν ἀγάπη ἄφθαρτος. — VII, 3.

Non delector alimento corruptibili neque uoluptatibus huius mundi. Panem Dei uolo, qui est caro Iesu Christi, *qui ex semine Dauid factus est,* et potum uolo sanguinem ipsius, qui est caritas incorruptibilis.

705. HIERARCHIA. ORATIONES PRO DIVERSIS. — Μνημονεύετε ἐν τῇ προσευχῇ ὑμῶν τῆς ἐν Συρίᾳ ἐκκλησίας, ἥτις ἀντὶ ἐμοῦ ποιμένι τῷ θεῷ χρῆται. Μόνος αὐτὴν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐπισκοπήσει καὶ ἡ ὑμῶν ἀγάπη. — IX, 1.

Memores estote in precibus uestris ecclesiae Syriae, quae mei loco Deo pastore utitur. Solus Iesus Christus illam uice episcopi reget atque uestra caritas.

EX EPISTVLA

IGNATII AD PHILADELPHENSES

706. FORMVLA. — Ἰγνάτιος, ὁ καὶ Θεοφόρος, ἐκκλησίᾳ θεοῦ πατρὸς καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ τῇ οὔσῃ ἐν Φιλαδελφίᾳ τῆς Ἀσίας, *ἠλεημένῃ καὶ ἡδρασμένῃ ἐν ὁμονοίᾳ θεοῦ καὶ ἀγαλλιωμένῃ ἐν τῷ πάθει τοῦ κυρίου ἡμῶν ἀδιακρίτως καὶ ἐν τῇ ἀναστάσει αὐτοῦ πεπληροφορημένῃ ἐν παντὶ ἐλέει, ἣν ἀσπάζομαι ἐν αἵματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἥτις ἐστὶν χαρὰ αἰώνιος καὶ παράμονος,* μάλιστα ἐὰν ἐν ἑνὶ ὦσιν σὺν τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις ἀποδεδειγμένοις ἐν γνώμῃ Ἰησοῦ Χριστοῦ, οὓς κατὰ τὸ ἴδιον θέλημα ἐστήριξεν ἐν βεβαιωσύνῃ τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ πνεύματι. — Inscript.

Ignatius, qui et Theophorus, ecclesiae Dei patris et Domini Iesu Christi, quae est Philadelphiae in Asia, *misericordiam consecutae et firmatae in concordia cum Deo et exultanti in passione Domini nostri inseparabiliter ac per resurrectionem eius plene instructae de omni misericordia, quam saluto in sanguine Iesu Christi, quae est gaudium meum sempiternum et stabile,* maxime si uniti sunt cum episcopo et presbyteris eius et diaconis iuxta sententiam Christi designatis, quos secundum propriam uoluntatem suam firmauit in stabilitate per sanctum suum spiritum.

707. EPISCOPVS. — κεκτῆσθαι τὴν διακονίαν τὴν εἰς τὸ κοινὸν ἀνήκουσαν. — I.

obtinuisse [scil.: episcopus] ministerium regendi coetum.

708. SACRIFICIVM. HIERARCHIA. — Σπουδάσατε οὖν μιᾷ εὐχαριστίᾳ χρῆσθαι· μία γὰρ σὰρξ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ ἓν ποτήριον εἰς ἕνωσιν τοῦ αἵματος αὐτοῦ, ἓν θυσιαστήριον, ὡς εἷς ἐπίσκοπος ἅμα τῷ πρεσβυτερίῳ καὶ διακόνοις, τοῖς συνδούλοις μου. — IV.

Studeatis igitur una eucharistia uti; una enim est caro Domini nostri Iesu Christi et unus calix in unitatem sanguinis ipsius, unum altare, sicut unus episcopus cum presbyterio et diaconis, conseruis meis.

709. FORMVLA. — ἀλλ' ἡ προσευχὴ ὑμῶν εἰς θεόν με ἀπαρτίσει, *ἵνα ἐν ᾧ κλήρῳ ἠλεήθην ἐπιτύχω*, προσφυγὼν

sed oratio uestra ad Deum me perficiet, *ut sorte per misericordiam mihi adsignata potiar,* confugiens ad

τῷ εὐαγγελίῳ ὡς σαρκὶ Ἰησοῦ καὶ τοῖς ἀποστόλοις ὡς πρεσβυτερίῳ ἐκκλησίας. — V.

euangelium tanquam ad corporaliter praesentem Christum et ad apostolos tanquam ad praesens ecclesiae presbyterium.

710. GRATIARVM ACTIO. — *εὐχαριστῶ δὲ τῷ θεῷ μου, ὅτι εὐσυνείδητός εἰμι ἐν ὑμῖν καὶ οὐκ ἔχει τις καυχήσασθαι οὔτε λάθρα οὔτε φανερῶς, ὅτι ἐβάρησά τινα ἐν μικρῷ ἢ ἐν μεγάλῳ.* — VI, 3.

Gratias autem ago Deo meo, quod quoad uos bona gaudeam conscientia nec possit quisquam gloriari uel secreto uel palam, a me quemquam grauatum esse aut in paruo aut in magno.

711. HIERARCHIA. — Ἐκραύγασα μεταξὺ ὢν ἐλάλουν μεγάλῃ φωνῇ, θεοῦ φωνῇ· Τῷ ἐπισκόπῳ προσέχετε καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ καὶ διακόνοις. — VII.

Clamaui inter eos, quibus loquebar, magna uoce, Dei uoce : Episcopo obedite et presbyterio et diaconis.

712. ELECTIO DIACONI. FORMVLA. — Ἐπειδὴ κατὰ τὴν προσευχὴν ὑμῶν καὶ κατὰ τὰ σπλάγχνα, ἃ ἔχετε ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ἀπηγγέλη μοι, εἰρηνεύειν τὴν ἐκκλησίαν τὴν ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας, πρέπον ἐστὶν ὑμῖν ὡς ἐκκλησίᾳ θεοῦ, χειροτονῆσαι διάκονον εἰς τὸ πρεσβεῦσαι ἐκεῖ θεοῦ πρεσβείαν, εἰς τὸ συγχαρῆναι αὐτοῖς ἐπὶ τὸ αὐτὸ γενομένοις καὶ *δοξάσαι τὸ ὄνομα.* — X.

Cum mihi nuntiatum sit, per orationem uestram et commiserationem, qua mouemini in Christo Iesu, ecclesiam Antiochenam in Syria pacem obtinuisse, decet uos ut Dei ecclesiam eligere diaconum, qui obeat ibi legationem Dei, qui cum illis in unum congregatis simul gaudeat *et glorificet nomen.*

EX EPISTVLA
IGNATII AD SMYRNAEOS

713. FORMVLAE. REGVLA FIDEI. — Ἰγνάτιος, ὁ καὶ Θεοφόρος, ἐκκλησίᾳ θεοῦ πατρὸς καὶ τοῦ ἠγαπημένου Ἰησοῦ Χριστοῦ, *ἠλεημένῃ ἐν παντὶ χαρίσματι, πεπληρωμένῃ ἐν πίστει καὶ ἀγάπῃ, ἀνυστερήτῳ οὔσῃ παντὸς χαρίσματος, θεοπρεπεστάτῃ καὶ ἁγιοφόρῳ,* τῇ οὔσῃ ἐν Σμύρνῃ τῆς Ἀσίας, *ἐν ἀμώμῳ πνεύματι καὶ λόγῳ θεοῦ* πλεῖστα χαίρειν. *Δοξάζω Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν θεὸν τὸν οὕτως ὑμᾶς σοφίσαντα· ἐνόησα γὰρ ὑμᾶς κατηρτισμένους ἐν ἀκινήτῳ πίστει, ὥσπερ καθηλωμένους ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ σαρκί τε καὶ πνεύματι καὶ ἡδρασμένους ἐν ἀγάπῃ ἐν τῷ αἵματι Χριστοῦ, πεπληροφορημένους εἰς τὸν κύριον ἡμῶν, ἀληθῶς ὄντα ἐκ γένους Δαυὶδ κατὰ σάρκα, υἱὸν θεοῦ κατὰ θέλημα καὶ δύναμιν θεοῦ, γεγενημένον ἀληθῶς ἐκ παρθένου, βεβαπτισμένον ὑπὸ Ἰωάννου, ἵνα πληρωθῇ πᾶσα δικαιοσύνη ὑπ' αὐτοῦ· ἀληθῶς ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου καὶ Ἡρώδου τετράρχου καθηλωμένον ὑπὲρ ἡμῶν ἐν σαρκί (ἀφ' οὗ καρποῦ ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ θεομακαρίστου αὐτοῦ πάθους), ἵνα ἄρῃ σύσσημον εἰς τοὺς αἰῶνας διὰ τῆς ἀναστάσεως εἰς τοὺς ἁγίους καὶ πιστοὺς αὐτοῦ, εἴτε ἐν Ἰουδαίοις εἴτε ἐν ἔθνεσιν, ἐν ἑνὶ σώματι τῆς ἐκκλησίας αὐτοῦ.*

Ταῦτα γὰρ πάντα ἔπαθεν δι' ἡμᾶς, ἵνα σωθῶμεν· καὶ ἀληθῶς ἔπαθεν, ὡς καὶ ἀληθῶς ἀνέστησεν ἑαυτόν. — Inscript., I-II.

Ignatius, qui et Theophorus, ecclesiae Dei patris et dilecti Jesu Christi, *omne donum per misericordiam consecutae, repletae fide et caritate, nulla gratia destitutae, Deo dilectissimae et sanctiferae,* quae est Smyrnae in Asia *in immaculato spiritu et in uerbo Dei* plurimam salutem.

Glorifico Jesum Christum Deum, qui uos adeo sapientes reddidit. Obseruaui enim, perfectos uos esse in fide immobili, ut clauis affixos cruci Domini Iesu Christi quoad carnem et animam et stabilitos in caritate per sanguinem Christi, plena firmaque credentes in Dominum nostrum uere oriundum ex genere Dauid secundum carnem, filium Dei secundum uoluntatem et potentiam Dei, factum uere ex uirgine, baptizatum a Ioanne, ut impleretur ab eo omnis iustitia; uere sub Pontio Pilato et Herode tetrarcha clauis confixum pro nobis in carne (ex cuius fructu nos sumus per diuine beatam passionem eius) ut per resurrectionem suam in saecula eleuet uexillum pro sanctis et fidelibus suis, siue in Iudaeis, siue in gentibus, in uno corpore Ecclesiae suae. Omnia autem haec passus est propter nos ut salutem consequeremur : et uere passus est, ut et uere seipsum resuscitauit.

714. ORATIONES PRO DIVERSIS. — μόνον δὲ προσεύχεσθαι ὑπὲρ αὐτῶν, ἐάν πως μετανοήσωσιν. — IV.

solum uero pro iis [scil. : ferae humana specie indutae] orare, num aliquam paenitentiam agant.

715. CONVENTVS. — Πρέπον οὖν ἐστὶν ἀπέχεσθαι τῶν τοιούτων καὶ μήτε κατ' ἰδίαν περὶ αὐτῶν λαλεῖν μήτε κοινῇ. — VII, 2.

Decet itaque abstinere a talibus [scil. : hereticis] neque in priuato neque in communi colloquio de illis uerba facere.

716. HIERARCHIA. DE EPISCOPO IN ECCLESIA. — Πάντες τῷ ἐπισκόπῳ ἀκολουθεῖτε, ὡς Ἰησοῦς Χριστὸς τῷ

Omnes episcopo obtemperate, ut Iesus Christus patri, et presbyterio ut apostolis; diaconos autem reuerea-

πατρί, καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ ὡς τοῖς ἀποστόλοις· τοὺς δὲ διακόνους ἐντρέπεσθε ὡς θεοῦ ἐντολήν. Μηδεὶς χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου τι πρασσέτω τῶν ἀνηκόντων εἰς τὴν ἐκκλησίαν. Ἐκείνη βεβαία εὐχαριστία ἡγείσθω, ἡ ὑπὸ ἐπίσκοπον οὖσα ἢ ᾧ ἂν αὐτὸς ἐπιτρέψῃ. Ὅπου ἂν φανῇ ὁ ἐπίσκοπος, ἐκεῖ τὸ πλῆθος ἔστω, ὥσπερ ὅπου ἂν ᾖ Χριστὸς Ἰησοῦς, ἐκεῖ ἡ καθολικὴ ἐκκλησία. Οὐκ ἐξόν ἐστιν χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου οὔτε βαπτίζειν οὔτε ἀγάπην ποιεῖν· ἀλλ' ὃ ἂν ἐκεῖνος δοκιμάσῃ, τοῦτο καὶ τῷ θεῷ εὐάρεστον, ἵνα ἀσφαλὲς ᾖ καὶ βέβαιον πᾶν, ὃ πράσσεται. — VIII.

mini ut Dei mandatum. Separatim ab episcopo nemo quidquam faciat eorum, quae ad ecclesiam spectant. Valida eucharistia habeatur illa, quae sub episcopo peragitur uel sub eo, cui ipse concesserit. Vbi comparuerit episcopus, ibi et multitudo sit, quemadmodum ubi fuerit Christus Iesus, ibi catholica est ecclesia. Non licet sine episcopo neque baptizare neque agapen celebrare; sed quodcumque ille probauerit, hoc et Deo est beneplacitum, ut firmum et ualidum sit omne, quod peragitur.

717. FORMVLA. — *Ἀμείβοι ὑμῖν θεός, δι' ὃν πάντα ὑπομένοντες αὐτοῦ τεύξεσθε.* — IX, 2.

Retribuat uobis Deus propter quem omnia sustinentes ipsum adipiscemini.

718. GRATIARVM ACTIO. — οἳ καὶ εὐχαριστοῦσιν τῷ κυρίῳ ὑπὲρ ὑμῶν, ὅτι αὐτοὺς *ἀνεπαύσατε κατὰ πάντα τρόπον.* — X.

Ii [scil. : diaconi] quoque Domino gratias agunt propter uos, *quod omnibus modis illos refeceritis.*

719. HIERARCHIA. FORMVLA SALVTATIONIS. BENEDICTIO. — Ἀσπάζομαι τὸν ἀξιόθεον ἐπίσκοπον καὶ θεοπρεπὲς πρεσβυτέριον καὶ τοὺς συνδούλους μου διακόνους καὶ τοὺς κατ' ἄνδρα καὶ κοινῇ πάντας *ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ τῇ σαρκὶ αὐτοῦ καὶ τῷ αἵματι, πάθει τε καὶ ἀναστάσει, σαρκικῇ τε καὶ πνευματικῇ ἑνότητι θεοῦ καὶ ὑμῶν. Χάρις ὑμῖν, ἔλεος, εἰρήνη, ὑπομονὴ διὰ παντός.* — XII, 2.

Saluto episcopum Deo dignum et Deo dilectum presbyterium et conseruos meos diaconos singillatimque ac in uniuersum omnes *in nomine Iesu Christi et in carne eius et sanguine, passione et resurrectione, in corporali simul et spirituali unione cum Deo ac uobiscum. Gratia uobis, misericordia, pax, patientia sit semper.*

720. VIDVAE. FORMVLA. — τὰς παρθένους τὰς λεγομένας χήρας. *Ἔρρωσθέ μοι ἐν δυνάμει πνεύματος.* — XIII.

(Saluto) uirgines uocatas uiduas. *Fortes sitis in uirtute spiritus.*

721. FORMVLA. — *Ἔρρωσθε ἐν χάριτι θεοῦ.* — XIII, 2.

Valete in gratia Dei.

EX EPISTVLA

IGNATII AD POLYCARPVM

722. PRECES PERPETVAE. — Προσευχαῖς σχόλαζε ἀδιαλείπτοις. αἰτοῦ σύνεσιν πλείονα ἧς ἔχεις· γρηγόρει ἀκοίμητον πνεῦμα κεκτημένος. Τοῖς κατ' ἄνδρα κατὰ ὁμοήθειαν θεοῦ λάλει. — I, 3.

Precibus uaca perpetuis; postula sapientiam maiorem quam habes; uigila insomnem spiritum possidens. Singulis loquere secundum consuetudinem Dei.

723. ORDO VIDVARVM. — Χῆραι μὴ ἀμελείσθωσαν· μετὰ τὸν κύριον σὺ αὐτῶν φροντιστὴς ἔσο. — IV.

Viduae ne neglegantur; post Dominum tu earum curator sis.

724. CONVENTVS. — Πυκνότερον συναγωγαὶ γινέσθωσαν· ἐξ ὀνόματος πάντας ζήτει. — IV, 2.

Crebrius conuentus fiant, nominatim omnes quaere.

725. FORMVLA. — *Πάντα εἰς τιμὴν θεοῦ γινέσθω.* — V, 2.

Omnia ad honorem Dei fiant.

726. HIERARCHIA. — Ἀντίψυχον ἐγὼ τῶν ὑποτασσομένων τῷ ἐπισκόπῳ πρεσβυτέροις, διακόνοις. — VI.

Paratus sum animam meam ponere pro iis, qui subditi sunt episcopo, presbyteris, diaconis.

727. BAPTISMA. — Τὸ βάπτισμα ὑμῶν μενέτω. — VI, 2.

Baptismus uester maneat.

728. ORATIONES PRO DIVERSIS. — ἡ ἐκκλησία ἡ ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας εἰρηνεύει·... διὰ τὴν προσευχὴν ὑμῶν. — VII.

ecclesia, quae est Antiochiae in Syria... pace fruitur per preces uestras.

729. Cvrsores. — Πρέπει, Πολύκαρπε θεομακαριστότατε, συμβούλιον ἀγαγεῖν θεοπρεπέστατον καὶ χειροτονῆσαί τινα, ὃν ἀγαπητὸν λίαν ἔχετε καὶ ἄοκνον, ὃς δυνήσεται θεοδρόμος καλεῖσθαι· τοῦτον καταξιῶσαι, ἵνα πορευθεὶς εἰς Συρίαν δοξάσῃ ὑμῶν τὴν ἄοκνον ἀγάπην εἰς δόξαν θεοῦ. — vii, 2.

Decet, Polycarpe in Deo beatissime, concilium cogere Deo decentissimum et eligere aliquem, quem ualde carum habeatis et impigrum, qui poterit diuinus cursor appellari; illumque eo dignare honore, ut in Syriam profectus impigram caritatem uestram ad Dei gloriam celebret.

730. Formvla. — *Ἐρρῶσθαι ὑμᾶς διὰ παντὸς ἐν θεῷ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ εὔχομαι, ἐν ᾧ διαμείνητε ἐν ἑνότητι θεοῦ καὶ ἐπισκοπῇ.* — viii, 3.

Opto uos semper ualere in Deo nostro Iesu Christo, per quem in Dei unitate et episcopatu permaneatis.

731. Formvla. — *Ἔρρωσθε ἐν κυρίῳ.* — viii, 3.

Valete in Domino.

EX POLYCARPI EPISTVLA

732. Formvla. — Πολύκαρπος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ πρεσβύτεροι τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ τῇ παροικούσῃ Φιλίπποις· *ἔλεος ὑμῖν καὶ εἰρήνη παρὰ θεοῦ παντοκράτορος καὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν πληθυνθείη.* — Inscript.

Polycarpus et qui cum eo presbyteri ecclesiae Dei, quae peregrinatur Philippis : *misericordia uobis et pax a Deo omnipotente et Iesu Christo saluatore nostro multiplicetur.*

733. Ordo vidvarvm. — τὰς χήρας σωφρονούσας περὶ τὴν τοῦ κυρίου πίστιν, ἐντυγχανούσας ἀδιαλείπτως περὶ πάντων, μακρὰν οὔσας πάσης διαβολῆς, καταλαλιᾶς, ψευδομαρτυρίας, φιλαργυρίας καὶ παντὸς κακοῦ· γινωσκούσας, ὅτι εἰσὶ θυσιαστήριον θεοῦ. — iv, 3.

Viduas uero doceamus esse prudentes circa fidem Domini, interpellantes sine intermissione pro omnibus, longe recedentes ab omni calumnia, detrectatione, falso testimonio, auaritia et omni malo; cognoscentes, quod altare Dei sint.

734. Diaconi. — διάκονοι ἄμεμπτοι κατενώπιον αὐτοῦ τῆς δικαιοσύνης ὡς θεοῦ καὶ Χριστοῦ διάκονοι καὶ οὐκ ἀνθρώπων. — v, 2.

Diaconi in conspectu iustitiae eius [scil. : Dei] inculpati esse debent sicut ministri Dei et Christi, non hominum.

735. « Νεώτεροι ». — Ὁμοίως καὶ νεώτεροι ἄμεμπτοι ἐν πᾶσιν, πρὸ παντὸς προνοοῦντες ἁγνείας καὶ χαλιναγωγοῦντες ἑαυτοὺς ἀπὸ παντὸς κακοῦ. — v, 3.

Simili modo et iuuenes in omnibus inculpabiles sint, ante omnia solliciti de castitate ac se ab omni malo refrenantes.

736. Hierarchia. Virgines. — Διὸ δέον ἀπέχεσθαι ἀπὸ πάντων τούτων, ὑποτασσομένους τοῖς πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις ὡς θεῷ καὶ Χριστῷ· τὰς παρθένους ἐν ἀμώμῳ καὶ ἁγνῇ συνειδήσει περιπατεῖν. — v, 3.

Quare oportet ab his omnibus abstinere, subiici autem presbyteris et diaconis tanquam Deo et Christo; uirgines uero oportet in immaculata et casta conscientia degere.

737. Presbyteri. — Καὶ οἱ πρεσβύτεροι... — vi, 1.

Et presbyteri.

738. Formvla. — Εἰ οὖν δεόμεθα τοῦ κυρίου, *ἵνα ἡμῖν ἀφῇ, ὀφείλομεν καὶ ἡμεῖς ἀφιέναι.* — vi, 2.

Si ergo deprecamur Dominum, *ut nobis dimittat, debemus et nos dimittere.*

739. Vigiliae. Ieivnivm. Formvla. — ἐπὶ τὸν ἐξ ἀρχῆς ἡμῖν παραδοθέντα λόγον ἐπιστρέψωμεν, νήφοντες πρὸς τὰς εὐχὰς καὶ προσκαρτεροῦντες νηστείαις, δεήσεσιν αἰτούμενοι τὸν παντεπόπτην θεὸν *μὴ εἰσενεγκεῖν ἡμᾶς εἰς πειρασμόν.* — vii, 2.

ad traditam nobis ab initio doctrinam reuertamur, uigilantes in orationibus et perseuerantes in ieiuniis, precibus rogantes omnium conspectorem Deum, *ne nos inducat in tentationem..*

740. Formvla. Orationes pro diversis. — *Ὁ δὲ θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ αὐτὸς ὁ αἰώνιος ἀρχιερεύς, θεὸς Ἰησοῦς Χριστός, οἰκοδομήσαι ὑμᾶς ἐν πίστει καὶ ἀληθείᾳ καὶ ἐν πάσῃ πραότητι καὶ ἐν πάσῃ ἀοργησίᾳ καὶ ἐν ὑπομονῇ καὶ μακροθυμίᾳ καὶ προσκαρτερήσει καὶ ἁγνείᾳ, καὶ δῴη ὑμῖν κλῆρον καὶ μερίδα μετὰ τῶν ἁγίων αὐτοῦ καὶ ἡμῖν μεθ' ὑμῶν καὶ πᾶσιν τοῖς ὑπὸ τὸν οὐρανόν, οἵτινες μέλλουσιν πιστεύειν εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χρι-*

Deus autem et pater Domini nostri Iesu Christi, et ipse sempiternus pontifex, Dei filius Iesus Christus, aedificet uos in fide et ueritate et in omni mansuetudine et sine iracundia et in patientia et in longanimitate et tolerantia et castitate; et det uobis sortem et partem inter sanctos suos et nobis uobiscum et omnibus, qui sunt sub coelo, qui credituri sunt in Dominum nostrum Iesum Christum et in ipsius patrem, qui resuscitauit eum a mortuis. Pro omnibus Sanctis orate. Orate etiam

στὸν καὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ τὸν ἐγείραντα αὐτὸν ἐκ νεκρῶν. Ὑπὲρ πάντων τῶν ἁγίων προσεύχεσθε. Προσεύχεσθε καὶ *ὑπὲρ βασιλέων* καὶ *ἐξιουσιῶν* καὶ *ἀρχόντων* καὶ *ὑπὲρ τῶν διωκόντων* καὶ *μισούντων ὑμᾶς* καὶ *ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν τοῦ σταυροῦ*. — XII, 2-3.

pro regibus et *potestatibus* et *principibus* atque *pro persequentibus* et *odientibus* uos et *pro inimicis crucis.*

741. Formvla. — *Ἔρρωσθε ἐν τῷ κυρίῳ Ἰησοῦ Χριστῷ, καὶ ἡ χάρις αὐτοῦ μετὰ πάντων τῶν ὑμετέρων. Ἀμήν.* — XIV.

Incolumes estote in Domino Iesu Christo et gratia ipsius cum omnibus uestris. Amen.

EX EPISTVLA AD DIOGNETVM

742. Mensa evcharistica. — Τράπεζαν κοινὴν παρατίθενται. — V, 7.

Mensam communem habent [scil. : christiani].

743. Ministerivm verbi. — ἀποστόλων γενόμενος μαθητὴς γίνομαι διδάσκαλος ἐθνῶν· τὰ παραδοθέντα ἀξίως ὑπηρετῶ γινομένοις ἀληθείας μαθηταῖς. — XI, 1.

apostolorum factus discipulus fio doctor gentium : quae mihi tradita sunt, digne subministro iis, qui discipuli fiunt ueritatis.

744. Formvla cvm doxologia. — *Οὗ ξύλον φέρων καὶ καρπὸν αἱρῶν τρυγήσεις ἀεὶ τὰ παρὰ θεῷ ποθούμενα, ὧν ὄφις οὐχ ἅπτεται οὐδὲ πλάνη συγχρωτίζεται· οὐδὲ Εὕα φθείρεται, ἀλλὰ παρθένος πιστεύεται· καὶ σωτήριον δείκνυται, καὶ ἀπόστολοι συνετίζονται, καὶ τὸ κυρίου πάσχα προέρχεται, καὶ χοροὶ συνάγονται καὶ μετὰ κόσμου ἁρμόζονται, καὶ διδάσκων ἁγίους ὁ λόγος εὐφραίνεται, δι' οὗ πατὴρ δοξάζεται· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.* — XII, 8-9.

Cuius arborem ferens et fructum adipiscens semper metes, quae apud Deum desiderantur, quae serpens non attrectat neque fraus attingit; neque Eua tunc corrumpitur, sed uirgo creditur; et salus apparet, et apostoli sapientia replebuntur, et Domini pascha aduenit, et chori congregantur et decenter ordinantur, et uerbum sanctos docens laetatur, per quod pater glorificatur; cui sit gloria in saecula. Amen.

EX HERMAE PASTORE

745. Genvflexio. Confessio peccatorvm. — Διαβὰς οὖν τὸν ποταμὸν ἐκεῖνον ἦλθον εἰς τὰ ὁμαλὰ καὶ τιθῶ τὰ γόνατα καὶ ἠρξάμην προσεύχεσθαι τῷ κυρίῳ καὶ ἐξομολογεῖσθαί μου τὰς ἁμαρτίας. — Vis. I, c. 1, 3.

Cum ergo flumen illud transiissem, ueni in planum et posui genua et coepi orare Dominum et confiteri peccata mea.

746. Orare post peccata. — προσεύχου πρὸς τὸν θεόν, καὶ ἰάσεται τὰ ἁμαρτήματά σου καὶ ὅλου τοῦ οἴκου σου καὶ πάντων τῶν ἁγίων. — Vis. I, c. 1, 9.

Ora ad Dominum, et sanabit peccata tua et totius domus tuae et omnium sanctorum.

747. Mvlier sedens svper cathedram. — βλέπω κατέναντί μου καθέδραν λευκὴν ἐξ ἐρίων χιονίνων γεγονυῖαν μεγάλην· καὶ ἦλθεν γυνὴ πρεσβῦτις ἐν ἱματισμῷ λαμπροτάτῳ, ἔχουσα βιβλίον εἰς τὰς χεῖρας, καὶ ἐκάθισεν μόνη. — Vis. I, c. 2, 2.

Video coram me cathedram candidam de lanis niueis factam magnam; et uenit mulier anus in ueste splendidissima, habens librum in manibus, ac sedit sola.

748. Lavdes Domini. — λέγει μοι· Θέλεις ἀκοῦσαί μου ἀναγινωσκούσης; Λέγω κἀγώ· Θέλω, κυρία. Λέγει μοι· Γενοῦ ἀκροατὴς καὶ ἄκουε τὰς δόξας τοῦ θεοῦ. Ἤκουσα μεγάλως καὶ θαυμαστῶς, ὃ οὐκ ἴσχυσα μνημονεῦσαι· πάντα γὰρ τὰ ῥήματα ἔκφρικτα, ἃ οὐ δύναται ἄνθρωπος βαστάσαι. Τὰ οὖν ἔσχατα ῥήματα ἐμνημόνευσα· ἦν γὰρ ἡμῖν συμφορὰ καὶ ἥμερα· Ἰδοὺ ὁ θεὸς τῶν δυνάμεων, ὁ ἀοράτῳ δυνάμει καὶ κραταιᾷ καὶ τῇ μεγάλῃ συνέσει αὐτοῦ κτίσας τὸν κόσμον καὶ τῇ ἐνδόξῳ βουλῇ περιθεὶς τὴν εὐπρέπειαν τῇ κτίσει αὐτοῦ καὶ τῷ ἰσχυρῷ ῥήματι πήξας τὸν οὐρανὸν καὶ θεμελιώσας τὴν γῆν ἐπὶ ὑδάτων καὶ τῇ ἰδίᾳ σοφίᾳ καὶ προνοίᾳ κτίσας τὴν ἁγίαν ἐκκλησίαν αὐτοῦ, ἣν καὶ ηὐλόγησεν, ἰδοὺ μεθιστάνει

dicit mihi [scil. : mulier] : Vis audire me legentem? Et ego respondeo : Volo, domina. Dicit mihi : Esto audiens et percipe laudes Domini. Audiui magnifice et mirifice, quae non poteram retinere in memoria; omnia enim uerba terribilia, quae homo non potest sustinere. Nouissima ergo uerba tenui; erant enim nobis consentanea et mansueta : Ecce Deus uirtutum, qui uirtute inuisibili et potenti et magna intellegentia sua condidit mundum et glorifico consilio circumdedit decorem creaturae suae et forti uerbo confixit coelum et fundauit terram super aquas et propria sapientia ac prouidentia condidit sanctam ecclesiam suam, quam et benedixit, ecce, transfert coelos et montes et colles et

τοὺς οὐρανοὺς καὶ τὰ ὄρη καὶ τοὺς βουνοὺς καὶ τὰς θαλάσσας, καὶ πάντα ὁμαλὰ γίνεται τοῖς ἐκλεκτοῖς αὐτοῦ, ἵνα ἀποδῷ αὐτοῖς τὴν ἐπαγγελίαν, ἣν ἐπηγγείλατο μετὰ πολλῆς δόξης καὶ χαρᾶς, ἐὰν τηρήσωσιν τὰ νόμιμα τοῦ θεοῦ, ἃ παρέλαβον ἐν μεγάλῃ πίστει. — Vis. I, c. 3, 3.

maria, et omnia plana fiunt electis eius, ut reddat iis promissionem, quam promisit cum multa gloria et gaudio si seruauerint legitima Dei, quae acceperunt in magna fide.

749. CAERIMONIAE. — Ὅτε οὖν ἐτέλεσεν ἀναγινώσκουσα καὶ ἠγέρθη ἀπὸ τῆς καθέδρας, ἦλθαν τέσσαρες νεανίαι καὶ ἦραν τὴν καθέδραν καὶ ἀπῆλθον πρὸς τὴν ἀνατολήν. — Vis. I, c. 4, 1.

Cum igitur finiisset legens atque exsurrexisset de cathedra, uenerunt quattuor iuuenes et tulerunt cathedram et abierunt ad orientem.

750. ID. — Λαλούσης αὐτῆς μετ' ἐμοῦ δύο τινὲς ἄνδρες ἐφάνησαν καὶ ἦραν αὐτὴν τῶν ἀγκώνων καὶ ἀπῆλθαν, ὅπου καὶ ἡ καθέδρα, πρὸς τὴν ἀνατολήν. — Vis. I, c. 4, 3.

Cum loqueretur mecum [scil. : mulier], duo quidam uiri apparuerunt et sustulerunt eam manibus et abierunt, ubi et cathedra, ad orientem.

751. GENVFLEXIO. FORMVLA. — τιθῶ τὰ γόνατα καὶ ἠρξάμην *προσεύχεσθαι τῷ κυρίῳ* καὶ *δοξάζειν αὐτοῦ τὸ ὄνομα*. — Vis. II, c. 1, 2.

pono genua ac coepi *orare Dominum* et *glorificare nomen eius*.

752. IEIVNIVM. — Μετὰ δὲ δέκα καὶ πέντε ἡμέρας νηστεύσαντός μου καὶ πολλὰ ἐρωτήσαντος τὸν κύριον. — Vis. II, c. 2, 1.

Post quindecim autem dies cum ieiunassem multumque Dominum rogassem.

753. Ἡγουμένοι. — Ἐρεῖς οὖν τοῖς προηγουμένοις τῆς ἐκκλησίας. — Vis. II, c. 2, 6.

Dices igitur praepositis ecclesiae.

754. DE PRESBYTERIS. — Γραπτὴ δὲ νουθετήσει τὰς χήρας καὶ τοὺς ὀρφανούς. Σὺ δὲ ἀναγνώσῃ εἰς ταύτην τὴν πόλιν μετὰ τῶν πρεσβυτέρων τῶν προϊσταμένων τῆς ἐκκλησίας. — Vis. II, c. 4, 3.

Grapte autem monebit uiduas et orphanos. Tu autem leges in ista ciuitate cum presbyteris, qui praesunt ecclesiae.

755. IEIVNIVM. FORMVLA. — Νηστεύσας πολλάκις καὶ δεηθεὶς τοῦ κυρίου, *ἵνα μοι φανερώσῃ τὴν ἀποκάλυψιν, ἥν μοι ἐπηγγείλατο δεῖξαι*. — Vis. III, c. 1, 2.

Cum ieiunassem frequenter et rogassem Dominum *ut mihi manifestaret reuelationem, quam mihi promiserat se ostensurum esse.*

756. SVBSELLIVM. CONFESSIO PECCATORVM. CAERIMONIAE. — Ἐγενόμην οὖν, ἀδελφοί, εἰς τὸν ἀγρὸν καὶ συνεψήφισα τὰς ὥρας καὶ ἦλθον εἰς τὸν τόπον, ὅπου διεταξάμην αὐτῇ ἐλθεῖν, καὶ βλέπω συμψέλλιον κείμενον ἐλεφάντινον, καὶ ἐπὶ τοῦ συμψελλίου ἔκειτο κερβικάριον λινοῦν καὶ ἐπάνω λέντιον ἐξηπλωμένον λινοῦν καρπάσινον. Ἰδὼν ταῦτα κείμενα καὶ μηδένα ὄντα ἐν τῷ τόπῳ ἔκθαμβος ἐγενόμην, καὶ ὡσεὶ τρόμος με ἔλαβεν καὶ αἱ τρίχες μου ὀρθαί· καὶ ὡσεὶ φρίκη μοι προσῆλθεν μόνου μου ὄντος. Ἐν ἐμαυτῷ οὖν γενόμενος καὶ μνησθεὶς τῆς δόξης τοῦ θεοῦ καὶ λαβὼν θάρσος, θεὶς τὰ γόνατα ἐξωμολογούμην τῷ κυρίῳ πάλιν τὰς ἁμαρτίας μου ὡς καὶ πρότερον. Ἡ δὲ ἦλθεν μετὰ νεανίσκων ἕξ, οὓς καὶ πρότερον ἑωράκειν, καὶ ἐπεστάθη μοι καὶ κατηκροᾶτο προσευχομένου [μου] καὶ ἐξομολογουμένου τῷ κυρίῳ τὰς ἁμαρτίας μου. Καὶ ἁψαμένη μου λέγει· Ἑρμᾶ, παῦσαι περὶ τῶν ἁμαρτιῶν σου πάντα ἐρωτῶν· ἐρώτα καὶ περὶ δικαιοσύνης, ἵνα λάβῃς μέρος τι ἐξαυτῆς εἰς τὸν οἶκόν σου. Καὶ ἐξεγείρει με τῆς χειρὸς καὶ ἄγει με πρὸς τὸ συμψέλλιον καὶ λέγει τοῖς νεανίσκοις· Ὑπάγετε καὶ οἰκοδομεῖτε. Καὶ μετὰ τὸ ἀναχωρῆσαι τοὺς νεανίσκους καὶ μόνων ἡμῶν γεγονότων λέγει μοι· Κάθισον ὧδε· Λέγω αὐτῇ· Κυρία, ἄφες τοὺς πρεσβυτέρους πρῶτον καθίσαι. Ὅ σοι λέγω, φησίν, κάθισον. Θέλοντος οὖν μου καθίσαι εἰς τὰ δεξιὰ μέρη οὐκ εἴασέν με, ἀλλ' ἐννεύει μοι τῇ χειρί, ἵνα εἰς τὰ ἀριστερὰ μέρη καθίσω. — Vis. III, 1, 4 sqq.

Itaque, fratres, contuli me in agrum et computaui horas et ueni in locum, ubi constitueram ei me esse uenturum, et uideo subsellium positum eburneum, et super subsellium positum erat ceruical lineum et supra linteum expansum lineum carbasinum. Quae cum uidissem posita et neminem in loco praesentem, stupefactus sum et quasi tremor me comprehendit, et capilli mei steterunt; et ueluti horror mihi accessit, cum essem solus. Ad me igitur cum reuersus fuissem ac meminissem gloriae Dei et sumpsissem audaciam, positis genibus confitebar Domino iterum peccata mea sicut et ante. Illa autem uenit cum sex iuuenibus quos et ante uideram, et adstitit post me et audiebat me orantem et confitentem Domino peccata mea. Et tangens me dicit : Herma, desine ob peccata tua semper rogare : roga etiam iustitiam, ut confestim accipias partem aliquam in domo tua. Et erigit me manu et ducit me ad subsellium et dicit iuuenibus : Ite et aedificate. Et cum recessissent iuuenes et nos soli facti essemus, dicit mihi : Sede hic. Dico ei : Domina, sine presbyteros prius sedere. Quod tibi dico, inquit, sede. Cum igitur sedere uellem ad dexteram partem, non permisit mihi, sed manu adnuit mihi, ut ad sinistram partem sedeam.

757. FORMVLA. — πεσὼν δὲ αὐτῆς πρὸς τοὺς πόδας ἠρώτησα αὐτὴν *κατὰ τοῦ κυρίου*. — Vis. III, c. 2, 3.

cadens autem ad pedes eius [scil. : mulieris] *rogaui* eam *per Dominum*.

758. FORMVLA. — *ἵνα δοξασθῇ τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ*. — Vis. III, c. 4, 3.

ut glorificetur nomen Dei (tibi reuelatae sunt [haec]).

759. HIERARCHIA. — οὗτοί εἰσιν οἱ ἀπόστολοι καὶ ἐπίσκοποι καὶ διδάσκαλοι καὶ διάκονοι οἱ πορευθέντες κατὰ τὴν σεμνότητα τοῦ θεοῦ καὶ ἐπισκοπήσαντες καὶ διδάξαντες καὶ διακονήσαντες ἁγνῶς καὶ σεμνῶς τοῖς ἐκλεκτοῖς τοῦ θεοῦ. — Vis. III, c. 5, 1.

hi sunt apostoli et episcopi et doctores et diaconi, qui ambulauerunt in sanctitate Dei et episcopatum gesserunt et docuerunt et ministrauerunt caste et sancte electis Dei.

760. FORMVLA BAPTISMI. — Οὗτοί εἰσιν οἱ τὸν λόγον ἀκούσαντες καὶ θέλοντες *βαπτισθῆναι εἰς τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου*. — Vis. III, c. 7, 3.

hi sunt qui uerbum audierunt et uolunt *baptizari in nomine Domini*.

761. DEPRECATIO. — *ἀξιῶ τὸν κύριον, ἵνα τὰς ἀποκαλύψεις καὶ τὰ ὁράματα, ἅ μοι ἔδειξεν διὰ τῆς ἁγίας Ἐκκλησίας αὐτοῦ τελειώσῃ, ἵνα με ἰσχυροποιήσῃ καὶ δῷ τὴν μετάνοιαν τοῖς δούλοις αὐτοῦ τοῖς ἐσκανδαλισμένοις ἵνα δοξασθῇ τὸ ὄνομα αὐτοῦ τὸ μέγα καὶ ἔνδοξον*. — Vis. IV, c. 1-3.

rogo Dominum, ut reuelationes ac uisiones, quas mihi ostendit per sanctam ecclesiam suam, perficiat, ut me confortet ac det paenitentiam seruis, qui peccauerunt ut glorificetur nomen ipsius magnum et gloriosum.

762. VESTES. — ὑπαντᾷ μοι παρθένος κεκοσμημένη ὡς ἐκ νυμφῶνος ἐκπορευομένη, ὅλη ἐν λευκοῖς καὶ ὑποδήμασιν λευκοῖς, κατακεκαλυμμένη ἕως τοῦ μετώπου, ἐν μίτρᾳ δὲ ἦν ἡ κατακάλυψις αὐτῆς· εἶχεν δὲ τὰς τρίχας αὐτῆς λευκάς. — Vis. IV, c. 2, 1.

occurrit mihi uirgo ornata quasi de thalamo procedens, tota in albis et calceamentis albis, uelata usque ad frontem et in mitra erat uelamentum eius, habebat autem capillos albos.

763. ORATIONES. — Προσευξαμένου μου ἐν τῷ οἴκῳ καὶ καθίσαντος εἰς τὴν κλίνην. — Vis. V, n° 1.

Cum orassem domi et consedissem super lectum.

764. REGVLA FIDEI. — *Πρῶτον πάντων πίστευσον, ὅτι εἷς ἐστὶν ὁ θεός, ὁ τὰ πάντα κτίσας καὶ καταρτίσας καὶ ποιήσας ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα καὶ πάντα χωρῶν, μόνος δὲ ἀχώρητος ὤν*. — Mand. I, 1.

Primum omnium crede, unum esse Deum, qui omnia creauit et consummauit, et ex nihilo fecit omnia, ut sint, et omnia capit, solus autem incapabilis est.

765. PAENITENTIA. — τοῖς γὰρ δούλοις τοῦ θεοῦ μετάνοιά ἐστιν μία. — Mand. IV, 1-8.

Seruis enim Dei paenitentia una est.

766. PAENITENTIA. BAPTISMATIS RITVS. — Ἤκουσα... παρά τινων διδασκάλων, ὅτι ἑτέρα μετάνοια οὐκ ἔστιν εἰ μὴ ἐκείνη, ὅτε εἰς ὕδωρ κατέβημεν καὶ ἐλάβομεν ἄφεσιν ἁμαρτιῶν ἡμῶν τῶν προτέρων. Λέγει μοι· Καλῶς ἤκουσας· οὕτω γὰρ ἔχει. — Mand. IV, 3, 1-2.

Audiui... a quibusdam doctoribus, aliam paenitentiam non esse nisi illam, cum in aquam descendimus et accepimus remissionem peccatorum nostrorum priorum. Dicit mihi : Recte audisti; sic enim res se habet.

767. DE VIRTVTE ORATIONIS. — Πάντοτε γὰρ λυπηροῦ ἀνδρὸς ἡ ἔντευξις οὐκ ἔχει δύναμιν τοῦ ἀναβῆναι ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον τοῦ θεοῦ. — Mand. X, 3, 2.

Nunquam enim oratio uiri tristis habet uim ut ascendat ad altare Dei.

768. CONVENTVS. — Ἔδειξέ μοι ἐπὶ συμψελλίου καθημένους ἀνθρώπους καὶ ἕτερον ἄνθρωπον καθήμενον ἐπὶ καθέδραν... Οὗτοι, πιστοί εἰσι καὶ ὁ καθήμενος ἐπὶ τὴν καθέδραν ψευδοπροφήτης ἐστίν. — Mand. XI, n° 1.

Ostendit mihi homines super subsellium sedentes et alium hominem sedentem in cathedra... Hi fideles sunt, et qui in cathedra sedet, pseudopropheta est.

769. DONA SPIRITVALIA. — Ὅταν οὖν ἔλθῃ ὁ ἄνθρωπος ὁ ἔχων τὸ πνεῦμα τὸ θεῖον εἰς συναγωγὴν ἀνδρῶν δικαίων

Cum igitur homo spiritum diuinum habens uenerit in ecclesiam uirorum iustorum fidem spiritus diuini

τῶν ἐχόντων πίστιν θείου πνεύματος καὶ ἔντευξις γένηται πρὸς τὸν θεὸν τῆς συναγωγῆς τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων, τότε ὁ ἄγγελος τοῦ προφητικοῦ πνεύματος ὁ κείμενος πρὸς αὐτὸν πληροῖ τὸν ἄνθρωπον, καὶ πληρωθεὶς ὁ ἄνθρωπος τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ λαλεῖ εἰς τὸ πλῆθος καθὼς ὁ κύριος βούλεται. — Mand. xi, 9.

habentium et oratio fit ad Dominum ecclesiae uirorum illorum, tum angelus spiritus prophetici, qui adstat illi, implet hominem, et impletus spiritu sancto homo loquitur ad multitudinem, sicut Dominus uult.

770. Angelvs. — ὁ ἄγγελος τῆς μετανοίας. — Mand. xii, 6, 1.

angelus paenitentiae.

771. Formvla gratiarvm actionis pro beneficio. — ὁ πένης δὲ ἐπιχορηγούμενος ὑπὸ τοῦ πλουσίου ἐντυγχάνει αὐτῷ, *τῷ θεῷ εὐχαριστῶν περὶ τοῦ διδόντος αὐτῷ.* — Simil. ii, 6.

pauper autem a diuite subleuatus interpellat pro eo, *Deo gratias agens de illo, qui tribuit ipsi.*

772. Ieivnivm. Formvla. — Νηστεύων καὶ καθήμενος εἰς ὄρος τι καὶ *εὐχαριστῶν τῷ κυρίῳ περὶ πάντων ὧν ἐποίησε μετ' ἐμοῦ*, βλέπω τὸν ποιμένα παρακαθήμενόν μοι καὶ λέγοντα· Τί ὀρθρινὸς ὧδε ἐλήλυθας; Ὅτι, φημί, κύριε, στατίωνα ἔχω. Τί, φησίν, ἐστι στατίων; Νηστεύω, φημί, κύριε. — Simil. v, 1.

Ieiunans et sedens in monte quodam et *Domino gratias agens pro omnibus, quae fecit mihi,* uideo pastorem sedentem iuxta me et dicentem : Quid tam mane huc uenisti? Quia, inquam, domine, stationem habeo. Quid est, inquit, statio? Ieiuno, inquam, domine.

773. Ieivnivm. — ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ᾗ νηστεύεις μηδὲν γεύσῃ εἰ μὴ ἄρτον καὶ ὕδωρ, καὶ ἐκ τῶν ἐδεσμάτων σου ὧν ἔμελλες τρώγειν συμψηφίσας τὴν προσότητα τῆς δαπάνης ἐκείνης τῆς ἡμέρας ἧς ἔμελλες ποιεῖν, δώσεις αὐτὸ χήρᾳ ἢ ὀρφανῷ ἢ ὑστερουμένῳ, καὶ οὕτω ταπεινοφρονήσεις, ἵν' ἐκ τῆς ταπεινοφροσύνης σου ὁ εἰληφὼς ἐμπλήσῃ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν καὶ εὔξηται ὑπὲρ σοῦ πρὸς τὸν κύριον. — Simil. v, c. 3, 7.

in illo die, quo ieiunabis, ne gustes quidquam nisi panem et aquam, et de cibis tuis, quos comesturus eras, computata quantitate sumptus diei illius, quam facturus eras, dabis illud uiduae aut orphano aut inopi, et sic te humiliabis, ut qui de humilitate tua accepit, impleat animam suam et oret pro te ad Dominum.

774. Formvla. — *ὁ κύριος ὁ παντοκράτωρ.* — Simil. v, c. 7, 4.

Deus omnipotens.

775. Formvla. — Καθήμενος ἐν τῷ οἴκῳ μου καὶ *δοξάζων τὸν κύριον περὶ πάντων ὧν ἑωράκειν.* — Simil. vi, c. 1, 1.

Cum sederem in domo mea ac *glorificarem Dominum de omnibus, quae uideram.*

776. Vestes. — Καὶ μετὰ ἡμέρας ὀλίγας ἤλθομεν εἰς τὸν τόπον, καὶ ἐκάθισεν ὁ ποιμὴν εἰς τὸν τόπον τοῦ ἀγγέλου κἀγὼ παρεστάθην αὐτῷ. Καὶ λέγει μοι· Περίζωσαι ὠμόλινον [καὶ διακόνει μοι. Περιεζωσάμεν ὠμόλινον] ἐκ σάκκου γεγονὸς καθαρόν. — Simil. viii, c. 4, 1.

Et paucos post dies uenimus in locum, et consedit pastor in loco angeli, et ego constiti iuxta eum. Et dicit mihi : Praecinge te sabano et ministra mihi. Praecinxi me sabano mundo, quod e sacco factum fuerat.

777. Conventvs virginvm. — Ἔστρωσαν δὲ αἱ παρθένοι τοὺς λινοῦς χιτῶνας ἑαυτῶν χαμαὶ καὶ ἐμὲ ἀνέκλιναν εἰς τὸ μέσον αὐτῶν, καὶ οὐδὲν ὅλως ἐποίουν εἰ μὴ προσηύχοντο· κἀγὼ μετ' αὐτῶν ἀδιαλείπτως προσηυχόμην καὶ οὐχ ἔλασσον ἐκείνων. Καὶ ἔχαιρον αἱ παρθένοι οὕτω μου προσευχομένου. Καὶ ἔμεινα ἐκεῖ μέχρι τῆς αὔριον ἕως ὥρας δευτέρας μετὰ τῶν παρθένων. — Simil. ix, c. 11, 7.

Strauerunt autem uirgines in terra tunicas suas lineas et me in medio collocauerunt, nec omnino quidquam faciebant nisi quod orabant; et ego cum iis sine intermissione orabam neque minus quam illae. Et gaudebant uirgines, quod sic orabam. Et mansi ibi cum uirginibus usque ad diem posterum ad horam secundam.

778. Formvla. — Ἐπὶ τούτοις πᾶσιν *ηὐχαρίστησα τῷ κυρίῳ, ὅτι ἐσπλαγχνίσθη ἐπὶ πᾶσι τοῖς ἐπικαλουμένοις τῷ ὀνόματι αὐτοῦ καὶ ἐξαπέστειλε τὸν ἄγγελον τῆς μετανοίας εἰς ἡμᾶς τοὺς ἁμαρτήσαντας εἰς αὐτὸν καὶ ἀνεκαίνισεν ἡμῶν τὸ πνεῦμα καὶ ἤδη κατεφθαρμένων ἡμῶν καὶ μὴ ἐχόντον ἐλπίδα τοῦ ζῆν ἀνενέωσε τὴν ζωὴν ἡμῶν.* — Simil. ix, c. 14, 3.

Ad haec omnia *gratias egi Domino, quia misertus est omnium, in quos inuocatum est nomen eius, misitque angelum paenitentiae ad nos, qui peccauimus in eum, et renouauit spiritum nostrum et, cum iam essemus corrupti, neque haberemus spem uiuendi, redintegrauit uitam nostram.*

779. RITVS BAPTISMI. — Ἀνάγκην, φησίν, εἶχον δι' ὕδατος ἀναβῆναι, ἵνα ζωοποιηθῶσιν· οὐκ ἠδύναντο γὰρ ἄλλως εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ, εἰ μὴ τὴν νέκρωσιν ἀπέθεντο τῆς ζωῆς αὐτῶν [τῆς προτέρας]. Ἔλαβον οὖν καὶ οὗτοι οἱ κεκοιμημένοι τὴν σφραγῖδα τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ [καὶ εἰσῆλθον εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ] πρὶν γάρ, φησί, φορέσαι τὸν ἄνθρωπον τὸ ὄνομα [τοῦ υἱοῦ] τοῦ θεοῦ, νεκρός ἐστιν· ὅταν δὲ λάβῃ τὴν σφραγῖδα, ἀποτίθεται τὴν νέκρωσιν καὶ ἀναλαμβάνει τὴν ζωήν. Ἡ σφραγὶς οὖν τὸ ὕδωρ ἐστίν· εἰς τὸ ὕδωρ οὖν καταβαίνουσι νεκροὶ καὶ ἀναβαίνουσι ζῶντες. — Simil. IX, c. 16, 2-4.

Necesse habuerunt, inquit, per aquam adscendere, ut uitam consequerentur; aliter enim non poterant intrare in regnum Dei, nisi mortalitatem deposuerint uitae suae prioris. Acceperunt ergo et isti, qui dormierunt, sigillum filii Dei et intrauerunt in regnum Dei; priusquam enim, inquit, homo nomen filii Dei portauerit, mortuus est; cum autem acceperit sigillum, deponit mortalitatem et resumit uitam. Sigillum ergo est aqua; in aquam igitur descendunt mortui et adscendunt uiui.

780. FORMVLA. — Εἰ *ὁ θεὸς καὶ ὁ κύριος ἡμῶν ὁ πάντων κυριεύων καὶ ἔχων πάσης τῆς κτίσεως αὐτοῦ τὴν ἐξουσίαν*. — Simil. IX, c. 23, 4.

Si *Deus ac Dominus noster, qui omnium dominatur et habet potestatem uniuersae creaturae suae.*

781. HIERARCHIA. — ἀπόστολοι καὶ διδάσκαλοι. — Simil. IX, c. 25, 2.

apostoli et doctores.

782. EPISCOPI. VIDVAE. — οἱ δὲ ἐπίσκοποι πάντοτε τοὺς ὑστερημένους καὶ τὰς χήρας τῇ διακονίᾳ ἑαυτῶν ἀδιαλείπτως ἐσκέπασαν καὶ ἁγνῶς ἀνεστράφησαν πάντοτε. — Simil. IX, c. 27, 2.

episcopi autem semper in opes ac uiduas ministerio suo adsidue protexerunt casteque perpetuo conuersati sunt.

783. FORMVLA. — *Glorifica mansuetudinem eius* [scil.: Dei] *et iustitiam.* — Simil. X, c. 1, 3.

784. FORMVLA. — *in saecula saeculorum. Amen.* — Simil. X, c. 4, 5.

« PRESBYTER » IRENAEI

785. EXOMOLOGESIS. — psalmum exhomologeseos psallebat [i. e. Ps. L]. — IV, 28.

EX PAPIAE FRAGMENTIS

786. SENIORES. — Εἰ δέ που καὶ παρηκολουθηκώς τις τοῖς πρεσβυτέροις ἔλθοι, τοὺς τῶν πρεσβυτέρων ἀνέκρινον. — II, 4.

Quod si quis aduenit interdum, qui cum senioribus uersatus fuisset, dicta seniorum exquirebam.

787. PAROCHIA (?). EPISCOPVS. — Παπίας τῆς ἐν Ἱεραπόλει παροικίας καὶ αὐτὸς ἐπίσκοπους. — XII.

Papias, parochiae Hierapolitanae et ipse episcopus.

ARISTO PELLAE

[*Celsus quidam in praefat. uersionis deperditae huius operis Aristonis.* Patr. Gr., t. V, col. 1285-6].

788. DE REGVLA FIDEI. SIGNACVLVM. — Papiscus ad intellectum ueritatis admissus et ad timorem Domini ipso Domino miserante formatus, et *in Iesum Christum Filium Dei credidit,* et ut signaculum sumeret, deprecatus Iasonem postulauit.

EX ALTERCATIONE IASONIS ET PAPISCI

788bis. Oratio. — Tunc tantum ut nostri memineris petimus, et oramus, cum pudice allectionis Domini probata atque immaculata hostia, ante Christi tribunal adstiteris, cum gloria gratiae Dei, proemium deuotae mentis ac remunerationem acceperis; memoriae haereat, et tenaciter in sensibus tuis maneat, quam nobis impertire dignare, dilectio caritatis; ut orationibus tuis peccata nostra ueniam consequantur, ut meritis iustitiae tuae, uitae nostrae delicta purgentur. Etenim martyrii instar esse confido, peccatorem iusti petitione meruisse saluari : ut et, cum ipse promereri quid precibus tuis minus possis, martyris meritis libereris. Sic Iob iustus pro amicorum trium peccatis a Deo rogaturus et impetraturus ostenditur, et probatio timoris eius et fidei Domini uoce teste signatur. Cum ergo in die liberationis tuae, carissime, repraesentare te Christi uultibus coeperis; cum in aeternitatem perpetuitatemque uidendi regnare cum Christo felici sorte successeris : pro Domini misericordia in mente iam habe puerum tuum Celsum, sanctissime. — x.

ARISTIDIS APOLOGIA

789. Regvla fidei. — Credimus in unum Deum omnipotentem, factorem coeli et terrae, et in Iesum Christum filium eius. . . . . natum ex Maria Virgine. . . . . qui transfixus est a Iudaeis, mortuus et sepultus est; tertia die resurrexit, adscendit in coelum . . . . et uenturus est breui iudicare. — (Passim).

(Sic restituit Robinson e syr. uers. [*Texts and Studies* I, i, 25].)

790. Gratiarvm actiones quotidie de omnibvs. — Vnoquoque mane et unaquaque diei hora, propter Dei bonitatem erga eos, hi laudant et glorificant Eum, et gratias Illi agunt propter id quod manducant aut bibunt. — xv.

(E syriac. translat. [loc. cit.].)

791. Doxologia. — Ἐγώ, βασιλεῦ, προνοίᾳ θεοῦ ἦλθον εἰς τὸν κόσμον· καὶ θεωρήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γὴν καὶ τὴν θάλασσαν, ἥλιόν τε καὶ σελήνην καὶ τὰ λοιπά, ἐθαύμασα τὴν διακόσμησιν τούτων. — 1.

Ego, rex, prouidentia Dei in mundum ueni et uidi coelum et terram et mare, solem et lunam et cetera, et miratus sum ordinationem eorum.

792. Regvla fidei. — *οὗτος δὲ [ὁ] υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ὑψίστου ὁμολογεῖται ἐν πνεύματι ἁγίῳ ἀπ' οὐρανοῦ καταβὰς διὰ τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων· καὶ ἐκ παρθένου ἁγίας γεννηθεὶς ἀσπόρως τε καὶ ἀφθόρως σάρκα ἀνέλαβε καὶ ἀνεφάνη ἀνθρώποις, ὅπως ἐκ τῆς πολυθέου πλάνης αὐτοὺς ἀνακαλέσηται, καὶ τελέσας τὴν θαυμαστὴν αὐτοῦ οἰκονομίαν διὰ σταυροῦ θανάτου ἐγεύσατο ἑκουσίᾳ βουλῇ κατ' οἰκονομίαν μεγάλην, μετὰ δὲ τρεῖς ἡμέρας ἀνεβίω καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀνῆλθεν· οὗ τὸ κλέος τῆς παρουσίας ἐκ τῆς παρ' αὐτοῖς καλουμένης εὐαγγελικῆς ἁγίας γραφῆς ἔξεστί σοι γνῶναι, βασιλεῦ, ἐὰν ἐντύχῃς.* — 2.

Confitemur in Spiritu sancto quia hic filius Dei altissimi e coelo descendit propter salutem hominum et a sancta uirgine genitus sine semine et incorrupta, carnem adsumpsit et adparuit hominibus, ut illos ex errore multorum deorum reuocaret, et mira sua oeconomia perfecta per crucem mortem gustauit libera uoluntate secundum magnam oeconomiam et post tres dies iterum uixit et ad coelos adscendit : cuius gloriam aduentus ex illa apud illos uocata scriptura euangelica cognoscere licet, rex, si forte occurrat.

793. Regvla fidei. — Οἱ δὲ Χριστιανοί... γινώσκουσι γὰρ τὸν θεὸν κτίστην καὶ δημιουργὸν τῶν ἁπάντων καὶ ἄλλον θεὸν πλὴν τούτου οὐ σέβονται· ἔχουσι τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐν ταῖς καρδίαις κεχαραγμένας καὶ ταύτας φυλάττουσι προσδοκῶντες ἀνάστασιν νεκρῶν καὶ ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. — 15.

Christiani... cognoscunt enim Deum creatorem et auctorem omnium et alium Deum, praeter illum, non colunt. Habent enim praecepta Domini Iesu Christi ipsius in cordibus impressa et illa custodiunt exspectantes resurrectionem mortuorum et uitam futuri saeculi.

794. Gratiarvm actiones. — ... εὐχαριστοῦντες αὐτῷ κατὰ πᾶσαν ὥραν <ἐπὶ> παντὶ βρώματι καὶ ποτῷ καὶ τοῖς λοιποῖς ἀγαθοῖς. — Ibid.

Gratias illi reddentes omni hora propter cibum et potum et alia cetera omnia.

ADDENDA SCRIPTIS PATRVM ANTENICAENORVM

EX CODICIBVS ORIENTALIBVS

ARISTIDIS

EX APOLOGIA AD ADRIANVM IMPERATOREM

[e duob. codd. Venetanis a PP. Mechitaristis euulgatis in opere praeclaro, sub hoc titulo : *Sancti Aristidis Philosophi Atheniensis sermones duo.* Venetiis 1878, in-8°].

795. Formvla. — Ego, o Imperator, Dei prouidentia creatus, hunc mundum ingressus sum, et coelum, et terram ac mare, solem, lunam et astra, caeterasque omnes creaturas cum uidissem, huius saeculi constitutionem stupens. — N. i.

796. Regvla fidei. — eum... *esse, et Dominum, et Deum, et creatorem omnium* quia omnia uisibilia creauit... — N. ii.

797. Oblationes. Vota. — Hostiis, oblationibus, uotis, nullaque demum omnium uisibilium creaturarum indiget [scil. : Deus]. — N. iv.

798. Glorificatio. — Sola fide illum [Deum scil.] glorificans adoro. — N. v.

799. Regvla fidei. — *Iste* [Dns Iesu scil.] *est Dei Altissimi Filius, qui per Spiritum Sanctum manifestatus, de coelis descendens, ex uirgine Hebraea natus...... Ipse ab Hebraeis cruci clauis affixus atque a mortuis resurgens, ad coelos ascendit.* — N. vi.

EIVSDEM

DE LATRONIS CLAMORE ET CRVCIFIXI RESPONSIONE SERMO

800. Regvla fidei. — Nos *confitemur* Crucifixum corpore esse Deum uerum, adoramusque illum. — N. v.

801. Lectiones. — Vtriusque horum [latronum] facta prae tuis oculis iacent, quae continuo recitantur et leguntur ex libris sacerdotalibus. — N. vii.

EX EPISTOLA EIVSDEM AD OMNES PHILOSOPHOS

[e codice armeno LXXXV, fol. 60 r°].

802. Regvla fidei. — Omnes dolores uere passus est in corpore suo, quod, beneplacito Patris et Spiritus Sancti, de uirgine Hebraea, de Sancta Maria, assumpserat, atque sibi, ineffabili et inuisibili unione coniunxerat.

[Fragmenta armenica reperta (cfr. *Texte und Untersuch. zur Gesch. d. altchr. Literatur,* 1892, p. 98-114, et Renan, *l'Église chrétienne,* préface, p. vi, note 2, hos sermones Aristidi denegat) post Mechitaristas edidit Martinus in *Anal. sacr. Spic. Solesm. par.*, t. IV, p. 6 sqq., latinam uersionem, quam sequimur, prioris editionis pressiorem fecit, addidit quoque fragmentum e cod. parisiensi. Martini sententia haec est : « asserere non audemus hanc homiliam esse foetum Aristidis »].

IVSTINVS

EX APOLOGIA PRIMA

803. Regvla fidei. Adoratio et cvltvs Scae Trinitatis. — ἀλλ' ἐκεῖνόν τε, καὶ τὸν παρ' αὐτοῦ Υἱὸν ἐλθόντα καὶ διδάξαντα ἡμᾶς ταῦτα, καὶ τὸν τῶν ἄλλων ἑπομένων καὶ ἐξομοιουμένων ἀγαθῶν ἀγγέλων στρατὸν Πνεῦ-

Sed eum [scil. : Patrem] et Filium qui ab eo uenit ac nos ista docuit et caeterorum qui illum assectantur, eique assimilati sunt, bonorum angelorum exercitum et Spiritum propheticum colimus et adoramus, ratione

μά τε τὸ προφητικὸν σεβόμεθα καὶ προσκυνοῦμεν, λόγῳ καὶ ἀληθείᾳ τιμῶντες, καὶ παντὶ βουλομένῳ μαθεῖν, ὡς ἐδιδάχθημεν, ἀφθόνως παραδιδόντες. — 6.

et ueritate uenerantes; et ut quisque discere uoluerit, citra inuidiam, ut edocti sumus, impertientes.

804. De cvltv christianorvm. Lavdationes. Deprecationes. Caerimoniae, Hymni. Regvla fidei. — Ἄθεοι μὲν οὖν ὡς οὐκ ἐσμέν, τὸν δημιουργὸν τοῦδε τοῦ παντὸς σεβόμενοι, ἀνενδεῆ αἱμάτων καὶ σπονδῶν καὶ θυμιαμάτων, ὡς ἐδιδάχθημεν, λέγοντες λόγῳ εὐχῆς καὶ εὐχαριστίας ἐφ' οἷς προσφερόμεθα πᾶσιν, ὅση δύναμις *αἰνοῦντες (μονὴν ἀξίαν αὐτοῦ τιμὴν ταύτην παραλαβόντες, τὸ τὰ ὑπ' ἐκείνου εἰς διατροφὴν γενόμενα, οὐ πυρὶ δαπανᾶν, ἀλλ' ἑαυτοῖς καὶ τοῖς δεομένοις προσφέρειν, ἐκείνῳ δὲ εὐχαρίστους ὄντας*, διὰ λόγου πόμπας καὶ ὕμνους πέμπειν) ὑπέρ τε τοῦ γεγονέναι, καὶ τῶν εἰς εὐρωστίαν πόρων πάντων, ποιοτήτων μὲν γενῶν, καὶ μεταβολῶν ὡρῶν, καὶ τοῦ πάλιν ἐν ἀφθαρσίᾳ γενέσθαι διὰ πίστιν τὴν ἐν αὐτῷ αἰτήσεις πέμποντες, τίς σωφρονῶν οὐχ ὁμολογήσει; Τὸν διδάσκαλόν τε τούτων γενόμενον ἡμῖν, καὶ εἰς τοῦτο *γεννηθέντα Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν σταυρωθέντα ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, τοῦ γενομένου ἐν Ἰουδαίᾳ ἐπὶ χρόνοις Τιβερίου Καίσαρος ἐπιτρόπου, Υἱὸν αὐτοῦ τοῦ ὄντως Θεοῦ* μαθόντες, καὶ ἐν δευτέρᾳ χώρᾳ ἔχοντες, Πνεῦμά τε προφητικὸν ἐν τρίτῃ τάξει, ὅτι μετὰ λόγου τιμῶμεν, ἀποδείξομεν. Ἐνθαῦτα γὰρ μανίαν ἡμῶν καταφαίνονται, δευτέραν χώραν μετὰ τὸν ἄτρεπτον καὶ ἀεὶ ὄντα Θεόν, καὶ γεννήτορα τῶν ἁπάντων, ἀνθρώπῳ σταυρωθέντι διδόναι ἡμᾶς λέγοντες· ἀγνοοῦντες τὸ ἐν τούτῳ μυστήριον, ᾧ προσέχειν ὑμᾶς ἐξηγουμένων ἡμῶν προτρεπόμεθα. — 13.

Quis igitur sanae mentis homo non fateatur atheos nequaquam nos esse, qui opificem huiusce uniuersitatis colimus, eum nec sanguinis, nec libaminum, nec suffimentorum indignum esse, ut edocti sumus, asserentes; sed uerbis precationem et gratiarum actionem habentibus, in his omnibus quae offerimus, eum, quantum possumus, *laudantes pro creationis beneficio, pro omnibus ad bonam ualetudinem adiumentis, pro diuersarum rerum qualitatibus, ac uicissitudinibus tempestatum, et propter fidem, qua illi credimus*, precibus eum *orantes ut rursus incorrupti fiamus;* quippe cum hanc solam colendi rationem illo dignam esse edocti simus, quae ab eo ad alendum creata sunt, non igne consumere, sed ad nostros et pauperum usus offerre, ac gratum ei animum praestantes, rationalibus eum pompis et hymnis celebrare? Nostrum autem harum rerum doctorem, natum ad hoc munus *Iesum Christum, ac sub Pontio Pilato, Iudaeae, temporibus Tiberii Caesaris praesidis, crucifixum, ueri Dei Filium* esse edocti, ipsumque secundo loco, Spiritum autem propheticum tertio habentes ordine, non sine ratione a nobis coli demonstrabimus. Hoc enim loco insaniae nos accusant, post immutabilem et sempiternum et Patrem omnium Deum homini Crucifixo alterum locum a nobis dictitantes deferri, mysterium huius rei ignorantes, quod dum exponimus, ut attente audiatis hortamur.

805. Deprecatio pro inimicis. — νῦν μετὰ τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ Χριστοῦ, ὁμοδίαιτοι γινόμενοι, καὶ *ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν εὐχόμενοι*. — 14.

nunc postquam Christus apparuit conuictores sumus et *pro inimicis oramus.*

806. Baptismvs parvvlorvm. — Καὶ πολλοί τινες καὶ πολλαὶ ἑξηκοντοῦται καὶ ἑβδομηκοντοῦται, οἳ ἐκ παίδων ἐμαθητεύθησαν τῷ Χριστῷ, ἄφθοροι διαμένουσι. — 15.

Ac multi quidem et multae annos sexaginta et septuaginta nati, qui a pueris Christi disciplina imbuti sunt, incorrupti perseuerant.

807. Adoratio Dei solivs. — *Θεὸν μὲν μόνον προσκυνοῦμεν*. — 17.

nos solum Deum adoramus.

808. Symbolvm. — τὸ μέγιστον σύμβολον τῆς ἰσχύος καὶ ἀρχῆς αὐτοῦ ὑπάρχει, ὡς καὶ ἐκ τῶν ὑπ' ὄψιν πιπτόντων δείκνυται. — 55.

maximum est eius potestatis et principatus signum, quemadmodum ex his etiam quae sub aspectum cadunt, ostenditur.

809. Effectvs baptismi. — Ὃν τρόπον δὲ καὶ ἀνεθήκαμεν ἑαυτοὺς τῷ Θεῷ, καινοποιηθέντες διὰ τοῦ Χριστοῦ. — 61.

Quomodo autem nos Deo consecrauerimus per Christum renouati.

810. Precatio. Ieivnivm pro satisfactione peccatorvm. Materia et forma baptismi. — Ὅσοι ἂν πεισθῶσι καὶ πιστεύωσιν ἀληθῆ ταῦτα τὰ ὑφ' ἡμῶν διδασκόμενα καὶ λεγόμενα εἶναι, καὶ βιοῦν οὕτως δύνασθαι ὑπισχνῶνται, εὔχεσθαί τε καὶ αἰτεῖν νηστεύοντες παρὰ τοῦ Θεοῦ τῶν προημαρτημένων ἄφεσιν διδάσκονται, ἡμῶν συνευχομένων καὶ συννηστευόντων αὐτοῖς. Ἔπειτα ἄγονται ὑφ' ἡμῶν ἔνθα ὕδωρ ἐστί, καὶ τρόπον ἀναγεννήσεως, ὃν

Quicunque persuasum habuerint et crediderint uera esse, quae a nobis docentur et dicuntur, seque ita uiuere posse promiserint, ii precari et ieiunantes priorum peccatorum ueniam a Deo petere docentur, nobis una precantibus et ieiunantibus. Deinde eo docuntur a nobis ubi aqua est, et eodem regenerationis modo regenerantur, quo et ipsi sumus regenerati. Nam *in nomine parentis uniuersorum ac Domini Dei ac Salua-*

καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ ἀναγεννήθημεν, ἀναγεννῶνται. *Ἐπ' ὀνόματος γὰρ τοῦ Πατρὸς τῶν ὅλων καὶ Δεσπότου Θεοῦ, καὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ Πνεύματος ἁγίου*, τὸ ἐν τῷ ὕδατι τότε λουτρὸν ποιοῦνται. — 61.

toris nostri Iesu Christi et Spiritus sancti lauacrum in aqua tunc suscipiunt.

811. Ritvs et effectvs baptismi. — τύχωμεν ἐν τῷ ὕδατι, ἐπονομάζεται τῷ ἑλομένῳ ἀναγεννηθῆναι, καὶ μετανοήσαντι ἐπὶ τοῖς ἡμαρτημένοις, *τὸ τοῦ Πατρὸς τῶν ὅλων καὶ Δεσπότου Θεοῦ ὄνομα*· αὐτὸ τοῦτο μόνον ἐπιλέγοντες, τοῦτον λουσόμενον ἄγοντες ἐπὶ τὸ λουτρόν. — 61.

consequamur in aqua; super eo qui regenerari uoluerit, et peccatorum paenitentiam egerit, *parentis omnium et Domini Dei* nomen pronuntiatur, atque hoc ipsum tantummodo appellamus, baptizandum ad lauacrum deducimus.

812. Nomen, effectvs et formvla prolixior baptismi. — Καλεῖται δὲ τοῦτο τὸ λουτρὸν φωτισμὸς, ὡς φωτιζομένων τὴν διάνοιαν τῶν ταῦτα μανθανόντων. Καὶ *ἐπ' ὀνόματος δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ σταυρωθέντος ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, καὶ ἐπ' ὀνόματος Πνεύματος ἁγίου, ὃ διὰ τῶν προφητῶν προεκήρυξε τὰ κατὰ τὸν Ἰησοῦν πάντα*, ὁ φωτιζόμενος λούεται. — 61.

Vocatur autem lauacrum illud illuminatio eo quod mente illuminentur qui haec discunt. Sed et *in nomine Iesu Christi sub Pontio Pilato crucifixi et in nomine Spiritus sancti, qui per prophetas omnia ad Iesum spectantia praenuntiauit,* is qui illuminatur, abluitur.

813. Ritvs post baptismvm. Deprecationes. Oscvlvm pacis. Litvrgia. Commvnio. Mvnvs diaconorvm. — Ἡμεῖς δὲ, μετὰ τὸ οὕτως λοῦσαι τὸν πεπεισμένον καὶ συγκατατεθειμένον, ἐπὶ τοὺς λεγομένους ἀδελφοὺς ἄγομεν, ἔνθα συνηγμένοι εἰσὶ, κοινὰς εὐχὰς ποιησόμενοι ὑπέρ τε ἑαυτῶν καὶ τοῦ φωτισθέντος, καί ἄλλων πανταχοῦ πάντων εὐτόνως, ὅπως κατ' αξιωθῶμεν, τὰ ἀληθῆ μαθόντες, καὶ δι' ἔργων ἀγαθοὶ πολιτευταὶ, καὶ φύλακες τῶν ἐντεταλμένων εὑρηθῆναι, ὅπως τὴν αἰώνιον σωτηρίαν σωθῶμεν. Ἀλλήλους φιλήματι ἀσπαζόμεθα παυσάμενοι τῶν εὐχῶν, ἔπειτα προσφέρεται τῷ προεστῶτι τῶν ἀδελφῶν ἄρτος, καὶ ποτήριον ὕδατος καὶ κράματος· καὶ οὗτος, λαβὼν, *αἶνον καὶ δόξαν τῷ Πατρὶ τῶν ὅλων διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου ἀναπέμπει*· καὶ εὐχαριστίαν ὑπὲρ τοῦ κατηξιῶσθαι τούτων παρ' αὐτοῦ ἐπὶ πολὺ ποιεῖται· οὗ συντελέσαντος τὰς εὐχὰς καὶ τὴν εὐχαριστίαν, πᾶς ὁ παρὼν λαὸς ἐπευφημεῖ λέγων, *Ἀμήν*. Τὸ δὲ ἀμὴν τῇ Ἑβραΐδι φωνῇ τὸ γένοιτο σημαίνει. Εὐχαριστήσαντος δὲ τοῦ προεστῶτος, καὶ ἐπευφημήσαντος παντὸς τοῦ λαοῦ, οἱ καλούμενοι παρ' ἡμῖν διάκονοι διδόασιν ἑκάστῳ τῶν παρόντων μεταλαβεῖν ἀπὸ τοῦ εὐχαριστηθέντος ἄρτου καὶ οἴνου καὶ ὕδατος, καὶ τοῖς οὐ παροῦσιν ἀποφέρουσι. — 65.

Nos autem postquam eum, qui fidem suam et assensum doctrinae nostrae testatus est, sic abluimus, ad eos, qui dicuntur fratres, deducimus, ubi illi congregati sunt communes preces et pro nobismetipsis, et pro eo qui illuminatus est, et pro aliis ubique omnibus intento animo facturi, ut ueritatis cognitionem adepti hac etiam gratia dignemur, ut rectam operibus uitam agentes et praeceptorum custodes inueniamur, quo salutem aeternam adsequamur. Inuicem osculo salutamus, ubi desinis precari. Deinde ei, qui fratribus praeest panis affertur, et poculum aquae et uini: quibus ille acceptis *laudem et gloriam uniuersorum Parenti per nomen Filii et Spiritus sancti emittit,* et eucharistiam, siue gratiarum actionem, pro his ab illo acceptis donis prolixe exsequitur. Postquam preces et eucharistiam absoluit; populus omnis acclamat, *Amen.* Amen autem Hebraea lingua idem ualet ac: Fiat. Postquam uero is, qui praeest, preces absoluit, et populus omnis acclamauit, qui apud nos dicuntur diaconi panem et uinum et aquam, in quibus gratiae actae sunt, unicuique praesentium participanda distribuunt et ad absentes perferunt.

814. Soli fideles commvnicant. De reali praesentia. Formvla consecrationis. Evangelia. — Καὶ ἡ τροφὴ αὕτη καλεῖται παρ' ἡμῖν εὐχαριστία· ἧς οὐδενὶ ἄλλῳ μετασχεῖν ἐξόν ἐστιν, ἢ τῷ πιστεύοντι ἀληθῆ εἶναι τὰ δεδιδαγμένα ὑφ' ἡμῶν, καὶ λουσαμένῳ τὸ ὑπὲρ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν καὶ εἰς ἀναγέννησιν λουτρὸν, καὶ οὕτως βιοῦντι ὡς ὁ Χριστὸς παρέδωκεν. Οὐ γὰρ ὡς κοινὸν ἄρτον οὐδὲ κοινὸν πόμα ταῦτα λαμβάνομεν· ἀλλ' ὃν τρόπον διὰ λόγου Θεοῦ σαρκοποιηθεὶς Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ Σωτὴρ ἡμῶν, καὶ σάρκα καὶ αἷμα ὑπὲρ σωτηρίας ἡμῶν ἔσχεν, οὕτως καὶ τὴν δι' εὐχῆς λόγου τοῦ παρ' αὐτοῦ εὐχαριστηθεῖσαν τροφὴν, ἐξ ἧς αἷμα καὶ σάρκες κατὰ μεταβολὴν τρέφονται ἡμῶν, ἐκείνου τοῦ σαρκοποιηθέντος Ἰησοῦ καὶ σάρκα καὶ αἷμα ἐδιδάχθημεν εἶναι. Οἱ γὰρ ἀπόστολοι ἐν τοῖς γενο-

Atque non alimentum apud nos uocatur eucharistia, cuius nemini alii licet esse participi, nisi qui credat uera esse quae docemus, atque illo ad remissionem peccatorum et regenerationem lauacro ablutus fuerit, et ita uiuat ut Christus tradidit. Neque enim ut communem panem, neque ut communem potum ista sumimus; sed quemadmodum per Verbum Dei caro factus Iesus Christus Saluator noster et carnem et sanguinem habuit nostrae salutis causa; sic etiam illam, in qua per precem ipsius uerba continentem gratiae actae sunt, alimoniam, ex qua sanguis et carnes nostrae per mutationem aluntur, incarnati illius Iesu et carnem et sanguinem esse edocti sumus. Nam apostoli in commentariis suis, quae uocantur Euangelia, ita sibi man-

μένοις ὑπ' αὐτῶν ἀπομνημονεύμασιν, ἃ καλεῖται Εὐαγγέλια, οὕτως παρέδωκαν ἐντετάλθαι αὐτοῖς τὸν Ἰησοῦν· λαβόντα ἄρτον, εὐχαριστήσαντα εἰπεῖν· *Τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἀνάμνησίν μου· Τουτέστι τὸ σῶμά μου·* καὶ τὸ ποτήριον ὁμοίως λαβόντα καὶ εὐχαριστήσαντα εἰπεῖν· *Τοῦτο ἐστι αἷμά μου·* καὶ μόνοις αὐτοῖς μεταδοῦναι. — 66.

dasse Iesum tradiderunt : eum scilicet accepto pane, cum gratias egisset, dixisse : *Hoc facite in meam commemorationem. Hoc est corpus meum;* et poculo similiter accepto, actisque gratiis dixisse : *Hic est sanguis meus*, ipsisque solis tradidisse.

815. Formvla lavdationis. Dominica die fit conventvs. Lectiones. Ritvs missae. — Ἡμεῖς δὲ μετὰ ταῦτα λοιπὸν ἀεὶ τούτων ἀλλήλους ἀναμιμνήσκομεν· καὶ οἱ ἔχοντες τοῖς λειπομένοις πᾶσιν ἐπικουροῦμεν· καὶ σύνεσμεν ἀλλήλοις ἀεί. Ἐπὶ πᾶσί τε οἷς προσφερόμεθα, *εὐλογοῦμεν τὸν Ποιητὴν τῶν πάντων διὰ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ διὰ Πνεύματος τοῦ ἁγίου·* καὶ τῇ τοῦ ἡλίου λεγομένῃ ἡμέρᾳ πάντων κατὰ πόλεις ἢ ἀγροὺς μενόντων ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέλευσις γίνεται, καὶ τὰ ἀπομνημονεύματα τῶν ἀποστόλων, ἢ τὰ συγγράμματα τῶν προφητῶν ἀναγινώσκεται μέχρις ἐγχωρεῖ. Εἶτα παυσαμένου τοῦ ἀναγινώσκοντος, ὁ προεστὼς διὰ λόγου τὴν νουθεσίαν καὶ πρόκλησιν τῆς τῶν καλῶν τούτων μιμήσεως ποιεῖται. Ἔπειτα ἀνιστάμεθα κοινῇ πάντες, καὶ εὐχὰς πέμπομεν, καὶ ὡς προέφημεν, παυσαμένων ἡμῶν τῆς εὐχῆς, ἄρτος προσφέρεται καὶ οἶνος καὶ ὕδωρ· καὶ ὁ προεστὼς εὐχὰς ὁμοίως καὶ εὐχαριστίας, ὅση δύναμις αὐτῷ, αναπέμπει, καὶ ὁ λαὸς ἐπευφημεῖ λέγων τὸ *Ἀμήν·* καὶ ἡ διάδοσις καὶ ἡ μετάληψις ἀπὸ τῶν εὐχαριστηθέντων ἑκάστῳ γίνεται, καὶ τοῖς οὐ παροῦσι διὰ τῶν διακόνων πέμπεται. Οἱ εὐποροῦντες δὲ καὶ βουλόμενοι, κατὰ προαίρεσιν ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ, ὃ βούλεται δίδωσι· καὶ τὸ συλλεγόμενον παρὰ τῷ προεστῶτι ἀποτίθεται, καὶ αὐτὸς ἐπικουρεῖ ὀρφανοῖς τε καὶ χήραις, καὶ τοῖς διὰ νόσον, ἢ δι' ἄλλην αἰτίαν λειπομένοις, καὶ τοῖς ἐν δεσμοῖς οὖσι, καὶ τοῖς παρεπιδήμοις οὖσι ξένοις, καὶ ἁπλῶς πᾶσι τοῖς ἐν χρείᾳ οὖσι κηδεμὼν γίνεται. Τὴν δὲ τοῦ ἡλίου ἡμέραν κοινῇ πάντες τὴν συνέλευσιν ποιούμεθα· ἐπειδὴ πρώτη ἐστὶν ἡμέρα, ἐν ᾗ ὁ Θεὸς, τὸ σκότος καὶ τὴν ὕλην τρέψας, κόσμον ἐποίησε, καὶ Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ ἡμέτερος Σωτὴρ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐκ νεκρῶν ἀνέστη. Τῇ γὰρ πρὸ τῆς Κρονικῆς ἐσταύρωσαν αὐτόν· καὶ τῇ μετὰ τὴν Κρονικὴν, ἥτις ἐστὶν ἡλίου ἡμέρα, φανεὶς τοῖς ἀποστόλοις αὐτοῦ καὶ μαθηταῖς, ἐδίδαξε ταῦτα, ἅπερ εἰς ἐπίσκεψιν καὶ ὑμῖν ἀνεδώκαμεν. — 67.

Ex illo tempore haec semper nobis inuicem in memoriam reuocamus; et qui habemus, indigentibus omnibus subuenimus, et semper una sumus. Atque in omnibus oblationibus *laudamus creatorem omnium per Filium eius Iesum Christum et per Spiritum sanctum.* Ac solis, ut dicitur, die omnium siue urbes siue agros incolentium in eumdem locum fit conuentus, et commentaria apostolorum aut scripta prophetarum leguntur, quoad licet per tempus. Deinde, ubi lector desiit, is qui praeest admonitionem uerbis et adhortationem ad res tam praeclaras imitandas suscipit. Postea omnes simul consurgimus, et preces emittimus; atque, ut iam diximus, ubi desiimus precari, panis offertur et uinum et aqua : et qui praeest totis uiribus emittit et populus acclamat, *Amen,* et eorum, in quibus gratiae actae sunt, distributio fit et communicatio unicuique praesentium, et absentibus per diaconos mittitur. Qui abundant et uolunt suo arbitrio, quod quisque uult, largiuntur, et quod colligitur apud eum, qui praeest, deponitur, ac ipse subuenit pupillis et uiduis, et iis qui uel ob morbum, uel aliam ob causam egent, tum etiam iis qui in uinculis sunt et aduenientibus peregre hospitibus; uno uerbo omnium indigentium curam suscipit.

Die autem Solis omnes simul conuenimus, tum quia prima haec dies est, qua Deus cum tenebras et materiam uertisset, mundum creauit, tum quia Iesus Christus Saluator noster eadem die ex mortuis resurrexit. Pridie enim Saturni eum crucifixerunt, et postridie eiusdem diei, id est Solis die, apostolis suis et discipulis uisus ea docuit quae uobis quoque consideranda tradidimus.

EX IVSTINI

APOLOGIA SECVNDA

816. Exorcismi formvla. — Δαιμονιολήπτους γὰρ πολλοὺς κατὰ πάντα τὸν κόσμον, καὶ ἐν τῇ ὑμετέρᾳ πόλει, πολλοὶ τῶν ἡμετέρων ἀνθρώπων τῶν Χριστιανῶν, *ἐπορκίζοντες κατὰ τοῦ ὀνόματος Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ σταυρωθέντος ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου,* ὑπὸ τῶν ἄλλων πάντων ἐπορκιστῶν καὶ ἐπᾳστῶν καὶ φαρμακευτῶν μὴ ἰαθέντας ἰάσαντο, καὶ ἔτι νῦν ἰῶνται, καταργοῦντες καὶ ἐκδιώκοντες τοὺς κατέχοντας τοὺς ἀνθρώπους δαίμονας. — 6.

Plurimos enim daemoniis agitatos in toto orbe et in urbe uestra, multi ex nostris Christianis, cum *per nomen Iesu Christi sub Pontio Pilato crucifixi adiurarent* ab omnibus aliis adiuratoribus, incantatoribus, et ueneficiis non sanatos sanauerunt, atque etiamnum sanant, fractis et eiectis daemonibus homines detinentibus.

817. Exorcismi formvla. — Εἰ γὰρ ὑπὸ τῶν ἀν-

Nam si iam ab hominibus *per nomen Iesu Christi* su-

θρώπων ἤδη *διὰ τοῦ ὀνόματος Ἰησοῦ Χριστοῦ* ἡττῶνται, δίδαγμά ἐστι τῆς καὶ μελλούσης αὐτοῖς καὶ τοῖς λατρεύουσιν αὐτοῖς ἐσομένης ἐν πυρὶ αἰωνίῳ κολάσεως. — 8.

perantur documentum est futuri illis et eorum cultoribus in aeterno igne supplicii.

818. Adoratio Verbi. — Τὸν γὰρ ἀπὸ ἀγεννήτου καὶ ἀῤῥήτου Θεοῦ Λόγον μετὰ τὸν Θεὸν προσκυνοῦμεν καὶ ἀγαπῶμεν. — 13.

Natum enim ex ingenito et non enarrabili Deo Verbum secundum Deum adoramus et amamus.

EX IVSTINI

DIALOGO CVM TRYPHONE

819. Materia baptismi. — τοῦτό ἐστι τὸ ὕδωρ τῆς ζωῆς. — 14.

hanc [scil. : baptisma] esse aquam uitae.

820. Hymni. — *Δοξάσωμεν τὸν Θεὸν ἅμα τὰ ἔθνη συνελθόντα, ὅτι καὶ ἡμᾶς ἐπεσκέψατο. Δοξάσωμεν αὐτὸν διὰ τοῦ Βασιλέως τῆς δόξης, διὰ τοῦ Κυρίου τῶν δυνάμεων.* — 29.

Glorificemus Deum una congregatae gentes, quos nos quoque inuiserit. Glorificemus eum per Regem gloriae, per Dominum uirtutum.

821. Formvla deprecationis adversvs diabolvm. Formvla exorcismi. — Ἀπὸ γὰρ τῶν δαιμονίων, ἅ ἐστιν ἀλλότρια τῆς θεοσεβείας τοῦ Θεοῦ, οἷς πάλαι προσεκυνοῦμεν, *τὸν Θεὸν* ἀεὶ *διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ συντηρηθῆναι παρακαλοῦμεν, ἵνα μετὰ τὸ ἐπιστρέψει πρὸς Θεὸν δι' αὐτοῦ ἄμωμοι ὦμεν.* Βοηθὸν γὰρ ἐκεῖνον καὶ λυτρωτὴν καλοῦμεν· οὗ καὶ τὴν *τοῦ ὀνόματος* ἰσχὺν καὶ τὰ δαιμόνια τρέμει, καὶ σήμερον *ἐξορκιζόμενα κατὰ τοῦ ὀνόματος Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ σταυρωθέντος ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, τοῦ γενομένου ἐπιτρόπου τῆς Ἰουδαίας*, ὑποτάσσεται. — 30.

Nam ut a daemoniis seruemur, quae a Dei cultu aliena sunt, quaeque olim adorabamus, *Deum* semper *per Iesum Christum obsecramus, ut postquam per eum ad Deum conuersi fuimus, intaminati simus.* Adiutorem enim et redemptorem eum uocamus; cuius quidem uel *nominis* potentiam daemonia ipsa perhorrescunt; ac hodie *per nomen Iesu Christi qui sub Pontio Pilato Iudaeae praeside crucifixus fuit, abiurata* subiiciuntur.

822. Deprecatio pro omnibvs. Formvla pro mirabilibvs patrandis. Regvla fidei. — ὑπὲρ ὑμῶν καὶ ὑπὲρ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἀνθρώπων τῶν ἐχθραινόντων ἡμῖν εὐχόμεθα· ἵνα μεταγνόντες σὺν ἡμῖν, μὴ βλασφημῆτε τὸν διά τε τῶν ἔργων, καὶ τῶν *ἀπὸ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ* καὶ νῦν γινομένων δυνάμεων, καὶ ἀπὸ τῶν τῆς διδαχῆς λόγων, καὶ ἀπὸ τῶν προφητευθεισῶν εἰς αὐτὸν προφητειῶν ἄμωμον καὶ ἀνέγκλητον κατὰ πάντα Χριστὸν Ἰησοῦν· ἀλλὰ *πιστεύσαντες εἰς αὐτόν*, ἐν τῇ πάλιν γενησομένῃ ἐνδόξῳ αὐτοῦ παρουσίᾳ σωθῆτε, καὶ μὴ καταδικασθῆτε εἰς τὸ πῦρ ὑπ' αὐτοῦ. — 35.

Pro nobis et pro aliis omnibus hominibus, qui nos oderunt, precamur, ut nobiscum resipiscentes, in eum, quem et opera et quae etiamnum *eius nominis appellatione* fiunt miracula, et doctrinae sermones, et uaticinia de eo praenuntiata intaminatum ac in omnibus inculpatum declarant, Iesum Christum, blasphemias non euomatis; sed *in eum credentes*, salutem in secundo eius aduentu, qui gloriosus futurus est consequamini, ac aeterno igne ab eo non damnemini.

823. Formvla. Formvla baptismi. — γινώσκων ἔτι καθ' ἡμέραν τινὰς μαθητευομένους *εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ* αὐτοῦ, καὶ ἀπολείποντας τὴν ὁδὸν τῆς πλάνης οἳ καὶ λαμβάνουσι δόματα, ἕκαστος ὡς ἄξιοί εἰσι, φωτιζόμενοι *διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ* τούτου. — 39.

quippe cum sciat adhuc cottidie nonnullos *in nomen Christi* sui institui, et ab erroris uia discedere; qui quidem dona accipiunt, ut quisque dignus est, *per huius Christi nomen* illuminati.

824. Materia evcharistiae. Formvla. Confessio peccatorvm ante commvnionem. Gratiarvm actio. — τύπος ἦν τοῦ ἄρτου τῆς Εὐχαριστίας, ὃν *εἰς ἀνάμνησιν τοῦ πάθους οὗ ἔπαθεν* ὑπὲρ τῶν καθαιρομένων τὰς ψυχὰς ἀπὸ πάσης πονηρίας ἀνθρώπων, Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ Κύριος ἡμῶν παρέδωκε ποιεῖν, ἵνα ἅμα

figura erat [scil. : similae oblatio] panis Eucharistiae, quem Dominus noster Iesus Christus *in recordationem passionis* pro his qui ab omni prauitate purgantur susceptae fieri praecepit; ut et simul *gratias agamus Deo, tum quod mundum et omnia, quae in eo sunt, propter hominem creauerit; tum quod nos a nequitia,*

τε εὐχαριστῶμεν τῷ Θεῷ ὑπέρ τε τοῦ τὸν κόσμον ἐκτικέναι σὺν πᾶσι τοῖς ἐν αὐτῷ διὰ τὸν ἄνθρωπον, καὶ ὑπὲρ τοῦ ἀπὸ τῆς κακίας ἐν ᾗ γεγόναμεν ἠλευθερωκέναι ἡμᾶς, καὶ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας καταλελυκέναι τελείαν κατάλυσιν διὰ τοῦ παθητοῦ γινομένου κατὰ τὴν βουλὴν αὐτοῦ. — 41.

in qua fuimus, liberauerit, et principatus et potestates funditus profligauerit per eum qui de eius uoluntate passioni factus est obnoxius.

825. De pane et calice. De glorificatione Christi nominis. — Περὶ δὲ τῶν ἐν παντὶ τόπῳ ὑφ' ἡμῶν τῶν ἐθνῶν προσφερομένων αὐτῷ θυσιῶν, τουτέστι τοῦ ἄρτου τῆς Εὐχαριστίας καὶ τοῦ ποτηρίου ὁμοίως τῆς Εὐχαριστίας προλέγει τότε, εἰπὼν καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ δοξάζειν ἡμᾶς. — Ibid.

De iis autem, quae in omni loco a nobis gentibus offeruntur ei, sacrificiis, hoc est, de pane Eucharistiae et de calice similiter Eucharistiae, iam tum praedicit, illud etiam addens, nomen suum a nobis glorificari.

826. Dominica dies. — Μία γὰρ τῶν σαββάτων, πρώτη μένουσα τῶν πασῶν ἡμερῶν, κατὰ τὸν ἀριθμὸν πάλιν τῶν πασῶν ἡμερῶν τῆς κυκλοφορίας ὀγδόη καλεῖται, καὶ πρώτη οὖσα μένει. — Ibid.

Vna enim sabbatorum, cum prima maneat omnium dierum, rursus secundum numerum omnium dierum in orbem elabentium uocatur octaua, et prima esse non desinit.

827. Baptismi effectvs. — Ἡμεῖς δέ, διὰ τοῦ βαπτίσματος αὐτήν, ἐπειδὴ ἁμαρτωλοὶ ἐγεγόνειμεν, διὰ τὸ ἔλεος τὸ παρὰ τοῦ Θεοῦ, ἐλάβομεν, καὶ πᾶσιν ἐφετὸν ὁμοίως λαμβάνειν. — 43.

atque hanc [scil. : spiritualem circumcisionem] per baptismum, quia in peccatis fueramus, misericordia Dei consecuti sumus; licetque omnibus similiter consequi.

828. De baptismali ablvtione. — λουσάμενοι τὸ ὑπὲρ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν διὰ Ἡσαΐου κηρυχθὲν λουτρόν, ἀναμαρτήτως λοιπὸν ζήσητε. — 44.

illo ad peccatorum remissionem baptismo, quem Isaias praedicauit, abluti sine peccato deinceps uiuatis.

829. De pane et calice. — ἐν ταύτῃ τῇ προφητείᾳ περὶ τοῦ ἄρτου ὃν παρέδωκεν ἡμῖν ὁ ἡμέτερος Χριστὸς ποιεῖν εἰς ἀνάμνησιν τοῦ τε σωματοποιήσασθαι αὐτὸν διὰ τοὺς πιστεύοντας εἰς αὐτόν, δι' οὓς καὶ παθητὸς γέγονε· καὶ περὶ τοῦ ποτηρίου, ὃ εἰς ἀνάμνησιν τοῦ αἵματος αὐτοῦ παρέδωκεν εὐχαριστοῦντας ποιεῖν, φαίνεται. — 70.

Liquet igitur in hac quoque prophetia et de pane illo praedici, quem nobis Christus noster facere praecepit in memoriam corporis a se propter eos qui in ipsum credunt assumpti, propter quos et passibilis factus est; et de calice, quem in memoriam sanguinis sui cum gratiarum actione fieri praecepit.

830. Regvla fidei et formvla exorcismi. — Καὶ νῦν ἡμεῖς οἱ *πιστεύοντες ἐπὶ τὸν σταυρωθέντα ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου Ἰησοῦν Κύριον ἡμῶν*, τὰ δαιμόνια πάντα καὶ πνεύματα πονηρὰ ἐξορκίζοντες, ὑποτασσόμενα ἡμῖν ἔχομεν. — 76.

Et nunc qui in *crucifixum sub Pontio Pilato Iesum Dominum nostrum credimus,* daemonia omnia et malos spiritus adiurando potestati nostrae subicimus.

831. Regvla fidei et formvla exorcismi. — Κατὰ γὰρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ τούτου τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ πρωτοτόκου πάσης κτίσεως, καὶ *διὰ Παρθένου γεννηθέντος καὶ παθητοῦ γενομένου ἀνθρώπου, καὶ σταυρωθέντος ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου* ὑπὸ τοῦ λαοῦ ὑμῶν *καὶ ἀποθανόντος, καὶ ἀναστάντος ἐκ νεκρῶν, καὶ ἀναβάντος εἰς τὸν οὐρανόν*, πᾶν δαιμόνιον ἐξορκιζόμενον νικᾶται καὶ ὑποτάσσεται. — 85.

Nam per nomen ipsius illius Filii Dei et omnis creaturae Primogeniti, *qui ex Virgine natus est, et homo perpessionibus obnoxius factus et sub Pontio Pilato* a populo uestro *crucifixus et mortuus est, ac resurrexit ex mortuis et ascendit in coelum,* daemonium quodlibet adiuratum uincitur et subiicitur.

832. Formvla exorcismi. Svffitvs. — Ἀλλ' εἰ ἄρα *ἐξορκίζοι* τις ὑμῶν *κατὰ τοῦ Θεοῦ Ἀβραάμ, καὶ Θεοῦ Ἰσαάκ, καὶ Θεοῦ Ἰακώβ*, ἴσως ὑποταγήσεται. Ἤδη μέντοι οἱ ἐξ ὑμῶν ἐξορκισταὶ τῇ τέχνῃ, ὥσπερ καὶ τὰ ἔθνη, χρώμενοι ἐξορκίζουσι καὶ θυμιάμασι καὶ καταδέσμοις χρῶνται εἶπον. — Ibid.

Si quis tamen uestrum *per Deum Abrahae et Deum Isaac et Deum Iacob adiuret,* fortasse subiicietur. Iam uero exorcistas uestros dixi arte adhibita, perinde atque gentes adiurare, et suffitibus ac amuletis uti.

833. De modo orandi. — Τίς γὰρ οὐκ ἐπίσταται ὑμῶν, ὅτι μάλιστα μὲν ἡ μετὰ οἴκτου καὶ δακρύων εὐχὴ μειλίσσεται τὸν Θεόν, καὶ ἡ ἐν πρηνεῖ κατακλίσει, καὶ ἐν γόνασιν ὀκλάσαντός τινος; — 90.

Quis enim uestrum ignorat ea maxime prece Deum placari, quae cum eiulatu et lacrymis, ac prono corpore aut flexis genibus funditur?

834. De forma crvcis. — Ὄρθιον γὰρ τὸ ἕν ἐστι ξύλον, ἀφ' οὗ ἐστι τὸ ἀνώτατον μέρος εἰς κέρας ὑπερηρμένον, ὅταν τὸ ἄλλο ξύλον προσαρμοσθῇ, καὶ ἑκατέρωθεν ὡς κέρατα τῷ ἑνὶ κέρατι παρεζευγμένα τὰ ἄκρα φαίνηται. Καὶ τὸ ἐν τῷ μέσῳ πηγνύμενον, ὡς κέρας καὶ αὐτὸ ἐξέχον ἐστίν, ἐφ' ᾧ ἐποχοῦνται οἱ σταυρούμενοι· καὶ βλέπεται ὡς κέρας καὶ αὐτὸ σὺν τοῖς ἄλλοις κέρασι συνεσχηματισμένον καὶ πεπηγμένον. — 91.

Rectum enim unum lignum est, a quo summa pars in cornu attollitur, cum adaptatum fuerit aliud lignum, et utrinque extrema, ueluti cornua uni adiuncta cornu apparuerint. Et illud quod in medio figitur, ut ei insideant qui crucifiguntur, ipsum etiam ueluti quoddam cornu eminet, et cornu speciem exhibet cum aliis cornibus conformatum et fixum.

835. Deprecatio pro misericordia conseqvenda. — *εὐχόμεθα κἂν νῦν μετανοήσαντες πάντας ἐλέους τυχεῖν παρὰ τοῦ εὐσπλήγχου καὶ πολυελέου Πατρὸς τῶν ὅλων Θεοῦ.* — 108.

precamur ut, nunc saltem paenitentiam agentes, misericordiam omnes consequamini a perbenigno et mirum in modum misericorde uniuersorum parente Deo.

836. Regvla fidei. De sacrificio in omni loco offerendo. Soli offervnt sacerdotes. — οὕτως ἡμεῖς οἱ *διὰ τοῦ Ἰησοῦ ὀνόματος*, ὡς εἷς ἄνθρωπος *πιστεύσαντες εἰς τὸν ποιητὴν τῶν ὅλων Θεόν*, διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ πρωτοτόκου αὐτοῦ Υἱοῦ, τὰ ῥυπαρὰ ἱμάτια, τουτέστι τὰς ἁμαρτίας, ἀπημφιεσμένοι, πυρωθέντες διὰ τοῦ λόγου τῆς κλήσεως αὐτοῦ, ἀρχιερατικὸν τὸ ἀληθινὸν γένος ἐσμὲν τοῦ Θεοῦ, ὡς καὶ αὐτὸς ὁ Θεὸς μαρτυρεῖ, εἰπὼν ὅτι ἐν παντὶ τόπῳ ἐν τοῖς ἔθνεσι θυσίας εὐαρέστους αὐτῷ καὶ καθαρὰς προσφέροντες. Οὐ δέχεται δὲ παρ' οὐδενὸς θυσίας ὁ Θεός, εἰ μὴ διὰ τῶν ἱερέων αὐτοῦ. — 116.

ita nos, qui *per nomen Iesu* instar unius hominis omnes *in Creatorem uniuersorum Deum credimus*, per nomen primogeniti illius Filii sordidis uestibus, id est peccatis exuti ut per uerbum illius uocationis inflammati, uerum genus sacerdotale Dei sumus, ut Deus ipse testatur, cum sibi in omni loco in gentibus grata et pura sacrificia offerri dicit. A nemine autem Deus accipit sacrificia, nisi per ipsius sacerdotes.

837. De pane et calice. — Πάντας οὖν, οἳ διὰ τοῦ ὀνόματος τούτου θυσίας, ἃς παρέδωκεν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς γίνεσθαι, τουτέστιν ἐπὶ τῇ εὐχαριστίᾳ τοῦ ἄρτου καὶ τοῦ ποτηρίου, τὰς ἐν παντὶ τόπῳ τῆς γῆς γινομένας ὑπὸ τῶν Χριστιανῶν, προλαβὼν ὁ Θεός, μαρτυρεῖ εὐαρέστους ὑπάρχειν αὐτῷ. — 117.

Qui ergo per illius nomen sacrificia ipsi offerunt ea, quae a Iesu Christo praescripta, id est quae in eucharistia panis et calicis a Christianis in omni terrarum loco offeruntur, hos omnes in antecessum Deus gratos sibi esse testatur.

838. Preces et gratiarvm actiones. — Ὅτι μὲν οὖν καὶ εὐχαὶ καὶ εὐχαριστίαι ὑπὸ τῶν ἀξίων γινόμεναι, τέλειαι μοναὶ καὶ εὐάρεστοί εἰσι τῷ Θεῷ θυσίαι, καὶ αὐτός φημι· Ταῦτα γὰρ μόνα καὶ Χριστιανοὶ παρέλαβον ποιεῖν, καὶ ἐπ' ἀναμνήσει δὲ τῆς τροφῆς αὐτῶν ξηρᾶς τε καὶ ὑγρᾶς ἐν ᾗ καὶ τοῦ πάθους ὃ πέπονθε δι' αὐτοὺς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ μέμνηται. — Ibid.

Equidem preces et gratiarum actiones quae a dignis peraguntur, sola esse perfecta et Deo accepta sacrificia et ipse pronuntio.

Haec enim Christiani quoque sola peragere didicerunt, etiam in recordatione alimoniae suae siccae et liquidae, in qua etiam passionis, quam Filius Dei propter eos pertulit, recordantur.

839. Preces et gratiarvm actiones. — Οὐδὲ ἓν γὰρ ὅλως ἐστὶ τὸ γένος ἀνθρώπων, εἴτε βαρβάρων, εἴτε Ἑλλήνων, εἴτε ἁπλῶς ᾡτινιοῦν ὀνόματι προσαγορευομένων, ἢ ἁμαξαβίων ἢ ἀοίκων καλουμένων, ἢ ἐν σκηναῖς κτηνοτρόφων οἰκούντων ἐν οἷς μὴ *διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ σταυρωθέντος Ἰησοῦ* εὐχαὶ καὶ εὐχαριστίαι *τῷ Πατρὶ καὶ Ποιητῇ τῶν ὅλων* γίνονται. — Ibid.

Nullum enim omnino genus est siue Graecorum, siue barbarorum, siue quolibet nomine appellentur uel Hamaxabiorum qui in plaustris degunt, uel nomadum qui domibus carent, uel Scenitarum qui pecora pascentes habitant in tentoriis, nullum, inquam, eiusmodi genus est, in quo non *per nomen crucifixi Iesu* preces et gratiarum actiones *Patri et Creatori uniuersorum* fiant.

840. Formvla exorcismi. — ὥστε καὶ τὰ δαιμόνια ὑποτάσσεσθαι αὐτοῦ *τῷ ὀνόματι*. — 121.

unde ipsi etiam daemones *eius* [scil. : Iesu] *nomini* subiiciuntur.

841. Orationes pro diversis. — πάντων ἡμῶν *εὐχομένων ὑπὲρ ὑμῶν*, καὶ *ὑπὲρ πάντων ἁπλῶς ἀνθρώπων*. — 133.

cum nos omnes *pro nobis* [scil. : Iudaeis] *precemur*, ac *pro omnibus omnino hominibus*.

842. Deprecatio. — Ἐγώ τε, *ὑπὲρ αὐτῶν εὐχόμενος*, ἔφην Οὐδὲν ἄλλο μεῖζον *ὑμῖν εὔχεσθαι δύναμαι, ὦ ἄνδρες, ἢ ἵνα, ἐπιγνόντες διὰ ταύτης τῆς ὁδοῦ δίδοσθαι παντὶ ἀνθρώπινον νοῦν, πάντως καὶ αὐτοὶ ἡμῖν ὅμοια ποιήσετε, τὸ ἡμῶν εἶναι τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ*. — 142.

Ego autem *pro eis* [scil. : Iudaeis] *orans*, nihil maius aiebam, *nobis precari possum, quam ut hac uia mentem omni homini dari agnoscentes, ipsi quoque idem omnino ac nos sentiatis Iesum esse Christum Dei.*

GRAECIA ET THRACIA

DIONYSIVS CORINTHIORVM
EPISCOPVS

843. De receptione lapsorvm et haereticorvm. — καὶ τοὺς ἐξ οἵας δ' οὖν ἀποπτώσεως, εἴτε πλημμελείας, εἴτε μὴν αἱρετικῆς πλάνης ἐπιστρέφοντας, δεξιοῦσθαι προστάττει. — Ap. Euseb., *Hist. eccl.*, IV, XXIII.

[in epistula ad Ecclesiam Amastrianorum et caeteras simul Ecclesias Ponti] cunctos qui a quouis lapsu, siue delicto, siue etiam ab haeretica prauitate resiliunt, benigne suscipi iubet.

844. De collectis ad ecclesias missis. Dominica die lectio epistvlae Clementis. — Ἔτι τοῦ Διονυσίου καὶ πρὸς Ῥωμαίους ἐπιστολὴ φέρεται, ἐπισκόπῳ τῷ τότε Σωτῆρι προσφωνοῦσα. Ἐξ ἧς οὐδὲν οἷον τὸ καὶ παραθέσθαι λέξεις, δι' ὧν τὸ μέχρι τοῦ καθ' ἡμᾶς διωγμοῦ φυλαχθὲν Ῥωμαίων ἔθος ἀποδεχόμενος, ταῦτα γράφει· « Ἐξ ἀρχῆς γὰρ ὑμῖν ἔθος ἐστὶ ταῦτο, πάντας μὲν ἀδελφοὺς ποικίλως εὐεργετεῖν, Ἐκκλησίαις τε πολλαῖς ταῖς κάτὰ πᾶσαν πόλιν ἐφόδια πέμπειν, ὧδε μὲν τὴν τῶν δεομένων πενίαν ἀναψύχοντας, ἐν μετάλλοις δὲ ἀδελφοῖς ὑπάρχουσιν ἐπιχορηγοῦντας· δι' ὧν πέμπετε ἀρχῆθεν ἐφοδίων, πατροπαράδοτον ἔθος Ῥωμαίων Ῥωμαῖοι διαφυλάττοντες, ὃ οὐ μόνον διατετήρηκεν ὁ μακάριος ὑμῶν ἐπίσκοπος Σωτὴρ, ἀλλὰ καὶ ἐπηύξηκεν, ἐπιχορηγῶν μὲν τὴν διαπεμπομένην δαψίλειαν τὴν εἰς τοὺς ἁγίους, λόγοις δὲ μακαρίοις τοὺς ἀνιόντας ἀδελφοὺς, ὡς τέκνα πατὴρ φιλόστοργος, παρακαλῶν. »

Ἐν αὐτῇ δὲ ταύτῃ καὶ τῆς Κλήμεντος πρὸς Κορινθίους μέμνηται ἐπιστολῆς, δηλῶν ἀνέκαθεν ἐξ ἀρχαίου ἔθους ἔπι τῆς Ἐκκλησίας τὴν ἀνάγνωσιν αὐτῆς ποιεῖσθαι. Λέγει γοῦν· « Τὴν σήμερον οὖν Κυριακὴν ἁγίαν ἡμέραν διηγάγομεν, ἐν ᾗ ἀνεγνώκαμεν ὑμῶν τὴν ἐπιστολήν· ἣν ἕξομεν ἀεί ποτε ἀναγινώσκοντες νουθετεῖσθαι, ὡς καὶ τὴν προτέραν ἡμῖν διὰ Κλήμεντος γραφεῖσαν. — Ap. Euseb., *Hist. eccl.*, IV, XXIII.

Exstat etiam epistula eiusdem Dionysii ad Romanos, Soteri tunc temporis episcopo Romae urbis nuncupata, ex qua pauca quaedam hic inserere non absurdum fuerit, ubi scilicet ille morem institutumque Romanorum ad persecutionem usque nostra aetate factam perpetuo custoditum magnopere commendans, ita scribit : « Haec enim, inquit, uobis consuetudo est iam inde ab ipso religionis exordio, ut fratres omnes uario beneficiorum genere afficiatis, et Ecclesiis quamplurimis, quae in singulis urbibus constitutae sunt, necessaria uitae subsidia transmittatis; et hac ratione tum egentium inopiam subleuatis, tum fratribus qui in metallis opus faciunt, necessaria suppeditatis : per haec quae ab initio transmittere consueuistis munera, morem institutumque Romanorum a maioribus uestris acceptum Romani retinentes. Atque hunc morem beatus episcopus uester Soter non seruauit solum, uerum etiam adauxit : tum munera sanctis destinata copiose subministrans, tum fratres peregre aduenientes, tanquam liberos suos pater amantissimus beatis sermonibus consolando. »

In hac ipsa etiam epistola meminit Clementis epistulae ad Corinthios scriptae quam ex prisca consuetudine legi solitam esse in ecclesia testatur his uerbis : « Hodie, inquit, sacrum diem Dominicum transegimus, in quo epistulam uestram legimus, quam quidem perpetuo deinceps legentes, perinde ac priorem illam nobis a Clemente scriptam epistulam optimis praeceptis ac documentis abundabimus.

ATHENAGORAS

845. Adoratio Dei. Regvla fidei. — Τὸ μὲν οὖν ἄθεοι μὴ εἶναι, *ἕνα τὸν ἀγένητον καὶ ἀΐδιον καὶ ἀόρατον καὶ ἀπαθῆ καὶ ἀκατάληπτον καὶ ἀχώρητον, νῷ μόνῳ καὶ λόγῳ καταλαμβανόμενον, φωτὶ καὶ κάλλει καὶ πνεύματι καὶ δυνάμει ἀνεκδιηγήτῳ περιεχόμενον, ὑφ' οὗ γεγένηται τὸ πᾶν διὰ τοῦ αὐτοῦ Λόγου καὶ διακεκόσμηται καὶ συγκρατεῖται, Θεὸν ἄγοντες*, ἱκανῶς μοι δέδεικται. — 10.

Satis igitur demonstratum a me est atheos nos non esse, qui *unum ingenitum et aeternum* tenemus *Deum, inuisibilem et impassibilem, qui nec capiant comprehendi potest, qui sola mente et ratione cognoscitur ac luce et pulchritudine, et spiritu ac potentia non enarrabili circumdatus est a quo denique omnia per ipsius Verbum et creata et ornata sunt et conseruantur.*

846. Regvla fidei. — Τίς οὖν οὐκ ἂν ἀπορήσαι, λέγοντας *Θεὸν Πατέρα καὶ Υἱὸν Θεὸν καὶ Πνεῦμα ἅγιον*, δεικνύντας αὐτῶν καὶ τὴν ἐν τῇ ἑνώσει δύναμιν καὶ τὴν ἐν τῇ τάξει διαίρεσιν, ἀκούσας ἀθέους καλουμένους. — Ibid.

Quis igitur non miretur, cum atheos, uocari audiat eos qui *Deum Patrem, et Filium Deum et Spiritum sanctum* asserunt, ac eorum et unione potentiam et in ordine distinctionem demonstrant.

847. Ministri. — πλῆθος ἀγγέλων καὶ λειτουργῶν φαμεν. — Ibid.

multitudinem angelorum et ministrorum agnoscimus.

848. De sacrificio incrvento. — Ὁ τοῦδε τοῦ παντὸς δημιουργὸς καὶ πατὴρ οὐ δεῖται αἵματος..... ἀλλὰ θυσία αὐτῷ μεγίστη, ἂν γιγνώσκωμεν τίς ἐξέτεινε καὶ συνεσφαίρωσε τοὺς οὐρανούς. — 13.

Opifex uniuersorum et parens non eget sanguine... sed uictima ei praestantissima, si cognoscamus quisnam ille sit coelos extendit etc.

849. Deprecatio pro regia haereditate. — Τίνες γὰρ καὶ δικαιότεροι ὧν δέονται τυχεῖν, ἢ οἵτινες *περὶ μὲν τῆς ἀρχῆς τῆς ὑμετέρας εὐχόμεθα, ἵνα παῖς μὲν παρὰ πατρὸς κατὰ τὸ δικαιότατον διαδέχησθε τὴν βασιλείαν, αὔξησιν δὲ καὶ ἐπίδοσιν καὶ ἡ ἀρχὴ ὑμῶν, πάντων ὑποχειρίων γιγνομένων*, λαμβάνῃ. — 37.

Quinam enim digniores qui ea quae petunt impetrent, quam qui *pro imperio uestro precamur, ut filius a patre, prout aequissimum est, regnum accipiatis, et accessionibus ac incrementis imperium uestrum, omnibus ditioni uestrae subiectis, augeatur!*

AVRELIVS CYRENIVS

EPS THRACIAE

850. Salvtatio. — *ἐῤῥῶσθαι ὑμᾶς εὔχομαι.* — Subscriptio in Serap. Antioch. epist. — Ap. Euseb., *H. e.*, V, xix.

[Aurelius Cyrenius martyr] *opto uos bene ualere.*

AELIVS PVBLIVS IVLIVS

EPS DEBELTI IN THRACIA

851. Ivramentvm. — *ζῇ ὁ Θεὸς ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.* — Ap. Euseb., *H. e.*, V, xix.

Testor Deum qui in coelis est.

852. Exorcismvs ab episcopo. — Σωτᾶς ὁ μακάριος ὁ ἐν Ἀγχιάλῳ, ἠθέλησε τὸν δαίμονα τὸν Πρισκήλλης ἐκβαλεῖν, καὶ οἱ ὑποκριταὶ οὐκ ἀφῆκαν. — Ibid.

beatus Sotas, qui est Anchiali [episcopus scil.], daemonium Priscillae eiicere uoluit, sed hypocritae nequaquam permiserunt.

ASIA MINOR

ANONYMVS

ANTIMONTANISTA APVD EVSEBIVM

AD AVIRCIVM MARCELLVM LIBRI III

853. Formvla. Controversiae in ecclesia. Presbyteri. — Προσφάτως δὲ φενόμενος ἐν Ἀγκύρᾳ τῆς Γαλατίας, καὶ καταλαβὼν τὴν κατὰ τόπον Ἐκκλησίαν ὑπὸ τῆς νέας ταύτης, οὐχ, ὡς αὐτοί φασι, προφητείας, πολὺ δὲ μᾶλλον, ὡς δειχθήσεται, ψευδοπροφητείας διατεθρυλλημένην, καθόσον δυνατὸν, *τοῦ Κυρίου παρασχόντος* περὶ αὐτῶν τε τούτων καὶ τῶν προτεινομένων ὑπ' αὐτῶν ἕκαστά τε διελέχθημεν ἡμέραις πλείοσιν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ· ὡς τὴν μὲν Ἐκκλησίαν ἀγαλλιασθῆναι, καὶ πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἐπιρρωσθῆναι, τοὺς δὲ ἐξεναντίας πρὸς τὸ παρὸν ἀποκρουσθῆναι, καὶ τοὺς ἀντιθέτους λυπηθῆναι. Ἀξιούντων οὖν τῶν κατὰ τόπον πρεσβυτέρων, ὅπως τῶν λεχθέντων κατὰ τῶν ἀντιδιατιθεμένων τῷ τῆς ἀληθείας λόγῳ ὑπόμνημά τι καταλίπωμεν, παρόντος καὶ τοῦ συμπρεσβυτέρου ἡμῶν Ζωτικοῦ τοῦ Ὀτρηνοῦ, τοῦτο μὲν οὐκ ἐπράξαμεν, ἐπηγγειλάμεθα δὲ ἐνθάδε γράψαντες *τοῦ Κυρίου διδόντος*, διὰ σπουδῆς πέμπειν αὐτοῖς. — Ap. Euseb., *Hist. eccl.*, V, xvi.

Nuper uero cum essem Ancyrae in Galatia, et Ecclesiam illius loci noua illa non ut ipsi dicunt prophetia, sed, ut postea demonstrabitur, pseudoprophetia turbatam deprehendissem; quantum facere potui, *Deo iuuante,* tum de his ipsis, tum de reliquis omnibus quae ab illis proponebantur, singillatim in ecclesia disserui pluribus diebus : adeo ut Ecclesia quidem incredibili gaudio affecta, et in ueritate fidei magnopere confirmata sit; aduersarii uero tunc quidem fugati et Dei hostes non mediocri dolore perculsi fuerint. Cum uero eius loci presbyteri postularent ut eorum quae contra ueritatis aduersarios dicta fuerant, commentarium ipsis scriptum relinquerem : astante etiam compresbytero nostro Zotico Otreno, id quidem minime praestiti; sed simul atque huc rediissem, scripturum me omnia, et ad ipsos quamprimum missurum, *Deo fauente,* promisi.

854. Exorcismvs ab episcopis. — Αὖθις δ' ἐν τῷ αὐτῷ φησι λόγῳ, τοὺς τότε ἱεροὺς ἐπισκόπους πεπειρᾶσθαι μὲν τὸ ἐν τῇ Μαξιμίλλῃ πνεῦμα διελέγξαι, κεκωλύσθαι δὲ πρὸς ἑτέρων, συνεργούντων δηλαδὴ τῷ πνεύματι. Γράφει δὲ οὕτως· « ... ἀλλὰ τὴν ἐν τῷ πνεύματι δύναμιν ἐναργῶς δειξάτω καὶ ἐλεγξάτω, καὶ ἐξομολογεῖσθαι διὰ τοῦ πνεύματος καταναγκασάτω τοὺς τότε παρόντας εἰς τὸ δοκιμάσαι καὶ διαλεχθῆναι τῷ πνεύματι λαλοῦντι, ἄνδρας δοκίμους καὶ ἐπισκόπους, Ζωτικὸν ἀπὸ Κομάνης κώμης, καὶ Ἰουλιανὸν ἀπὸ Ἀπαμείας· Ὧν οἱ περὶ Θεμίσωνα τὰ στόματα φιμώσαντες, οὐκ εἴασαν τὸ ψευδὲς καὶ λαοπλάνον πνεῦμα ὑπ' αὐτῶν ἐλεγχθῆναι. » — Ap. Euseb., *l. c.*

Refert praeterea in eodem libro sanctissimos episcopos spiritum illum qui in Maximilla residebat, confutare conatos quidem fuisse; sed ab aliis qui spiritus fauebant, prohibitos. Verba eius haec sunt : « ...Verum potentiam illam in spiritu euidenter ostendat et approbet, faterique ei assentiri per spiritum cogat eos qui tunc aderant ut garrulum illum spiritum alloquerentur et examinarent, uiros probos et episcopali dignitate praeditos : Zoticum scilicet Comanensem et Iulianum Apamenum. Quibus Themison aliique os obturantes, mendacem illum et uulgi seductorem spiritum ab aliis coargui uetuerunt. »

CLAVDIVS APOLLINARIS

855. Deprecatio pro plvvia. — Ἀλλὰ τοῖς μὲν ἔξωθεν ἱστορικοῖς ἅτε τῆς πίστεως ἀνοικείοις, τέθειται μὲν τὸ παράδοξον· οὐ μὴν καὶ ταῖς τῶν ἡμετέρων εὐχαῖς τοῦτο ὡμολογήθη γεγονέναι. Τοῖς δέ γε ἡμετέροις ἅτε ἀληθείας φίλοις, ἁπλῷ καὶ ἀκακοήθει τρόπῳ τὸ πραχθὲν παραδέδοται.

Sed gentilium scriptores utpote a religione nostra dissidentes, hoc quidem miraculum commemorarunt : non tamen id nostrorum precibus factum esse confessi sunt. Nostri uero utpote ueritatis cultores, simpliciter atque ingenue rem ipsam litteris tradiderunt. Ex his

Τούτων δ' ἂν εἴη καὶ Ἀπολλινάριος· ἐξ ἐκείνου, φήσας τὴν δι' εὐχῆς τὸ παράδοξον πεποιηκυῖαν λεγεῶνα, οἰκείαν τῷ γεγονότι πρὸς τοῦ βασιλέως εἰληφέναι προσηγορίαν, κεραυνοβόλον τῇ Ῥωμαίων ἐπικληθεῖσαν φωνῇ. — Ap. Euseb., *H. e.*, V, v.

est Apollinaris qui legionem ipsam cuius precibus id miraculum perpetratum est, exinde congruo rei uocabulo fulmineam ab imperatore cognominatam esse scribit.

856. De die Paschae. — Ἡ ιδ΄, τὸ ἀληθινὸν τοῦ Κυρίου Πάσχα, ἡ θυσία ἡ μεγάλη, ὁ ἀντὶ τοῦ ἀμνοῦ Παῖς Θεοῦ, ὁ δεθεὶς ὁ δήσας τὸν ἰσχυρόν, καὶ ὁ κριθεὶς κριτὴς ζώντων καὶ νεκρῶν· καὶ ὁ παραδοθεὶς εἰς χεῖρας ἁμαρτωλῶν, ἵνα σταυρωθῇ, ὁ ὑψωθεὶς ἐπὶ κεράτων μονοκέρωτος, καὶ ὁ τὴν ἁγίαν πλευρὰν ἐννενυχθείς, ὁ ἐκχέας ἐκ τῆς πλευρᾶς αὐτοῦ τὰ δύο πάλιν καθάρσια, ὕδωρ καὶ αἷμα, λόγον καὶ πνεῦμα· καὶ ὁ ταφεὶς ἐν ἡμέρᾳ τῇ τοῦ Πάσχα· ἐπιτεθέντος τῷ μνήματι τοῦ λίθου. — *De Paschate.*

Decima quarta ueri Paschatis Domini sacrificium magnum, pro agno Dei Filius, qui uinctus fortem uinxit, et qui iudicatus est, iudex est uiuorum et mortuorum, et qui traditus est in manus peccatorum ut crucifigeretur, qui super cornua unicornis est exaltatus, et qui in sacro latere percussus est, qui ex latere suo duo fudit purgatoria; aquam et sanguinem, uerbum et spiritum; et qui Paschatis die sepultus est, lapide monumento imposito.

MELITO SARDENSIS

OPERVM DEPERDITORVM FRAGMENTA

857. De die Paschae. — Ἐπὶ Σερουϊλίου Παύλου ἀνθυπάτου τῆς Ἀσίας, ᾧ Σάγαρις καιρῷ ἐμαρτύρησεν, ἐγένετο ζήτησις πολλὴ Λαοδικείᾳ περὶ τοῦ Πάσχα, ἐμπεσόντος κατὰ καιρὸν ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις καὶ ἐγράφη ταῦτα. — Ex libr. *de Paschate.*

Seruilio Paulo Asiae proconsule, quo tempore Sagaris martyrium perpessus est, magna controuersia Laodiceae excitata est de sollemnitate Paschali, quae tempestiue in illos dies inciderat. Quibus etiam diebus haec a uobis prescripta sunt.

858. De adoratione Dei et Verbi. — Οὐκ ἐσμὲν λίθων οὐδεμίαν αἴσθησιν ἐχόντων θεραπευταί, ἀλλὰ *μόνου Θεοῦ, τοῦ πρὸ πάντων, καὶ ἐπὶ πάντων, καὶ ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ ὄντως Θεοῦ Λόγου πρὸ αἰώνων,* ἐσμὲν θρησκευταί. — Ex *Apolog. pro Christianis.*

Non sumus lapidum sensu carentium cultores, sed *solius Dei, qui est ante omnia, et in omnibus, et praeterea Christi eius, qui uere est Deus Verbum ante saecula,* adoratores sumus.

859. Canon Sacrorvm Librorvm. — τὰ τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης βιβλία, ὑποτάξας ἔπεμψά σοι ὧν ἐστι τὰ ὀνόματα Μωϋσέως πέντε· Γένεσις, Ἔξοδος, Λευιτικόν, Ἀριθμοί, Δευτερονόμιον· Ἰησοῦς Ναυῆ, Κριταί, Ῥούθ, Βασιλειῶν τέσσαρα, Παραλειπομένων δύο. Ψαλμῶν Δαβίδ, Σολομῶντος Παροιμίαι, αἳ καὶ Σοφία, Ἐκκλησιαστής, Ἆσμα ᾀσμάτων, Ἰώβ, Προφητῶν Ἡσαΐου, Ἱερεμίου, τῶν δώδεκα ἐν μοναβίβλῳ, Δανιήλ, Ἰεζεκιήλ, Ἔσδρας. Ἐξ ὧν καὶ τὰς ἐκλογὰς ἐποιησάμην εἰς ἓξ βιβλία διελών. — Ex Ἐκλογῶν libris.

Veteris Testamenti libros diligenter didici [scil. : cum in Orientem profectus esset] eorumque indicem infra subiectum ad te misi. Est autem eiusmodi : Moysis libri quinque : Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium; Iesu Naue, Iudices, Ruth, Regnorum libri quattuor, Paralipomenon duo, Psalmi Dauidis, Salomonis prouerbia, quae et Sapientia, Ecclesiastes, Canticum canticorum, Iob, prophetarum Isaïae, Ieremiae, et duodecim prophetarum liber unus, Daniel, Ezechiel, Esdras. Ex his igitur excerpta collegi, quae in sex libros partitus sum.

860. Formvla. — *Crede in eum qui uere Deus est, et ad eum aperi mentem tuam, et ipsi commenda animam tuam et ipse potest tibi dare uitam aeternam, quae non moritur; omnia enim potest.* — Ex *Apologia ad Anton. Caes.*

861. Gratiarvm actio. — *Deo gratias age, qui te mente libera praeditum creauit, ut ad arbitrium tuum dirigaris.* — Ibid.

MILTIADES

862. De prophetis. — Ταῦτα εὑρὼν ἔν τινι συγγράμματι αὐτῶν ἐνισταμένων τῷ Μιλτιάδου τοῦ ἀδελφοῦ συγγράμματι, ἐν ᾧ ἀποδείκνυσι περὶ τοῦ μὴ δεῖν προφήτην ἐν ἐκστάσει λαλεῖν, ἐπετεμόμεν. — De libro anonymi cuiusdam antimontanistae ad Auircium Marcellum. — Ap. Eus., *H. e.*, V, xvii.

« Haec ego cum reperissem in quodam libro ipsorum [scil. : montanistarum] aduersus Miltiadem fratrem nostrum, qui peculiari opere docuerat non decere prophetam in exstasi loqui, in compendium redegi. »

POLYCRATES EPHESINVS EPS

863. De Pascha in qvarto decimo die. — Ἡμεῖς οὖν ἀῤῥᾳδιούργητον ἄγομεν τὴν ἡμέραν· μή τε προστιθέντες, μή τε ἀφαιρούμενοι. Καὶ γὰρ κατὰ τὴν Ἀσίαν μεγάλα στοιχεῖα κεκοίμηται· ἅτινα ἀναστήσεται τῇ ἡμέρᾳ τῆς παρουσίας τοῦ Κυρίου, ἐν ᾗ ἔρχεται μετὰ δόξης ἐξ οὐρανῶν, καὶ ἀναστήσει πάντας τοὺς ἁγίους Φίλιππον τὸν τῶν δώδεκα ἀποστόλων, ὃς κεκοίμηται ἐν Ἱεραπόλει, καὶ δύο θυγατέρες αὐτοῦ γεγηρακυῖαι παρθένοι· καὶ ἡ ἑτέρα αὐτοῦ θυγάτηρ ἐν ἁγίῳ Πνεύματι πολιτευσαμένη, ἣ ἐν Ἐφέσῳ ἀναπαύεται· ἔτι δὲ καὶ Ἰωάννης ὁ ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ Κυρίου ἀναπεσών· ὃς ἐγενήθη ἱερεὺς τὸ πέταλον πεφορηκὼς, καὶ μάρτυς καὶ διδάσκαλος· οὗτος ἐν Ἐφέσῳ κεκοίμηται. Ἔτι δὲ καὶ Πολύκαρπος ὁ ἐν Σμύρνῃ καὶ ἐπίσκοπος καὶ μάρτυς· καὶ Θρασέας καὶ ἐπίσκοπος καὶ μάρτυς ἀπὸ Εὐμενίας, ὃς ἐν Σμύρνῃ κεκοίμηται. Τί δὲ δεῖ λέγειν Σάγαριν ἐπίσκοπον καὶ μάρτυρα, ὃς ἐν Λαοδικείᾳ κεκοίμηται· ἔτι δὲ καὶ Παπείριον τὸν μακάριον, καὶ Μελίτωνα τὸν Εὐνοῦχον. τὸν εν ἁγίῳ Πνεύματι πάντα πολιτευσάμενον, ὃς κεῖται ἐν Σάρδεσι περιμένων τὴν ἀπὸ τῶν οὐρανῶν ἐπισκοπὴν, ἐν ᾗ ἐκ νεκρῶν ἀναστήσεται; Οὗτοι πάντες ἐτήρησαν τὴν ἡμέραν τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης τοῦ Πάσχα κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον· μηδὲν παρεκβαίνοντες, ἀλλὰ κατὰ τὸν κανόνα τῆς πίστεως ἀκολουθοῦντες. Ἔτι δὲ κἀγὼ ὁ μικρότερος πάντων ὑμῶν Πολυκράτης κατὰ παράδοσιν τῶν συγγενῶν μου, οἷς καὶ παρηκολούθησά τισιν αὐτῶν· ἑπτὰ μὲν ἦσαν συγγενεῖς μου ἐπίσκοποι, ἐγὼ δὲ ὄγδοος· καὶ πάντοτε τὴν ἡμέραν ἤγαγον οἱ συγγενεῖς μου, ὅταν ὁ λαὸς ἤρτυε τὴν ζύμην· ἐγὼ οὖν, ἀδελφοί, ἑξήκοντα πέντε ἔτη ἔχων ἐν Κυρίῳ· καὶ συμβεβληκὼς τοῖς ἀπὸ τῆς οἰκουμένης ἀδελφοῖς· καὶ πᾶσαν ἁγίαν Γραφὴν διεληλυθὼς, οὐ πτύρομαι ἐπὶ τοῖς καταπλησσομένοις. Οἱ γὰρ ἐμοῦ μείζονες εἰρήκασι· Πειθαρχεῖν δεῖ Θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις

Nos igitur uerum ac genuinum agimus diem, nec addentes quidquam, nec detrahentes. Etenim in Asia magna quaedam lumina exstincta sunt, quae illo aduentus Dominici die resurrectura sunt, cum Dominus e coelo ueniet plenus gloria sanctosque omnes suscitabit. Philippus scilicet unus e duodecim apostolis qui mortuus est Hierapoli, et duae eius filiae quae uirgines consenuerunt; alia quoque eiusdem filia, quae Spiritu sancto afflata uixit, et Ephesi requiescit.

Praeterea Iohannes qui in sinu Domini recubuit; qui etiam sacerdos fuit et laminam gestauit martyr denique et doctor exstitit Hic, inquam Iohannes apud Ephesum extremum diem obiit.

Polycarpus quoque, qui apud Smyrnam episcopus et martyr fuit; itemque Thrasea Eumeniae episcopus et martyr, qui Smyrnae requiescit.

Quid Sagarim episcopum, eumdemque martyrem attinet dicere, qui Laodiceae mortuus est?

Quid beatum Papirium, quid Melitonem Eunuchum, qui Spiritu sancto afflatus cuncta gessit; qui et Sardibus situs est. aduentum Domini de coelis, in quo resurrecturus est, expectans? Ibi omnes diem Paschae quartadecima luna iuxta Euangelium obseruarunt; nihil omnino uariantes, sed regulam fidei constanter sequentes.

Ego quoque omnium uestrum minimus Polycrates, et traditione cognatorum meorum quorum etiam nonnullos assectatus sum; fuerunt enim septem omnino ex cognatis meis episcopis, quibus ego octauus accessi, qui quidem omnes semper Paschae diem tunc celebrarunt, cum [Iudeorum] populus fermentum abiiceret; ego, inquam, fratres, quinque et sexaginta annos natus in Domino, qui cum fratribus toto orbe dispersis sermones saepe contuli, qui Scripturam sacram omnem perlegi, nihil moueor ex iis quae nobis ad formidinem intentantur. Etenim ab illis qui me longe maiores erant dictum scio : Obedire oportet Deo magis, quam hominibus.

SYRIA ET PALAESTINA

EX S. HEGESIPPI

FRAGMENTIS

864. PRAESIDES ECCLESIAE. — Τοὺς δὲ ἀπολυθέντας, ἡγήσασθαι τῶν ἐκκλησιῶν, ὡς ἂν δὴ μάρτυρας ὁμοῦ καὶ ἀπὸ γένους ὄντας τοῦ Κυρίου. — Fragm. II.

Illos uero ad hunc modum dimissos ecclesiis posthac praefuisse narrant, utpote Christi martyres simul ac propinquos.

865. PRAESIDES ECCLESIAE. — Ἔρχονται οὖν καὶ προηγοῦνται πάσης Ἐκκλησίας ὡς μάρτυρες καὶ ἀπὸ γένους τοῦ Κυρίου. — Fragm. III.

Adsunt, illi [nepotes scil. : Iudae, unius ex Domini fratribus] et uniuersae Ecclesiae praesident, utpote martyres, et agnati Christi.

866. EPISCOPVS. — Καὶ ἐπέμενεν ἡ Ἐκκλησία ἡ Κορινθίων ἐν τῷ ὀρθῷ λόγῳ, μέχρι Πρίμου ἐπισκοπεύοντος ἐν Κορίνθῳ. — Fragm. V.

Et Corinthiorum quidem, inquit, Ecclesia in recta fide permansit usque ad Primum eiusdem loci episcopum.

867. DIACONVS. DE SVCCESSIONE EPISCOPORVM. — Γενόμενος δὲ ἐν Ῥώμῃ, διαδοχὴν ἐποιησάμεν μέχρις Ἀνικήτου, οὗ διάκονος ἦν Ἐλεύθερος... ... Ἐν ἑκάστῃ δὲ διαδοχῇ καὶ ἐν ἑκάστῃ πόλει αὐτως ἔχει ὡς ὁ νόμος κηρύττει καὶ οἱ προφῆται καὶ ὁ Κύριος. — Ibid.

Romam uero cum uenissem mansi ibi apud Anicetum, cuius tum diaconus erat Eleutherus... In singulis autem episcoporum successionibus et per singulas urbes eadem manent, quae per legem ac prophetas et a Domino ipso praedicata sunt.

TATIANI

AD GRAECOS

868. EXORCISMVS. — οἱ, λόγῳ Θεοῦ δυνάμεως πληττόμενοι, δεδιότες ἀπίασι, καὶ ὁ κάμνων θεραπεύεται. — 16.

uerbo uirtutis Dei percussi [scil. : daemones] discedunt exterriti et aeger sanatur.

869. CONVENTVS. — Τοὺς δὲ ἀκροᾶσθαι βουλομένους πάντας οὕτως προσιέμεθα, κἂν πρεσβύτιδες ὦσι, κἂν μειράκια· πᾶσά τε ἁπαξαπλῶς ἡλικία παρ' ἡμῖν τυγχάνει τιμῆς. — 32.

Quicunque autem audire uoluerint, omnes hoc modo admittemus etiamsi anus, etiamsi adolescentes fuerint, ac omni prorsus aetati suus est apud nos honor.

870-871. CVLTVS DEI. — μενούσης μοι κατὰ Θεὸν πολιτείας ἀνεξαρνήτου. — 42.

manente mihi citra inficiationem colendi Dei ratione.

THEOPHILI

AD AVTOLYCVM

872. DEPRECATIO PRO REGE. ADORATIO DEI. — Τοιγαροῦν μᾶλλον τιμήσω τὸν βασιλέα, οὐ προσκυνῶν αὐτῷ, ἀλλὰ εὐχόμενος ὑπὲρ αὐτοῦ. Θεῷ δὲ τῷ ὄντως Θεῷ καὶ ἀληθεῖ προσκυνῶ. — L. I, c. XI.

Regem igitur potius colam, non tamen cum adorans, sed preces pro eo fundens. Verum autem et uere existentem Deum adoro.

873. Deprecatio pro rege. — Τὸν δὲ βασιλέα τίμα εὐνοῶν αὐτῷ, ὑποτασσόμενος αὐτῷ, εὐχόμενος ὑπὲρ αὐτοῦ. — Ibid.

Regem igitur cole, sed eum diligendo cole, eique parendo et orando pro eo.

874. De vnctione. — Τοιγαροῦν ἡμεῖς τούτου εἵνεκεν καλούμεθα Χριστιανοί, ὅτι χριόμεθα ἔλαιον Θεοῦ. — L. I, c. xii.

Non enim ideo Christiani uocamur, quod Dei oleo ungamur.

875. Baptismi ritvs et effectvs. — τοὺς ἀνθρώπους μετάνοιαν καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν διὰ ὕδατος καὶ λουτροῦ παλιγγενεσίας, πάντας τοὺς προσιόντας τῇ ἀληθείᾳ, καὶ ἀναγεννωμένους καὶ λαμβάνοντας εὐλογίαν παρὰ τοῦ Θεοῦ. — L. II, c. xvi.

homines paenitentiam et remissionem peccatorum per aquam et lauacrum regenerationis accepturos, quotquot ad ueritatem accedunt et regenerantur et benedictionem a Deo accipiunt.

876. Cvltvs Dei. — θεοσέβεια πράσσεται, Θεὸς ὁμολογεῖται. — L. III, c. xv.

cultus Dei peragitur [scil. : a Christianis], Deus confitendo celebratur.

S. THEOPHILI CAESAREAE EPI

SYNODALIA DE PASCHA

877. Epistolae encyclicae. De die Paschae. — Τῆς δ' ἐπιστολῆς ἡμῶν πειράθητε κατὰ πᾶσαν Ἐκκλησίαν ἀντίγραφα διαπέμψασθαι, ὅπως μὴ ἔνοχοι ὦμεν τοῖς ῥᾳδίως πλανῶσιν ἑαυτῶν τὰς ψυχάς. Δηλοῦμεν δὲ ὑμῖν ὅτι τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἄγουσιν, ἧπερ καὶ ἡμεῖς. Παρ' ἡμῶν γὰρ τὰ γράμματα κομίζεται αὐτοῖς καὶ ἡμῖν παρ' αὐτῶν· ὥστε συμφώνως καὶ ὁμοῦ ἄγειν ἡμᾶς τὴν ἁγίαν ἡμέραν. — Ap. Euseb., *H. e.*, V, xxv.

Date operam, ut epistolae nostrae exemplaria per omnes Ecclesias mittantur, ne nobis crimen imputent, qui animas suas a recto ueritatis tramite facile abducunt. Illud etiam uobis significamus, eodem quod apud nos, die Pascha Alexandriae celebrari. A nobis enim ad illos et uicissim ab illis ad nos litterae perferuntur; ita ut uno consensu et simul sacrosanctum peragamus diem.

ALEXANDRI HIEROSOLYMITANI EPI

FRAGMENTA EPISTVLARVM

878. Salvtatio. — Ἀλέξανδρος, δοῦλος καὶ δέσμιος Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῇ μακαρίᾳ Ἀντιοχέων Ἐκκλησίᾳ ἐν Κυρίῳ χαίρειν. — Ex *epist. ad Antiochenses*, ap. Eus., *H. e.*, VI, xi.

Alexander, seruus Dei et uinctus Iesu Christi, beatissimae Antiochensium Ecclesiae in Domino salutem.

879. Presbyter. Ecclesia Christi. — Ταῦτα δὲ ὑμῖν, κύριοί μου ἀδελφοί, τὰ γράμματα ἀπέστειλα διὰ Κλήμεντος τοῦ μακαρίου πρεσβυτέρου, ἀνδρὸς ἐναρέτου καὶ δοκίμου· ὃν ἴστε καὶ ὑμεῖς καὶ ἐπιγνώσεσθε· ὃς καὶ ἐνθάδε παρὼν κατὰ τὴν πρόνοιαν καὶ ἐπισκοπὴν τοῦ Δεσπότου, ἐπεστήριξέ τε καὶ ηὔξησε τὴν τοῦ Κυρίου Ἐκκλησίαν. — Ibid.

Porro has litteras, domini fratres, per beatum presbyterum Clementem ad uos misi uirum uirtute praeditum et probatum : quem uos et nostis iam, et amplius cognoscetis. Qui quidem Dei nutu ac prouidentia, dum hic apud nos praesens esset. Ecclesiam Christi et confirmauit et magnopere auxit.

880. Episcopvs. Orationes. — Ἀσπάζεται ὑμᾶς Νάρκισσος ὁ πρὸ ἐμοῦ διέπων τὸν τόπον τῆς ἐπισκοπῆς τὸν ἐνθάδε, καὶ νῦν συνεξεταζόμενός μοι διὰ τῶν εὐχῶν. — Ex *epist. ad Antinoitas.*

Salutat uos Narcissus, qui ante me episcopalem huius Ecclesiae sedem tenuit, et qui nunc mihi coniunctus est in orationibus.

881. Salvtatio. — ἐῤῥῶσθαί σε ἅμα τῇ συνοδίᾳ καὶ κατὰ νοῦν εὔχομαι. — Ex *epist. ad Origenem*, nº 2.

ego te una cum comitatu ualere ex animo precor.

882. De laico concionante praesentibvs episcopis. — Προσέθηκε δὲ τοῖς γράμμασιν, ὅτι τοῦτο οὐδέποτε ἠκού-

Quod uero in litteris tuis adiecisti, nunquam antea uisum nec adhuc factum fuisse, ut praesentibus epi-

σθῃ, οὐδὲ νῦν γεγένηται, τὸ, παρόντων ἐπισκόπων λαϊκοὺς ὁμιλεῖν· οὐκ οἶδ' ὅπως προφανῶς οὐκ ἀληθῆ λέγων· Ὅπου γοῦν εὑρίσκονται οἱ ἐπιτήδειοι πρὸς τὸ ὠφελεῖν τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ παρακαλοῦνται τῷ λαῷ προσομιλεῖν, ὑπὸ τῶν ἁγίων ἐπισκόπων· ὥσπερ ἐν Λαράνδοις Εὔελπις ὑπὸ Νέωνος· καὶ ἐν Ἰκονίῳ Παυλῖνος ὑπὸ Κέλσου· καὶ ἐν Συνάδοις Θεόδωρος ὑπὸ Ἀττικοῦ, τῶν μακαρίων ἀδελφῶν. Εἰκὸς δὲ καὶ ἐν ἄλλοις τόποις τοῦτο γίνεσθαι ἡμᾶς δὲ μὴ εἰδέναι. — Ex *epist. ad Demetrium Alexandrinum.* — Ap. Eus., *H. e.*, l. VI, c. XIX.

scopis laici concionarentur; in eo nescio quomodo ueritate longissime aberrasti. Nam, sicubi reperiuntur qui fratribus prodesse possint, eos sancti episcopi ultro adhortantur, ut ad populum conciones habeant. Sic Euelpis Larandis rogatus est a Neone; Paulinus Iconii a Celso; Theodorus apud Synnada ab Attico, fratribus nostris beatissimus. Idque etiam alibi fieri credibile est quamuis nos ignoremus.

MALCHIONIS PBRI

ADV. PAVLVM SAMOSATENVM

883. Hierarchia. Salutatio. — Διονυσίῳ καὶ Μαξίμῳ καὶ τοῖς κατὰ τὴν οἰκουμένην πᾶσι συλλειτουργοῖς ἡμῶν ἐπισκόποις καὶ πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις· καὶ πάσῃ τῇ ὑπὸ τὸν οὐρανὸν καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ..... καὶ οἱ λοιποὶ πάντες οἱ σὺν ἡμῖν παροικοῦντες τὰς ἐγγὺς πόλεις καὶ ἔθνη ἐπίσκοποι καὶ πρεσβύτεροι καὶ διάκονοι· καὶ αἱ Ἐκκλησίαι τοῦ Θεοῦ, ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς ἐν Κυρίῳ χαίρειν. — Inscript.

Dionysio et Maximo, et omnibus per uniuersum orbem comministris nostris, episcopis, presbyteris et diaconis, et uniuersae Ecclesiae catholicae quae sub coelo est . . . . et reliqui omnes qui nobiscum sunt uicinarum urbium et prouinciarum episcopii presbyteri ac diaconi, et Ecclesiae Dei, charissimis fratribus in Domino salutem.

884. Regula fidei. — Iesus Christus, ille qui de Maria ortus est, unitus Sapientiae unum fuit. Cum ea et per eam fuit Filius et Christus; dixit enim [Malchio scil.] *esse Filium Dei illum Iesum Christum, qui passus est,* qui tolerauit alapas et uerbera, *qui sepultus est et descendit ad inferos, quique resurrexit a mortuis* (fragmentum eorum quae Paulus Samosatenus effutiuit contra Malchionem, qui cum eo disputauit e Pitra, *Analect.*, tomus V, ed. Martin. Addend. script. PP. Antenic. ex codd. orientalib. [cf. codd. add. Mus. Britann. 12155, fol. 111 u°; 14538, fol. 100 u°]).

ASIA ANTERIOR

ARCHELAI MESOPOTAMIAE EPI

DISPVTATIO CVM MANETE

885. Regvla fidei. Orationes pro frvgibvs terrae. Ieivnivm. Vigiliae. — Nos, *uiuenti Deo* credimus soli.
Est autem nobis mos huius modi fratrum nostrorum in nos traditione descendens, quique a nobis obseruatus est usque ad hunc diem : per annos singulos extra urbem egressi una cum coniugibus ac liberis, supplicamus *soli et inuisibili Deo,* imbres ab eo satis nostris ac frugibus obsecrantes : quod cum tempore ac more solito celebraremus, immorantes ieiunos uesper obtexit, et grauabant nos duo omnium difficillima, ieiunium et uigiliae. Circa medium uero noctis inuidus nobis et importunus somnus obrepsit, [subito milites superuenerunt] et interfecerunt quidem ex nobis ad mille trecentos uiros uulnerauerunt autem quingentos. Cum uero dies inclaruit, qui superfuerant ex nobis, huc perduxerunt captiuos [ut supra testatur, captiuorum multitudo, septem millia numero et septingenti]. — N. ii.

PALAESTINA

EVSEBII CAESARIENSIS

CANON CHRONICVS

886. Coetvs. Hymni. — (Sub Traiano.) Plinius Secundus, cum quamdam prouinciam regeret, et in magistratu suo plurimos Christianorum interfecisset, multitudine eorum perterritus quaesiuit a Traiano quid facto opus esset, nuntians ei, praeter obstinationem non sacrificandi, et antelucanos coetus ad canendum cuidam Christo ut Deo, nihil apud eos reperiri : praeterea ad confederandam disciplinam uetari ab iis homicidia, furta, adulteria, latrocinia et his similia.

887. Deprecatio pro plvvia. — (Sub Marco Antonino.) Imperator Antoninus multis aduersum se nascentibus bellis saepe ipse intererat, saepe duces nobilissimos destinabat. Semel Pertinaci et exercitui, qui cum eo in Quadorum regione pugnabat, siti oppressis pluuia diuinitus demissa est : cum econtrario Germanos et Sarmatas fulmina persequerentur, et plurimos eorum interficerent. Exstant litterae M. Aurelii grauissimi imperatoris, quibus illam Germanicam sitim Christianorum forte militum precationibus impetrato imbre discussam contestatur.

888. De die Paschae. — (Sub Seuero.) Quaestione orta in Asia inter episcopos, an secundum legem Moysi quarto decimo die mensis Pascha obseruandum esset, Victor Romanae urbis episcopus et Narcissus Hierosolymorum, Polycrates quoque Ephesiorum et Irenaeus Lugdunensis, et Bacchylus Corinthiorum plurimique Ecclesiarum pastores, quid eis probabile uisum fuerit, litteris ediderunt; quarum memoria ad nos usque perdurat.

889. Episcopvs coadivtor. — (Sub Antonio cognomento Caracalla.) Alexander tricesimus Hierosolymorum episcopus ordinatur adhuc uiuente Narcisso et cum eo pariter Ecclesiam regit. [Cfr. Euseb., *H. e.*, VI, cap. xi.]

890. Sacerdotes. — (Sub Maximino.) Maximinus aduersum Ecclesiarum sacerdotes persecutionem facit.

891. Paenitentia. — (Sub Gallo et Volusiano.) Nouatus presbyter Cypriani Romam ueniens, Nouatianum et caeteros confessores sibi sociat, eo quod Cornelius paenitentes apostates recepisset.

892. Episcopvs amovetvr. — (Sub Gallieno.) Paulus Samosatenus a cunctorum praedicatione desciscens, Artemonis heresim suscitauit. In cuius locum Antiochenae Ecclesiae sextus decimus ordinatur episcopus Domnus.

893. Tempore Paschae. — (Sub Diocletiano.) Nono decimo Diocletiani anno, mense martio, in diebus Paschae, ecclesiae subuersae sunt.

894. Deprecatio martyris cvivsdam « vt mergeretvr ». — (Sub Maxentio Herculi.) Quirinus, episcopus Siscianus gloriose pro Christo interficitur. Nam manuali [*al.* nauali] mola ad collum ligata e ponte praecipitatus in flumen diutissime supernatauit et cum spectantibus collocutus, ne sui terrerentur exemplo, uix, *orans ut mergeretur,* obtinuit.

EX EVSEBII CAESARIENSIS

HISTORIA ECCLESIASTICA

895. Sanationvm (forte exorcismi) formvla. — Ὡς δὲ ἤκουσεν ὁ Ἄγβαρος τὰ μεγαλεῖα καὶ τὰ θαυμάσια, ἃ ἐποίει καὶ ὡς ἐθεράπευεν *ἐν ὀνόματι* καὶ δυνάμει *Ἰησοῦ Χριστοῦ*. — Lib. I, cap. xiii.

Proinde cum Agbarus [rex Edessenus] ab illo [Thaddaeo scil. discipulo] patrata miracula audiuisset, et quo pacto *per nomen* ac uirtutem *Iesu Christi* morbos fugaret.

896. IDEM. — Ἤκουσα ὅτι ἀνήρ τις δυνάστης ἐλθὼν ἀπὸ Ἱεροσολύμων, καταμένει ἐν τῇ σῇ οἰκίᾳ, καὶ πολλὰς ἰάσεις *ἐπ' ὀνόματι Ἰησοῦ* ἐργάζεται. — Ibid.

Accepi [inquit Agbarus ad Tobiam Thaddaei hospitem] potentem quemdam uirum profectum Hierosolymis apud te diuersari, et plurimas morborum curationes in nomine Iesu ab illo fieri.

897. REGVLA FIDEI. FORMVLA AD SANANDVM CVM IMPOSIT. MAN. — « *Κἀγὼ πεπίστευκα εἰς αὐτὸν καὶ εἰς τὸν Πατέρα αὐτοῦ.* » Καὶ ὁ Θαδδαῖος, « Διὰ τοῦτο, φησί, τίθημι τὴν χεῖρά μου ἐπὶ σὲ *ἐν ὀνόματι αὐτοῦ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ.* » — Ibid.

[Thaddaeo Agbarus] « *Et in ipsum* [Iesum Christum scil.], inquit, *credidi et in Patrem ipsius.* » Tunc Thaddaeus « Propterea, inquit, manum tibi impono *in nomine Domini nostri Iesu.* »

898. IMPOSITIO MANVS. — Ἄβδον τὸν τοῦ Ἄβδου ποδάγραν ἔχοντα· ὃς καὶ αὐτὸς προσελθὼν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ ἔπεσεν, εὐχάς τε διὰ χειρὸς λαβὼν ἐθεραπεύθη. — Ibid.

... sed et Abdum quemdam Abdi filium podagra laborantem, qui cum supplex ad Thaddaei uestigia prouolutus esset, benedictionem ab eo per impositionem manus accipiens sanatus est.

899. REGVLA FIDEI. — *ἕνα δὲ μόνον εἶναι Θεὸν ὡμολόγουν τὸν τῶν συμπάντων δημιουργόν*, τοῦτόν τε αὐτὸν θεσμοῖς ἀληθοῦς εὐσεβείας δι' ἐνθέου καὶ σώφρονος θρησκείας τῆς ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τῷ τῶν ανθρώπων βίῳ κατασπαρείσης ἐγέραιρον. — Lib. II, c. III.

unum autem Deum esse omnium rerum opificem confitebantur [turbae nuper ab apostolis edoctae]. Quem quidem sacris uerae pietatis ritibus, per diuinam modestamque religionem quam Seruator noster in humanum genus inuexerat, colebant.

900. PRECES PRO REGE IN EXTREMIS POSITO (APVD IVDAEOS). — διῆλθε λόγος εἰς πάντας, ὡς ἔχοι τοῦ τεθνάναι παντάπασι μετ' ὀλίγον. Ἡ πληθὺς δ' αὐτίκα σὺν γυναιξὶ καὶ παισὶν ἐπὶ σάκκον καθεσθεῖσα τῷ πατρίῳ νόμῳ, τὸν Θεὸν ἱκέτευον ὑπὲρ τοῦ βασιλέως, οἰμωγῆς τε πάντ' ἦν ἀνάπλεω καὶ θρήνων. — L. II, c. X.

... rumor continuo per urbem sparsus est, regem in maximo uitae discrimine uersari [Herodem : scil. Agrippam]. Statimque plebs omnis cum uxoribus et liberis, stratis ciliciis more patrio sedens Deum pro salute regis obsecrauit.

901. VT IN ECCLESIA LIBER LEGERETVR COMPROBATIO PRIVS REQVIRENDA EST. — τοσοῦτο δ' ἐπέλαμψεν ταῖς τῶν ἀκροατῶν τοῦ Πέτρου διανοίαις εὐσεβείας φέγγος, ὡς μὴ τῇ εἰσάπαξ ἱκανῶς ἔχειν ἀρκεῖσθαι ἀκοῇ, μηδὲ τῇ ἀγράφῳ τοῦ θείου κηρύγματος διδασκαλίᾳ, παρακλήσεσι δὲ παντοίαις Μάρκον, οὗ τὸ Εὐαγγέλιον φέρεται, ἀκόλουθον ὄντα Πέτρου λιπαρῆσαι, ὡς ἂν καὶ διὰ γραφῆς ὑπόμνημα τῆς διὰ λόγου παραδοθείσης αὐτοῖς καταλείψοι διδασκαλίας, μὴ πρότερόν τε ἀνεῖναι, ἢ κατεργάσασθαι τὸν ἄνδρα, καὶ ταύτῃ αἰτίους γενέσθαι τῆς τοῦ λεγομένου κατὰ Μάρκον Εὐαγγέλιον γραφῆς. Γνόντα δὲ τὸ πραχθέν φασι τὸν ἀπόστολον ἀποκαλύψαντος αὐτῷ τοῦ Πνεύματος, ἡσθῆναι τῇ τῶν ἀνδρῶν προθυμίᾳ, κυρῶσαί τε τὴν γραφὴν εἰς ἔντευξιν ταῖς ἐκκλησίαις.
Κλήμης ἐν ἕκτῳ τῶν Ὑποτυπώσεων παρατέθειται τὴν ἱστορίαν, συνεπιμαρτυρεῖ δ' αὐτῷ καὶ ὁ Ἱεραπολίτης ἐπίσκοπος, ὀνόματι Παπίας. — L. II, c. XV.

Tantus autem ueritatis fulgor emicuit in mentibus eorum qui Petrum audierant, ut parum haberent semel audisse, nec contenti essent coelestis uerbi doctrinam uiua uoce, nullis traditam scriptis accepisse : sed Marcum Petri sectatorem cuius hodieque exstat Euangelium, enixe orarent ut doctrinae illius quam auditu acceperant, scriptum aliquod monumentum apud se relinqueret. Nec prius destiterunt quam hominem expugnassent, auctoresque scribendi illius, quod secundum Marcum dicitur, Euangelii exstitissent. Quod cum Petrus per reuelationem sancti Spiritus cognouisset, delectatus ardenti hominum studio, librum illum auctoritate sua comprobasse dicitur, ut deinceps in ecclesiis legeretur. Refertus id a Clemente in sexto Institutionum libro. Cui testis etiam accedit Papias, Hieropolitanus episcopus.

902. ECCLESIA. — Τοῦτον δὲ Μάρκον... ἐκκλησίας τε πρῶτον ἐπ' αὐτῆς Ἀλεξανδρείας συστήσασθαι. — L. II, c. XVI.

Caeterum hunc Marcum... in ipsa urbe Alexandria [in Aegypto] ecclesias constituisse.

Communi eruditorum opinioni ego libenter assentior quae θεραπευτὰς illos negat Christianos unquam fuisse. Locum tamen pro studiis liturgicis alicuius momenti omittere nolui.

903. ECCLESIAE ET CVLTVS THERAPEVTARVM. HYMNI ET CANTVS. CONVENTVS. DE QVADRAGESIMALI OBSERVANTIA. DE VIGILIA PASCHAE. PSALMODIA. HIERARCHIA. —

[subiungit Philo Iudaeus :] « Id genus hominum in uariis orbis regionibus sparsum reperitur. Graecos enim et barbaros tanti boni participes fieri decebat.

« Πολλαχοῦ μὲν οὖν τῆς οἰκουμένης ἐστὶ τὸ γένος. Ἔδει γὰρ ἀγαθοῦ τελείου μετασχεῖν καὶ τὴν Ἑλλάδα καὶ τὴν βάρβαρον. Πλεονάζει δ' ἐν Αἰγύπτῳ καθ' ἕκαστον τῶν ἐπικαλουμένων νομῶν, καὶ μάλιστα περὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν. Οἱ δὲ πανταχόθεν ἄριστοι, καθάπερ εἰς πατρίδα θεραπευτῶν, ἀποικίαν στέλλονται πρός τι χωρίον ἐπιτηδειότατον, ὅπερ ἔστιν ὑπὲρ λίμνης Μαρίας κείμενον ἐπὶ γεωλόφου χθαμαλωτέρου σφόδρα εὐκαίρως, ἀσφαλείας τε ἕνεκα καὶ ἀέρος εὐκρασίας. » Εἶθ' ἑξῆς τὰς οἰκήσεις αὐτῶν ὁποῖαί τινες ἦσαν διαγράψας, περὶ τῶν κατὰ χώραν ἐκκλησιῶν ταῦτά φησιν· « Ἐν ἑκάστῃ δὲ οἰκίᾳ, ἔστιν οἴκημα ἱερὸν ὃ καλεῖται σεμνεῖον καὶ μοναστήριον, ἐν ᾧ μονούμενοι, τὰ τοῦ σεμνοῦ βίου μυστήρια τελοῦνται, μηδὲν εἰσκομίζοντες, μὴ ποτὸν, μὴ σιτίον, μήτε τι τῶν ἄλλων ὅσα πρὸς τὰς τοῦ σώματος χρείας ἀναγκαῖα, ἀλλὰ νόμους καὶ λόγια θεσπισθέντα διὰ προφητῶν καὶ ὕμνους, καὶ τἄλλα οἷς ἐπιστήμη καὶ εὐσέβεια συναύξονται καὶ τελειοῦνται. »

Floret tamen praecipue in Aegypto, per singulas eius praefecturas diffusum, maxime uero circa Alexandriam. Caeterum ex omnibus terrae partibus optimi quique in locum quemdam opportunissimum, qui est trans Mariam paludem in colle terreno satis humili situs, et tum propter securitatem, tum ob coeli temperiem commodissimus, tanquam in patriam Therapeutarum migrant. » Hinc postquam cuiusmodi essent illorum domicilia descripsit, de ecclesiis quas uariis in locis exstructas habent, ita dicit : « In singulis autem domiciliis est quoddam sacellum quod semmeum et monasterium appellatur. In quo soli, remotis arbitris, sanctioris uitae mysteria peragunt. Nec cibum potumue, nec eorum quae ad corporis curam pertinent quidquam eo secum inferunt : sed legem duntaxat et prophetarum oracula hymnosque et alia huiusmodi, quibus pietas simul ac scientia augentur et consummantur. »

De lectionibus Euangelio apostolorumque scriptis gratuito ab Eusebio adsimilatis nil referre uolui.

Εἶτα πάλιν ἑξῆς περὶ τοῦ νέους αὐτοῖς ποιεῖσθαι ψαλμοὺς οὕτως γράφει· « Ὥστ' οὐ θεωροῦσι μόνον, ἀλλὰ καὶ ποιοῦσιν ᾄσματα καὶ ὕμνους εἰς τὸν Θεὸν, διὰ παντοίων μετρων καὶ μελῶν ῥυθμοῖς σεμνοτέροις ἀναγκαίως χαράσσοντες. »

. . . .

. . . .

Τί δεῖ τούτοις ἐπιλέγειν τὰς ἐπὶ ταὐτὸν συνόδους, καὶ τὰς ἰδίᾳ μὲν ἀνδρῶν, ἰδίᾳ δὲ γυναικῶν ἐν ταὐτῷ διατριβὰς, καὶ τὰς ἐξ ἔθους εἰσέτι καὶ νῦν πρὸς ἡμῶν ἐπιτελουμένας ἀσκήσεις, ἃς διαφερόντως κατὰ τὴν τοῦ σωτηρίου πάθους ἑορτὴν, ἐν ἀσιτίαις καὶ διανυκτερεύσεσιν, προσοχαῖς τε τῶν θείων λόγων ἐκτελεῖν εἰώθαμεν.

Ἅπερ ἐπακριβὲς τὸν αὐτὸν ὃν καὶ εἰς δεῦρο τετήρηται παρὰ μόνοις ἡμῖν τρόπον, ἐπισημηνάμενος ὁ δηλωθεὶς ἀνὴρ, τῇ ἰδίᾳ παραδέδωκε γραφῇ· καὶ μάλιστα τὰς τῆς μεγάλης ἑορτῆς παννυχίδας, καὶ τὰς ἐν ταύταις ἀσκήσεις, τούς τε λέγεσθαι εἰωθότας πρὸς ἡμῶν ὕμνους ἱστορῶν, καὶ ὡς ἑνὸς μετὰ ῥυθμοῦ κοσμίως ἐπιψάλλοντος, οἱ λοιποὶ καθ' ἡσυχίαν ἀκροώμενοι, τῶν ὕμνων τὰ ἀκροτελευτία συνηξηχοῦσιν, ὅπως τε κατὰ τὰς δεδηλωμένας ἡμέρας ἐπὶ στιβάδων χαμευνοῦντες, οἴνου μὲν τοπαράπαν, ὡς αὐτοῖς ῥήμασιν ἀνέγραψεν, οὐκ ἀπογεύονται, ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἐναίμων τινὸς, ὕδωρ δὲ μόνον αὐτοῖς ἐστι τὸ ποτὸν, καὶ προσόψημα μετ' ἄρτου ἅλες καὶ ὕσσωπον. Πρὸς τούτοις γράφει τὸν τῆς προστασίας τρόπον, τῶν τὰς ἐκκλησιαστικὰς λειτουργίας ἐγκεχειρισμένων, διακονίας τε καὶ τὰς ἐπὶ πᾶσιν ἀνωτάτω τῆς ἐπισκοπῆς προεδρίας. — L. II, c. XVII.

Postmodum uero de nouis psalmis qui ab iisdem componuntur, ita scribit Philo : « Ita, inquit, non solum contemplationi uacant, sed etiam cantica hymnosque ad Dei laudem componunt omni metrorum ac modulationum genere. Quos quidem grauioribus ut par est, numeris conscribunt.

. . . .

. . . .

Quid praeterea hic attinet commemorare coetus et uirorum ac mulierum seorsum degentium studia atque exercitationes, quae apud nos etiamnum in usu sunt, praecipue circa diem festum Dominicae passionis, quo tempore ieiuniis atque uigiliis et sacrorum librorum lectioni impensius uacare consueuimus. » Quae omnia uir ille toties iam nominatus, eodem plane modo quo a nobis solis hodieque obseruantur, accurate notata, scriptis suis tradidit, atque in primis peruigilia magnae solemnitatis, piasque in iisdem exercitationes, et hymnos qui a nobis recitari solent commemorat. Et quo pacto, cum unus quispiam modulate ac decenter psalmum canere exorsus fuerit, caeteri cum silentio auscultantes, extremas duntaxat hymnorum partes simul concinant. Vtque per illos dies humi in stramentis recubantes, a uino quidem, ut eius uerbis utar, penitus abstineant, neque carnes ullas degustent : sola autem aqua ad potum utantur, neque ad panem aliud quidquam adhibeant praeter sal atque hyssopum. Ad haec gradus atque ordinem praesidentium describit, eorum uidelicet qui ecclesiastica obeunt munera : tum ministeria diaconorum : postremo episcopatus apicem omnibus antistantem.

904. Lectio pvblica. — Τοιαῦτα καὶ τὰ κατὰ τὸν Ἰάκωβον, οὗ ἡ πρώτη τῶν ὀνομαζομένων καθολικῶν Ἐπιστολῶν εἶναι λέγεται. Ἰστέον δὲ ὡς νοθεύεται μέν· οὐ πολλοὶ γοῦν τῶν παλαιῶν αὐτῆς ἐμνημόνευσαν, ὡς οὐδὲ τῆς λεγομένης Ἰούδα, μιᾶς καὶ αὐτῆς οὔσης τῶν ἑπτὰ λεγομένων καθολικῶν. Ὅμως δὲ ἴσμεν καὶ ταύτας μετὰ τῶν λοιπῶν ἐν πλείσταις δεδημοσιευμένας Ἐκκλησίαις. — L. II, c. XXIII.

Haec sunt quae de Iacobo memorantur, cui etiam adscribi solet epistula prima earum quae Catholicae dicuntur. Quam quidem nonnulli spuriam ac supposititiam existimant. Sane pauci admodum ex uetustioribus, tum huius Epistolae tum illius Iudae quae et ipsa in septem Catholicarum numero recensentur, mentionem facere. Verumtamen has quoque cum caeteris in plurimis Ecclesiis publice lectitari cognouimus.

905. Patrocinivm Petri et Pavli. — ἐπὶ τὰς κατὰ τῶν ἀποστόλων ἐπήρθη σφαγάς. Παῦλος δὴ οὖν ἐπ' αὐτῆς

[Nero] in ipsos etiam apostolos saeuiit. Ac Paulus quidem Romae capite truncatus, Petrus uero cruci

Ῥώμης τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθῆναι, καὶ Πέτρος ὡσαύτως ἀνασκολοπισθῆναι κατ' αὐτὸν ἱστοροῦνται. Καὶ πιστοῦταί γε τὴν ἱστορίαν ἡ Πέτρου καὶ Παύλου εἰς δεῦρο κρατήσασα ἐπὶ τῶν αὐτόθι κοιμητηρίων πρόσρησις. — L. II, c. XXV.

suffixus fuisse eodem regnante traduntur. Quam quidem narrationem abunde confirmant Petri Paulique nomine insignita monumenta, quae in urbis Romae coemeteriis etiamnum uisuntur.

906. LECTIO PVBLICA. — Ὅμως δὲ πολλοῖς χρήσιμος φανεῖσα, μετὰ τῶν ἄλλων ἐσπουδάσθη Γραφῶν. — L. III, c. III.

Cum utilis esse uideretur quam plurimis [Epistula prima Petri] una cum reliquis sacrae Scripturae libris studiose lectitata est.

907. LECTIO PVBLICA. — ... ἐν Ἐκκλησίαις ἴσμεν αὐτὸ δεδημοσιευμένον, καὶ τῶν παλαιοτάτων δὲ συγγραφέων κεχρημένους τινὰς αὐτῷ κατείληφα. — Ibid.

... in Ecclesiis eum [scil. : Hermae Pastorem] publice legi comperimus, et quosdam ex uetustissimis scriptoribus, ipsius testimonio usos fuisse.

908. ELECTIO EPISCOPI. — Μετὰ τὴν Ἰακώβου μαρτυρίαν καὶ τὴν αὐτίκα γενομένην ἅλωσιν τῆς Ἱερουσαλὴμ, λόγος κατέχει, τῶν ἀποστόλων καὶ τῶν τοῦ Κυρίου μαθητῶν τοὺς εἰσέτι τῷ βίῳ λειπομένους, ἐπὶ ταὐτὸ πανταχόθεν συνελθεῖν, ἅμα τοῖς πρὸς γένους κατὰ σάρκα τοῦ Κυρίου· πλείους γὰρ καὶ τούτων περιῆσαν εἰσέτι τότε τῷ βιῷ· βουλήν τε ὁμοῦ τοὺς πάντας, περὶ τοῦ τίνα χρὴ τῆς Ἰακώβου διαδοχῆς ἐπικρῖναι ἄξιον, ποιήσασθαι. — L. III, c. XI.

Post martyrium Iacobi et continuo subsecutam Hierosolymorum expugnationem, fama est apostolos caeterosque Domini discipulos, qui adhuc superstites agebant, ex uariis locis in unum conuenisse, et una cum iis qui Dominum secundum carnem propinquitate generis contingebant (plerique enim eorum adhuc in uiuis supererant) in commune consuluisse, quis in Iacobi locum succedere mereretur.

909. LECTIO PVBLICA. — Ταύτην δὲ καὶ ἐν πλείσταις ἐκκλησίαις ἐπὶ τοῦ κοινοῦ δεδημοσιευμένην πάλαι τε καὶ καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς ἔγνωμεν. — Lib. III, c. XVI.

Hanc [Clementis Romani scil. epistolam] in plerisque ecclesiis et nostra et superiori memoria palam recitari consueuisse comperimus.

910. CANON SCRIPTVRAE. — Εὔλογον δ' ἐνταῦθα γενομένους ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰς δηλωθείσας τῆς καινῆς διαθήκης γραφάς· καὶ δὴ τακτέον ἐν πρώτοις τὴν ἁγίαν τῶν εὐαγγελίων τετρακτὺν, οἷς ἕπεται ἡ τῶν πράξεων τῶν ἀποστόλων γραφή. Μετὰ δὲ ταύτην τὰς Παύλου καταλεκτέον ἐπιστολὰς, αἷς ἑξῆς τὴν φερομένην Ἰωάννου προτέραν καὶ ὁμοίως τὴν Πέτρου κυρωτέον ἐπιστολήν. Ἐπὶ τούτοις τακτέον, εἴγε φανείη, τὴν ἀποκάλυψιν Ἰωάννου, περὶ ἧς τὰ δόξαντα κατὰ καιρὸν ἐκθησόμεθα· καὶ ταῦτα μὲν ἐν ὁμολογουμένοις. Τῶν δ' ἀντιλεγομένων, γνωρίμων δ' οὖν ὅμως τοῖς πολλοῖς, ἡ λεγομένη Ἰακώβου φέρεται καὶ ἡ Ἰούδα ἥ τε Πέτρου δευτέρα ἐπιστολὴ καὶ ἡ ὀνομαζομένη δευτέρα καὶ τρίτη Ἰωάννου, εἴτε τοῦ εὐαγγελιστοῦ τυγχάνουσαι εἴτε καὶ ἑτέρου ὁμωνύμου ἐκείνῳ. Ἐν τοῖς νόθοις κατατετάχθω καὶ τῶν Παύλου πράξεων ἡ γραφὴ, ὅ τε λεγόμενος Ποιμὴν, καὶ ἡ ἀποκάλυψις Πέτρου, καὶ πρὸς τούτοις ἡ φερομένη Βαρνάβα ἐπιστολὴ καὶ τῶν ἀποστόλων αἱ λεγόμεναι διδαχαί· ἔτι τε, ὡς ἔφην, ἡ Ἰωάννου ἀποκάλυψις, εἰ φανείη, ἥν τινες, ὡς ἔφην, ἀθετοῦσιν, ἕτεροι δὲ ἐγκρίνουσι τοῖς ὁμολογουμένοις. Ἤδη δ' ἐν τούτοις τινὲς καὶ τὸ καθ' Ἑβραίους εὐαγγέλιον κατέλεξαν, ᾧ μάλιστα Ἑβραίων οἱ τὸν Χριστὸν παραδεξάμενοι χαίρουσι. Ταῦτα μὲν πάντα τῶν ἀντιλεγομένων ἂν εἴη, ἀναγκαίως δὲ καὶ τούτων ὅμως τὸν κατάλογον πεποιήμεθα, διακρίνοντες τάς τε κατὰ τὴν ἐκκλησιαστικὴν παράδοσιν ἀληθεῖς καὶ ἀπλάστους καὶ ἀνωμολογημένας γραφὰς καὶ τὰς ἄλλας παρὰ ταύτας, οὐκ ἐνδιαθήκους μὲν, ἀλλὰ καὶ ἀντιλεγομένας ὅμως δὲ παρὰ πλείστοις τῶν ἐκκλησιαστικῶν γιγνωσκομένας, ἵν' εἰδέναι ἔχοιμεν αὐτάς τε ταύτας καὶ τὰς ὀνόματι τῶν ἀποστόλων πρὸς τῶν αἱρετικῶν προφερομένας ἤτοι ὡς Πέτρου καὶ Θωμᾶ καὶ Ματθία ἢ καί τινων παρὰ τούτους ἄλλων εὐαγγέλια περιεχούσας, ὡς Ἀνδρέου καὶ Ἰωάννου καὶ τῶν ἄλλων ἀποστόλων τὰς πράξεις, ὧν οὐδὲν οὐδαμῶς ἐν

Caeterum opportunum uidetur hoc loco Noui Testamenti libros de quibus iam diximus, summatim recensere. Primo igitur collocanda est sacra Euangeliorum quadriga; quam deinde consequuntur Actus apostolorum. Post hos numerandae sunt Pauli epistolae. Inde prior illa Iohannis, ac similiter Petri epistola suscipienda est. Postremo adiungenda est, si ita uidebitur, Iohannis Reuelatio, de qua quid ueteres senserint suo loco exponemus. Et haec quidem communi omnium consensu recepta sunt. Ex iis uero quae in dubium reuocantur, a multis tamen commemorari uidemus, est Epistola quae dicitur Iacobi, et quae Iudae et secunda Petri; Iohannis item altera et tertia, siue illae ab ipso reuera euangelista, siue ab altero eiusdem nominis compositae sunt. Pro spuriis habendi sunt etiam Actus Pauli, et liber Pastoris titulo inscriptus, et Reuelatio Petri. Barnabae item epistola et quae dicuntur : Doctrinae apostolorum. His adiunge, si lubet, Iohannis Reuelationem, quam nonnulli, ut superius dixi, ex albo Scripturarum expungunt, alii inter libros omnium consensu probatos annumerant. Sed et in eumdem ordinem iam a quibusdam relatum est Euangelium secundum Hebraeos, quo maxime delectantur Hebraei illi qui Christi fidem susceperunt. Atque hi sunt libri qui in dubium reuocantur. Quorum tamen indicem contexere idcirco necessarium putaui, ut cum ex Ecclesiae traditione, ueras ac sinceras Scripturas, et omnium consensu probatas, ab iis distinxerimus, quae dubiae quidem auctoritatis sunt, nec in Noui Testamenti corpus relatae, a plerisque tamen ecclesiasticis scriptoribus agnoscuntur : hoc modo tum hos ipsos libros facilius dignoscere possimus, tum alios sub apostolorum nomine ab haereticis euulgatos, qui Petri, Thomae, Matthiae et quorumdam aliorum Euangelia, Andreae quoque, Iohannis, aliorumque apostolorum Actus con-

συγγράμματι τῶν κατὰ διαδοχὰς ἐκκλησιαστικῶν τις ἀνὴρ εἰς μνήμην ἀγαγεῖν ἠξίωσεν. Πόρρω δέ που καὶ ὁ τῆς φράσεως παρὰ τὸ ἦθος τὸ ἀποστολικὸν ἐναλλάττει χαρακτὴρ, ἥ τε γνώμη καὶ ἡ τῶν ἐν αὐτοῖς φερομένων προαίρεσις πλεῖστον ὅσον τῆς ἀληθοῦς ὀρθοδοξίας ἀποδέουσα, ὅτι δὴ αἱρετικῶν ἀνδρῶν ἀναπλάσματα τυγχάνει, σαφῶς παρίστησιν· ὅθεν οὐδ' ἐν νόθοις αὐτὰ κατατακτέον, ἀλλ' ὡς ἄτοπα πάντη καὶ δυσσεβῆ παραιτητέον. — L. III, c. XXV.

tinent. Quos quidem libros nullus unquam, qui continuata ab apostolis successione in Ecclesia docuit, in scriptis suis commemorare dignatus est. Sed et ipsum dicendi genus longe ab apostolica simplicitate discrepat. Sensus quoque ipse, et quae ibidem traditur fides, cum a uera et catholica doctrina plurimum quantum aberret, haec haereticorum hominum figmenta esse manifeste coarguit. Quocirca ne quidem inter spurios collocandi sunt hi libri, sed tamquam absurdi et impii, prorsus repudiandi.

911. PSALTERIVM? — Ἐπὶ τούτοις ἐπιγεγραμμένον Ψάλτης. — Euseb., *H. e.*, l. IV, c. XVIII. « Quinam ad nos peruenerint Iustini libri. »

Est et alius liber cui titulum fecit Psaltes.

912. DE REGVLA FIDEI. — ... ὡς πλείστοις ἐπισκόποις συμμίξειεν, ἀποδημίαν στειλάμενος μέχρι Ῥώμης, καὶ ὡς ὅτι τὴν αὐτὴν παρὰ πάντων παρείληφε διδασκαλίαν. — L. IV, c. XXII.

... cum [Hegesippus] Romam proficisceretur, plurimos episcopos adiisse et ab omnibus unam eamdemque audiuisse doctrinam.

913. DONA SPIRITVALIA. PROPHETAE. — Τῶν δ' ἀμφὶ τὸν Μοντανὸν, καὶ Ἀλκιβιάδην, καὶ Θεόδοτον περὶ τὴν Φρυγίαν ἄρτι τότε πρῶτον τὴν περὶ τοῦ προφητεύειν ὑπόληψιν παρὰ πολλοῖς ἐκφερομένων (πλεῖσται γὰρ οὖν καὶ ἄλλαι παραδοξοποιΐαι τοῦ θείου χαρίσματος εἰσέτι τότε κατὰ διαφόρους Ἐκκλησίας ἐκτελούμεναι, πίστιν παρὰ πολλοῖς τοῦ κἀκείνους προφητεύειν παρεῖχον). — L. V, c. III.

Caeterum cum Montanus et Alcibiades ac Theodotus, tunc primum in Phrygia opinione hominum tanquam prophetae celebrari coepissent [multa quippe diuinae gratiae miracula in pluribus Ecclesiis etiam tum fieri solita, fidem plurimis faciebant eas quoque prophetare].

914. FORMVLA. — *εἰρήνης σὺν θείᾳ χάριτι τὰς καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης διαλαβούσης Ἐκκλησίας*. — L. V, c. XXI.

pace per Dei gratiam cunctas orbis terrarum Ecclesias complexa.

915. CONTROVERSIA DE DIE PASCHAE ET IEIVNIORVM SOLVTIONE. — Ζητήσεως δῆτα κατὰ τούς δὲ οὐ σμικρᾶς ἀνακινηθείσης, ὅτι δὴ τῆς Ἀσίας ἁπάσης αἱ παροικίαι ὡς ἐκ παραδόσεως ἀρχαιοτέρας, σελήνης τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην ᾤοντο δεῖν ἐπὶ τῆς τοῦ σωτηρίου Πάσχα ἑορτῆς παραφυλάττειν, ἐν ᾗ θύειν τὸ πρόβατον Ἰουδαίοις προηγόρευτο· ὡς δέον ἐκ παντὸς κατὰ ταύτην, ὁποίᾳ δ' ἂν ἡμέρᾳ τῆς ἑβδομάδος περιτυγχάνοι, τὰς τῶν ἀσιτιῶν ἐπιλύσεις ποιεῖσθαι, οὐκ ἔθους ὄντος τοῦτον ἐπιτελεῖν τὸν τρόπον ταῖς ἀνὰ τὴν λοιπὴν ἅπασαν οἰκουμένην Ἐκκλησίαις, ἐξ ἀποστολικῆς παραδόσεως τὸ καὶ εἰς δεῦρο κρατῆσαν ἔθος φυλαττούσαις, ὡς μηδετέρᾳ προσήκειν παρὰ τὴν τῆς ἀναστάσεως τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἡμέρᾳ τὰς νηστείας ἐπιλύεσθαι. Σύνοδοι δὴ καὶ συγκροτήσεις ἐπισκόπων ἐπὶ ταὐτὸν ἐγίνοντο, πάντες τε μιᾷ γνώμῃ δι' ἐπιστολῶν ἐκκλησιαστικὸν δόγμα τοῖς πανταχόσε διετυποῦντο, ὡς ἂν μηδ' ἐν ἄλλῃ ποτὲ τῆς Κυριακῆς ἡμέρᾳ τὸ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως ἐπιτελοῖτο τοῦ Κυρίου μυστήριον, καὶ ὅπως ἐν ταύτῃ μόνῃ τῶν κατὰ τὸ Πάσχα νηστειῶν φυλαττοίμεθα τὰς ἐπιλύσεις. — L. V, c. XXIII.

Iisdem temporibus graui controuersia exorta, eo quod omnes per Asiam Ecclesiae uetusta quadam traditione nixae, quarta decima luna salutaris Paschae festum diem celebrandum esse censebant, quo die praescriptum erat Iudaeis ut agnum immolarent : eaque omnino luna in quemcunque demum diem septimanae incidisset, finem ieiuniis imponendum esse statuebant : cum tamen relliquiae totius orbis Ecclesiae alio more uterentur, qui ex apostolorum traditione profectus etiamnum seruatur, ut scilicet non alio quam Resurrectionis Dominicae die ieiunia solui liceat : synodi ob id, coetusque episcoporum conuenere. Atque omnes uno consensu ecclesiasticam regulam uniuersis fidelibus per epistulas tradiderunt : ne uidelicet ullo alio quam Dominico die mysterium Resurrectionis Domini unquam celebretur : utque eo duntaxat die Paschalium ieiuniorum terminum obseruemus.

916. GRATIARVM ACTIO. — ... τὴν μεγίστην ὡμολόγει *τῷ πάντων ἀγαθῶν αἰτίῳ Θεῷ χάριν, ὅτι δὴ αὐτὸν τοιοῦδε πατέρα γενέσθαι παιδὸς ἠξίωσεν*. — L. VI, c. II.

Deo bonorum omnium auctori gratias agebat maximas [Leonides scil. Origenis pater] *quod se talis filii parentem efficere dignatus fuisset.*

917. HAERETICORVM CONSORTIVM DEVITANDVM. — οὐδὲ πώποτε προὐτράπη, κατὰ τὴν εὐχὴν αὐτῷ συστῆναι. — Ibid.

ipse [Origenes adolescens] numquam adduci potuit ut cum Paulo [haereticorum qui tunc erant Alexandrine propugnatore] in precatione consisteret.

918. DE AETATE DIDASCALI. — Ἔτος δ' ἦγεν ὀκτωκαιδέκατον, καθ' ὃ τοῦ τῆς κατηχήσεως προέστη διδασκαλείου. — Lib. VI, c. III.

Annum porro aetatis octauum decimum agebat tunc cum catecumenis instituendis praefectus est [Origenes scil.].

919. DE OSCVLO PACIS. — ὥστε ἤδη αὐτὸν προσιόντα θαρσαλέως, καὶ τοὺς μάρτυρας μετὰ πολλῆς παῤῥησίας φιλήματι προσαγορεύοντα. — Ibid.

Adeo ut saepe numero cum audacter accederet et martyres summa cum libertate osculo salutaret [Origenes].

920. DE DIDASCALO VNICO. — Ἐπειδὴ δὲ ἑώρα φοιτητὰς ἤδη πλείους προσιόντας, αὐτῷ μόνῳ τῆς τοῦ κατηχεῖν διατριβῆς ὑπὸ Δημητρίου τοῦ τῆς Ἐκκλησίας προεστῶτος ἐπιτετραμμένης. — Ibid.

Cum uero plures cottidie discipulos accedentes uideret, propterea quod catecumenorum institutio ipsi soli mandata fuerat a Demetrio episcopo.

921. BAPTISMVS IN CARCERE. — Ἐπὶ τούτοις τῶν ἀδελφῶν τῆς ἐν Κυρίῳ σφραγῖδος μεταδόντων αὐτῷ. — L. VI, c. V.

Post haec signaculo Domini a fratribus accepto.

922. ORDINATIO. — Καισαρείας καὶ Ἱεροσολύμων ἐπίσκοποι, πρεσβείων τὸν Ὠριγένην καὶ τῆς ἀνωτάτω τιμῆς ἄξιον εἶναι δοκιμάσαντες, χεῖρας εἰς πρεσβυτέριον αὐτῷ τεθείκασι. — L. VI, c. VIII.

Caesariensis et Hierosolymitanus [episcopi scil.] cum Origenem praerogatiua et supremi honoris apice dignum iudicassent, manus ei imponentes, presbyterum ordinauerant.

923. DE TEMPORE DIDASCALIAE. — Τότε γε μὴν ὁ Ὠριγένης ἐπὶ τῆς Ἀλεξανδρείας τὸ τῆς θείας διδασκαλίας ἔργον εἰς ἅπαντας ἀφυλάκτως τοὺς προσιόντας νύκτωρ καὶ μεθημέραν ἐπετέλει. — Ibid.

Tunc autem Origenes Alexandriae opus sibi iniunctum peragens, cunctis ipsum adeuntibus, libere iam et absque ullo impedimento uerbum Dei diu noctuque praedicabat.

924. DE ACCENSIONE LVCERNARVM IN MAGNA VIGILIA PASCHAE. — Κατὰ τὴν μεγάλην ποτὲ τοῦ Πάσχα διανυκτέρευσιν τοὔλαιόν φασι τοῖς διακόνοις ἐπιλιπεῖν. Ἐφ' ᾧ τὸ πᾶν πλῆθος δεινῆς ἀθυμίας διαλαβούσης, τὸν Νάρκισσον τοῖς τὰ φῶτα παρασκευάζουσιν ἐπιτάξαι, ὕδωρ ἀνιμήσαντας ἔκ τινος παρακειμένου φρέατος, ὡς αὐτὸν κομίσαι. Τούτου δὲ ἅμα λόγῳ πραχθέντος, ἐπευξάμενον τῷ ὕδατι, ἐγχέαι κατὰ τῶν λύχνων πίστει τῇ εἰς τὸν Κύριον γνησίᾳ παρακελεύσασθαι. — L. VI, c. IX.

Forte in magna Paschae uigilia oleum ministris deerat. Qua de causa cum uniuersus populus grauissimo moerore perculsus esset, Narcissum ferunt mandasse iis quibus curae erat lucernas accendere ut aquam ex quodam propinquo haustam puteo ad se deferrent. Quod ubi dicto citius impletum est, oratione super aquam facta, iussisse dicitur sincera in Christum fide ut eam lucernis infunderent.

925. ORDINATIO EPISCOPI. — Τοῦ δὲ Ναρκίσσου ἀνακεχωρηκότος, καὶ μηδαμῶς ὅπῃ ὢν τυγχάνοι, γινωσκομένου, δόξαν τοῖς τῶν ὁμόρων Ἐκκλησιῶν προεστῶσιν, ἐφ' ἑτέρου μετίασιν ἐπισκόπου χειροτονίαν. — L. VI, c. X.

Caeterum post Narcissi fugam, ignaris omnibus ubinam gentium ageret, uisum est finitimarum Ecclesiarum episcopis alium eius loco episcopum ordinare.

926. EPISCOPVS COADIVTOR. PEREGRINATIO AD LOCA SANCTA. — Καὶ δὴ μηκέθ' οἵου τε ὄντος λειτουργεῖν διὰ λιπαρὸν γῆρας, τὸν εἰρημένον Ἀλέξανδρον ἐπίσκοπον ἑτέρας ὑπάρχοντα παροικίας, οἰκονομία Θεοῦ ἐπὶ τὴν ἅμα τῷ Ναρκίσσῳ λειτουργίαν ἐκάλει, κατὰ ἀποκάλυψιν νύκτωρ αὐτῷ δι' ὁράματος φανεῖσαν. Ταύτῃ δ' οὖν ὥσπερ κατά τι θεοπρόπιον ἐκ τῆς τῶν Καππαδοκῶν γῆς ἔνθα τὸ πρῶτον τῆς ἐπισκοπῆς ἠξίωτο, τὴν πορείαν ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα εὐχῆς καὶ τῶν τόπων ἱστορίας ἕνεκεν πεποιημένον. — L. VI, c. XI.

Verum cum propter extremam senectutem ministerium suum obire amplius non posset, supradictum Alexandrum alterius Ecclesiae episcopum diuina dispensatio per reuelationem quandam quae illi in somnis adparuerat ad participandum cum Narcisso sacerdotis officium euocauit. Hac igitur uisione tanquam diuino admonitus oraculo Alexander, cum ex Cappadocia in qua primum episcopus fuerat ordinatus. Hierosolyma profectus fuisset, tum orandi, tum locorum uisendorum gratia.

927. ELECTIO EPISCOPI. — Τοῦτο δὲ πράξαντες μετὰ κοινῆς τῶν ἐπισκόπων οἳ τὰς πέριξ διεῖπον Ἐκκλησίας γνώμης ἐπάναγκες αὐτὸν παραμένειν βιάζονται. — Ibid.

[Postquam fratres Alexandrum episcopum suscepissent] Quod cum illi consentientibus uicinarum Ecclesiarum episcopis fecissent, manere deinceps eum apud se coegerunt.

928. CANON SCRIPTVRARVM CLEMENTIS ALEX. (FRAGM. TANTVM). — Ἐν δὲ ταῖς Ὑποτυπώσεσι ξυνελόντα

Idem [Clemens : scil. Alexandrinus] in libris Ὑποτυπώσεων omnium, ut uno uerbo dicam, utriusque Testa-

εἰπεῖν, πάσης τῆς ἐνδιαθήκου Γραφῆς ἐπιτετμημένας πεποίηται διηγήσεις, μηδὲ τὰς ἀντιλεγομένας παρελθών· τὴν Ἰούδα λέγω καὶ τὰς λοιπὰς καθολικὰς ἐπιστολάς, τήν τε Βαρνάβα καὶ τὴν Πέτρου λεγομένην Ἀποκάλυψιν. Καὶ τὴν πρὸς Ἑβραίους δὲ ἐπιστολήν, Παύλου μὲν εἶναί φησι, γεγράφθαι δὲ Ἑβραίοις Ἑβραϊκῇ φωνῇ, Λουκᾶν δὲ φιλοτίμως αὐτὴν μεθερμηνεύσαντα, ἐκδοῦναι τοῖς Ἕλλησιν. — L. VI, c. XIV.

menti Scripturarum compendiosam instituit enarrationem; ne illis quidem praetermissis Scripturis de quibus inter multos ambigitur : Iudae epistolam et Barnabae ac reliquas catholicas Epistolas intelligo, et Reuelationem quae dicitur Petri. Epistolam autem ad Hebraeos Pauli quidem esse adfirmat, sed Hebraico sermone utpote ad Hebraeos primum scriptam fuisse : Lucam uero eumdem Graeco sermone studiose interpretatum, Graecis hominibus edidisse.

929. Peregrinatio ad Romam. — Ὅ γέ τοι Ἀδαμάντιος, καὶ τοῦτο γὰρ ἦν τῷ Ὠριγένει ὄνομα, Ζεφυρίνου κατὰ τούσδε τοὺς χρόνους τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας ἡγουμένου, ἐπιδημῆσαι τῇ Ῥώμῃ καὶ αὐτός που γράφει, λέγων· εὐξάμενος τὴν ἀρχαιοτάτην Ῥωμαίων Ἐκκλησίαν ἰδεῖν. — Ibid.

Adamantius uero [id enim etiam Origeni nomen fuit] Zephirino per haec tempora Romanam Ecclesiam gubernante, se in urbem Romam aduenisse scribit, cum sibi in uotis fuisset, sicut ipsemet alicubi dicit, Romanam Ecclesiam omnium antiquissimam coram uidere.

930. De disciplina didascaliae. — Ὁ δ' ὡς ἑαυτὸν ἑώρα μὴ ἐπαρκοῦντα τῇ τῶν θείων βαθυτέρᾳ σχολῇ τῇ τε ἐξετάσει καὶ ἑρμηνείᾳ τῶν ἱερῶν Γραμμάτων, καὶ προσέτι τῇ τῶν προσιόντων κατηχήσει, μηδ' ἀναπνεῦσαι συγχωρούντων αὐτῷ, ἑτέρων ἐφ' ἑτέροις ἐξ ἕω καὶ μέχρις ἑσπέρας ἐπὶ τὸ παρ' αὐτῷ διδασκαλεῖον φοιτώντων, διανείμας τὰ πλήθη, τὸν Ἡρακλᾶν τῶν γνωρίμων προκρίνας, ἔν τε τοῖς θείοις σπουδαῖον, καὶ ἄλλως ὄντα λογιώτατον ἄνδρα καὶ φιλοσοφίας οὐκ ἄμοιρον, κοινωνὸν καθίστη τῆς κατηχήσεως, τῷ μὲν τὴν πρώτην τῶν ἄρτι στοιχειουμένων εἰσαγωγὴν ἐπιτρέψας, αὐτῷ δὲ τὴν τῶν ἐν ἕξει φυλάξας ἀκρόασιν. — L. VI, c. XV.

Cum autem animaduerteret [Origenes] se nequaquam sufficere ad quietiorem rerum diuinarum contemplationem, et ad sacrae Scripturae scrutationem atque interpretationem, simulque ad institutionem eorum qui ad ipsum accedebant, per quos ne respirare quidem ipsi licebat, cum alii super alios a primo lucis exortu usque ad uesperam scholam eius frequentarent : diuisa omni auditorum multitudine, Heraclam ex familiaribus suis deligens, uirum rerum diuinarum studiosum, et alioqui doctissimum nec expectem philosophiae in docendi officio socium sibi atque administrum adiunxit. Et huic quidem institutionem eorum qui primis adhuc imbuerentur rudimentis mandauit : sibi uero perfectiores docendos reseruauit.

931. Presbyter sedet. — Καὶ τὸν νῦν ἐν τῷ πρεσβυτερίῳ καθεζόμενον Ἀλεξανδρέων Ἡρακλᾶν. — Lib. VI, c. XIX.

Tum Heraclae qui nunc inter presbyteros Alexandrinae sedet Ecclesiae.

932. Laicvs docens in Ecclesia. — ἔνθα καὶ διαλέγεσθαι, τάς τε θείας ἑρμηνεύειν Γραφὰς ἐπὶ τοῦ κοινοῦ τῆς Ἐκκλησίας οἱ τῇδε ἐπίσκοποι, καίτοι τῆς τοῦ πρεσβυτερίου χειροτονίας οὐδέπω τετυχηκότα αὐτὸν ἠξίουν. — Ibid.

Vbi [Caesareae in Palaestina] etiam ab illius regionis episcopis rogatus est, ut publice in Ecclesia dissereret, ut diuinas Scripturas, tametsi nondum presbyter ordinatus exponeret.

933. Ordinatio per impositionem manvvm. — Καθ' οὓς ὁ Ὠριγένης ἐπειγούσης χρείας ἐκκλησιαστικῶν ἕνεκα πραγμάτων, ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα στειλάμενος τὴν διὰ Παλαιστίνης, πρεσβυτερίου χειροθεσίαν ἐν Καισαρείᾳ πρὸς τῶν τῇδε ἐπισκόπων ἀναλαμβάνει. — L. VI, c. XXIII.

Quo tempore Origenes, compellente ipsum necessitate ob ecclesiastica negotia in Achaiam profectus cum per Palaestinam transiret, presbyterii gradum per impositionem manuum Caesareae ab illius regionis episcopis accepit.

934. De mvnere episcopali. — ὃς δὴ κατὰ κότον τὸν πρὸς τὸν Ἀλεξάνδρου οἶκον ἐκ πλειόνων πιστῶν συνεστῶτα διωγμὸν ἐγείρας, τοὺς τῶν Ἐκκλησιῶν ἄρχοντας μόνους, ὡς αἰτίους τῆς κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον διδασκαλίας ἀναιρεῖσθαι προστάττει. — L. VI, c. XXVIII.

qui [Maximus, imperator] graui odio succensus aduersus familiam Alexandri in qua plerique erant Christiani, persecutione excitata solos Ecclesiarum antistites, utpote euangelicae praedicationis auctores, interfici iussit.

935. Ordinatio episcopalis. — Τῶν γὰρ ἀδελφῶν ἁπάντων χειροτονίας ἕνεκεν τῆς τοῦ μέλλοντος διαδέξεσθαι τὴν ἐπισκοπήν, ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας συγκεκροτημένων, πλείστων τε ἐπιφανῶν καὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν τοῖς πολλοῖς ἐν ὑπονοίᾳ ὑπαρχόντων, ὁ Φαβιανὸς παρὼν οὐδενὸς μὲν ἀνθρώπων εἰς διάνοιαν ᾔει· ὅμως δ' οὖν ἀθρόον ἐκ μετεώρου περιστερὰν καταπτᾶσαν ἐπικαθεσθῆναι τῇ αὐτοῦ κεφαλῇ μνημονεύουσι, μίμημα ἐνδεικνυμένην τῆς ἐπὶ τὸν Σωτῆρα τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐν εἴδει περιστερᾶς καθόδου. Ἐφ' ᾧ τὸν

Nam cum fratres omnes successoris ordinandi causa in ecclesia essent congregati, ac plerique iam illustres aliquot et nobiles uiros eligendos esse coniicerent, de Fabiano quidem qui tum presens aderat, nemo ne tantisper quidem cogitabat. Columbam tamen repente e sublimi delapsam capiti illius insedisse narrant, quae Spiritus sancti qui olim sub columbae specie in Seruatorem descenderat, imaginem referre uidebatur. Quo spectaculo permotus populus a diuino Spiritu incitatus, summa cum alacritate uno consensu simul omnis ex-

13

πάντα λαὸν ὥσπερ ὑφ' ἑνὸς πνεύματος θείου κινηθέντα ὁμόσε, προθυμίᾳ πάσῃ καὶ μιᾷ ψυχῇ, ἄξιον ἐπιβοῆσαι, καὶ ἀμελλήτως ἐπὶ τὸν θρόνον τῆς ἐπισκοπῆς λαβόντας αὐτὸν ἐπιθεῖναι. — L. VI, c. XXIX.

clamare coepit dignum esse, statimque comprehensum sacerdotali cathedrae imposuit.

936. CONTROVERSIAE IN ECCLESIA. — Καὶ φέρεταί γε εἰσέτι νῦν ἔγγραφα τοῦ τε Βηρύλλου καὶ τῆς δι' αὐτὸν γενομένης συνόδου, ὁμοῦ τὰς Ὠριγένους πρὸς αὐτὸν ζητήσεις, καὶ τὰς λεχθείσας ἐπὶ τῆς αὐτοῦ παροικίας διαλέξεις, ἕκαστά τε τῶν τότε πεπραγμένων περιέχοντα. — L. VI, c. XXXIII.

Exstant hodieque tum Berylli, tum synodi ipsius causa congregata edita monumenta; in quibus et quaestiones aduersus illum propositae ab Origene, et disputationes in Ecclesia eius habitae et singula quae tunc gesta sunt continentur.

937. VIGILIA PASCHAE. PAENITENTIA PVBLICA. — Τοῦτον κατέχει λόγος Χριστιανὸν ὄντα, ἐν ἡμέρᾳ τῆς ὑστάτης τοῦ Πάσχα παννυχίδος, τῶν ἐπὶ τῆς Ἐκκλησίας εὐχῶν τῷ πλήθει μετασχεῖν ἐθελῆσαι, οὐ πρότερον δὲ ὑπὸ τοῦ τηνικάδε προεστῶτος ἐπιτραπῆναι εἰσβαλεῖν, ἢ ἐξομολογήσασθαι, καὶ τοῖς ἐν παραπτώμασιν ἐξεταζομένοις μετανοίας τε χώραν ἴσχουσιν ἑαυτὸν καταλέξαι· ἄλλως γὰρ μὴ ἄν ποτε πρὸς αὐτοῦ, μὴ οὐχὶ τοῦτο ποιήσαντα, διὰ πολλὰς τῶν κατ' αὐτὸν αἰτίας παραδεχθῆναι. Καὶ πειθαρχῆσαί γε προθύμως λέγεται. — L. VI, c. XXXIV.

Hunc [Philippum scil. imperatorem] utpote Christianum, fama est in postrema Paschae uigilia precationum in ecclesia participem simul cum reliquo populo fieri uoluisse : sed episcopum qui tunc Ecclesiae praeerat, non prius illi aditum permisisse quam confessionem scelerum fecisset, iisque qui humanitus lapsi fuerant, et in paenitentium ordine stabant, sese adiunxisset. Quippe ob multa quae commiserat crimina, nunquam omnino ab episcopo fuisset admissus, nisi id prius fecisset. Et imperator quidem libenter obtemperasse dicitur.

938. NOTARII. — ... τὰς ἐπὶ τοῦ κοινοῦ λεγομένας αὐτῷ διαλέξεις ταχυγράφοις μεταλαβεῖν ἐπιτρέψαι, οὐ πρότερόν ποτε τοῦτο γενέσθαι συγκεχωρηκότα. — L. VI, c. XXXVI.

Conciones quae habebat [Origenes scil.] ad populum, a notariis excipi permisit, cum id antea fieri nunquam concessisset.

939. DEPRECATIO PRO PRINCIPIBVS. — τοὺς ἱεροὺς ἄνδρας τοὺς *περὶ τῆς εἰρήνης* αὐτοῦ *καὶ τῆς ὑγιείας* πρεσβεύοντας πρὸς τὸν Θεόν, ἤλασεν. Οὐκοῦν σὺν ἐκείνοις ἐδίωξε καὶ τὰς ὑπὲρ ἑαυτοῦ προσευχάς. — L. VII, c. I.

uiros sanctos qui *pro pace et incolumitate* ipsius preces ad Deum allegabant, insectatus est [Gallus scil. imperator]. Cum illis ergo orationes pro ipso fieri solitas simul fugauit.

940. DE RECONCILIATIONE HAERETICORVM. — παλαιοῦ γέ τοι κεκρατηκότος ἔθους ἐπὶ τῶν τοιούτων μόνῃ χρῆσθαι τῇ διὰ χειρῶν ἐπιθέσεως εὐχῇ. — L. VII, c. II.

antiqua consuetudo inualuerat ut in eiusmodi hominibus sola manuum impositio cum precationibus adhiberetur.

941. DE MVNERE EPISCOPALI. — Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Πούπλιος Λικίνιος Γαλλιηνός, Εὐσεβής, Εὐτυχής, Σεβαστός, Διονυσίῳ καὶ Πίννᾳ καὶ Δημητρίῳ καὶ τοῖς λοιποῖς ἐπισκόποις· τὴν εὐεργεσίαν τῆς ἐμῆς δωρεᾶς διὰ παντὸς τοῦ κόσμου ἐκβιβασθῆναι προσέταξα. — L. VII, c. XIII.

Imperator Caesar, Publius, Licinius Gallienus, Pius, Felix, Augustus, Dionysio, Pinnae et Demetrio et reliquis episcopis. Indulgentiam beneficii nostri per uniuersum orbem diffundi praecepimus, ut cuncti a religiosis locis abscedant.

942. DE COEMETERIIS. — Καὶ ἄλλη δὲ τοῦ αὐτοῦ διάταξις φέρεται, ἣν πρὸς ἑτέρους ἐπισκόπους πεποίηται, τὰ τῶν καλουμένων κοιμητηρίων ἀπολαμβάνειν ἐπιτρέπων χωρία. — Ibid.

Est et alia eiusdem imperatoris constitutio ad alios episcopos data, qua iis permisit ut coemeteriorum suorum loca recuperarent.

943. HYMNI. — ὁ καὶ αὐτὸς ἐπὶ πλείστοις τοῖς καθ' ὑμᾶς διαπρέψας ἔτεσι, διεδέξατο. — L. VII, c. XIV.

Hymenaeus Hierosolymitanus episcopus nostra etiam aetate plurimis laudum titulis inclaruit.

944. EXORCISMVS. — κἄπειτα ἀνανεύσαντα εἰς οὐρανόν, *ἱκετεῦσαι διὰ Χριστοῦ* τὸν ἐπὶ πάντων Θεόν, *τὸ λαοπλάνον δαιμόνιον ἀπελέγξαι καὶ παῦσαι τῆς τῶν ἀνθρώπων ἀπάτης*. — L. VII, c. XVII.

Deinde oculis in coelum sublatis, supremum omnium Deum *per Iesum Christum obtestatus est, ut daemonem illum populi seductorem constringeret, et a decipiendis posthac mortalibus abstinere eum iuberet* [de Asterio romano loquitur].

945. GENVFLEXIO. IMAGINES DEPICTAE. — Ἀλλ' ἐπειδὴ τῆσδε τῆς πόλεως εἰς μνήμην ἐλήλυθα, οὐκ ἄξιον ἡγοῦμαι παρελθεῖν διήγησιν καὶ τοῖς μεθ' ἡμᾶς μνημονεύεσθαι ἀξίαν. Τὴν γὰρ αἱμοῤῥοοῦσαν ἣν ἐκ τῶν ἱερῶν

Sed quandoquidem huius urbis [Cesareae Philippi] mentionem fecimus, non incongruum fuerit rem quandam memoria imprimis dignam posteris tradere. Etenim mulierem illam sanguinis profluuio laborantem

Εὐαγγελίων πρὸς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τοῦ πάθους ἀπαλλαγὴν εὕρασθαι μεμαθήκαμεν, ἐνθένδε ἔλεγον ὁρμᾶσθαι, τόν τε οἶκον αὐτῆς ἐπὶ τῆς πόλεως δείκνυσθαι, καὶ τῆς ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος εἰς αὐτὴν εὐεργεσίας θαυμαστὰ τρόπαια παραμένειν. Ἑστάναι γὰρ ἐφ' ὑψηλοῦ λίθου πρὸς μὲν ταῖς πύλαις τοῦ αὐτῆς οἴκου, γυναικὸς ἐκτύπωμα χάλκεον ἐπὶ γόνυ κεκλιμένον, καὶ τεταμέναις ἐπὶ τὸ πρόσθεν ταῖς χερσίν, ἱκετευούσῃ ἐοικός· Τούτου δὲ ἄντικρυς ἄλλο τῆς αὐτῆς ὕλης ἀνδρὸς ὀρθίον σχῆμα, διπλοΐδα κοσμίως περιβεβλημένον, καὶ τὴν χεῖρα τῇ γυναικὶ προτεῖνον, οὗ παρὰ τοῖς ποσὶν ἐπὶ τῆς στήλης αὐτῆς, ξένον τι βοτάνης εἶδος φύειν, ὃ μέχρι τοῦ κρασπέδου τῆς τοῦ χαλκοῦ διπλοΐδος ἀνιὸν, ἀλεξιφάρμακόν τι παντοίων νοσημάτων τυγχάνειν. Τοῦτον δὲ τὸν ἀνδριάντα εἰκόνα τοῦ Ἰησοῦ φέρειν ἔλεγον. Ἔμεινε δὲ καὶ εἰς ἡμᾶς, ὡς καὶ ὄψει παραλαβεῖν ἐπιδημήσαντας αὐτοὺς τῇ πόλει. Καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν τοὺς πάλαι ἐξ ἐθνῶν εὐεργετηθέντας πρὸς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, ταῦτα πεποιηκέναι, ὅτε καὶ τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ τὰς εἰκόνας Παύλου καὶ Πέτρου, καὶ αὐτοῦ δὴ τοῦ Χριστοῦ, διὰ χρωμάτων ἐν γραφαῖς σωζομένας ἱστορήσαμεν. — L. VII, c. XVIII.

quam ex sacris Euangeliis discimus a Seruatore nostro curatam fuisse, ex hac ciuitate originem traxisse ferunt, domumque eius ibidem conspici, et collati in eam a Seruatore nostro beneficii illustria exstare monumenta. Quippe iuxta ianuam domus illius, aenea mulieris effigies stare dicitur columnae lapideae imposita, genibus flexis protensisque manibus instar supplicantis. Ex aduerso autem effigies uiri ex eodem metallo conflata, stantis ac diploide decenter induti, manumque mulieri porrigentis. Ad cuius pedes, in ipsa basi, ignota quaedam nasci dicitur planta; quae ad fimbriam usque aeneae diploidis adsurgens depellendis omnis generis morbis praestatissimum remedium est. Hanc statuam Iesu Christi speciem referre aiebant. Mansit porro ad nostra usque tempora : nosque adeo urbem illam ingressi, ipsam conspeximus. Nec uero mirandum est gentiles a Seruatore nostro beneficiis affectos haec praestitisse, cum et apostolorum Petri et Pauli, Christique ipsius pictas imagines, ad nostram usque memoriam seruatas in tabulis uiderimus.

946. De veneratione cathedrae episcopalis. — Τὸν γὰρ Ἰακώβου θρόνον τοῦ πρώτου τῆς Ἱεροσολύμων Ἐκκλησίας τὴν ἐπισκοπὴν πρὸς αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος καὶ τῶν ἀποστόλων ὑποδεξαμένου, ὃν καὶ ἀδελφὸν τοῦ Χριστοῦ χρηματίσαι οἱ θεῖοι λόγοι περιέχουσιν, εἰς δεῦρο πεφυλαγμένον οἱ τῇδε κατὰ διαδοχὴν περιέποντες ἀδελφοί. — L. VII, c. XIX.

Sane et Iacobi illius cathedram, qui primus Hierosolymorum episcopus ab ipso Seruatore et ab apostolis est constitutus, et quem fratrem Domini cognominatum fuisse diuina testantur uolumina, ad nostra usque tempora conseruatam fratres illius Ecclesiae iam inde a maioribus magna prosequuntur reuerentia.

947. De epistolis heortasticis. — Ὅ γε μὴν Διονύσιος πρὸς ταῖς δηλωθείσαις ἐπιστολαῖς αὐτοῦ, ἔτι καὶ τὰς φερομένας ἑορταστικὰς τὸ τηνικαῦτα συντάττει, πανηγυρικωτέρους ἐν αὐταῖς περὶ τῆς τοῦ Πάσχα ἑορτῆς ἀνακινῶν λόγους. — L. VII, c. XX.

Praeter supradictas epistulas idem Dionysius Paschales illas quas habemus epistolas tunc temporis conscripsit : encomia in illis et panegyricos sermones de Paschali festo contexens.

948. De die Paschae. — κανόνα ἐκτίθεται ὀκταετηρίδος ὅτι μὴ ἄλλοτε ἢ μετὰ τὴν ἐαρινὴν ἰσημερίαν προσήκοι τὴν τοῦ Πάσχα ἑορτὴν ἐπιτελεῖν παριστάμενος. — Ibid.

[in epistula paschali ad Domitium Didymum Dionysius] probans festum Paschae diem nonnisi post aequinoctium uernum celebrari oportere, octo annorum canonem publicauit.

949. De domo episcopali. — Ἀλλὰ γὰρ μηδαμῶς ἐκστῆναι τοῦ Παύλου τοῦ τῆς Ἐκκλησίας οἴκου θέλοντος βασιλεὺς ἐντευχθεὶς Αὐρηλιανὸς, αἰσιώτατα περὶ οὗ πρακτέου διείληφε, τούτοις νεῖμαι προστάττων τὸν οἶκον, οἷς ἂν οἱ κατὰ τὴν Ἰταλίαν καὶ τὴν Ῥωμαίων πόλιν ἐπίσκοποι τοῦ δόγματος ἐπιστέλλοιεν. — L. VII, c. XXX.

Cum Paulus [Samosatenus] e domo ecclesiae nullatenus excedere uellet, interpellatus imperator Aurelianus rectissime hoc negotium diudicauit, iis domum tradi praecipiens, quibus Italici Christianae religionis antistites et Romanus episcopus scriberent.

950. Presbyter docet in ecclesia. — Τούτου μετρίως τὰς Γραφὰς ἐπὶ τῆς Ἐκκλησίας διηγουμένου κατεκούσαμεν. — L. VII, c. XXXII.

Hunc [Dorotheum scil. Antiochenum presbyterum] nos sacras Scripturas in ecclesia non inscite exponentem audiuimus.

951. Ecclesia. — Πῶς δ' ἄν τις διαγράψειε τὰς μυριάνδρους ἐκείνας ἐπισυναγωγὰς καὶ τὰ πλήθη τῶν κατὰ πᾶσαν πόλιν ἀθροισμάτων, τάς τε ἐπισήμους ἐν τοῖς προσευκτηρίοις συνδρομάς, ὧν δὴ ἕνεκα μηδαμῶς ἔτι τοῖς παλαιοῖς οἰκοδομήμασιν ἀρκούμενοι, εὐρείας εἰς πλάτος ἀνὰ πάσας τὰς πόλεις ἐκ θεμελίων ἀνίστων Ἐκκλησίας. — L. VIII, c. I.

Iam uero quis innumerabilem hominum cottidie ad fidem Christi confugientium turbam, qui numerum ecclesiarum in singulis urbibus, qui illustres populorum concursus in aedibus sacris cumulate possit describere? Quo factum est ut, priscis aedificiis iam non contenti, in singulis urbibus spatiosas ab ipsis fundamentis exstruerent ecclesias.

952. Ecclesiae. Scripturae. — ὁπηνίκα τῶν μὲν

aedes sacras solo aequari ac funditus subuerti sacros

προσευκτηρίων τοὺς οἴκους ἐξ ὕψους εἰς ἔδαφος αὐτοῖς θεμελίοις καταῤῥιπτομένους, τὰς δὲ ἐνθέους καὶ ἱερὰς Γραφὰς κατὰ μέσας ἀγορὰς πυρὶ παραδιδομένας αὐτοῖς ἐπείδομεν ὀφθαλμοῖς. — L. VIII, c. II.

diuinarum Scripturarum libros in medio foro concremari, oculis nostris uidimus.

953. De die dominicae passionis. — Δύστρος μὴν, λέγοιτο δ' ἂν οὗτος Μάρτιος κατὰ Ῥωμαίους, ἐν ᾧ τῆς τοῦ σωτηρίου πάθους ἑορτῆς εἰσελαυνούσης. — Ibid.

mense Dystro quem Romani Martium uocant, appetente die festo dominicae passionis.

954. De cvltv relliqviarvm. — Τούς δέ γε βασιλικοὺς μετὰ θάνατον παῖδας, γῇ κατὰ τῆς προσηκούσης κηδείας παραδοθέντας, αὖθις ἐξ ὑπαρχῆς ἀνορύξαντες ἐναποῤῥῖψαι θαλάσσῃ καὶ αὐτοὺς ᾤοντο δεῖν οἱ νενομισμένοι δεσπόται, ὡς ἂν μὴ ἐν μνήμασιν ἀποκειμένους προσκυνοῖέν τινες, θεοὺς αὐτοὺς, ὥς γε ᾤοντο, λογιζόμενοι. — L. VIII, c. VI.

Sed et corpora regiorum cubiculariorum, quae post mortem conuenienti tradita sepulturae fuerant, ipsi eorum legitimi domini erui ex sepulcro et in mare proiici oportere censuerunt, ne quis illos sepulcris conditos, pro diis, ut ipsi quidem opinabantur, reputans, in posterum adoraret.

955. Hierarchia. — τότε πληρούντων ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτέρων καὶ διακόνων, ἀναγνωστῶν τε καὶ ἐξορκιστῶν. — Ibid.

[carceres olim homicidis deputati] tunc episcopis, presbyteris, diaconis, lectoribus atque exorcistis.

956. De orantis statv. — Ἑώρας γοῦν ἡλικίαν οὐδ' ὅλων ἐτῶν εἴκωσι, δίχα δεσμῶν ἑστῶτος νέου, καὶ τὰς μὲν χεῖρας ἐφαπλοῦντος εἰς σταυροῦ τύπον, ἀκαταπλήκτῳ δὲ καὶ ἀτρεμεῖ διανοίᾳ ταῖς πρὸς τὸ Θεῖον σχολαίτατα τεταμένου λιταῖς. — L. VIII, c. VII.

Quippe uidisses tunc adolescentulum uixdum uicesimum aetatis annum ingressum, absque uinculis stantem : et manibus in crucis formam expansis, firmissimo et impauido animo attentissime Deo supplicantem.

957. Hymni. Psalmi. — μετά τε χαρᾶς καὶ γέλωτος καὶ εὐφροσύνης τὴν ὑστάτην ἀπόφασιν τοῦ θανάτου καταδεχόμενοι, ὥστε ψάλλειν, καὶ ὕμνους καὶ εὐχαριστίας *εἰς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν* μέχρις αὐτῆς ἐσχάτης ἀναπέμπειν ἀναπνοῆς. — L. VIII, c. IX.

cum gaudio atque hilaritate, ridentes capitalem sententiam excipiebant : adeo ut in laudem *conditoris omnium Dei* psalmos hymnosque et gratiarum actiones ad extremum usque spiritum concinerent [de iis qui in Thebaïde passi sunt loquitur].

958. Formvla. — ... τὴν εἰς ἡμᾶς ἐπισκοπὴν εὐμενῆ καὶ ἵλεω ἡ θεία καὶ οὐράνιος χάρις ἐνεδείκνυτο. — L. VIII, c. XVI.

coelestis Dei gratia benigno nos ac propitio uultu respexit.

959. Formvla. — πρῶτα μὲν ἀνθωμολογεῖτο *τῷ τῶν ὅλων Θεῷ*. — L. VIII, c. XVII.

primum quidem *conditori omnium Deo* errorem confessus est.

960. Ecclesiae. Oratio pro imperatoribvs. — Εἶτα τοὺς ἀμφ' αὐτὸν ἀνακαλέσας, μηδὲν ὑπερθεμένους τὸν κατὰ τῶν Χριστιανῶν ἀποπαῦσαι διωγμὸν, νόμῳ τε καὶ δόγματι βασιλικῷ τὰς ἐκκλησίας αὐτῶν οἰκοδομεῖν ἐπισπέρχειν τε καὶ τὰ συνήθη διαπράττεσθαι, εὐχὰς ὑπὲρ τοῦ βασιλείου ποιουμένους, προστάττει. — L. VIII, c. XVII.

Conuocatis [imperator scil.] deinde palatii sui proceribus, absque ulla dilatione persecutionem Christianorum cohibere eos iubet, et ecclesias illorum quantocius exstruere imperiali rescripto praecipit, quo Christiani sacra sua solito more peragere possent, ac pro imperatore preces ad Deum fundere.

961. Formvla. — τὸν Θεὸν ἵλεων αὐτοῖς γενέσθαι καθικετεύοντες. — L. IX, c. I.

(lapsi) Deum orantes ut propitius sibi esse uellet.

962. Theoriae. — Στίφη οὖν πολυάνθρωπα κατὰ μέσας λεωφόρους καὶ ἀγορὰς, ᾠδαῖς καὶ ψαλμοῖς τὸν Θεὸν ἀνυμνοῦντα τὰ τῆς πορείας ἤνυε. — Ibid.

Sic igitur numerosa nostrorum agmina, per uias publicas et per fora Deum hymnis et canticis celebrando, iter suum peregerunt.

963. Conventvs in coemeteriis. — εἴργειν ἡμᾶς τῆς ἐν τοῖς κοιμητηρίοις συνόδου διὰ προφάσεως πειρᾶται. — L. IX, c. II.

... a conuentibus qui in coemeteriis fieri solebant.

EX PRAEPARATIONE EVANGELICA

964. De angelorvm cvltv. — θείας μὲν δυνάμεις ὑπηρετικὰς τοῦ παμβασιλέως Θεοῦ, καὶ λειτουργικὰς εἰδότες. — L. VII, c. xv.

Quippe, cum diuinas quasdam ac Dei praepotentis famulas administrasque uirtutes agnoscamus, ac suum iis iustumque honorem tribuamus.

965. De celebratione piorvm hominvm. Vota. — ἁρμόζει ἐπὶ τῇ τῶν θεοφιλῶν τελευτῇ, οὓς στρατιώτας τῆς ἀληθοῦς εὐσεβείας οὐκ ἐπὶ τὰς θήκας αὐτῶν ἔθος ἡμῖν παριέναι, καὶ τὰς εὐχὰς παρὰ ταύταις ποιεῖσθαι, τιμᾶν τε τὰς μακαρίας αὐτῶν ψυχὰς, ὡς εὐλόγως καὶ τούτων ὑφ' ἡμῶν γιγνομένων. — L. XIII, c. xi.

in hominum Deo carissimorum obitus egregie conueniunt (quos uerae pietatis milites iure appellaris) nam et eorum sepulcra celebrare, et preces ibi uotaque nuncupare, et beatas illorum animas uenerari consueuimus, idque a nobis merito fieri statuimus.

EX DEMONSTRATIONE EVANGELICA

966. De Sacrificio. — Μετὰ δὴ πάντα οἷόν τι θαυμάσιον θῦμα, καὶ σφάγιον ἐξαίρετον τῷ Πατρὶ καλλιερησάμενος, ὑπὲρ τῆς ἁπάντων ἡμῶν ἀνήνεγκε σωτηρίας, μνήμην καὶ ἡμῖν παραδοὺς, ἀντὶ θυσίας τῷ Θεῷ διηνεκῶς προσφέρειν. — L. I, c. x.

Itaque post omnia, quasi mirabilem quamdam uictimam, sacrificiumque eximium patri suo operatus pro nostra omnium salute obtulit, eiusque rei memoriam ut nos ipsi Deo pro sacrificio offeremus, instituit.

967. Incensvm. Gratiarvm actio. Hymni. — Οὐκοῦν καὶ θύομεν, καὶ θυμιῶμεν· τοτὲ μὲν τὴν μνήμην τοῦ μεγάλου θύματος, κατὰ τὰ πρὸς αὐτοῦ παραδοθέντα μυστήρια ἐπιτελοῦντες, καὶ τὴν *ὑπὲρ σωτηρίας ἡμῶν εὐχαριστίαν* δι' εὐσεβῶν ὕμνων τε καὶ εὐχῶν τῷ Θεῷ προσκομίζοντες· τοτὲ δὲ σφᾶς αὐτοὺς ὅλως καθιεροῦντες αὐτῷ, καὶ τῷ γε ἀρχιερεῖ αὐτοῦ Λόγῳ, αὐτῷ σώματι καὶ ψυχῇ ἀνακείμενοι. — Ibid.

Igitur et sacrificamus et incendimus, alias quidem memoriam magni illius sacrificii, secundum ea, quae ab ipso tradita sunt, mysteria celebrantes, et *gratias Deo pro salute nostra* agentes, religiososque hymnos et orationes sanctas illi offerentes : alias nos ipsos totos ei consecrantes, eius pontifici, ipsi utique uerbo, corpore, animo dicantes.

968. Ecclesiae. — Τίς δῆτα οὖν, ὀφθαλμοῖς ὁρῶν ἐν μέσαις ταῖς πόλεσιν, ἔν τε κώμαις καὶ χώραις, καθ' ὅλης τε τῆς οἰκουμένης, ἀνθούσας τὰς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἐκκλησίας, τούς τε πρὸς αὐτοῦ κυριευομένους λαοὺς, καὶ μυρίανδρα πλήθη τῶν αὐτῷ καθωσιωμένων. — L. V, c. iii.

Quis ergo modo suis oculis cernens in mediis urbibus, in uicis ac regionibus, in toto orbe florentes Saluatoris nostri Ecclesias, et eos in quibus dominatur populos, et innumerabili uirorum multitudine refertos conuentus, qui illi consecrati sunt.

969. Panis et vini oblatio. — πρῶτος μὲν αὐτὸς ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν, ἔπειτα οἱ ἐξ αὐτοῦ πάντες ἱερεῖς ἀνὰ πάντα τὰ ἔθνη τὴν πνευματικὴν ἐπιτελοῦντες κατὰ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς θεσμοὺς ἱερουργίαν, οἴνῳ καὶ ἄρτῳ, τοῦ τε σώματος αὐτοῦ καὶ τοῦ σωτηρίου αἵματος αἰνίττονται τὰ μυστήρια. — Ibid.

primus ipse Saluator ac Dominus noster, deinde qui ab ipso profecti sunt, sacerdotes in omnibus gentibus, spirituale secundum ecclesiasticas sanctiones sacerdotii munus obeuntes, uino ac pane et corporis illius et salutaris sanguinis mysteria repraesentant.

SEXTVS IVLIVS AFRICANVS

970. Deprecatio. — *ἐῤῥῶσθαι σε ἅμα τῇ συνοδίᾳ καὶ κατὰ νοῦν εὔχομαι.* — *Epist. ad Originem,* ad fin.

ego te una cum comitatu ualere ex animo precor.

AEGYPTVS

EX CLEMENTIS ALEXANDRINI

PAEDAGOGO

971. Doxologia. — *Αὐτὸς δὲ ἡμᾶς ὁ Κύριος ποιμαίνει εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.* — L. I, c. iv.

Ipse autem Dominus nos pascit in saeculo saeculorum. Amen.

972. De baptismi effectibvs. — Ἀναγεννηθέντες γοῦν εὐθέως, τὸ τέλειον ἀπειλήφαμεν, οὗ ἕνεκεν ἐσπεύδομεν. — L. I, c. vi.

Statim itaque regenerati recipimus perfectionem cuius causa festinabamus.

973. De baptismo. — τελειοῦται δὲ τῷ λουτρῷ μόνῳ, καὶ τοῦ Πνεύματος τῇ καθόδῳ ἁγιάζεται. — Ibid.

solo autem lauacro perficitur, et Spiritus aduentu sanctificatur.

974. Item. — Ὅτι δὲ ἡ γνῶσις συνανατέλλει τῷ φωτίσματι, περιαστράπτουσα τὸν νοῦν, καὶ εὐθέως ἀκούομεν μαθηθαὶ οἱ ἀμαθεῖς. — Ibid.

Quoniam autem cognitio una oritur cum illuminatione, circa mentem refulgens et qui rudes et ignari eramus, protinus uocamur discipuli.

975. De baptismi caerimoniis. Abrenvntiatio. — ἀποταξάμενοι τοῖς ἐλαττώμασιν αὐτῶν, διυλιζόμενοι βαπτίσματι. — Ibid.

delictis renuntiantes, baptismo percolati.

976. Classes inter fideles distingvvntvr. — ὡς δύνασθαι σαρκικοὺς νοεῖσθαι τοὺς νεωστὶ κατηχουμένους, καὶ νηπίους ἔτι ἐν Χριστῷ. Πνευματικοὺς μὲν γὰρ τοὺς πεπιστευκότας ἤδη τῷ ἁγίῳ Πνεύματι προσεῖπεν σαρκικοὺς δὲ τοὺς νεοκατηχήτους, καὶ μηδέπω κεκαθαρμένους. — Ibid.

ut possint carnales intelligi, qui recenter fuerunt instituti et catecumeni facti, et adhuc infantes in Christo. Spirituales enim eos, qui sancto Spiritu iam crediderunt, appellauit; carnales autem eos, qui nuper catechizati sunt.

977. De lacte post baptismvm. — Τῷ οὖν γάλακτι, τῇ Κυριακῇ τροφῇ εὐθὺς μὲν ἀπὸ κυηθέντες, τιθηνούμεθα. — Ibid.

Lacte ergo Dominico scilicet nutrimento, statim quidem postquam editi sumus, alimur.

978. De agapis. — Ἀγάπη δὲ τῷ ὄντι ἐπουράνιός ἐστι τροφή, ἑστίασις λογική. — L. II, c. i.

Agape autem reuera est coeleste nutrimentum, rationale epulum.

979. Noctvrnae vigiliae post coenam. — Ἀλλὰ γὰρ τὸ δεῖπνον ἔστω λιτὸν ἡμῖν καὶ εὔζωνον ἐπιτήδειον εἰς ἐγρήγορσιν, ποικίλαις ἀνεπίμικτον ποιότησιν. — Ibid.

Sit autem nobis coena tenuis et expedita, apta ad uigilias, non permista diuersis saporibus.

980. De mixtione vini. — τοῦ αἵματος τῆς σταφυλῆς ὕδατι κίρνασθαι ἐθελήσαντος τοῦ Λόγου. — L. II, c. ii.

cum sanguis uuae, hoc est Verbi, aqua temperari uoluerit.

981. Item. — Ἀναλόγως τοίνυν κίρναται, ὁ μὲν οἶνος τῷ ὕδατι, τῷ δὲ ἀνθρώπῳ τὸ Πνεῦμα. — Ibid.

Vnde quemadmodum uinum aquae, sic etiam homini Spiritus admiscetur.

982. Evcharistia. — ἡ δὲ ἀμφοῖν αὖθις κρᾶσις, ποτοῦ τε καὶ Λόγου, εὐχαριστία κέκληται. — L. II, c. ii.

amborum autem temperatura, potus scilicet et Verbi, dicitur Eucharistia.

983. GRATIARVM ACTIO. PSALMODIA. — προτέρα μὲν, ἡ εἰς Θεὸν δι' εὐχαριστίας καὶ ψαλμῳδίας γενέσθω φιλοφροσύνη. — L. II, c. IV.

prior quidem, quae est in Deum beneuola inuitatio, fiat per gratiarum actionem et psalmodiam.

984. ORATIO ANTE CIBVM ET ANTE POTVM. PSALMI. — Ὡς δὲ ἁρμόδιον, πρὶν ἡμᾶς μεταλαβεῖν τροφῆς, τῶν συμπάντων εὐλογεῖν τὸν ποιητὴν, οὕτω καὶ παρὰ πότον καθήκει ψάλλειν αὐτῷ τῶν αὐτοῦ μεταλαμβάνοντας κτισμάτων· καὶ γὰρ ὁ ψαλμὸς ἐμμελής ἐστιν εὐλογία καὶ σώφρων. — Ibid.

Quemadmodum autem antequam sumamus alimentum, laudare nos conuenit factorem uniuersorum, ita etiam in potu nos ei decet psallere, cum eius creaturarum efficimur participes : est enim psalmus numerosa et sobria laudatio.

985. ORATIO ANTE SOMNVM. — Ἐπὶ πᾶσί τε, πρὶν ὕπνου λαχεῖν, εὐχαριστεῖν ὅσιον τῷ Θεῷ, τῆς αὐτοῦ χάριτος καὶ φιλανθρωπίας ἀπολαύσαντας, ὡς καὶ ἐπὶ τὸν ὕπνον ἰέναι ἡμᾶς εὐθέως : « Καὶ ἐξομολογήσασθε αὐτῷ ἐν ᾠδαῖς χειλέων », φησίν, « ὅτι ἐν προστάγματι αὐτοῦ πᾶσα εὐδοκία γίνεται· καὶ οὐκ ἔστιν ἐλάττωσις εἰς τὸ σωτήριον αὐτοῦ. » — Ibid.

Postremo autem antequam nos somnus inuadat, pium et sanctum est Deo gratias agere, ut qui eius benignitatem et gratiam fuerimus consecuti, ita ut diuino quodam afflatu nos ad somnum conferamus : « Et confitemini ei, inquit, in canticis labiorum quod in eius iussu fiat quidquid ei uisum est et ad eius salutare nihil sit neque mancum, neque diminutum. »

986. HYMNI. — ὕμνοι δὲ ἔστων τοῦ Θεοῦ αἱ ᾠδαί. — Ibid.

sint autem cantica Dei laudes.

987. CANTVS (?). — Καὶ γὰρ ἁρμονίας παραδεκτέον τὰς σώφρονας. — Ibid.

Sunt enim admittendae modestae et pudicae harmoniae.

988. FORMVLA. — ἐπεὶ τέλος ἡμῖν ἡ ἀταραξία· καὶ τοῦτο ἄρα ἐστὶ τὸ « *Εἰρήνη σοι* ». — L. II, c. VII.

nobis enim finis est esse a perturbatione alienos, et hoc sibi uult illud : *Pax tibi.*

989. BENEDICTIONES POST COENAM. ORATIO ANTE SOMNVM. — Μετὰ γὰρ τὴν εὐωχίαν *εὐλογήσαντες τὸν Θεὸν ἐπὶ τῇ μεταδόσει τῶν ἀπολαύσεων* καὶ τῇ διεκδρομῇ τῆς ἡμέρας, ἐπὶ τὸν ὕπνον παρακλητέον τὸν λόγον. — L. II, c. IX.

Postquam enim, finito conuiuio, *Deo benedixerimus, quod ea participauimus, quae suppeditauerit,* et ut cum diem feliciter transmitteremus, concesserit nobis conuertenda est ad somnum oratio.

990. VIGILIAE PRIVATAE. — διὸ πολλάκις καὶ τῆς νυκτὸς ἀνεγερτέον τῆς κοίτης, καὶ τὸν Θεὸν εὐλογητέον· μακάριοι γὰρ οἱ ἐγρηγορότης εἰς αὐτὸν, σφᾶς αὐτοὺς ἀπεικάζοντες ἀγγέλοις, οὓς « ἐγρηγόρους » καλοῦμεν. — Ibid.

Quocirca saepe etiam motu e lecto surgendum est, Deusque est laudandus : beati enim, qui in ipsum uigilarunt, seipsos adsimilantes angelis, quos nos « uigiles » uocamus.

991. DEPRECATIONES NOCTVRNAE. — οὐ γὰρ χρὴ παννύχιον εὕδειν τοὺς ἔνοικον ἔχοντας τὸν Λόγον, τὸν ἐγρήγορον. Ἐπεγερτέον δὲ νύκτωρ, μάλιστα ὁπότε αἱ ἡμέραι φθίνουσιν. — Ibid.

non enim oportet eos qui inhabitantem et uigilantem intus habent Logon, tota nocte dormire. Noctu autem expergiscendum est, praecipue quando dies desinunt.

992. DE DIVTINIS VIGILIIS. — Πολλοῦ γε δεῖ μεθ' ἡμέραν ἐπιτρέπειν καθεύδειν τοῖς καὶ τῆς νυκτὸς τὸ πλεῖστον εἰς ἐγρήγορσιν ἀποτεμνομένοις. — Ibid.

Longe autem abest, ut permittatur interdiu dormire, cum maximam noctis partem uigiliis impertiamur.

993. CONVENTVS MATVTINALES. GRATIARVM ACTIO COTIDIANA PRO BONIS ACCEPTIS. — μηδὲ ἐξ Ἐκκλησίας, φέρε, ἢ ἀγορᾶς ἥκοντα ἑωθινὸν, ἀλεκτρυόνος ὀχεύειν δίκην· ὁπηνίκα εὐχῆς καὶ ἀναγνώσεως καὶ τῶν μεθ' ἡμέραν εὐέργων ἔργων ὁ καιρός. Ἑσπέρας δὲ ἀναπαύσασθαι καθήκει μετὰ τὴν ἑστίασιν, καὶ μετὰ τὴν *ἐπὶ ταῖς ἀπολαύσεσιν* εὐχαριστίαν. — L. II, c. X.

nec ut aliquis ex ecclesia, uerbi gratia, aut ex foro mane rediens, galli more coeat, quando orationis, et lectionis, et eorum quae interdiu facere conuenit operum tempus est. Vespere autem oportet post conuiuium quiescere, et post gratiarum actionem, quae fit Deo *pro bonis quae percepimus.*

994. IMPOSITIO MANVVM. BENEDICTIO A PRESBYTERO DATA. — Τίνι γὰρ ὁ πρεσβύτερος ἐπιτίθησι χεῖρα; τίνα δὲ εὐλογήσει. — L. II, c. XI.

Cui enim manum imponit presbyter? Cui autem benedicet?

995. QVOMODO IN ECCLESIAM VENIRE OPORTET. — Ἐπὶ δὲ τὴν ἐκκλησίαν ἀκτέον τὴν γυναῖκα καὶ τὸν ἄνδρα, ἐστολισμένους κοσμίως, ἀπλάστῳ βαδίσματι, ἐχεμυθίαν ἀσπαζομένους, ἀγάπην ἀνυπόκριτον κεκτημένους, ἁγνοὺς τὰ σώματα, ἁγνοὺς τὰς καρδίας, ἐπιτηδείους προσεύξασθαι τῷ Θεῷ. — Ibid.

In ecclesiam autem uenire oportet uirum et mulierem, honeste indutos, simplici incessu, silentium amplectentes, caritatem non fictam possidentes, castos corpore, castos corde, ad Deum rogandum aptos.

996. DE OSCVLO. — Οἱ δὲ οὐδὲν ἀλλ' ἢ φιλήματι καταψοφοῦσι τὰς ἐκκλησίας, τὸ φιλοῦν ἔνδον οὐκ ἔχοντες αὐτό. Καὶ γὰρ δὴ καὶ τοῦτο ἐκπέπληκεν ὑπονοίας αἰσχρᾶς, καὶ βλασφημίας, τὸ ἀναίδην χρῆσθαι τῷ φιλήματι, ὅπερ ἐχρῆν εἶναι μυστικόν. « Ἅγιον » αὐτὸ κέκληκεν ὁ Ἀπόστολος. — Ibid.

Illi autem nihil aliud osculo quam ecclesias conturbant, cum ipsam non habeant intus amicitiam. Etenim hoc utique turpem mouit suspicionem et maledicentiam, quod impudenter osculo uterentur, quod esse oportebat mysticum. Id « sanctum » uocauit Apostolus.

997. HIERARCHIA. — αἱ μὲν πρεσβυτέροις, αἱ δὲ ἐπισκόποις, αἱ δὲ διακόνοις, ἄλλαι χήραις. — L. II, c. XII.

haec quidem presbyteris, alia uero episcopis, alia diaconis, alia autem uiduis.

998. DEPRECATIO. GRATIARVM ACTIO, DOXOLOGIA. — « *Ἵλαθι τοῖς σοῖς, Παιδαγωγὲ, παιδίοις, πατὴρ, ἡνίοχε Ἰσραὴλ, υἱὲ καὶ πατὴρ, ἓν ἄμφω, Κύριε. Δὸς δὲ ἡμῖν, τοῖς σοῖς ἑπομένοις παραγγέλμασι, τὸ ὁμοίωμα πληρῶσαι τῆς εἰκόνος, αἰσθάνεσθαί τε κατὰ κράτος ἀγαθοῦ τοῦ Θεοῦ, κριτοῦ τε μὴ πικροῦ· καὶ πάρασχε ἅπαντα αὐτὸς ἐν εἰρήνῃ τῇ σῇ πολιτευομένους, ἐν τῇ σῇ μετατιθεμένους πόλει, ἀκυμάντως τῆς ἁμαρτίας τὸν κλύδωνα διαπλεύσαντας, γαληνιῶντας ἁγίῳ συμφέρεσθαι Πνεύματι· σοφίᾳ τῇ ἀνεκφράστῳ, νύκτωρ, μεθ' ἡμέραν, εἰς τὴν τελείαν ἡμέραν εὐχαριστοῦντας αἰτεῖν, αἰνοῦντας εὐχαριστεῖν, τῷ μόνῳ Πατρὶ καὶ Υἱῷ, Υἱῷ καὶ Πατρὶ, παιδαγωγῷ καὶ διδασκάλῳ Υἱῷ, σὺν καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι· πάντα τῷ ἑνί· ἐν ᾧ τὰ πάντα· δι' ὃν τὰ πάντα ἕν· δι' ὃν τὸ ἀεί· οὗ μέλη πάντες· οὗ δόξα, αἰῶνες· πάντα τῷ ἀγαθῷ, πάντα τῷ καλῷ, πάντα τῷ σοφῷ· τῷ δικαίῳ τὰ πάντα· ᾧ ἡ δόξα καὶ νῦν, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας αἰώνων. Ἀμήν.* » Ἐπεὶ δὲ εἰς τὴν Ἐκκλησίαν ἡμᾶς καταστήσας ὁ Παιδαγωγὸς, αὐτὸς ἑαυτῷ παρακατέθετο, τῷ διδασκαλικῷ καὶ πανεπισκόπῳ Λόγῳ, καλῶς ἂν ἔχοι ἡμᾶς ἐνταῦθα γενομένους, μισθὸν εὐχαριστίας, δικαίας κατάλληλον ἀστείου παιδαγωγίας αἶνον ἀναπέμψαι Κυρίῳ. — *Ad finem.*

« *Sis propitius tuis, o Paedagoge, pueris, pater, auriga Israel, fili et pater, unum ambo, Domine. Da nobis, ut tua sequentes praecepta, impleamus similitudinem imaginis, et pro uiribus sentiamus bonum Deum, et iudicem non acerbum : praestaque, ut omnes in tua pace uersati, et in tuam ciuitatem translati, cum undas peccati tranquille transnauerimus, placidi cum sancto Spiritu feramur, et ineffabili sapientia noctu et interdiu ad perfectum usque diem laudentes, gratias agamus, et gratias agentes laudemus unum Patrem et Filium, Filium et Patrem, Paedagogum et magistrum Filium, una cum sancto Spiritu, qui unus est omnia, in quo omnia, per quem omnia sunt unum, per quem est aeternitas, cuius membra sumus omnes, cuius sunt gloria et saecula, qui est undequaque bonus, undequaque pulcher, undequaque sapiens, undequaque iustus, cui gloria nunc et in saecula saeculorum Amen.* »

Quoniam autem Paedagogus nos duxit in Ecclesiam, ipseque sibi ipsi, Verbo inquam, qui docet, et omnia intuetur, adiunxit, bene habuerit, si nos, cum in hoc loco sumus, iustae gratiarum actionis mercedem pulcrae paedagogiae conuenientem laudem Domino offeramus.

999 et **1000**. HYMNI. — Στόμιον πωλῶν ἀδαῶν et Εἰς τὸν Παιδαγωγῶν in uolumine tertio dabuntur.

EX STROMATIBVS

1001. DE DIVISIONE EVCHARISTIAE. — Ἡ καὶ τὴν Εὐχαριστίαν τινὲς διανείμαντες, ὡς ἔθος, αυτὸν δὴ ἕκαστον τοῦ λαοῦ, λαβεῖν τὴν μοῖραν ἐπιτρέπουσιν. — L. I, c. I.

Quemadmodum Eucharistiam, cum quidam, ut mos est, diuiserint, permittunt unicuique ex populo, eius partem sumere.

1002. DE PRIVILEGIO EORVM QVI CHRISTO SVNT CONSECRATI. — Κατὰ ταῦτα δὲ καὶ τοὺς τῶν θείων μεταλαμβάνοντας λόγων, παραφυλακτέον, εἰ μὴ περιεργίας ἕνεκεν ἱστορήσοντες, ὥσπερ τῶν πόλεων τὰ οἰκοδομήματα, εἰς ἀφικνοῦνται· εἰ μὴ μεταλήψεως χάριν τῶν κοσμικῶν προσίασι, κοινωνικοὺς τῶν ἐπιτηδείων μαθόντες τοὺς καθωσιωμένους τῷ Χριστῷ. — Ibid.

Eadem autem ratione eis quoque, qui sunt diuinorum uerborum participes, obseruandum est, num nimium curiosi animi uitio inducti, tanquam urbium aedificia uisuri, ad id accedent : num ueniant ut sint rerum saecularium participes, cum audierint eos, qui sunt Christo consecrati, ea, quae sunt ad uictum necessaria, lubenter communicare.

1003. DE PSALMODIA. — Ψάλλοντες γοῦν, τὸ ὑπέρτονον τῆς σεμνότητος ἐμμελῶς ἀνίεμεν. — Ibid.

Psallentes quidem certe, ualde intensum grauitatis sonum modulate remittimus.

1004. De speciebvs evcharisticis. — « ἄρτον » καὶ « ὕδωρ » οὐκ ἐπ' ἄλλων τινῶν, ἀλλ' ἢ ἐπὶ τῶν ἄρτῳ καὶ ὕδατι κατὰ τὴν προσφορὰν, μὴ κατὰ τὸν κανόνα τῆς Ἐκκλησίας, χρωμένων αἱρέσεων, ἐμφανῶς ταττούσης τῆς Γραφῆς. Εἰσὶ γὰρ οἵ καὶ ὕδωρ ψιλὸν εὐχαριστοῦσιν. — L. I, c. xix.

ubi per « panem » et » aquam », eas haereses clare notat Scriptura, quae in oblatione pane et aqua aliter utuntur, quam Ecclesiae canonibus praecipitur. Sunt enim, qui sola aqua utuntur in eucharistia.

1005. Materia baptismi. — Εἶτα ἐπιφωνεῖ· « Οὕτω γὰρ διαβήσῃ ὕδωρ ἀλλότριον »· τὸ βάπτισμα τὸ αἱρετικὸν, οὐκ οἰκεῖον καὶ γνήσιον ὕδωρ λογιζομένη. — Ibid.

Deinde adclamat : « Ita enim traiicies aquam alienam » : baptisma haereticum, non conuenientem et germanam aquam reputans.

1006. De baptismo. — Ὥστε οὐδὲ βάπτισμα ἔτι εὔλογον οὐδὲ μακαρία σφραγὶς, οὐδὲ ὁ Υἱὸς, οὐδὲ ὁ Πατήρ. — L. II, c. iii.

Quare nec amplius baptismus rationis consentaneus, nec beatum signaculum, nec Filius, nec Pater.

1007. « Fratres ». — Ἦ καὶ ἀδελφοὺς τοὺς τῷ αὐτῷ λόγῳ ἀναγεννηθέντας προσαγορεύομεν. — L. II, c. ix.

qua ratione eos « fratres » appellamus, qui sunt eodem uerbo regenerati.

1008. De paenitentia post baptismvm. — ὁ δὲ καὶ μετὰ ταῦτα ἁμαρτήσας, εἶτα μετανοῶν, κἂν συγγνώμης τυγχάνῃ, αἰδεῖσθαι ὀφείλει, μηκέτι λουόμενος εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. — L. II, c. xiii.

hic autem etiam qui postea peccauit [scil. : post baptismum] deinde paenitentia ducitur, etiamsi ueniam assequatur, debet erubescere : ut qui non amplius lauetur in remissionem peccatorum.

1009. De ervditione catechvmenorvm. — Τῷ τε γὰρ τετάρτῳ ἔτει, ἐπεὶ καὶ χρόνου χρεία τῷ κατηχουμένῳ βεβαίως ἡ τετρὰς τῶν ἀρετῶν καθιεροῦται τῷ Θεῷ, τῆς τρίτης ἤδη μόνης συναπτούσης, ἐπὶ τὴν τοῦ Κυρίου τετάρτην ὑπόστασιν. Θυσία δὲ αἰνέσεως ὑπὲρ ὁλοκαυτώματα. — L. II, c. xviii.

Quarto enim anno quoniam tempore quoque opus est ei, qui stabiliter per catechesin instituitur, quaternio uirtutum Deo consecratur, cum tertia iam sola coniungatur cum quarta Domini hypostasi. Sacrificium autem laudis super holocausta.

1010. Dominicvm sive ecclesia. — οἶκον δὲ Κυριακόν. — L. III, c. xviii.

domum autem Dominicam.

1011. Matricvlae fidelivm (?). — Ὀλιγοπίστους τούτους οὐ λέγει, ἀλλ' ἀπίστους καὶ ὑποκριτάς· τὸ μὲν ὄνομα ὑπογεγραμμένους, τὸ δὲ εἶναι πιστοὺς ἀρνευμένους. — L. IV, c. vii.

Eos quidem non dicit esse « modicae fidei » sed infideles et hypocritas : qui nominis quidem suscipiunt inscriptionem, fideles autem sese abnegant.

1012. Synaxis noctvrna. — αἱ τελεταὶ γίνονται νυκτὸς μάλιστα. — L. IV, c. xxii.

sacra quoque mysteria maxime noctu fiunt.

1013. De pane et vino evcharistico. — « Μελχισεδὲκ, βασιλεὺς Σαλὴμ, ὁ ἱερεὺς τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου, ὁ τὸν οἶνον καὶ τὸν ἄρτον » τὴν ἡγιασμένην διδοὺς τροφὴν εἰς τύπον εὐχαριστίας. — L. IV, c. xxv.

« Melchisedec, rex Salem, sacerdos Dei altissimi » qui « uinum » et « panem » sanctificatum dedit nutrimentum in typum eucharistiae.

1014. Signvm dominicvm. — Φασὶν οὖν εἶναι τοῦ μὲν Κυριακοῦ σημείου τύπον κατὰ τὸ σχῆμα τὸ τριακοσιοστὸν στοιχεῖον. — L. VI, c. xi.

Dicunt ergo Domini quidem signi typum quod ad figuram attinet, esse elementum, quod significat trecentos.

1015. Gratiarvm actio in convivio. — Ἀμέλει καὶ παρὰ πότον ψάλλειν ἀλλήλοις προπίνομεν, κατεπᾴδοντες ἡμῶν τὸ ἐπιθυμητικὸν, καὶ τὸν Θεὸν δοξάζοντες *ἐπὶ τῇ ἀφθόνῳ τῶν ἀνθρωπείων ἀπολαύσεων δωρεᾷ, τῶν τε εἰς τὴν τοῦ σώματος τῶν τε εἰς τὴν τῆς ψυχῆς αὔξησιν τροφῶν ἀϊδίως ἐπιχορηγηθῆναι*. — Ibid.

Certe etiam in conuiuio nobis inuicem psallendo propinamus, nostram lenientes cupiditatem, et Deum glorificantes *propter copiosam donationem eorum quibus fruuntur homines, et quod perpetuo suppeditet nutrimenta ad augmentum corporis et animae.*

1016. De vero presbytero et diacono. — Οὗτος πρεσβύτερός ἐστι τῷ ὄντι τῆς Ἐκκλησίας, καὶ διάκονος ἀληθὴς τοῦ Θεοῦ βουλήσεως, ἐὰν ποιῇ καὶ διδάσκῃ τὰ τοῦ

Hic est reuera presbyter Ecclesiae, et uerus diaconus, id est minister Dei uoluntatis, si faciat et doceat quae sunt Domini, non ut qui ordinetur ab hominibus,

Κυρίου· οὐχ ὑπ' ἀνθρώπων χειροτονουμένους, οὐδ' ὅτι πρεσβύτερος, δίκαιος νομιζόμενος· ἀλλ' ὅτι δίκαιος, ἐν πρεσβυτερίῳ καταλεγόμενος. — L. VI, c. XIII.

neque quod sit presbyter iustus censeatur: sed quod sit iustus referatur in presbyterium.

1017. HIERARCHIA. — ἐπεὶ καὶ αἱ ἐνταῦθα κατὰ τὴν Ἐκκλησίαν προκοπαὶ ἐπισκόπων, πρεσβυτέρων, διακόνων. — Ibid.

in Ecclesia progressiones episcoporum, presbyterorum, diaconorum sunt

1018. DE PRESBYTERIS ET DIACONIS. — κατὰ τὴν Ἐκκλησίαν τὴν μὲν βελτιωτικὴν δὲ, οἱ πρεσβύτεροι σώζουσιν εἰκόνα, τὴν ὑπερετικὴν δὲ, οἱ διάκονοι. — L. VII, c. I.

in Ecclesia istius cultus quae facit meliores presbyteri seruant imaginem; eius autem, quae seruit, diaconi.

1019. ECCLESIA SEV CONGREGATIO ELECTORVM. — Εἰ δὲ τὸ ἱερὸν διχῶς ἐκλαμβάνεται, ὅ τε Θεὸς αὐτὸς καὶ τὸ εἰς τιμὴν αὐτοῦ κατασκεύασμα, πῶς οὐ κυρίως τὴν εἰς τιμὴν τοῦ Θεοῦ κατ' ἐπίγνωσιν ἁγίαν γενομένην Ἐκκλησίαν ἱερὸν ἂν εἴποιμεν Θεοῦ, τὸ πολλοῦ ἄξιον, καὶ οὐ βαναύσῳ κατεσκευασμένον τέχνῃ, ἀλλ' οὐδὲ ἀγύρτου χειρὶ δεδαιδαλμένον, βουλήσει δὲ τοῦ Θεοῦ εἰς νεὼν πεποιημένην; οὐ γὰρ νῦν τὸν τόπον, ἀλλὰ τὸ ἄθροισμα τῶν ἐκλεκτῶν Ἐκκλησίαν καλῶ. — L. VII, c. V.

Si autem sacrum duo haec significet, nempe et Deum ipsum, et id quod est constructum in eius honorem, cur non proprie eam quae in Dei honorem per agnitionem sancta facta est Ecclesiam Dei sacrum dixerimus, quod est magni pretii, et non inliberali arte constructum, sed neque manu praestigiatoris ordinatum, sed uoluntate Dei templum effectum? non enim nunc locum, sed electorum congregationem, appello Ecclesiam.

1020. SACRIFICIVM DEO OPTIMVM. DE ALTARE TERRESTRI ET ORATIONE IN COMMVNI. — Εἰ δὲ τιμώμενον χαίρει, φύσει ἀνενδεὲς ὑπάρχον, οὐκ ἀπεικότως ἡμεῖς δι' εὐχῆς τιμῶμεν τὸν Θεόν· καὶ ταύτην τὴν θυσίαν ἀρίστην καὶ ἁγιωτάτην μετὰ δικαιοσύνης ἀναπέμπομεν τῷ δικαιοτάτῳ Λόγῳ γεραίροντες· δι' οὗ παραλαμβάνομεν τὴν γνῶσιν, διὰ τούτου δοξάζοντες ἃ μεμαθήκαμεν. Ἔστι γοῦν τὸ παρ' ἡμῖν θυσιαστήριον ἐνταῦθα τὸ ἐπίγειον τὸ ἄθροισμα τῶν ταῖς εὐχαῖς ἀνακειμένων, μίαν ὥσπερ ἔχον φωνὴν τὴν κοινὴν καὶ μίαν γνώμην. — L. VII, c. VI.

Sin autem gaudet honorari, cum natura nullius indigeat, non abs re nos Deum precibus honoramus, et hoc sacrificium optimum et sanctissimum cum iustitia emittimus, iustissimo Logo eum honorantes, per quem accipimus cognitionem ea quae didicimus per eum glorificantes. Et ergo quod et hic terrestre apud nos altare, congregatio eorum qui intenti sunt orationibus, unam quomodo uocem habens communem et unam mentem.

1021. SACRIFICIVM ECCLESIAE ORATIO EST. — Ἡ σύμπνοια δὲ ἐπὶ τῆς Ἐκκλησίας λέγεται κυρίως. Καὶ γάρ ἐστιν ἡ θυσία τῆς Ἐκκλησίας λόγος ἀπὸ τῶν ἁγίων ψυχῶν ἀναθυμιώμενος, ἐκκαλυπτομένης ἅμα τῆς θυσίας καὶ τῆς διανοίας ἁπάσης τῷ Θεῷ. — Ibid.

Conspiratio autem proprie dicitur in Ecclesia. Et enim Ecclesiae sacrificium, oratio, quae a sanctis exhalatur animis, cum sacrificium simul aperitur et tota mens Deo.

1022. VBI ET QVANDO GRATIAS OPORTET AGERE. — Σέβειν δὲ δεῖν ἐγκελευόμεθα καὶ τιμᾶν τὸν αὐτὸν καὶ Λόγον Σωτῆρά τε αὐτὸν καὶ ἡγεμόνα εἶναι πεισθέντες, καὶ δι' αὐτοῦ τὸν Πατέρα, οὐκ ἐν ἐξαιρέτοις ἡμέραις, ὥσπερ ἄλλοι τινές, ἀλλὰ συνεχῶς τὸν ὅλον βίον τοῦτο πράττοντες, καὶ κατὰ πάντα τρόπον· ἀμέλει τὸ γένος τὸ ἐκλεκτὸν, « Ἑπτάκις τῆς ἡμέρας ᾔνεσά σοι », φησὶ, κατ' ἐντολὴν δικαιούμενον. Ὅθεν οὔτε ὡρισμένον τόπον, οὐδὲ ἐξαίρετον ἱερὸν, οὐδὲ μὴν ἑορτάς τινας καὶ ἡμέρας ἀποτεταγμένας, ἀλλὰ τὸν πάντα βίον ὁ γνωστικὸς ἐν παντὶ τόπῳ, κἂν καθ' ἑαυτὸν μόνος ὢν τυγχάνῃ, καὶ ὅπου τινὰς ἂν τῶν ὁμοίως πεπιστευκότων ἔχῃ, τιμᾷ τὸν Θεὸν, τουτέστιν χάριν ὁμολογεῖ τῆς γνώσεως τῆς πολιτείας. — L. VII, c. VII.

Iubemur autem colere et honorare eumdem quem et Verbum esse et Seruatorem atque ducem habemus persuasum, et per ipsum, Patrem, non selectis diebus, ut aliqui alii, sed continenter per totam uitam hoc agentes, et modis omnibus. Certe genus electum, per praeceptum iustificatum, « Septies, inquit, laudem dixi tibi ». Vnde nec in definito loco, neque in templo selecto, neque diebus aliquibus festis et praestitutis, sed per totam uitam is qui est Gnosticus, in omni loco, etiamsi per se sit solus, etsi secum habuerit alios qui eamdem fidem amplexi sunt, Deum honorat, hoc est, agit gratias propter rectae uitae cognitionem.

1023. VBIQVE ORANDVM. HYMNORVM CANTVS. — Πάντα τοίνυν τὸν βίον ἑορτὴν ἄγοντες, πάντῃ πάντοθεν παρεῖναι τὸν Θεὸν πεπεισμένοι, γεωργοῦμεν αἰνοῦντες, πλέομεν ὑμνοῦντες, κατὰ τὴν ἄλλην πολιτείαν ἐντέχνως ἀναστρεφόμεθα. — Ibid.

Per totam ergo uitam diem festum agentes, ubique et omni ex parte Deum adesse persuasi, laudantes agros colimus, hymnos canentes nauigamus, et in omni alio uitae instituto, ut decet, ex arte uersamur.

1024. PRIMITIAE. GRATIARVM ACTIONES. — πάντων

honestum rerum omnium usum ad Deum semper

δὲ τὴν σεμνὴν ἀπόλαυσιν ἐπὶ τὸν Θεὸν ἀναγαγὼν ἀεὶ, καὶ τῆς βρώσεως καὶ τοῦ πόματος καὶ τοῦ χρίσματος, τῷ δοτῆρι τῶν ὅλων ἀπάρχεται, χάριν ὁμολογῶν καὶ διὰ τῆς δωρεᾶς καὶ τῆς χρήσεως, καὶ διὰ τοῦ δόθεντος αὐτῷ. — Ibid.

referens [scil. : gnosticus] et cibi et potus, et unctionis, uniuersorum datori offert primitias, gratias agens et per donum et unctionem et per Verbum ei datum.

1025. De horis canonicis. — Εἰ δέ τινες καὶ ὥρας τακτὰς ἀπονέμουσιν εὐχῇ, ὡς τρίτην φέρε καὶ ἕκτην καὶ ἐννάτην. — Ibid.

Quod si nonnulli certas ac definitas horas constituunt precationi, ut, uerbi causa tertiam, sextam nonam.

1026. Idem. — Ἀλλὰ καὶ τὰς τῶν ὡρῶν διανομὰς τριχῇ διεσταμένας καὶ ταῖς ἴσαις εὐχαῖς τετιμημένας ἴσασιν. — Ibid.

Iam uero triplicem horarum diuisionem quae totidem sunt honoratae precibus.

1027. Oratio pro conversione proximi. — Αὐτίκα ἥ τε εὐχαριστία, ἥ τε τῶν πέλας εἰς ἐπιστροφὴν αἴτησις ἔργον ἐστὶ τοῦ γνωστικοῦ. — Ibid.

Iam et gratiarum actio et petitio eorum quae pertinent ad conuersionem proximorum, est opus gnostici.

1028. De oratione mentali. — Ἔξεστιν οὖν μηδὲ φωνῇ τὴν εὐχὴν παραπέμπειν. — Ibid.

Licet ergo etiam absque uoce emittere orationem.

1029. Oratio ad ortvm matvtinvm. — πρὸς τὴν ἑωθινὴν ἀνατολὴν αἱ εὐχαί. — Ibid.

ideo adortum matutinum habentur preces.

1030. Preces et lavdes sacrificia svnt. Lectio S. S. ante cibvm. Psalmi et hymni dvm cibvs sumitvr. Deprecationes praecvbitoriales et noctvrnales. — Περὶ τούτων ἄρα ὁ γνωστικὸς καὶ συνεύξεται τοῖς καινότερον πεπιστευκόσι, περὶ ὧν καὶ συμπράττειν καθήκει· ἅπας δὲ ὁ βίος αὐτοῦ πανήγυρις ἁγία. Αὐτίκα θυσίαι μὲν αὐτῷ εὐχαί τε καὶ αἶνοι, καὶ αἱ πρὸ τῆς ἑστιάσεως ἐντεύξεις τῶν Γραφῶν· ψαλμοὶ δὲ καὶ ὕμνοι παρὰ τὴν ἑστίασιν, πρό τε τῆς κοίτης· ἀλλὰ καὶ νύκτωρ εὐχαὶ πάλιν. — Ibid.

Vna ergo cum iis qui recentius crediderunt, gnosticus de iis precabitur de quibus una etiam agere conuenit. Vniuersa autem eius uita, tanquam quidam dies festus est. Atque ei quidem sacrificia, sunt ipsae preces et laudes, et quae ante cibum fiunt Scripturarum lectiones; psalmi autem et hymni dum cibus sumitur, et antequam eatur cubitum, sed et noctu, rursus orationes.

1031. Dies stationvm. — Οἶδεν αὐτὸς καὶ τῆς νηστείας τὰ αἰνίγματα τῶν ἡμερῶν τουτῶν, τῆς τετράδος καὶ τῆς παρασκευῆς λέγω. Ἐπιφημίζονται γὰρ ἡ μὲν Ἑρμοῦ, ἡ δὲ Ἀφροδίτης. — L. VII, c. xii.

Nouit ipse ieiunii quoque enigmata horum dierum, quarti, inquam, et sexti. Dicitur autem ille quidem Mercurii, hic uero Veneris.

1032. Dies dominica. — Κυριακὴν ἐκείνην τὴν ἡμέραν ποιεῖ. — Ibid.

facit illum diem Dominicum.

1033. Deprecatio jvsti pro animabvs in pvrgatorio. — οἰκτείρων τοὺς μετὰ θάνατον παιδευομένους διὰ τῆς κολάσεως ἀκουσίως ἐξομολογουμένους. — L. VII, c. xii.

miseretur eorum qui post mortem castigati, per supplicium inuiti confitentur.

EX LIBRO

« QVIS DIVES SALVETVR »

1034. De mvnere apostolico. — Ἐπειδὴ γὰρ τοῦ τυράννου τελευτήσαντος, ἀπὸ τῆς Πάτμου τῆς νήσου μετῆλθεν ἐπὶ τὴν Ἔφεσον, ἀπῄει παρακαλούμενος καὶ ἐπὶ τὰ πλησιόχωρα τῶν ἐθνῶν, ὅπου μὲν ἐπισκόπους καταστήσων, ὅπου δὲ ὅλας Ἐκκλησίας ἁρμόσων ὅπου δὲ κλῆρον, ἕνα τέ τινα κληρώσων ὑπὸ τοῦ Πνεύματος σημαινομένων. — C. xlii.

Cum enim post tyranni obitum et Patmo insula Ephesum rediisset, uicinas quoque gentes rogatus uisebat, partim quidem ut episcopos constitueret, partim uero ut integras Ecclesias disponeret ac formaret, partim etiam ut unumquemque eorum, quos Spiritus designaret, in clerum coopteret.

1035. Presbyter Johannes apostolvs dicitvr. Episcopvs baptismvm ministrat. Signacvlvm. Genv-

Cum itaque ad urbem quamdam uenisset. . . . . ad episcopum conuersus. . . . .

FLEXIO. — Ἐλθὼν καὶ ἐπί τινα τῶν οὐ μακρὰν πολέων ..... προσβλέψας ἐπισκόπῳ..... ὁ δὲ πρεσβύτερος..... τὸ τελευταῖον ἐφώτισε. Καὶ μετὰ τοῦτο ὑφῆκε τῆς πλείονος ἐπιμελείας, καὶ παραφυλακῆς, ὡς τὸ τέλεον αὐτῷ φυλακτήριον ἐπιστήσας τὴν σφραγῖδα τοῦ Κυρίου . .. γονυπετῶν. — Ibid.

presbyter uero. . . . . .sacro baptismate initiauit. Deinceps sacerdos de pristina cura atque custodia paulatim remisit, ut qui perfectum ei tutamen, ac quo cautum omnino foret, Domini signaculum adhibuisset... in genua prouolutus.

1036. FORMVLAE. DOXOLOGIA. — Τῷ δὲ ἐπιβλέποντι τὴν σωτηρίαν καὶ ποθοῦντι, καὶ μετὰ ἀναιδείας καὶ βίας αἰτοῦντι παρέξειν τὴν ἀληθινὴν κάθαρσιν καὶ τὴν ἄτρεπτον ζωὴν δώσει ὁ Πατὴρ ἀγαθὸς *ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς*· ᾧ διὰ τοῦ Παιδὸς Ἰησοῦ Χριστοῦ, *τοῦ Κυρίου ζώντων καὶ νεκρῶν, καὶ διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος εἴη δόξα, τιμή, κράτος, αἰώνιος μεγαλειότης, καὶ νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς γενεὰς γενεῶν, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.* — Ibid.

Ei uero cui cura salutis est ac inspectio, eamque desiderat, ac pene effectim uimque ipse adhibens praebere rogat, Pater ille bonus *qui est in coelis*, ueram emendationem uitamque tribuet nulli mutationi obnoxiam; cui cum Filio Iesu Christo, *qui uiuorum et mortuorum Dominus est, per Spiritum sanctum, sit gloria, honor, potestas, aeterna maiestas, nunc et semper, et in generationes generationum, inque saecula saeculorum. Amen.*

EX LIBRO

« DE PASCHA »

(apud auctorem Chronici Paschalis)

1037. DE DIE PASCHAE. — Τοῖς μὲν οὖν παρεληλυθόσιν ἔτεσι τὸ θυόμενον πρὸς Ἰουδαίων ἤσθιεν ἑορτάζων ὁ Κύριος Πάσχα. Ἐπεὶ δὲ ἐκήρυξεν αὐτὸς ὢν τὸ Πάσχα ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἀγόμενος, αὐτίκα ἐδίδαξε μὲν τοὺς μαθητὰς τοῦ τύπου τὸ μυστήριον τῇ ιγʹ, ἐν ᾗ καὶ πυνθάνονται αὐτοῦ· Ποῦ θέλεις ἑτοιμάσωμέν σοι τὸ Πάσχα φαγεῖν; Ταύτῃ οὖν τῇ ἡμέρᾳ καὶ ὁ ἁγιασμὸς τῶν ἀζύμων, καὶ ἡ προετοιμασία τῆς ἑορτῆς ἐγίνετο. — P. 14 (Bonn).

Superioribus annis Dominus Pascha celebrans, comederat mactatum a Iudaeis. Iam uero praedicans se ipsum esse Pascha agnum Dei, qui ut ouis ad mactationem duceretur, statim docuit discipulos figurae mysterium die decima tertia, qua etiam ex ipso percontantur : Vbi uis Pascha tibi ad comedendum paremus? Illa igitur die et azymorum sanctificatio et praeparatio festi facta est.

1038. ITEM. — Ἀκολούθως ἄρα τῇ ιδʹ, ὅτε καὶ ἔπαθεν, ἕωθεν αὐτὸν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ γραμματεῖς τῷ Πιλάτῳ προσάγοντες, οὐκ εἰσῆλθον εἰς τὸ πραιτώριον, ἵνα μὴ μιανθῶσιν, ἀλλ' ἀκωλύτως ἑσπέρας τὸ Πάσχα φάγωσι. Ταύτῃ τῶν ἡμερῶν τῇ ἀκριβείᾳ καὶ αἱ Γραφαὶ πᾶσαι συμφωνοῦσι, καὶ τὰ Εὐαγγέλια συνῳδά. Ἐπιμαρτυρεῖ δὲ καὶ ἡ ἀνάστασις· τῇ γοῦν τρίτῃ ἀνέστη ἡμέρᾳ, ἥτις ἐν πρώτῃ τῶν ἑβδομάδων τοῦ θερισμοῦ ἐν ᾗ καὶ τὸ δράγμα ἐνομοθετεῖτο προενεγκεῖν τὸν ἱερέα.

Congruenter igitur die quarta decima qua etiam passus est, mane principes sacerdotum et scribae Christum Pilato adducentes, non ingressi sunt praetorium, ne polluerentur, sed nullo impedimento Pascha uespere comederent. Huic accuratae dierum computationi etiam Scripturae uniuersae consentiunt et concinnunt Euangelia. Testimonium quoque ei perhibet resurrectio : tertio enim die resurrexit, qui in primam hebdomadem mensis incidit, qua lex praeceperat a sacerdote manipulum spicarum offerri.

AD LIBRI HYPOTYPOSEON PRIMI FRAGMENTA

ADDITAMENTVM

ECLOGAE PROPHETICAE

1039. DE CATECHESI. — Ὡς γὰρ οὐκ ἔστι πιστεῦσαι ἄνευ κατηχήσεως, οὕτως οὐδὲ καταλαβέσθαι ἄνευ γνώσεως.

Ad eumdem enim modum ut absque catechesi uel institutione fieri non potest uti credat quis, sic neque sine scientia ut comprehendat.

Τῶν γὰρ εὐχρήστων καὶ ἀναγκαίων εἰς σωτηρίαν, οἷον Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος. — C. XXVIII-XXIX.

Non solum hisce quae quidem ad salutem utilia et necessaria sunt, nempe Patre, Filio, ac Spiritu sancto.

EX ORIGENIS

AD IVLIVM AFRICANVM EPISTVLA

1039[a]. SALVTATIO. — Ὠριγένης Ἀφρικανῷ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ ἐν Θεῷ Πατρὶ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἁγίου παιδὸς αὐτοῦ εὖ πράττειν. — 1.

Origenes Africano dilecto fratri in Deo Patri per Iesum Christum sanctum Filius eius salutem.

1039[b]. EXORNATIO SEPVLCHRORVM. — οἱ γάρ... κοσμοῦντες τὰ μνημεῖα τῶν δικαίων. — 9.

qui... ornant nonumenta iustorum.

1039[c]. EPISCOPVS. — Σὺ τὸν καλὸν ἡμῶν πάπαν Ἀπολλινάριον. — 16.

Tu saluta optimum nostrum papam Apollinarium.

SELECTA IN EXODVM

1039[d]. CONFIRMATIO. EVCHARISTIA. — Μετὰ δὲ τὸ χρισθῆναι ἡμᾶς, τουτέστι πιστεῦσαι εἰς τὸν Χριστὸν, τότε καὶ ἐπὶ τὴν βρῶσιν ἔρχεσθαι κελευόμεθα· μήτε δὲ ὠμὰ, μήτε ἑψημένα ἐν ὕδατι, ἀλλ' ὀπτὰ πυρί. — Ed. Migne, t. XII, p. 283, D.

Vncti, id est, postquam Christi fidem amplexi sumus, tum ad esum uenire iubemur, non ut crudas aut coctas aqua, sed ut igni assas carnes edamus.

1039[e]. DE EVCHARISTIA IN VNA ECCLESIA. — Εἰ δὲ μεταλαμβάνεις λόγων Θεοῦ, ἐν οἰκίᾳ μιᾷ τῇ Ἐκκλησίᾳ· εἶτα καταλιπὼν αὐτὴν, ὑπολαμβάνεις μεταλαμβάνειν Θεοῦ ἐν αἱρετικῇ συναγωγῇ, λεγούσης τῆς ἐντολῆς· « Ἐν οἰκίᾳ μιᾷ βρωθήσεται » σὺ οὐκ εσθίεις ἐν οἰκίᾳ μιᾷ. Μίαν οὖν νοῆσαι οἰκίαν τὴν Ἐκκλησίαν· μηδαμοῦ οὖν ἔσθιε τοῦ προβάτου ἔξω γενόμενος τῆς Ἐκκλησίας. — Ed. Migne, t. XII, p. 286, D.

Si Dei sermones in una domo, nempe Ecclesia percipis, tumque ea relicta, opinaris te Dei participem effici in haereticorum synagoga cum lex dicat : « In una domo comedetur » in una domo non comedis. Vnam itaque domum intellige Ecclesiam et nusquam extra Ecclesiam ouem comede.

IN PSALMVM PRIMVM

1040. CANON SCRIPTVRARVM. — Τὸν μὲν τοί γε πρῶτον ἐξηγούμενος ψαλμὸν, ἔκθεσιν πεποίηται τοῦ τῶν ἱερῶν Γραφῶν τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης καταλόγου, ὧδέ πως γράφων κατὰ λέξιν· « Οὐκ ἀγνοητέον δ' εἶναι τὰς ἐνδιαθήκους βίβλους, ὡς Ἑβραῖοι παραδιδόασιν, δύο καὶ εἴκοσι· ὅσος ὁ ἀριθμὸς τῶν παρ' αὐτοῖς στοιχείων ἐστίν. » Εἶτα μετά τινα ἐπιφέρει λέγων· « Εἰσὶ δὲ αἱ εἴκοσι δύο βίβλοι καθ' Ἑβραίους αἵδε· ἡ παρ' ἡμῖν Γένεσις ἐπιγεγραμμένη, παρ' Ἑβραίοις δὲ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τῆς βίβλου, Βρησίθ, ὅπερ ἐστὶν ἐν ἀρχῇ· Ἔξοδος, Οὐαλεσμώθ, ὅπερ ἐστὶ ταῦτα τὰ ὀνόματα· Λευϊτικὸν, Οὐϊκρὰ, καὶ ἐκάλεσεν· Ἀριθμοὶ, Ἀμμεσφεκωδείμ· Δευτερονόμιον, Ἔλλε Ἀδδεβαρὶμ, οὗτοι οἱ λόγοι· Ἰησοῦς υἱὸς Ναυῆ· Ἰωσουὲ βὲν Νοῦν· Κριταὶ, Ῥοὺθ, παρ' αὐτοῖς ἐν ἑνὶ Σωφετίμ. Βασιλειῶν πρώτη, δευτέρα, παρ' αὐτοῖς ἓν Σαμουὴλ, ὁ θεόκλητος. Βασιλειῶν τρίτη, τετάρτη, ἐν ἑνὶ Οὐαμμέλεχ Δαβὶδ ὅπερ ἐστὶ βασιλεία Δαβίδ. Παραλειπομένων πρώτη, δευτέρα, ἐν ἑνὶ Διβρὴ Ἀϊαμὶμ, ὅπερ ἐστὶ λόγοι ἡμερῶν· Ἔσδρας πρῶτος καὶ δεύτερος, ἐν ἑνὶ Ἐζρᾶ, ὅ ἐστι βοηθός. Βίβλος Ψαλμῶν, Σέφερ Θιλλίμ. Σολομῶντος Παροιμίαι, Μισλώθ. Ἐκκλησιαστὴς, Κωέλεθ. Ἆσμα ᾀσμάτων (οὐ γὰρ ὡς ὑπολαμβανουσί τινες Ἄσματα ᾀσ-

Caeterum in expositione primi psalmi, librorum Veteris Testamenti indicem exhibet ita scribens ad uerbum. « Sciendum est, Veteris Testamenti libros duos esse ac uiginti, sicut ab Hebraeis traditur : qui numerus etiam litterarum apud eos habetur. » Et paulo post subdit : « Sunt autem uiginti duo libri juxta Hebraeos hi : primus qui a nobis Genesis dicitur, ab Hebraeis autem ex ipsius libri initio desumpta appellatione uocatur Beresith quod idem est ac *in principio*. Exodus deinde, Hebraeis Vellesmoth, id est *haec sunt nomina*. Tertius, Leuiticus, Hebraeis Vaicra, id est *et uocauit*. Quartus, Numeri, Hebraeis Hammisphecodim. Quintus Deuteronomium, Hebraeis Ellehaddabarim, id est, *haec sunt uerba*. Sextus, Iesus filius Naue, Hebraice Iehosue ben Nun. Septimus, Iudices et Ruth, unico uolumine apud Hebraeos comprehensi, quod appellant Sophetim. Octauus, Regnorum liber primus et secundus : qui apud eos unicum uolumen constituunt quod dicitur Samuel, hoc est *uocatus a Deo*. Nonus, Regnorum liber tertius et quartus, quos ipsi etiam unum uolumen redigunt, et Vammelech Dauid indigitant, hoc est *et rex Dauid*. Decimus, Paralipomenon liber primus et secundus, uno apud illos contenti uolumine quod uocant Dibre Haiamim, hoc est *uerba dierum*. Vndeci-

ματων), Σὶρ Ἀσσιρίμ· Ἡσαίας, Ἰεσαϊά. Ἱερεμίας σὺν Θρήνοις καὶ τῇ ἐπιστολῇ, ἐν ἑνὶ Ἰρμία· Δανιὴλ, Δανιὴλ, Ἰεζεκιὴλ, Ἰεζκήλ. Ἰὼβ, Ἰώβ· Ἐσθὴρ, Ἐσθήρ. Ἔξω δὲ τούτων ἐστὶ τὰ Μακκαβαϊκὰ, ἅπερ ἐπιγέγραπται Σαρβὴθ Σαρβανὲ Ἔλ. » Ταῦτα μὲν οὖν ἐν τῷ προειρημένῳ τίθησι συγγράμματι. Ἐν δὲ τῷ πρώτῳ τῶν εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγέλιον, τὸν ἐκκλησιαστικὸν φυλάττων κανόνα, μόνα τέσσαρα εἰδέναι Εὐαγγέλια μαρτύρεται, ὧδέ πως γράφων· « Ὡς ἐν παραδόσει μαθὼν περὶ τῶν τεσσάρων Εὐαγγελίων, ἃ καὶ μόνα ἀναντίῤῥητά ἐστιν ἐν τῇ ὑπὸ τὸν οὐρανὸν Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ· ὅτι πρῶτον μὲν γέγραπται τὸ κατὰ τόν ποτε τελώνην, ὕστερον δὲ ἀπόστολον Ἰησοῦ Χριστοῦ Ματθαῖον, ἐνδεδωκότα αὐτὸ τοῖς ἀπὸ Ἰουδαϊσμοῦ πιστεύσασι, γράμμασιν Ἑβραϊκοῖς συντεταγμένον· δεύτερον δὲ τὸ κατὰ Μάρκον, ὡς Πέτρος ὑφηγήσατο αὐτῷ, ποιήσαντα. Ὃ καὶ υἱὸν ἐν τῇ καθολικῇ ἐπιστολῇ διὰ τούτων ὡμολόγησε φάσκον· « Ἀσπάζεται ὑμᾶς ἡ ἐν Βαβυλῶνι συνεκλεκτὴ, καὶ Μάρκος ὁ υἱός μου. » Καὶ τρίτον τὸ κατὰ Λουκᾶν, τὸ ὑπὸ Παύλου ἐπαινούμενον Εὐαγγέλιον, τοῖς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν πεποιηκότα· ἐπὶ πᾶσι τὸ κατὰ Ἰωάννην. » Καὶ ἐν τῷ πέμπτῳ δὲ τῶν εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην Ἐξηγητικῶν, ὁ αὐτὸς ταῦτα περὶ τῶν ἐπιστολῶν τῶν ἀποστόλων φησίν· « Ὁ δὲ ἱκανωθεὶς διάκονός γε γενῆσθαι τῆς Καινῆς Διαθήκης, οὐ γράμματος, ἀλλὰ πνεύματος, Παῦλος, ὁ πεπληρωκὼς τὸ Εὐαγγέλιον ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ καὶ κύκλῳ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ, οὐδὲ πάσαις ἔγραψεν αἷς ἐδίδαξεν Ἐκκλησίαις· ἀλλὰ καὶ αἷς ἔγραψεν, ὀλίγους στίχους ἐπέστειλε. Πέτρος δὲ ἐφ' ᾧ οἰκοδομεῖται ἡ Χριστοῦ Ἐκκλησία, ἧς πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσι, μίαν ἐπιστολὴν ὁμολογουμένην κατελέλοιπεν. Ἔστω δὲ καὶ δευτέραν· ἀμφιβάλλεται γάρ. Τί δεῖ περὶ τοῦ ἀναπεσόντος λέγειν ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ Ἰησοῦ. Ἰωάννου, ὃς Εὐαγγέλιον ἓν καταλέλοιπεν, ὁμολογῶν δύνασθαι τοσαῦτα ποιήσειν ἃ οὐδὲ ὁ κόσμος χωρῆσαι ἐδύνατο; Ἔγραψε δὲ καὶ τὴν Αποκάλυψιν, κελευσθεὶς σιωπῆσαι καὶ μὴ γράψαι τὰς τῶν ἑπτὰ βροντῶν φωνάς. Καταλέλοιπε δὲ καὶ ἐπιστολὴν πάνυ ὀλίγων στίχων. Ἔστω δὲ καὶ δευτέραν καὶ τρίτην· ἐπεὶ οὐ πάντες φασὶ γνησίους εἶναι ταύτας· πλὴν οὐκ εἰσὶ στίχων ἀμφότεραι ἑκατόν. » Ἔτι πρὸς τούτοις περὶ τῆς πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολῆς ἐν ταῖς εἰς αὐτὴν Ὁμιλίαις ταῦτα διαλαμβάνει. « Ὅτι ὁ χαρακτηρ τῆς λέξεως τῆς πρὸς Ἑβραίους ἐπιγεγραμμένης ἐπιστολῆς, οὐκ ἔχει τὸ ἐν λόγῳ ἰδιωτικὸν τοῦ Ἀποστόλου, ὁμολογήσαντος ἑαυτὸν ἰδιώτην εἶναι τῷ λόγῳ, τουτέστι τῇ φράσει· ἀλλά ἐστιν ἡ ἐπιστολὴ συνθέσει τῆς λέξεως Ἑλληνικωτέρα, πᾶς ὁ ἐπιστάμενος κρίνειν φράσεων διαφορὰς, ὁμολογήσαι ἄν. Πάλιν τε αὖ ὅτι τὰ νοήματα τῆς ἐπιστολῆς θαυμάσιά ἐστι, καὶ οὐ δεύτερα τῶν ἀποστολικῶν ὁμολογουμένων γραμμάτων, καὶ τοῦτο ἂν συμφήσαι εἶναι ἀληθὲς πᾶς ὁ προσέχων τῇ ἀναγνώσει τῇ ἀποστολικῇ. » Τούτοις μεθ' ἕτερα ἐπιφέρει λέγων· « Ἐγὼ δὲ ἀποφαινόμενος εἴποιμ' ἂν ὅτι τὰ μὲν νοήματα τοῦ Ἀποστόλου ἐστὶν, ἡ δὲ φράσις καὶ ἡ σύνθεσις ἀπομνημονεύσαντός τινος τὰ ἀποστολικὰ, καὶ ὡσπερεὶ σχολιογραφήσαντός τὰ εἰρημένα ὑπὸ τοῦ διδασκάλου. Εἴ τις οὖν Ἐκκλησία ἔχει ταύτην τὴν ἐπιστολὴν ὡς Παύλου, αὕτη εὐδοκιμείτω καὶ ἐπὶ τούτῳ. Οὐ γὰρ εἰκῇ οἱ ἀρχαῖοι ἄνδρες ὡς Παύλου αὐτὴν παραδεδώκασι. Τίς δὲ ὁ γράψας τὴν ἐπιστολήν, τὸ μὲν ἀληθὲς Θεὸς οἶδεν. Ἡ δὲ εἰς ἡμᾶς φθάσασα ἱστορία, ὑπό τινων μὲν λεγόντων, ὅτι Κλήμης ὁ

mus, Esdras primus et secundus, qui apud eos unicum conficiunt librum quem uocant Esra, id est, *adiutor*. Duodecimus, liber Psalmorum, Hebraeis Sepher Tehillim. Decimus tertius, Proverbia Salomonis, Hebraeis Misloth. Decimus quartus, Ecclesiastes, Hebraeis Coheleth. Decimus quintus, Canticum canticorum, Hebraeis Sirhasirim. Decimus sextus, Esaias, Hebraeis Iesaia. Decimus septimus, Ieremias cum Lamentationibus et Epistola, in unum compactus uolumen, quod ipsi uocant Irmia. Decimus octauus, Daniel, Hebraeis Daniel. Decimus nonus, Ezechiel, apud Hebraeos Ieezchel. Vicesimus, Iob, eodem apud Hebraeos nomine insignitus. Vicesimus primus, Esther, quomodo etiam Hebraei uocant. Extra horum censum sunt libri Machabaeorum, qui inscribuntur Sarbet Sabarbaneel. » Et haec quidem in libro superius memorato scribit Origenes. In primo autem libro Expositionum in Euangelium Matthaei ecclesiastico insistens canoni, quattuor duntaxat Euangelia esse testatur his uerbis : « Sicut ex traditione, inquit, accepi de quattuor Euangeliis, quae sola in uniuersa Dei Ecclesia quae sub coelo est, citra controuersiam admittuntur : primum scilicet Euangelium scriptum esse a Matthaeo, prius quidem publicano, postea uero apostolo Iesu Christi qui illud Hebraico sermone conscriptum, Iudaeis ad fidem conuersis publicauit. Secundum fuisse accepimus Euangelium Marci, qui prout Petrus ipsi exposuerat in litteras retulit. Atque idcirco Petrus in Epistola Catholica eum filium suum agnoscit his uerbis : « Salutat uos electa Dei Ecclesia quae est Babylones, et Marcus filius meus. » Tertium Euangelium Lucae, quod a Paulo commendatur, in gratiam gentilium conscriptum. Postremum uero Euangelium Iohannis. Idem porro in libro quinto Expositionum in Euangelium Iohannis de epistolis apostolorum ita scribit : « Is uero quem Deus idoneum reddidit qui Noui Testamenti minister esset non littera et uerbis tenus, sed spiritu ipsius, Paulus scilicet, qui ab Hierosolymis et finitimis locis usque ad Illyricum, Euangelium adimpleuit. non omnibus Ecclesiis quas docuerat scripsit. Sed et iis quibus scripsit, paucas admodum lineas exarauit, Petrus autem, cui tamquam fundamento superstructa est Ecclesia Christi, aduersus quam nec ipsae inferorum portae praeualiturae sunt, unam duntaxat omnium consensu receptam reliquit Epistolam. Concedamus uero et secundam eius esse. De hac enim ambigitur. Iam uero quid dicendum est de eo qui in sinu Christi recubuit, Ioanne? Qui quidem unum reliquit Euangelium, tametsi fateatur tot se libro scribere potuisse, quot nec orbi ipse terrarum posset continere. Scripsit praeterea Reuelationem, iussus silere, nec septem tonitruum uoces prescribere. Scripsit etiam epistolam admodum brevem. Sed concedamus, si placet, et secundam et tertiam ab illo scriptas esse. Neque enim has genuinas illius esse omnes consentiunt. Ambae tamen uix centum uersus continent. » Denique de epistola ad Hebraeos in homiliis quas in eamdem epistolam conscripsit, ita sentit : « Stylum epistulae quae inscribitur ad Hebraeos carere illa sermonis rusticitate quae propria est Apostoli, quippe qui rudem atque imperitum sese confitetur in sermone, id est in forma ac ratione docendi. Verum epistula illa et in uerborum compositione maiorem praefert Graeci sermonis elegantiam, ut fatebitur quisquis de styli differentia perite iudicare potest. Et praeterea sententia continet admirabiles, nec scriptis apostolicis ullatenus inferiores.

γενόμενος ἐπίσκοπος Ῥωμαίων ἔγραψε τὴν ἐπιστολήν, ὑπό τινων δὲ ὅτι Λουκᾶς ὁ γράψας τὸ Εὐαγγέλιον καὶ τὰς Πράξεις » — Apud Euseb., *H. e.*, l. VI, c. XXV.

Atque id uerissimum esse assentietur, quicumque apostolorum scripta attente perlegerint. » Paucis deinde interpositis haec subiungit : « Ego uero, inquit, ita censeo : sententias quidem ipsas Apostoli esse, dictionem autem et compositionem uerborum esse alterius cuiusdam, qui dicta Apostoli commemorare, et quasi in commentarios redigere uoluerit ea quae a magistro audiuerat. Proinde si quae Ecclesia hanc epistolam pro Paulina habet, eo nomine laudetur. Neque enim temere maiores eam Pauli esse tradiderunt. Quis autem reuera illam scripserit, soli Deo notum esse opinor. Sed scriptores quorum monumenta ad nos usque peruenerunt, partim Clementi Romanae urbis episcopo eam adscribunt, partim Lucae qui Euangelium et Actus apostolorum litteris prodidit. »

IN CANTICA

1041. HIERARCHIA. — pastores atque episcopos. — L. III.

1042. INTERCESSIO SANCTORVM PRO HIS QUI IN MVNDO SVNT. — Sed et omnes sancti qui de hac uita decesserunt habentes adhuc caritatem erga eos qui in hoc mundo sunt, si dicantur curam gerere salutis eorum et iuuare eos precibus suis atque interuentu suo apud Deum, non erit inconueniens. — L. III.

EXHORTATIO AD MARTYRIVM

1043. DEVS SOLVS ADORANDVS. — οὐδαμῶς γὰρ προσκυνητέον τὰ κτίσματα, παρόντος τοῦ κτίσαντος καὶ διαρκοῦντος καὶ φθάνοντος πρὸς τὴν πάντων εὐχήν. — N. 7.

neque enim ullo modo sunt adorandae creaturae Creatore praesente et ad omnium preces sufficiente, imo eas praeueniente.

1044. DE ABRENVNTIATIONE IN BAPTISMO. — Ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς περὶ θεοσεβείας συνθήκαις πάλαι τοῖς κατηχοῦσιν ὑμᾶς ἀπεκρίθητε τό· « Καὶ ἡμεῖς λατρεύσομεν Κυρίῳ· οὗτος γὰρ ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐστιν. » Εἰ τοίνυν ὁ παραβὰς τὰς πρὸς ἀνθρώπους συνθήκας ἄσπονδός τίς ἐστι καὶ σωτηρίας ἀλλότριος, τί λεκτέον περὶ τῶν διὰ τοῦ ἀρνεῖσθαι ἀθετούντων ἃς ἔθεντο πρὸς Θεὸν συνθήκας, καὶ πάλιν δρομούντων ἐπὶ *τὸν Σατανᾶν*, ᾧ βαπτιζόμενοι *ἀπετάξαντο;* — N. 17.

Sed et in religionis foedere olim doctoribus uestris spopondistis in haec uerba : « Seruiemus igitur Domino quia ipse est Deus noster. » Si ergo qui pacta cum hominibus conuenta transgreditur, intestabilis quidem et a salute alienus est, quid de iis dicendum qui per abnegationem irrita faciunt pacta cum Deo inita et ad *Satanam* recurrunt cui cum baptizarentur, *renuntiarunt?*

1045. NON ITERANDVM BAPTISMA. MARTYRIVM BAPTISMA EST. — καὶ ὅτι οὐκ ἔστι δυνατὸν κατὰ τοὺς εὐαγγελικοὺς νόμους αὖθις βαπτίσασθαι ὕδατι καὶ Πνεύματι εἰς ἄφεσιν ἁμαρτημάτων· καὶ ὅτι βάπτισμα ἡμῖν δίδοται τὸ τοῦ μαρτυρίου.

nos autem iuxta euangelicas leges iterum non posse baptizari aqua et Spiritu in remissionem peccatorum, sed datum nobis esse martyrii baptisma.

1046. INTERCESSIO BEATORVM PRO PECCATORIBVS. SACERDOTES IVXTA ALTARE CONSPICIVNTVR. — αἱ ψυχαὶ τῶν πεπελεκισμένων ἕνεκεν τῆς μαρτυρίας Ἰησοῦ, μὴ μάτην τῷ ἐν οὐρανοῖς θυσιαστηρίῳ παρεδρεύουσαι διακονοῦσι τοῖς εὐχομένοις ἄφεσιν ἁμαρτημάτων. Ἅμα δὲ καὶ γινώσκομεν, ὅτι ὥσπερ ὁ ἀρχιερεὺς θυσίαν ἑαυτὸν προσήνεγκεν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, οὕτως οἱ ἱερεῖς, ὧν ἐστιν ἀρχιερεῦς, θυσίαν ἑαυτοὺς προσφέρουσι, δι' ἣν ὡς παρὰ οἰκείῳ τόπῳ ὁρῶνται τῷ θυσιαστηρίῳ. — N. 30.

eorum animae qui propter testimonium Iesu securi percussi sunt, coelesti altari non adstant frustra, sed precantibus remissionem peccatorum ministrant. Simul etiam nouimus, ut summus pontifex Iesus Christus seipsum hostiam obtulit, sic sacerdotes, inter quos ille summus est, seipsos hostiam offerre ac propterea iuxta altare ut in proprio loco conspici.

1047. DEPRECATIO. — Τότε γὰρ καὶ ἐπιστημονικώτερον αὐτὰ ἀγαπήσεις, καὶ συνετώτερον περὶ αὐτῶν εὔξῃ, ἐὰν μάθῃς, ὅτι τέκνα σου ἐστὶ, καὶ οὐ σπέρμα μόνον. — N. 38.

Scies enim tunc melius quomodo diligendi sint, et prudentius pro illis orabis, si cognoueris filios tuos esse, non semen tantum.

1048. DE EXORCISMO. — οἱ καλούμενοι δαίμονες, ἀλλὰ τινὲς ἡμῖν ἀόρατοι δυνάμεις τοῖς ἐκείνοις μὲν μὴ νοοῦσιν. — N. 46.

Qui uocantur daemones aliaeque nobis inuisibiles uirtutes obedirent.

LIBRI IN MATTHEVM

1049. EVCHARISTIA PER VERBVM DEI ET ORATIONEM CONSECRATA. — Οὕτω δὲ οὔτε ἐκ τοῦ μὴ φαγεῖν, παρ' αὐτὸ τὸ μὴ φαγεῖν ἀπὸ τοῦ ἁγιασθέντος λόγῳ Θεοῦ καὶ ἐντεύξει ἄρτου. — Tom. XI, n. 14.

Sic autem neque bono aliquo priuamur, ex eo quod non comedamus de pane per uerbum Dei et orationem consecrato. (De uero sensu cfr. ad loc. cit. edit. Migne, *Patr. Gr.*, t. XIII, col 949 nota 37.)

1050. ITEM. DE EVCHARISTIAE EFFECTIBVS. — καὶ τὸ ἁγιαζόμενον βρῶμα διὰ λόγου Θεοῦ καὶ ἐντεύξεως κατ' αὐτὸ μὲν τὸ ὑλικὸν εἰς τὴν κοιλίαν χωρεῖ, καὶ εἰς ἀφεδρῶνα ἐκβάλλεται· κατὰ δὲ τὴν ἐπιγενομένην αὐτῷ εὐχήν, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως, ὠφέλιμον γίνεται, καὶ τῆς τοῦ νοῦ αἴτιον διαβλέψεως ὁρῶντος ἐπὶ τὸ ὠφελοῦν· καὶ οὐχ ἡ ὕλη τοῦ ἄρτου, ἀλλ' ὁ ἐπ' αὐτῷ εἰρημένος λόγος ἐστὶν ὁ ὠφελῶν τὸν μὴ ἀναξίως τοῦ Κυρίου ἐσθίοντα αὐτόν. — Ibid.

et cibus ipse per uerbum Dei et orationem consecratus, secundum illud quidem ipsum quod materia constat, in uentrem abit, et in secessum eiicitur; secundum orationem autem quae illi accessit, iuxta proportionem fidei, utilis fit, efficitque ut perspicax fiat animus, spectans ad id quod prodest; nec panis materia, sed super eum prolata oratio, ea est quae illum iuuat qui non indigne Deo hunc comedit.

1051. QVAESTVS. — ἢ τὸν ἀπὸ τῶν προσιόντων τῷ λόγῳ πορισμὸν, διδόντων προφάσει εὐσεβείας — Tom. XI, n. 15.

uel [scil. : episcopus] quaestum ab iis [scil. : fidelibus] accipiat qui sermonem fidei amplectentes pietatis causa dant.

1052. PRO EXORCISMO ORATIONES ET IEIVNIVM VALERE. — εἴ ποτε δέοι περὶ θεραπείαν ἀσχολεῖσθαι ἡμᾶς τοιοῦτόν τι πεπονθότος τινὸς, μὴ ὁρκίζωμεν, μηδὲ ἐπερωτῶμεν, μηδὲ λαλῶμεν ὡς ἀκούοντι τῷ ἀκαθάρτῳ πνεύματι, ἀλλὰ σχολάζοντες προσευχῇ καὶ νηστείᾳ ἐπιτύχωμεν προσευχόμενοι περὶ τοῦ πεπονθότος, καὶ τῇ ἑαυτῶν νηστείᾳ ἀπώσωμεν ἀπ' αὐτοῦ τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμα. — Tom. XIII, n. 7.

si in curando aliquo cum eiusmodi malo conflictante opera aliquando a nobis ponenda sit, non exorcismum adhibeamus, neque interrogemus, nec immundum spiritum quasi audientem alloquamur, sed orationi et ieiunio uacantes dum pro aegro preces fundimus, postulata assequamur, et nostro ieiunio spiritum immundum ab eo depellamus.

1053. DE PISCE SYMBOLICO. — ὁ τροπικῶς λεγόμενος ἰχθύς. — Tom. XIII, n. 10.

is qui tropice piscis appellatur.

1054. DE SECVNDIS NVPTIIS PRO CLERO. — οὐδένα γὰρ τῶν ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας ὑπεροχήν τινα παρὰ τοὺς πολλοὺς ὡς ἐν συμβόλοις ἀνειληφότα βούλεται ὁ Παῦλος δευτέρου πεπειρᾶσθαι γάμου. — Tom. XIV, n. 22.

ex iis enim qui Ecclesiae nomen dederunt, neminem qui dignitatem aliquam prae multis, quasi in symbolis fuerit consecutus, Paulus secundas nuptias expertum fuisse uult.

1055. DEPRECATIO AD SERVANDAM CASTITATEM. — Δώσει οὖν τὸ ἀγαθὸν δόμα τὴν παντελῆ καθάρευσιν ἐν ἀγαμίᾳ καὶ ἁγνείᾳ ὁ Θεὸς τοῖς ἐξ ὅλης ψυχῆς, καὶ μετὰ πίστεως, καὶ ἀδιαλείπτως ἐν προσευχαῖς αἰτοῦσιν αὐτόν. — Tom. XIV, n. 25.

Perfectam ergo in coelibatu et castitate munditiem, egregium uidelicet donum, iis largietur Deus, qui ex animo, et cum fide, et precibus illam continuis postulabunt.

1056. HIERARCHIA. — ἠξιωμένοις ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ ἐπισκοπικοῦ θρόνου, ἢ πρεσβυτερίου τιμῆς, ἢ διακονίας εἰς τὸν λαὸν τοῦ Θεοῦ. — Tom. XV, n. 26.

qui episcopalis in Ecclesia sedis praerogatiuum ius, uel presbyterii dignitatem tenuerint, uel diaconi officio erga populum Dei functi sint.

1057. HIERARCHIA. — ἀνευλαβέσιν ἐπισκόποις, ἢ πρεσβυτέροις, ἢ διακόνοις. — Tom. XVI, n. 22.

episcopis, presbyteris, uel diaconis tradunt [scil. : Ecclesias].

1058. DE MVNERE DIACONORVM. — οἱ δὲ μὴ καλῶς διάκονοι διοικοῦντες τὰ τῆς Ἐκκλησίας χρήματα. — Ibid.

diaconi uero qui Ecclesiae pecunias non recte dispensant.

1059. EPISCOPATVS ET PRESBYTERATVS PRAEEMINENTIA ET MVNVS. — οἱ δὲ τὰς πρωτοκαθεδρίας πεπιστευμένοι τοῦ λαοῦ ἐπίσκοποι καὶ πρεσβύτεροι, καὶ ὡσπερεὶ ἀποδιδόμενοι ὅλας Ἐκκλησίας οἷς οὐ χρὴ, καὶ καθιστάντες οὓς δεῖ ἄρχοντας. — Ibid.

episcopi autem et presbyteri quibus priores populi sedes attributae sunt, quique totas Ecclesias quibus minime oportet tradunt, et principes quos non expedit constituunt.

LIBRI IN IOHANNEM

1060. PRIMITIAE. Μετὰ γὰρ τοὺς πάντας καρποὺς ἀναφέρεται ἀπαρχή. — Tom. I, n. 4.

post omnes fructus dedicatur ἀπαρχὴ [primitiae].

1061. DE CVLTV MARTYRVM. — εἰσὶ Χριστοῦ μάρτυρες τῷ μαρτυρεῖν περὶ αὐτοῦ κοσμούμενοι. — Tom. II, n. 28.

aliquos Christi μάρτυρες [hoc est testes] eo quod testificentur de illo, honore honestari.

1062. FORMVLA BAPTISMI. — οὐδὲν ἧττον καὶ κατ' αὐτὸ τῷ ἐμπαρέχοντι ἑαυτὸν τῇ θειότητι τῆς δυνάμεως τῶν τῆς προσκυνητῆς Τριάδος ἐπικλήσεών ἐστιν ἡ χαρισμάτων θείων ἀρχὴ καὶ πηγή. — Tom. VI, n. 17.

nihilominus, etiam ex se [scil. : lauacrum aquae] esse principium ac fontem munerum diuinorum, propter potentiam inuocationum adorandae Triadis ei qui se exhibuerit deitati.

1063. COMMVNIO SVB DVABVS SPECIEBVS. DE ELEVATIONE OCVLORVM. — Ἕκαστος δὲ ἑαυτὸν περὶ τῶν τοιαύτων κρινέτω, καὶ δοκιμαζέτω ἄνθρωπος ἑαυτὸν, καὶ οὕτως οὐ μόνον ἐκ τοῦ ἄρτου ἐσθιέτω καὶ ἐκ τοῦ ποτηρίου πινέτω, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπαράτω, καὶ αἰρέτω αὐτοὺς ἄνω κατὰ τῆς εὐχῆς, ὑποτάσσων ἑαυτὸν Θεῷ, καὶ ταπεινῶν ἑαυτὸν ἐκείνῳ λεγέτω. — Tom. XXVIII, n. 4.

Caeterum unusquisque seipsum de rebus huiuscemodi iudicet probetque homo, et sic non solum ex illo pane comedat, et ex calice bibat, uerum etiam oculos eleuet, superne eos attollens, precemque fundat subiciiens seipsum Deo, humiliansque illi.

1064. DE ELEVATIONE OCVLORVM. — Ὥσπερ οὐ παντὶ καθήκει μὴ χρῆσθαι τῷ ἄρτῳ, καὶ μὴ πίνειν ἐκ τοῦ ποτηρίου, καὶ μὴ πόῤῥω εἶναι τῷ οἴκῳ Θεοῦ, καὶ τῆς Ἐκκλησίας· οὕτως οὖν παντὶ καθήκει τὸ μὴ θέλειν ἐπᾶραι τοὺς ὀφθαλμούς. Ἁμαρτάνει δὲ εἴ τις, καθήκοντος αὐτῷ ἐπαίρειν τοὺς ὀφθαλμοὺς, μὴ ἐπαίρει· καὶ εἴ τις καθήκοντος μὴ ἐπαίρειν, ἐπαίρει. — Ibid.

Vt igitur non decet omnem non uti illo pane, et non bibere ex illo calice, et esse procul a domo Dei, et ab Ecclesia; sic non decet omnem nolle eleuare oculos. Peccat autem aliquis, si, cum deceat eum leuare oculos, non leuat eos, rursumque itidem peccat, si cum eum dedeceat leuare oculos, eos leuat.

1065. ORDO VIDVARVM. LOTIO PEDVM ALLEGORICE SVMPTA. — Πλὴν καὶ ἅγιον ὄντα ἐνδέχεται δεῖσθαι τῆς νίψεως τῶν ποδῶν· ἐπεὶ καὶ ἡ καταλεγομένη εἰς ἐκκλησιαστικὴν τιμὴν χήρα ἐξετάζεται μετὰ τῶν ἄλλων καλῶν καὶ ἐν τῷ, εἰ ἁγίων πόδας ἔνιψε. — Tom. XXXII, 7.

Contingit attamen sanctum quoque opus habere, ut sibi lauentur pedes : quoniam requiritur etiam a uidua, quae connumeratur in honorem ecclesiasticum, an inter alia bona, sanctorum quoque pedes lauerit.

1066. DE PANE ET POCVLO. — ὁ ἄρτος καὶ τὸ ποτήριον τοῖς μὲν ἁπλουστέροις κατὰ τὴν κοινοτέραν περὶ τῆς Εὐχαριστίας ἐκδοχήν. — Tom. XXXII, 16.

consideretur hic panis et hoc poculum a simplicioribus iuxta communiorem intelligentiam de Eucharistia, id est de gratiarum actione.

IN EPISTOLAM AD ROMANOS

1067. BENEDICTIO PER SPIRITVM CAPTA. — Per ipsum ergo Spiritum benedictiones capient hi qui benedicuntur ab Apostolo si tamen digni inueniantur super quos ueniat benedictio eius. — Lib. I, c. VIII.

1068. GRATIAS AGERE QVID SIT? FORMVLA. — Agere autem Deo gratias, hoc est sacrificum laudis offerre; et ideo addit : *Per Iesum Christum*, uelut per Pontificem magnum. — Lib. I, c. IX.

1069. HIERARCHIA. — Ecclesiarum rectoribus et principibus loquitur [scil. : Euangelium uel Apostolus] his uidelicet qui iudicant eos qui intus sunt, id est episcopis, uel presbyteris et diaconibus. — L. II, c. II.

1070. DE FORMVLA BAPTISMI. — non habeatur legitimum baptisma nisi sub nomine Trinitatis. — L. V, c. VIII.

1071. DE RITV BAPTISMI TERTIO SAECVLO MEDIANTE. — apostolorum temporibus, non, ut nunc fieri uidemus, typus tantummodo mysteriorum his qui baptizabantur, sed uirtus eorum ac ratio tradebatur. — Ibid.

1072. BAPTISMVS PARVVLORVM. — Ecclesia ab apostolis traditionem suscepit, etiam paruulis baptismum dare. — L. V, c. IX.

1073. DE MVNERE PRESBYTERORVM. — qui presbyterii gradum suscipit in Ecclesia, satis agat illustrare ministerium presbyterii. Ad ipsum enim pertinent et illa quae de presbyteris ad Titum scribit Apostolus. — L. VIII, c. X.

1074. DE MVNERE EPISCOPALI. — episcopus illustrat ministerium suum in episcopatu et sit secundum quod describit Apostolus. — Ibid.

1075. De mvnere vidvarvm et virginvm. — Similiter et uidua si permaneat in orationibus et obsecrationibus nocte et die illustrat ministerium uiduitatis suae. Eodem modo etiam uirgo consecrata deo ministerium uirginitatis suae illustrat. — Ibid.

1076. Hierarchia non contemnenda. — unusquisque in Ecclesia positus apud semetipsum reputet, ut in quocumque loco stat siue in clero, siue in plebe. — Ibid.

1077. De oratione privata. — Illi qui in coniugiis positi sunt et ex consensu ad tempus uacant orationi, uelut Nazareorum uota soluentes. — L. IX, c. i.

1078. Praesides conventvs et ecclesiae. — Qui uero praeest fratribus, uel qui praeest Ecclesiae. — L. IX, c. iii.

1079. Memoriis sanctorvm commvnicatio de more esse. Cvltvs sanctorvm vera notitia. Conlectae solemnes — Memoriis sanctorum communicantes : uerum nos nec consuetudinem turbamus, nec ueritati praeiudicamus, maxime cum utrumque conueniat aedificationi. Nam usibus sanctorum honeste et decenter, non quasi stipem indigentibus praebere, sed censum nostrum cum ipsis quodammodo habere communem, et meminisse sanctorum siue in collectis solemnibus, siue pro eo ut ex recordatione eorum proficiamus, aptum et conueniens uidetur. — L. IX, c. xii.

1080. Benedictio. Lavdatio. Gratiarvm actio. — Sed Dei quidem benedictio aliquid muneris semper his qui ab eo benedicuntur impertit, homines uero Deum benedicere, pro eo quod est laudare et gratias referre, dicuntur. — L. IX, c. xix.

1081. De feminarvm mvnere in ecclesia. — etiam feminas in ministerio Ecclesiae constitui. — L. X, c. xvii.

1082. Post orationem oscvlvm seqvitvr. — Salutate inuicem in osculo sancto. Ex hoc sermone aliisque nonnullis similibus, mos ecclesiis traditus est ut post orationes osculo se inuicem suscipiant fratres. — L. X, c. xxxiii.

HOMILIAE IN GENESIM

1083. Lectio. — attendamus lectioni. — Hom. I, 17.

1084. Doxologia. — *Ipsi* [scil. : Christo] *gloria in aeterna saecula saeculorum. Amen.* — Ibid.

1085. Deprecatio ante lectionem V. T. — Nunc uero iam deprecantes eum prius *qui solus potest de lectione Veteris Testamenti auferre uelamen.* — Hom. II, 3.

1086. Vnvm baptisma. — in Ecclesia licet omnes intra unam fidem contineantur, atque uno baptismate diluantur non tamen unus omnibus atque idem profectus est, sed unusquisque in suo ordine. — Ibid.

1087. De mvnere doctorvm. — doctores esse in Ecclesia et magistros atque aemulatores fidei, qui et populos intrinsecus positos uerbo commonitionis et doctrinae gratia consolantur, et impugnantibus extrinsecus uel gentilibus, uel haereticis, et quaestionum fluctus ac procellas certaminum commouentibus, uirtute uerbi ac sapientia rationis obsistunt. — Hom. II, 4.

1088. Deprecatio. — *Omnipotentis tamen Dei misericordiam deprecemur, qui nos non solum auditores uerbi sui faciat, sed et factores : et induat super nostras quoque animas diluuium aquae suae, et deleat in nobis quae scit esse delenda et uiuificet quae iudicat esse uiuificanda per Christum Dominum nostrum et per Spiritum suum sanctum. Ipsi gloria in aet. s. s. A.* — Hom. II, 6.

1089. De homiliarvm disciplina. Lectio. — uidetur mihi de his primo paucis sermocinandum, et tunc ad ea quae recitata sunt ueniendum. — Hom. III, 1.

1090. Deprecatio. — *Nobis autem praestet Dominus corde credere, ore confiteri, operibus comprobare testamentum Dei esse super carnem nostram ut uidentes homines opera nostra bona, magnificent Patrem nostrum qui in coelis est per J. C. D. N. cui est gl. in s. s. A.* — Hom. III, 7.

1091. Lectio. — Recitata est nobis alia uisio Dei ad Abrahamum hoc modo... — Hom. IV, 1.

1092. Pvrificatio ante evcharistiae svmptionem. — Sciebat enim [scil. : Abraham] Dominica sacramenta non nisi in lauandis pedibus consummanda. — Hom. IV, 2.

1093. Qvid presbyter significat. — Et erant ambo presbyteri, id est senes et prouecti in diebus suis. Quantum ad aetatem corporis pertinet, multi ante ipsos numerosioribus annis duxerant uitam, nemo tamen presbyter appellatus est. Vnde uidetur nomen hoc sanctis non longaeuitatis ratione, sed maturitatis ascribi. — Hom. IV, 4.

1094. Deprecatio. — Nos uero operam demus tales effici actus nostros, talem conuersationem nostram ut digni habeamur notitia Dei, *ut nos scire dignetur, ut digni habeamur notitia Filii eius Iesu Christi, notitia Spiritus sancti, ut agniti a Trinitate et nos sacramentum Trinitatis plene et integre et perfecte mereamur agnoscere, reuelante nobis Domino nostro Iesu Christo, cui est gl. et imp. in s. s. A.* — Hom. IV, 6.

1095. Lectio. — Audite haec... alia eius bene gesta non legimus. — Hom. V, 1.

1096. Lectio. — Recitata est nobis historia libri Geneseos ubi refertur... — Hom. VI, 1.

1097. Adprecatio ad s. scriptvram intellegendam. — Moyses nobis legitur in Ecclesia. *Deprecemur Dominum, ne secundum uerbum Apostoli, etiam apud nos, cum legitur Moyses, uelamen sit positum super cor nostrum.* Lectum est enim... — Hom. VII, 1.

1098. Fontes litvrgiae sacrae. — Ecclesia autem de euangelicis et apostolicis fontibus bibit, qui nunquam deficiunt. — Hom. VII, 5.

1099. Deprecatio. — Opus est lacrymis et orationibus indesinentibus postulare *ut Dominus aperiat oculos nostros* [ad spiritualem sensum Scripturae attingendum]. — Hom. VII, 6.

1100. Lectio. — Ex his quae recitata sunt nobis. — Hom VIII, 1.

1101. Synaxis die dominica. — Tertia tamen dies semper apta fit sacramentis. Nam et populus cum exisset de Aegypto, tertia die offert sacrificium Deo, et in die tertia purificatur. Et resurrectio Domini tertia est die : et multa alia intra hanc diem concluduntur. — Hom. VIII, 4.

1102. Lectio. — Videamus... quae nobis recitata sunt. — Hom. IX, 1.

1103. Coetvs ad avdiendvm sermonem. Solemnitas et remissio pvblica tantvm fit festis diebvs. — Annon est ei [scil. : Ecclesia] tristitia et gemitus cum uos non conuenitis ad audiendum Dei uerbum, et uix festis diebus ad ecclesiam proceditis et non tam desiderio uerbi, quam studio solemnitatis et publicae quodammodo remissionis intenti. — Hom. X, 1.

1104. Lectiones, sermones. — Presentes etiam et in Ecclesia positi non estis intenti... uerbo Dei uel lectionibus diuinis terga conuertitis. — Ibid.

1105. Lectio. — Videamus tamen hoc quod nobis modo recitatum est. — Hom. X, 2.

1106. Sermones sev coetvs cottidiani. — Nisi ergo cottidie uenias ad puteos, nisi cottidie haurias aquas, non solum alios potare non poteris... — Hom. X, 3.

1107. Collecta. Synaxis [cottidiana?]. — et necesse est nos eos qui collectam negligunt et audire declinant uerbum Dei, paululum per patientiam castigare, qui non desiderant panem uitae, nec aquam uiuam. — Ibid.

1108. Freqventiores conventvs. — Dicite mihi uos qui tantummodo festis diebus ad ecclesiam conuenitis, caeteri dies non sunt festi? non sunt dies Domini? — Ibid.

1109. Synaxis cottidiana. — Odit ergo Deus eos qui unum diem putant festum diem esse Domini. Christiani omni die carnes agni comedunt, id est carnes uerbi Dei cottidie sumunt. — Ibid.

1110. De homiliarvm disciplina. Lectio. — Sed et nos interim haec in aliud tempus remittentes ad ea quae in consequentibus recitata sunt properemus. — Hom. XI, 2.

1111. Adprecatio. — Per singulas quasque lectiones cum legitur Moyses *orandus est* nobis *Pater Verbi ut impleat etiam in nobis illud, quod in psalmo scriptum est : Reuela oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua.* — Hom. XII, 1.

1112. Lectio. — Refert namque praesens lectio. — Hom. XII, 1.

1113. Item. — Ecce enim refert Scriptura, quod Isaac... — Hom. XIII, 1.

1114. Item. — De quo recitatum est nobis. — Hom. XIV, 1.

1115. Conclvsio deprecationis. — *in simplicitate et puritate cordis amplectamur uerbum, et diuinae sapientiae famulemur, qui est Christus Iesus Dominus noster, cui est gl. et imp. in s. s. A.* — Hom. XIV, 4.

1116. Lectiones. — Obseruandum est nobis Scripturas sanctas legentibus. — Hom. XV, 1.

1117. Deprecatio ad visvm fvtvrorvm obtinendvm. — *Vtinam et nobis iniiciat Dominus Iesus manus suas super oculos, ut incipiamus et nos respicere non ea quae uidentur, sed quae non uidentur, et aperiat nobis illos oculos, qui non intuentur praesentia, sed futura, et reuelet nobis cordis aspectum quo Deus uidetur in spiritu per ipsum D. I. C. cui est gl. et imp. in s. s. A.* — Hom. XV, 7.

HOMILIAE IN EXODVM

1118. Lectio. — Ita et hic sermo qui nunc nobis ex diuinis uoluminibus recitatus est. — Hom. I, 1.

1119. Lectio. — Videamus ergo quid statim in initiis Exodi lectio contineat. — Ibid.

1120. Adprecatio. — *Et oremus Dominum Iesum Christum ut ipse nobis reuelet et ostendat quomodo magnus est Moyses, et quomodo sublimis est. Ipse enim reuelat, quibus uult, per Spiritum Sanctum. Ipsi gl. et imp. in s. s. A.* — Hom. II, 4.

1121. Extensio brachiorvm in modvm crvcis. — Ita ergo etiam nos in uirtute crucis Christi extollamus brachia, et eleuemus in oratione sancta manus in omni loco sine ira et disceptatione ut Domini mereamur auxilium. — Hom. III, 3.

1122. Lectio. — Historia quidem famosissima nobis recitata est. — Hom. IV, 1.

1123. Adprecatio. — *Deprecemur misericordiam Domini, ut et nos eripiat de terra Aegypti, de potestate tenebrarum et Pharaonem cum exercitu suo tanquam*

plumbum demergat in aquam ualidissimam. Nos autem liberati, cum gaudio et exsultatione hymnum « cantemus Domino, gloriose enim honorificatus est » quia ipsi gl. et honor in s. s. A. — Hom. IV, 9.

1124. De signo crvcis ad fvgandvm daemonem. — Quid timent daemones? Quid tremunt? Sine dubio crucem Christi, in qua triumphati sunt, in qua exuti sunt principatus eorum et potestates. Timor ergo et tremor cadet super eos cum signum in nobis uiderint crucis fideliter fixum... Non te ergo aliter timebunt, nec aliter tremor tuus ueniet super eos, nisi uideant in te crucem Christi. — Hom. VI, 8.

1125. Paenitentiae gradvs. — Paenitendo, flendo, satisfaciendo deleat quod amissum est. — Hom. VI, 9.

1126. Evcharistia in die paschae. — Primum Pascha primi populi est. Secundum Pascha nostrum est..... non datur manna de coelo in illa die, qua primum Pascha fit, sed in illa qua secundum. Panis enim qui de coelo descendit, non uenit ad illos qui primam sollemnitatem celebrabant sed ad nos qui secundam suscipiunt. — Hom. VII, 4.

1127. Lectio. — Sed quid post haec recitatum est. — Hom. VII, 5.

1128. Parasceves. — Apparet autem sextam diem nominari illam, quae ante Sabbatum ponitur, quae apud nos Parasceues appellatur. — Ibid.

1129. Dominica dies. — Volo comparare Dominicam nostram cum Sabbato Iudaeorum. — Ibid.

1130. Evcharistia. — Nobis et panis, Verbum Dei est. — Hom. VII, 8.

1131. Sermo alimentvm est animorvm. — Nec mireris quia uerbum Dei et caro dicitur, et panis et lac dicitur et olera dicitur, pro mensura credentium, uel possibilitate sumentium diuerse nominatur. — Hom. VII, 8.

1132. Soli fideles commvnicant. — In hoc ergo tempore, quo adhuc in principiis fidei sumus, carnes Verbi Dei comedere non possumus. — Ibid.

1133. Sermo. — uerbum Dei, quod in Ecclesia predicatur. — Ibid.

1134. Abrenvntiatio et confessio in baptismo. — Cum ergo uenimus ad gratiam baptismi, uniuersis aliis diis et dominis renuntiantes, solum *confitemur Deum Patrem et Filium et Spiritum Sanctum*. — Hom. VIII, 4.

1135. Regeneratio hominis veteris in baptismo. Sacramenta fidelivm. — Suscepti ergo sumus a Christo, et mundata est domus nostra a peccatis prioribus, et ornata est ornamentis sacramentorum fidelium, quae norunt qui initiati sunt. — Ibid.

1136. Baptismvs. Confessio fidei. — post agnitionem enim sui, post illuminationem uerbi diuini, post gratiam baptismi, post confessionem fidei, et tot tantisque sacramentis matrimonium confirmatum [inter Creatorem scil. et creaturam]. — Hom. VIII, 5.

1137. De homiliarvm disciplina. — exigimur enim ad explanationem horum quae lecta sunt. — Hom. X, 1.

1138. Deprecatio. — *Poscamus uero a Domino, ut quae perfecta sunt ipse nobis reuelare dignetur per I. C. D. N. cui est gl. et. imp. in s. s. A.* — Hom. X, 4.

1139. Presbyteri. Seniores. — Non omnes panem manducant in conspectu Dei, sed qui presbyteri sunt, qui seniores, qui perfecti et meritis probati ipsi manducant panem in conspectu Dei. — Hom. XI, 5.

1140. De evcharistia svb dvab. specieb. a neophytis accepta. — Ingressurus est enim paulo post ad coenam nuptialem, manducaturus est de carnibus Agni, potaturus est poculum salutaris. Nemo intret ad hanc coenam sordidis uestimentis..... Lota sunt enim semel uestimenta tua cum uenisti ad gratiam baptismi. — Hom. XI, 7.

1141. Lectio. — Lectio nobis Exodi recitata est. — Hom. XII, 1.

1142. Lectiones. — Omnis qui, cum recitantur uerba legis, communibus fabulis occupatur, auersus est. Omnis qui, cum legitur Moyses . . . . Aliqui uestrum ut recitari audierint quae leguntur, statim discedunt. Alii, ne hoc ipsum quidem patienter exspectant, usquequo lectiones in Ecclesia recitentur. Alii uero nec si recitantur sciunt, sed in remotioribus Dominicae domus locis, saecularibus fabulis occupantur. — Hom. XII, 2.

1143. Deprecatio. — *etiam nos fideliter seruiamus, et ex toto corde, toto animo et ex tota uirtute nostra diligamus Dominum Deum nostrum, ut mereamur libertate donari a Christo Iesu Filio eius D. N. cui est gl. et imp. in s. s. A.* — Hom. XII, 4.

1144. Lectio. — sicut haec lectio continet quae nobis modo recitata est...... nunc ergo recitatus est nobis ille sermo ubi dicit. — Hom. XIII, 1.

1145. Sermo per vnam horam protrahitvr. — Multa sunt enim [scil. : dicenda] et singula discutere opus est ingens. Verum quid proderit, ut nostro quidem ingenti labore dicantur, ab occupatis uero auditoribus, et uix unius horae puncta uerbo Dei adsistentibus spernantur, et pereant? — Hom. XIII, 3.

1146. De reservatione evcharistiae. — Volo uos admonere religionis uestrae exemplis : nostis qui diuinis mysteriis interesse consuestis quomodo cum suscipistis corpus Domini cum omni cautela et ueneratione seruatis, ne ex eo parum quid decidat, ne consecrati muneris aliquid dilabatur. Reos enim uos creditis et recte creditis, siquid inde per negligentiam decidat. Quod si circa corpus eius conseruandum tanta utimini cautela et merito utimini. — Hom. XIII, 3.

HOMILIAE IN LEVITICVM

1147. Ecclesiasticvs ad sacrvm offerendvm. — ego ecclesiasticus sub fide Christi uiuens et in medio Ecclesiae positus, ad sacrificandum uitulos et agnos et ad offerendam similam cum thure et oleo diuini praecepti auctoritate compellor. — Hom. I, 1.

1148. Deprecatio vt legis intelligentiam contveamvr. — Ipse igitur nobis Dominus, ipse sanctus Spiritus deprecandus est, *ut omnem nebulam, omnemque caliginem quae peccatorum sordibus concreta uisum nostri cordis obscurat, auferre dignetur, ut possimus legis eius intelligentiam spiritalem et mirabilem contueri, secundum eum qui dixit : Reuela oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua!* — Ibid.

1149. Lectio. — Et ideo qui haec legimus uel audimus. — Hom. I, 5.

1150. Deprecatio. — ..... *ut ad similitudinem hostiae Christi conformari mereamur, per ipsum D. N. I. C. per quem Deo Patri omnipotenti cum Spiritu sancto est gl. et imp. in s. s. A.* — Hom. I, 5.

1151. Lectiones plvres. — Haec quidem nobis singula priori lectione recitata sunt. — Hom. II, 1.

1152. Homiliarvm disciplina. — ad ea quae nuper recitata sunt, urgeamur. — Ibid. et infra, 5.

1153. De oleo vnctionis pro infirmis. — Omnis enim anima eget oleo diuinae misericordiae, nec praesentem uitam euadere quispiam potest, nisi ei oleum coelestis miserationis adfuerit. — Hom. II, 2.

1154. Sacrificivm. — In die enim Pentecostes oblato orationum sacrificio primitias aduenientis sancti Spiritus apostolorum suscepit Ecclesia. — Ibid.

1155. De baptismo et paenitentia non iteranda. — sed fortasse dicant auditores Ecclesiae : Melius fere agebatur cum antiquis, quam nobiscum ubi oblatis diuerso ritu sacrificiis, peccantibus uenia praestabatur. Apud nos una tantummodo uenia est peccatorum quae per lauacri gratiam in initiis datur. — Hom. II, 4.

1156. Confessio privata peccatorvm. — Est adhuc et septima, licet dura et laboriosa, per paenitentiam remissio peccatorum, cum peccator....... non erubescit sacerdoti Domini indicare peccatum suum et quaerere medicinam. — Ibid.

1157. Doxologia. — *Per Christum Dominum nostrum, cui laus et gloria in saecula saeculorum. Amen.* — Hom. II, 5.

1158. Exomologesis. — Etenim omni genere pronuntianda sunt, et in publicum proferenda cuncta quae gerimus. Si quid in occulto gerimus, si quid in sermone solo. uel etiam intra cogitationum secreta commisimus, cuncta necesse est publicari, cuncta proferri : proferri autem ab illo qui et accusator peccati est et incentor. — Hom. III, 4.

1159. Dominica pecvnia. — si quis ex uobis suscipiat a me Dominicam pecuniam. — Hom. III, 7.

1160. Lectio. — et in presenti lectione. — Hom. III, 8.

1161. Lectio. — Haec quae leguntur nobis. — Hom. IV, 1.

1162. Sermo fit in ecclesia. — si forte aliquis audiens in Ecclesia uerbum Dei catholice tractari. — Hom. IV, 5.

1163. Sacerdotis vestimenta linea. — Ante omnia enim sacerdos qui diuinis assistit altaribus castitate debet accingi, nec aliter purgere uetera et instaurare poterit noua nisi lineis induatur. — Hom. IV, 6.

1164. Sacerdotis vestimenta. — Obseruandum tamen est quod aliis indumentis sacerdos utitur dum est in sacrificiorum ministerio et aliis cum procedit ad populum. — Ibid.

1165. De sermonvm obiecto. — si ita docere possemus Ecclesiam, ut nihil ex his quae lecta sunt remaneret ambiguum, nihil relinqueretur obscurum, fortassis et de nobis dici poterat quia tetigimus carnes sanctas Verbi Dei. — Hom. IV, c. 8.

1166. Dominicvm. — qui scindunt Ecclesiam et peregrinas ac prauas inducentes doctrinas putant se sacras carnes extra templum Dei et extra aulam Dominicam posse comedere. — Ibid.

1167. Lectiones et sermones. Sacrificivm cvm thvre et oleo. — Certe si non omnia possumus, saltem ea quae nunc docentur in ecclesia, uel quae recitantur, memoriae commendemus; ut exeuntes de ecclesia, et agentes opera misericordiae, et implentes diuina praecepta, sacrificium cum thure et oleo offeramus in memoriam Domino. — Hom. IV, c. 9.

1168. Doxologia. — *Per ipsum Deo Patri cum Spiritu Sancto gl. et imp. in s. s. A.* — Hom. IV, c. 10.

1169. Lectio. — cum in ecclesia recitantur. — Hom. V, c. 1.

1170. De exomologesi. — secundum imaginem eius qui sacerdotium Ecclesiae dedit, etiam ministri et sacerdotes Ecclesiae peccata populi accipiant, et ipsi imitantes magistrum, remissionem peccatorum populi tribuant. — Hom. V, c. 3.

1171. Matricvla laïcorvm fidelivm. — Scio et alia esse ad quae possunt accedere etiam filii Israël, hoc est, laici; non tamen alienigenae, uisi adscripti iam fuerint in Ecclesia Domini. — Ibid.

1172. Formvla fidei. Confessio fidei in baptismo. — *Credo propter fidem Patris et Filii et Spiritus sancti*, in quam credit omnis qui sociatur ecclesiae Dei. — Ibid.

1173. Primitiae. — Si meministis etiam in oblatione primitiarum eodem sermone usus est legislator, ut sint, inquit, noua et recentia. — Ibid.

1174. De freqventi commvnione. — Nam et Dominus panem, quem discipulis dabat et dicebat eis : Accipite et manducate, non distulit, nec seruari iussit in crastinum. Hoc fortasse mysterii continetur etiam in eo quod panem portari non iubet in uia et semper recentes, quos intra te geris, uerbi Dei panes proferas. — Ibid.

1175. De non reservanda evcharistia. — Alia sane sacramentorum figura est, qua iubet etiam in altera die quod superfuerit edi, nihil uero in tertiam diem reseruari de qua suis locis uidebimus. — Ibid.

1176. De Legis lectione. — Formae sunt singula ista quae scribuntur in lege, eorum quae in Ecclesia geri debeant. Alioquin nec fuisset necessarium legi haec in Ecclesia, nisi ex his aedificatio aliqua audientibus praeberetur. — Hom. V, c. 12.

1177. De sacrificio pro gratiarvm actione oblato. — si, inquam, tale opus fuerit [scil. : conuertere potuerit sacerdos peccatorem] consequens est, eum, qui ipsius labore saluatur, Deo gratias agere, et offerre hostiam salutaris, pro eo quod salutem consecutus sit. — Ibid.

1178. Deprecatio. — .....*ut per cordis puritatem, et operum probitatem, in diuino sacrificio habere participium mereamur per aeternum pontificem Dominum et Saluatorem nostrum I. C. per quem est Deo Patri cum Spiritu sancto gloria et imp. in s s. A.* — Ibid.

1179. Lectio. — Haec quae nobis recitata sunt. — Hom. VI, c. 1.

1180. Lectio. — Est ergo initium eorum quae hodie recitata sunt. — Hom. VI, c. 2.

1181. Baptismvs. — Sed et uos qui sacrum baptisma desideratis accipere et gratiam spiritus promereri. — Ibid.

1182. De lectionvm litvrgicarvm convenientia. — ut scias quia lex et prophetae et Euangelium in unum semper conueniunt. — Ibid.

1183. De ordinatione sacerdotali. — Requiritur enim in ordinando sacerdote et praesentia populi, ut sciant omnes, et certi sint. — Hom. VI, c. 3.

1184. Baptismvs. Confirmatio. — Si te abluerit, et mundum fecerit sermo legis, et unctio chrismatis et gratia in te baptismi incontaminata durauerit. — Hom. VI, c. 5.

1185. Sacerdotes et doctores. — Possunt enim et in Ecclesia sacerdotes et doctores filios generare. — Hom. VI, 6.

1186. Adprecatio. Vigiliae noctvrnae. — Oret ergo et sacerdos Ecclesiae indesinenter ut uincat populus qui sub ipso et hostes inuisibiles Amalecitas, qui sunt daemones, impugnantes eos qui uolunt pie uiuere in Christo. Et ideo nos meditantes in his, et haec die ac nocte memoriam reuocantes, et orationi instantes ac uigilantes in ea, deprecemur Dominum *ut nobis ipse horum quae legimus scientiam reuelare dignetur, et ostendere quomodo spiritalem legem non solum in intelligentia, sed et in actibus obseruemus ut spiritualem gratiam consequi mereamur illuminati per legem Spiritus sancti, in Christo Iesu D. N. cui est gl. et imp. in s. s. Amen.* — Ibid.

1187. Lectio. — Plura quidem superiori lectione fuerunt recitata. — Hom. VII, c. 1.

1188. Sermo svper lectionem. — Non enim nunc exponendi Scripturas sed aedificandi Ecclesias ministerium gerimus..... et ideo ex his quoque quae nunc lecta sunt quoniam cuncta non possumus, aliqua tamen quae aedificent audientes. — Ibid.

1189. De concordantia inter dvo Testamenta. — Putas possumus Veteris Testamenti formas, Noui Testamenti gestis et sermonibus coaptare? — Ibid.

1190. De baptismi formvla. — Quae enim mundauit, non sub una appellatione mundantur, neque sub secunda, sed nisi et tertia appellatio nominetur, nemo mundatur. Nisi enim *in Patre, et Filio, et Spiritu sancto* fueris mundatus, mundus esse non poteris. — Hom. VII, c. 4.

1191. De evcharistia svb dvab. specieb. svmpta. — Carnibus enim et sanguine uerbi sui tanquam mundo cibo ac potu, potat et refecit omne hominum genus. — Hom. VII, c. 5.

1192. De baptismo parvvlorvm. — cum baptisma Ecclesiae pro remissione peccatorum detur, secundum Ecclesiae obseruantiam etiam paruulis baptismum dari. — Hom. VIII, c. 4.

1193. Lectio. — Multa sunt alia quae recitata sunt. — Ibid.

1194. De altari. — Secundus agnus..... dignus exstitit diuinis altaribus. — Hom. VIII, c. 11.

1195. De formvla baptismi. — ut ubique intelligamus purificationem fieri non posse sine mysterio Trinitatis. — Ibid.

1196. Lectio. — Haec ergo quae nunc recitata sunt. — Hom. IX, c. 1.

1197. Ritvs ordinationis sacerdotvm. — Omnes enim quicunque unguento sacri chrismatis delibuti sunt sacerdotes effecti sunt. — Hom. IX, c. 9.

1198. Evcharistia. — nouit qui mysteriis imbutus est et carnem et sanguinem Verbi Dei. — Hom. IX, c. 10.

1199. Lectio. — Scripta eius [scil. : Moysis] legimus. — Hom. X, c. 1.

1200. De qvadragesimae observantia. De diebvs stationis. — Habemus enim quadragesimae dies ieiuniis consecratos. Habemus quartam et sextam septimanae dies quibus sollemniter ieiunamus. — Hom. X, c. 2.

1201. Lectio. — Nuper in auribus Ecclesiae recitatus est sermo Dei. — Hom. XI, c. 1.

1202. De consecratione. — si nos ipsos consecramus et offerimus Deo aut etiam si alios uouemus. — Hom. XI, c. 1.

1203. Item. — quomodo unusquisque nostrum, qui uult esse sanctus, consecrari debeat Deo. — Ibid.

1204. Lectio. — quod et in hoc loco recitatum est. — Hom. XIII, c. 1.

1205. Sancta sanctis. — Neque enim conuenit ut sancta uerba anima non sancta suscipiat : sed cum purificauerit se ab omni inquinamento carnis et morum, tunc locus sanctus effecta cibum capiat panis illius qui de coelo descendit. — Hom. XIII, c. 5.

1206. Lectio. — historia nobis recitata est. — Hom. XIV, c. 1.

1207. Lectio. — secundum historiam pertractemus. — Hom. XV, c. 1.

1208. Oratio. — *dum paenitentiae locus est, deprecantes* in commune, *ne aeternae domus habitatione fraudemur, sed digni habeamur recipi in aeterna tabernacula per Chr. D. N. cui est gl. et imp. in s. s. A.* — Hom. XV, c. 3.

HOMILIAE IN NUMEROS

1209. Lectio. — Docet enim praesens lectio. — Hom. I, n. 1.

1210. Item. — Prima Numerorum lectio docuit, quod... — Hom. II, n. 1.

1211. Item. — Nunc uero lectionis huius initium, quae hodie recitata est. — Ibid.

1212. Doctor cathedram habet. — Vt is qui humilem sensum gerit et abiectum, et qui terrena sapit, excelsum sacerdotii gradum, uel cathedram doctoris insident. — Ibid.

1213. Vnam avt dvas horas cottidie Deo depvtare. — Sed et unusquisque nostrum si de cibo et potu sollicitus sit, et omnem curam in rebus secularibus gerat, unam uero aut duas horas ex integro die etiam Deo deputet, et ad orationem ueniat in ecclesiam, uel in transitu uerbum Dei audiat. — Ibid.

1214. Hierarchia. — Saepe audimus blasphemare homines, et dicere : Ecce qualis episcopus, aut qualis presbyter, uel qualis diaconus. — Ibid.

1215. De virginibvs. — Quid autem et de uirginibus dicam aut de continentibus uel omnibus qui in professione religionis uidentur? — Ibid.

1216. De catechvmenis et fidelibvs. — De quibusdam dico catechumenis, quibus fortasse nonnulli etiam eorum qui iam baptismum consecuti sunt, sociantur. — Hom. III, n. 1.

1217. Lectio. — Numerorum liber est, qui legitur nobis. — Hom. IV, n. 1.

1218. Genvflexio. Conversio ad orientem. De ritv diversorvm sacramentorvm explanando. — In ecclesiasticis obseruationibus sunt nonnulla huiusmodi, quae omnibus quidem facere necesse est, nec tamen ratio eorum omnibus patet. Nam quod, uerbi gratia, genua flectimus orantes, et quod ex omnibus coeli plagis ad solam orientis partem conuersi orationem fundimus non facile cuiquam puto ratione compertum. Sed et Eucharistiae siue percipiendae siue eo ritu quo geritur explicandae, uel eorum quae geruntur in baptismo uerborum, gestorumque et ordinum atque interrogationum ac responsionum quis facile explicat rationem. — Hom. V, n. 1.

1219. Lectiones. De homiliarvm disciplina. — Plura nobis simul recitata sunt et de omnibus iis dicere, nec temporis breuitas, nec mysteriorum magnitudo permittit. — Hom. VI, n. 1.

1220. Lectionis expositio. — Sed uideamus et aliud caput. — Hom. VI, n. 2.

1221. Lectio. — Sed et in consequentibus continet lectio quae recitata est. — Hom. VI, n. 4.

1222. Item. — Ex eo quod lectum est nobis. — Hom. VII, n. 1.

1223. Item. — Suggerit praesens lectio. — Hom. IX, n. 1.

1224. De paenitentia pro laicis et sacerdotibvs. — Israelita si peccet, id est laicus ipse suum non potest auferre peccatum; sed requirit leuitam, indiget sacerdote, imo potius et adhuc horum aliquid eminentius quaerit : pontifice opus est, ut peccatorum remissionem possit accipere. Sacerdos autem si delinquat, aut pontifex, ipse suum potest purgare peccatum; si tamen non peccet in Deum. — Hom. X, n. 1.

1225. Lectio. — Quae recitata sunt nobis. — Ibid.

1226. De pvrificatione peccatorvm. — Qui sancti sunt, pro peccatis paenitentiam gerunt, uulnera sua sentiunt, intelligunt lapsus, requirunt sacerdotem, sanitatem deposcunt, purificationem per pontificem quaerunt. Idcirco ergo caute et significanter sermo legis designat, quia pontifices et sacerdotes, non quorumcumque, sed sanctorum tantummodo sumant peccata; sanctus enim est qui peccatum suum per pontificem curat. — Ibid.

1227. Sacrificivm pro peccatis. — Hostia autem cum immolatur, ad hoc immolatur ut eorum pro quibus iugulatur, peccata purgentur. — Hom. X, n. 2.

1228. De sacerdotis mvnere. — Qui autem adsistunt altari, ostenditur fungi sacerdotis officio. Sacerdotis autem officium est, pro populi supplicare peccatis. — Ibid.

1229. De oratione clara voce facta. — Cum autem quis clara voce et uerbis cum sono prolatis, quasi ut aedificet audientes, orationem fundit ad Deum, hic spiritu orat, et offerre uidetur hostiam in altari, quod foris est ad holocautomata populi constitutum. — Hom. X, n. 3.

1230. De primitiis. — Hanc ergo legem [scil. : de primitiis offerendis] obseruari etiam secundum litteram, sicut et alia nonnulla necessarium puto. — Hom. XI, n. 1.

1231. De primitiis. — Sicut et in hoc sermone quem habemus in manibus arbitror conuenire; decet enim et utile est etiam sacerdotibus Euangelii offerri primitias. Ita enim et Dominus disposuit, ut qui Euangelium adnuntiant de Euangelio uiuant et qui altari deseruiunt, de altari participent. Et sicut hoc dignum et decens est, sic e contrario et indecens et indignum existimo et impium, ut is qui Deum colit, et ingreditur Ecclesiam Dei, qui scit sacerdotes et ministros assistere altari, et aut uerbo Dei aut ministerio Ecclesiae deservire, de fructibus terrae quos dat Deus solem suum producendo, et pluvias suas ministrando, non offerat primitias sacerdotibus. — Hom. XI, n. 2.

1232. Primitiae spiritvales. — Si quis, inquam, intentam et directam senserit obsecrationem suam, et ipsis Dei conspectibus, atque ineffabili lumini se intellexerit assistentem, ibique orationes et obsecrationes, postulationesque et gratiarum actiones suas profuderit, nullius extrinsecus phantasiae sollicitatus imagine : hic se nouerit per angelum qui assistit altari, obtulisse immolationis suae primitias pontifici magno et uero Christo Iesu Domino Nostro. cui est gl. et imp. in s. s. A. — Hom. XI, n. 9.

1233. Lectio. — Lectio nobis... recitata est. — Hom. XII. n. 1.

1234. Praesides ecclesiarvm. — Si enim reges a regendo dicuntur, omnes utique qui Ecclesias Dei regunt, reges merito appellabuntur. — Hom. XII, n. 2.

1235. Lectio. — Sed et quae nunc habemus in manibus, quae recitata sunt nobis. — Ibid.

1236. Baptismvs. Signacvlvm. Abrenvntiatio. Formvla. — Recordetur unusquisque fidelium, cum primum uenit ad aquas baptismi, cum signacula fidei prima suscepit, et ad fontem salutaris accessit, quibus ibi tunc usus sit uerbis et quid renuntiauerit diabolo : *non se usurum pompis eius, neque operibus eius, neque ullis omnino seruitiis eius ac uoluptatibus pariturum.* — Hom. XII, n. 4.

1237. Lectio. — Hesterna die dixeramus [Homil. et lect. preced.]. — Hom. XIII, n. 1

1238. Lectio. — quae nobis recitata sunt de Balaam. — Hom. XIII, n. 3.

1239. Lectio. De homiliarvm disciplina. — Plura sunt, quae nobis resederunt exponentibus lectionem de Balaam atque asina eius : et quoniam est temporalis tractatus, qui in Ecclesia aedificandi gratia habetur, non habuimus tantum spatii, ut possemus singula quaeque Scripturae uerba proponere. — Hom. XIV, n. 1.

1240. Ordo lectionvm. De homiliarvm disciplina. — Licet nos ordo lectionum quae recitantur, de illis dicere magis exigat quae lector explicuit, tamen quoniam nonnulli fratrum deposcunt ea potius quae de prophetia Balaam scripta sunt, ad sermonem disputationis adduci, non ita ordini lectionum satisfacere aequum credidi, ut desideriis auditorum. — Hom. XV, n. 1.

1241. Commvnio sangvinis Christi. — Bibere autem dicimur sanguinem Christi, non solum sacramentorum ritu. — Hom. XV, n. 9.

1242. Adprecatio. — *Oremus autem Dominum ut nobis etiam ad caetera quae ab eo prophetata sunt, intellegenda lucidiores quosque et ueritati proximos sensus aperire dignetur, ut in Spiritu sancto considerantes quae per Spiritum scripta sunt et spiritalibus spiritalia comparantes digne Deo et sancto Spiritu, qui haec inspirauit quae scripta sunt explicemus, in Christo Iesu Domino nostro cui est gloria et imp. in s. s. A.* — Ibid.

1243. Lectio. — Tertiam nunc prophetiam ex iis quae sermo Dei per Balaam protulit, habemus in manibus ut etiam de ipsa [prout Dominus dederit] aliqua disseramus. — Hom. XVII, n. 1.

1244. Item. — Quartam nunc prophetiam ex iis quae Balaam in uerbo Dei locutus est, in manus assumimus. — Hom. XVIII, n. 1.

1245. Item. — Lectio hodie recitata est. — Hom. XX, n. 1.

1246. Svrgent ad orandvm. — surgentes oremus. — Ibid.

1247. Lectiones. De homiliarvm disciplina. — Numeri sunt quos legimus : et priore quidem lectione tempore exclusi sumus, ne aliquid etiam de secunda

dinumeratione [scil. : populi] diceremus, sed conueniens est omissa uel exclusa nunc reddere. — Hom. XXI, n. 1.

1248. Adprecatio. — *Oremus ergo ut Iesus regnet super nos, et cesset terra nostra a bellis, cesset ab impugnationibus carnalium desideriorum, et cum ista cessauerint, tunc unusquisque requiescet sub uite sua et sub ficu suo et sub oliva sua. Sub uelamento enim Patris et et Filii et Spiritus sancti requiescet anima quae pacem in se recuperauerit carnis ac Spiritus. Ipsi aeterno Deo gl. in s. s. A.* — Hom. XXII, n. 4.

1249. De sacrificio indesinenti i. e. de oratione. — Sacrificium namque, quod indesinenter et in matutinis et in uespertinis mandatur offerri, hoc indicatur, ut in lege ac prophetis, quae matutinum tempus ostendunt, et in euangelica doctrina, id est enim uespertinum, quae uespera mundi Saluatoris ostendit aduentum, indesinenti intentione persistat... Dies ergo festus est Domini si et sacrificium indesinens offeramus, si sine intermissione oremus, ita ut ascendat oratio nostra sicut incensum in conspectu eius mane et eleuatio manuum nostrarum fiat ei sacrificium' uespertinum. — Hom. XXIII, n. 3.

1250. De sabbati festivitate. — Secunda ergo festiuitas post indesinentis sacrificii festiuitatem ponitur Sabbati et oportet sanctorum quemque et iustum agere etiam Sabbati festiuitatem. — Hom. XXIII, n. 4.

1251. De sabbati Christiani observantia. — Relinquentes ergo Iudaicas Sabbati obseruationes, qualis debeat esse Christiano Sabbati obseruatio uideamus? Die Sabbati nihil ex omnibus mundi actibus oportet operari. Si ergo desinas ab omnibus saecularibus operibus, et nihil mundanum geras, sed spiritalibus operibus uaces, ad ecclesiam conuenias, lectionibus diuinis et tractatibus aurem praebeas, et de coelestibus cogites, de futura spe sollicitudinem geras, uenturum iudicium prae oculis habeas, non respicias ad praesentia et uisibilia, sed ad inuisibilia et futura, haec est obseruatio Sabbati Christiani... Lector autem legis diuinae, uel doctor non desinit ab opere suo et tamen Sabbatum non contaminat. — Ibid.

1252. De sabbato aeternitatis. — In quo Sabbato [scil. : aeternitatis] concedat etiam nobis Deus diem festum agere secum et cum sanctis angelis suis festa celebrare, offerentes sacrificium laudis et reddentes Altissimo uota nostra, quae hic distinxerunt labia nostra. — Ibid.

1253. Coelibatvs. Votvm. — Qui in castitate uiuit corpus suum uouit Deo. — Hom. XXIV, n. 2.

1254. Lectio. — praesens lectio. — Hom. XXIV, n. 3.

1255. Item. — Attendite lectioni. — Hom. XXV, n. 2, 5.

1256. Item. — ex praesenti lectione colligimus. — Hom. XXVI, n. 1.

1257. Intercessio sanctorvm. — Qui enim dubitat quod sancti quique patrum, et orationibus nos iuuent. — Hom. XXVI, n. 6.

1258. Lectio. — ad lectionis ipsius quae recitata est ueniamus exordium. — Hom. XXVII, n. 2.

HOMILIAE IN IESV NAVE

1259. Ecclesiae. Sacrificivm incrventvm. — Cum uero uideris introire gentes ad fidem, Ecclesia exstrui, altaria in cruore pecudum respergi, sed pretioso Christi sanguine consecrari. — Hom. II, n. 1.

1260. Catechvmenvs praeceptis svbditvs. Sermo cottidianvs. Ritvs baptismi. — Cum catechumenorum aggregatus es numero, et praeceptis Ecclesiasticis parere coepisti, digressus est mare Rubrum et in deserti stationibus positus, ad audiendam Dei legem et intuendum Moysis uultum per gloriam Domini reuelatum cotidie uacas. Si uero ad mysticum baptismi ueneris fontem et consistente sacerdotali et Leuitico ordine initiatus fueris uenerandis illis magnificisque sacramentis, quae norunt illi, quos nosse nefas est. — Hom. IV, n. 1.

1261. Lectio. — ea quae leguntur. — Hom. VIII, n. 1.

1262. Item. — quid praesens lectio nobis aedificationis acquirat. — Hom. IX, n. I.

1263. Vigiliae noctvrnae. — quicumque ex uobis lapidibus uiuis apti sunt, in hoc prompti, ut orationibus uacent, et ut die noctuque obsecrationes offerant Deo. — Ibid.

1264. De consessv sacerdotvm. — quicumque sacerdotali religione et sanctitate uiuunt, non solum ii qui sedere uidentur in consessu sacerdotali. — Hom. IX, n. 5.

1265. Lectio. Sermo. — Hoc ergo etiam nunc uel cum Scripturae in Ecclesia leguntur, uel cum sermo explanationis profertur ad populum Scripturae auctoritatem sequentes dicimus : Videte ne legantur quidem ab Iesu uerba legis, sed quamplurimis non legantur quia Iesus illis legit legem qui aures habuerint audiendi. — Hom. IX, n. 9.

1266. Catechvmeni. — Proselyti autem catechumeni uidebuntur, uel ii qui iam sociari fidelibus student. — Ibid.

1267. Adprecatio. — *Quem* [scil. : Deus] *semper et nos inuocemus ut det nobis uictoriam in Christo Iesu Domino nostro, cui est gloria et imperium in s. s. A.* — Hom. IX, n. 10.

1268. Lectio. — Gabaonitas istos, quorum historia recitata est. — Hom. X, n. 1.

1269. Inclinatio capitis. De altaribvs ecclesiisve ornandis. — si qui tales sunt in nobis, quorum fides hoc tantummodo habet, ut ad Ecclesiam ueniant, et inclinent caput suum, sacerdotibus officia exhibeant, seruos Dei honorent, ad ornatum quoque altaris uel ecclesiae aliquid conferant. — Hom. X, n. 3.

1270. Adprecatio. — *Tunc tibi dabitur requies, ut requiescas sub uite tua, qui est Christus Iesus, et sub ficu tua, qui est Spiritus sanctus, ita ut gratias referas Deo Patri omnipotenti in ipso Christo Iesu Domino nostro, cui est gl. et imp. in s. s. A.* — Hom. XV, n. 7.

1271. Lectio. — illud nobis hodie lectum est. — Hom. XVI, n. 1.

1272. Intercessio sanctorvm. — Ego sic arbitror, quod omnes illi qui dormierunt ante nos patres, pugnent nobiscum et adiuuent nos orationibus suis. — Ibid.

1273. De sportvla. — Ita ergo et nunc cohabitare iubentur Leuita et sacerdos qui non habent terram..... Lex enim Dei sacerdotibus commissa est et Leuitis, et huic soli operam tribuant, et uerbo Dei absque ulla sollicitudine uacent. Sed interim ut uacare possint, laicorum uti ministeria debent. Si enim laicus quae necessaria sunt non prebuerit sacerdotibus et Leuitis, occupati illi in talibus, id est corporalibus curis, minus egis Dei uacabunt. — Hom. XVII, n. 3.

1274. Adprecatio. — *Deprecemur potius Dei omnipotentis misericordiam ut suo lumine, sua ueritate, suo splendore omnes nos illuminare dignetur et dare lucernam pedibus nostris uerbum suum et lumen semitis nostris, ipsum D. N. I. C. qui est uera lux mundi, cui est gl. et imp. in s. s. A.* — Ibid.

1275. Lectio. — ab eiusmodi lectione. — Ex. Hom. XX.

1276. Adprecatio. — ..... quam benedictionem *oremus ut et nos consequi mereamur per Christum D. N. cui est gl. et imp. in s. s. A.* — Hom. XX, n. 6.

1277. Adprecatio. — *Ipsum ergo Dominum deprecemur, ut eiiciens a nobis malas cogitationes, bonas inferat, dignas Ierusalem ciuitate coelesti, in quibus nihil pollutum inueniatur et sordidum quod nos in die iudicii ex conscientia cogitationibus arguat sed inueniatur in nobis puritas cordis in Christo Iesu D. N. cui est gl. et imp. in s. s. A.* — Hom. XXI, n. 2.

1278. Lectiones. — primo ergo dictum est. — Hom. XXII, n. 1.

1279. Adprecatio. — *Nobis autem praestet Dominus, ut filii simus Abraham et Isaac et Iacob secundum promissionem haeredes et ob hoc ex lapidibus suscitati, ut simus filii Abraham a Christi Iesu Domino nostro, cui est gl. et imp. in s. s. A.* — Hom. XXII, n. 6.

1280. Hierarchia. — ii qui nunc episcopos, uel presbyteros uel diaconos ordinant. — Hom. XXIII, n. 1.

1281. Adprecatio. — *Sic ergo diuina haec esse credentes et mystica, dignos nos et aptos ad eorum capacitatem uitae actibus ac meritis praeparemus, ut cum digne a nobis fuerint intellecta, etiam haereditate ea in coelis consequi mereamur in Christo Iesu D. N. cui est gloria et imperium in s. s. A.* — Hom. XXIII, n. 4.

1282. Lectio. — praesens lectio. — Hom. XXIV, n. 1.

1283. De exorcismi ritv. — si inimica uirtus daemonis ex amaritudinis turma ueniens obsideat alicuius corpus, perturbet ac decipiat mentem, adhibeantur autem multae orationes, multa ieiunia, multae exorcistarum inuocationes et ad haec omnia surdus daemon in obsesso corpore permaneat et persistat, tolerabilius ferens exorcistarum poenas et adhibita sibi ex *Dei nominis* inuocatione tormenta quam discedere ab homine. — Ibid.

1284. Adprecatio. — *Quod ut consequi mereamur, praeparemus in nobis cor mundum quo libenter et grate Dominus Iesus mundum cordis nostri introire dignetur hospitum : cui gl. et imp. in s. s. A.* — Hom. XXIV, n. 3.

1285. Lectio. — post haec lectum est nobis. — Hom. XXVI, n. 3.

HOMILIAE IN LIB. IVDICVM

1286. Lectio. — Lector quidem praesentis lectionis. — Hom. I, n. 1.

1287. Adprecatio. — *cognoscere debemus, et credere, et operari opera Domini. Non ergo negligenter, sed fideliter et attente, ut inueniamur et nos in diebus Iesu Christi et in diebus sanctorum seniorum eius apostolorum, cum quibus et societatem coelestis haereditatis mereamur accipere, per ipsum D. N. I. C. cui est gl. et imp. in s. s. A.* — Hom. I, n. 5.

1288. Lectio. — Recitatus est nobis. — Hom. II, n. 1.

1289. De mvnere praesidis. Paenitentia. — Vides ergo quia non solum per apostolos suos Deus tradidit delinquentes in manus inimicorum, sed et per eos qui Ecclesiae praesident, et potestatem habent non solum soluendi, sed et ligandi. — Hom. II, n. 5.

1290. Lectio. — praesens lectio declarauit. — Hom. III, n. 1.

1291. Vestes. — postquam indeptus fuerit [scil. : quidam clericus] summas infulas potestatum. — Ibid.

1292. Presbyterivm. Incensvm? — Inuenies interdum etiam in nobis aliquos, qui ad exemplum humilitatis positi sumus, et in altari circulo uelut specula quaedam intuentibus collocati in quibus arrogantiae uitium foetet et de altari Domini quod deberet incensi suauitate fragrare. — Hom. III, n. 2.

1293. Potestas clavivm? — Sunt ergo omnium hodie ecclesiarum quae sub coelo sunt, quamplurimi iudices, quibus iudicium non solum rerum gestarum datum est sed animarum. — Hom. III, n. 3.

1294. Disciplina catechvmenatvs. — Non enim in initiis statim discipulis de profundis et secretioribus tradendum est sacramentis, sed morum correptio, emendatio disciplinae, religiosae conuersationis, et simplicis fidei prima eis elementa traduntur. — Hom. V, n. 6.

1295. Canticvm. — Tunc ergo si digni fuerimus, etiam nos cantabimus canticum istud [scil. : Debborae] refertum mysticis et propheticis sacramentis, ex quibus per singula discutere cuncta tempore non est. Breuiter namque auditores Ecclesiae diligunt. — Hom. VI, n. 1.

1296. Commvnio svb dvab. specieb. De lacte in baptismali ritv. — antequam panis coelestis consequamur annonam, et carnibus Agni immaculati satiemur, antequam uerae uitis quae adscendit de radice Dauid sanguine inebriemur, donec paruuli sumus, et lacte alimur. — Hom. VI, n. 5.

1297. Evcharistia. — Vbi uero iam militiae coelestis sacramenta gustauimus et pane uitae refecti sumus. — Ibid.

1298. De canticis. — Cum redimus ad Scripturas multa cantica sacris mandata uoluminibus inuenimus. Habemus integrum uolumen de Canticis canticorum scriptum. Ecce et in hoc libro Iudicum habemus canticum, et in Numeris canticum scriptum est, et in Deuteronomio, et in Exodo et in primo Regnorum libro. In primo etiam Paralipomenon, et in aliis locis inuenies cantica diuina esse scripta. Ait ergo haec uox iusti : « Ego Domino cantabo, psallam Deo Israel. » Quis putas ita canorae uocis est, et ita spiritus puri mentisque sincerae, ut cantilena eius diuinum delectare possit auditum? — Hom. VI, n. 3.

1299. Disciplina homiliarvm. — quia continuationem cantici per singula non occurrimus explicare, interpolando saltem seriem lectionis, uideamus..... — Hom. VI, n. 4.

1300. Lectio. — quod nunc praesens lectio continet. — Hom. VII, n. 1.

1301. Adprecatio. — *Propterea ergo, fratres, deprecemur Dominum confitentes ei infirmitatem nostram, ne nos tradat in manus Madian, ne tradat bestiis animam confitentem sibi, ne nos tradat in manus potentum eorum qui dicunt : Quando ueniet tempus ut detur nobis potestas aduersus Christianos, quando tradentur in manus nostras isti qui se dicunt habere, uel nosse Deum? Quod et si tradamur et acceperint potestatem nostri, oremus accipere a Deo uirtutem, ut sustinere possimus; ut et fides nostra in pressuris et tribulationibus clarior fiat, ut per patientiam nostram, illorum superetur impudentia et sicut dixit Dominus in nostra patientia acquiramus animas nostras : quia « tribulatio patientiam operatur, patientia uero probationem, probatio autem spem ».* — Hom. VII, n. 2.

1302. Cantvs hymnorvm et psalmorvm. Adprecatio. — *Pugnemus et nos in hymnis et psalmis et canticis spiritualibus concinentes et clamantes ad Deum, ut ab ipso uictoriam consequi mereamur in Christo Iesu Domino nostro, cui est gl. et imp. in s. s. A.* — Hom. XI, n. 2.

HOMILIAE IN LIB. REGVM

1303. Lectio. — historia nobis recitata est. — Hom. I, n. 2.

1304. Disciplina pro infantibvs oblatis. — is qui Deo offertur puer, ante offerri non potuit, quam depelleretur a lacte. In quo ostenditur consecrari Deo neminem posse qui adhuc lacte alitur, et puer est sensibus, atque expers est sermonis iustitiae, nec sacerdotalia potest procurare sacramenta nisi desistat a puerilibus. — Hom. I, n. 8.

1305. Evcharistia. — sanctificamini ut manducetis carnes. — Ibid.

1306. Elevatio manvvm ad coelvm. — non enim puto quod si quis eleuauerit uel extenderit manus ad coelum (ut habitus orantium esse solet) continuo sacrificium obtulerit Deo. — Hom. I, n. 9.

1307. De lectionibvs. — Τὰ ἀναγνωσθέντα πλείονά ἐστι· καὶ ἐπεὶ χρὴ ἐπιτεμνόμενον εἰπεῖν δυσὶ περικοπαῖς. — Hom. II, n. 1. Ad quattuor lectiones alludit. Cf. in praefat. nostra : Homiliarium Origenis, ad h. loc.

Quae lecta audiuimus plura sunt, de iis in duas partes diuisis sermo nobis habendus erit.

1308. De disciplina homiliarvm. — Τεσσάρων οὐσῶν περικοπῶν, ὧν ἑκάστη πράγματα οὐχ ὀλίγα ἔχει, ἀλλὰ καὶ τοῖς δυναμένοις ἐξετάζειν δυνάμενα ἀσχολῆσαι ὥρας οὐ

Quaelibet harum partium, quae quattuor sunt, rerum copia, etiam his qui hisce rebus examinandis apti sunt, non unius, sed plurimum horarum congressum

μιᾶς συνάξεως, ἀλλὰ καὶ πλειόνων ὅ τί ποτε βούλεται ὁ ἐπίσκοπος προτεινάτω τῶν τεσσάρων, ἵνα περὶ τοῦτο ἀσχοληθῶμεν· ὡς τὰ περὶ τῆς ἐγγαστριμύθου, φησὶν, ἐξεταζέσθω. — Hom. II.

occupando, negotium facesset. Arbitratu suo partem, quam uult, proponat episcopus, ut in id studium nostrum conferamus. Quae de uentriloqua narrantur, ait, examinentur.

ORIGENIS IN PROVERBIA

1309. Primitiae. Primitiae spiritvales. — Δεῖ γὰρ καὶ ἀπαρχὰς ἀπὸ παντὸς διδόναι γεννήματος Ἐκκλησίᾳ καὶ πένησι· καὶ ἀπὸ ὕπνου δὲ ἀνιστάμενον ἀπαρχὴν δοτέον Θεῷ τὴν εὐχήν· καὶ τῶν λόγων ἀπαρχὴν διδόναι προσήκει, ψαλμούς. — C. III, ỷ. 9.

Etenim ex omnibus frugibus dandae sunt primitiae Ecclesiae et pauperibus. Sed et is qui a somno surgit debet dare Deo primitias, preces uidelicet et uerborum primitias par est dari psalmos.

ORIGENIS IN CANTICVM CANTICORVM

1310. De hierarchia. — Vidit et sedem puerorum eius : ecclesiasticum puto, ordinem dicit, qui in episcopatus uel presbyterii sedibus habetur. Vidit et ordinationes, siue stationes ministrorum eius, diaconorum ut mihi uidetur ordinem memorat adstantium diuino ministerio. — Homil. II.

1311. Adprecatio. — *Consurgentes deprecemur Dominum, ut digni efficiamur sponsi sermone, sapientia Christo Iesu, cui est gl. et imp. in s. s. A.* — Hom. II.

HOMILIAE IN ISAIAM

1312. Sacrificivm per I. C. oblatvm. — Quoniam igitur praesto est, et assistit I. C. et paratus est et praecinctus summus sacerdos offerre Patri interpellationes nostras, surgentes, per ipsum sacrificia Patri offeramus. — Hom. I, n. 5.

1313. Adprecatio. — *Quia beatum est suscipere Saluatorem apertis ostiis principalis cordis nostri, praeparemus ei mella, et omnem coenam eius; ut ipse nos ducat ad magnam coenam Patris in regno coelorum quae est in Christo Iesu, cui est gl. et imp. in s. s. A.* — Hom. II, n. 2.

1314. Adprecatio. — *surgentes, oremus Deum, qui hunc misit hominem, ut septem mulierum spiritus in eo requiesceret ut et nobis iste homo tribuat communionem harum mulierum; ut adsumentes eas fiamus sapientes, intellegentes in Deo et hominibus, uirtutibus adornantes animam nostram in Christo Iesu, cui est gl. et imp. in s. s. A.* — Hom. III, n. 3.

1315. Adprecatio. — *ut auferantur iniquitates nostrae atque peccata et mundi effecti mundo ore mundoque corde et munda tota conscientia, gratias agamus omnipotenti Deo, in Christo Iesu, cui est gl. et imp. in s. s. A.* — Hom. IV, n. 6.

1316. Lectio. — a capitulo in quo nunc lectio conquieuit. — Hom. V, n. 1.

1317. Parasceves. Dominica dies. Adprecatio. — quia nunc populi multitudo est propter Parasceuen et maxime in Dominica die, quae passionis Christi commemoratrix est (neque enim resurrectio Domini semel in anno, et non semper post septem dies celebratur), *orate Deum omnipotentem, ut ueniat ad nos sermo eius.* — Hom. V, n. 2.

1318. De lotione pedvm allegorica. — Nemo enim quibuscunque uenientibus assumens linteum diaconus uel presbyter siue episcopus lauat pedes. Sed si intelligas ea quae scripta sunt, qui uere beati sunt episcopi seruientes Ecclesiae, mittunt aquam de Scripturis in peluim animae... Et sic custodiunt episcopi mandatum imitantes Iesum, sic et presbyteri. — Hom. VI, n. 3.

1319. Sportvla. — in nobis qui ecclesiastici sumus inuenies aliquem pro saturitate uentris cuncta gerere, ut honoretur, et accipiat munera quae in Ecclesia deferuntur. — Hom. VII, n. 3.

1320. Lectio. — sermo nos edocet. — Hom. VIII, n. 1.

HOMILIAE IN IEREMIAM

1321. Lectio. — ἵνα ἔλθωμεν καὶ ἐπὶ τὸν σκοπὸν τῶν προκειμένων ἀναγνωσμάτων. — Hom. I, n. 1.

ut ueniamus ad eorum quae lecta sunt contemplationem.

1322. Item. — διὰ τοῦτο καὶ ἐνθάδε ἡ ἀρχή... — Hom. II, n. 1.

Vnde et in praesenti lectione

1323. Adprecatio. — *Διὰ τοῦτο τούτων λεγομένων ὅση δύναμις συναγαγόντες τοὺς λόγους τοὺς τῶν Γραφῶν, εἰς τὴν καρδίαν ἀποτιθώμεθα αὐτούς, καὶ κατ' αὐτοὺς πειραθῶμεν ζῆν, ἵνα δυνηθῶμεν πρὸ τῆς ἐξόδου καθαροὶ γενέσθαι, καὶ ἑτοιμάσαντες εἰς τὴν ἔξοδον τὰ ἔργα ἡμῶν, ἐξελθόντες ἐν αὐτοῖς τοῖς ἀγαθοῖς παραληφθῆναι, καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ σωθῆναι, ᾧ ἐστιν ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τὸν αἰῶνα τῶν αἰώνων. Ἀμήν.* — Hom. II, n. 3.

Quamobrem cum talia post mortem nobis residere uideamus. Scripturas diligenter simul recitantes, reponamus eas in cordibus nostris, et iuxta earum uiuere praecepta nitamur, ut ante excessionis diem, si fieri potest, peccatorum sordibus emundati cum sanctis ualeamus assumi, in Christo Iesu, cui est gl. et imp. in s. s. Amen.

1324. Lectio. — Φησὶν ὁ Κύριος ἐν τῇ ἀρχῇ τῶν ἀναγνωσθέντων περὶ τοῦ Ἰσραὴλ. — Hom. III, n. 1.

Ait Dominus initio eorum quae de Israël lecta sunt.

1325. Item. — Αὐτὸ τὸ ῥητὸν τῆς ἀναγνωσθείσης λέξεως ἔχει τι ἀσαφές. — Hom. IV, n. 1.

Ipsum primum lectionis sermonem, qui perobscurus est.

1326. Catechvmeni. — οἱ κατηχούμενοι. — Hom. IV, n. 3.

catechumeni.

1327. Lectiones. — Ἡ οὖν ἀληθῶς ἐπιστροφή ἐστιν ἀναγνῶναι τὰ παλαιά. . . . .
ἀναγνῶναι τὰ βιβλία τῆς καινῆς Διαθήκης, τῶν ἀποστόλων τοὺς λόγους. — Hom. IV, n. 6.

Quapropter legamus Veteris Testamenti historias et prophetas. . . . .
legamus Euangelia et omne Nouum Testamentum; legamus apostoli Pauli Epistolas uniuersas.

1328. Sermones. — τὸν περὶ τοῦ Πατρὸς λόγον, τὸν περὶ τοῦ Υἱοῦ, τὸν περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τὸν λόγον τὸν περὶ ἀναστάσεως, τὸν λόγον τὸν περὶ κολάσεως, τὸν λόγον τὸν περὶ ἀναπαύσεως, τὸν περὶ νόμου, τὸν περὶ προφητῶν, καὶ ἁπαξαπλῶς ἑκάστου τῶν γεγραμμένων. — Hom. V, n. 13.

sermonem de Patre, sermonem de Filio, sermonem de Spiritu sancto, sermonem de resurrectione, sermonem de suppliciis, sermonem de requie, sermonem de lege, de prophetis, et, ut uno uerbo dicam, de singulis quae scripta sunt.

1329. Adprecatio. — *σὺ περίζωσαι σάκκους, καὶ κόπτου, καὶ κλαῖε καὶ ἀλάλαζε, βλέπων τὸν πολέμιον τὸν ἐνεστηκότα, ἵνα ἀποστραφῇ θυμὸς ὀργῆς Κυρίου ἀπὸ σοῦ, καὶ ἀποστραφέντος τοῦ θυμοῦ, δυνηθῇς ἐν ἀμεριμνίᾳ γενόμενος, μηκέτι τοῦ λέοντος ὑπεισερχομένου σοι, τῷ σε εἰσεληλυθέναι εἰς τὴν τειχήρη πόλιν, δοξάζειν τὸν ῥυόμενόν σε Θεὸν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ᾧ ἐστιν ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.* — Hom. V, n. 17.

tu accingere ciliciis, et plange, et plora, et ulula imminentem hostem conspiciens, ut auertatur furor irae Domini a te, et auerso furore, in securitate constitutus, leone non amplius te inuadente, eo quod in ciuitatem muratam ingressus sis, glorificare possis liberantem te Deum in Christo Iesu, cui est honor et imp. in s. s. A.

1330. Item. — *εἰδότες ὅτι οὐ ζημία τοῖς λέγουσιν, ὅσον τοῖς ἀκούουσίν ἐστι, τὸ μὴ παραδέχεσθαι τὰ ἀπαγγελλόμενα, διὸ καὶ κατηγορεῖ πτωχείας τοῦ νοῦ αὐτοῦ καὶ τῆς διανοίας, παρακαλέσωμεν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ λαβεῖν αὔξοντος τοῦ λόγου ἐν ἡμῖν ἁδρότητα καὶ μεγαλειότητα ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ἵνα ἀκοῦσαι τῶν ἱερῶν καὶ ἁγίων λόγων δυνηθῶμεν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.* — Hom. VI, n. 3.

scientes non tantum damnum esse dicentibus, quantum audientibus, si non susceperint quae dicuntur (eam enim ob rem incusatur mentis et intelligentiae inopia), *precibus a Deo petamus, ut, crescente in nobis ratione, uim et magnitudinem consequamur in Christo Iesu, ut sacros sanctosque sermones intelligere ualeamus, cui honor et imp. in s. s. A.*

1331. Item. — *Ἐξομολογησώμεθα περὶ τῶν παραπτωμάτων μετανοοῦντες, καὶ τοῖς θηρίοις οὐ παραδοθησόμεθα, ἀλλ' ἀγγέλοις ἁγίοις τιθηνοῖς ἐσομένοις, ἐπὶ κόλπων βαστάζουσι, μεταβιβάζουσιν ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ αἰῶνος τούτου ἐπὶ τὸν μέλλοντα ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ᾧ ἐστιν ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.* — Hom. X, n. 8.

Agamus paenitentiam super peccatis nostris, confiteamur delicta quae fecimus et bestiis non trademur, quin potius angeli uenient qui nos in sinu suo gestantes de terrenis locis ad coelestia transferant et de praesenti saeculo in perpetuam collocent aeternitatem in Christo Iesu, cui est gl. et imp. in s. s. A.

1332. Hierarchia. — Οὗτος ὁ λόγος ὠφελήσει καὶ ὑμᾶς καὶ ἡμᾶς, ἐὰν προσέχωμεν τῷ γεγραμμένῳ, οἱ δοκοῦμεν

Nos qui putamur aliquid esse, id est, qui in clericatus uobis ordine praesidemus in tantum ut quidam de

εἶναι ἀπὸ κλήρου τινὸς προκαθεζόμενοι ὑμῶν, ὥστε τινὰς θέλειν ἥκειν ἐπὶ τὸν κλῆρον τοῦτον. Ἴστε δὲ, ὅτι οὐ πάντως ὁ κλῆρος σώζει. — Hom. XI, n. 3.

minori gradu ad hunc locum cupiant peruenire nosse debetis non statim in eo esse saluandos, quia clerici sumus.

1333. Item. — Πλεῖον ἐγὼ ἀπαιτοῦμαι παρὰ τὸν διάκονον, πλεῖον ὁ διάκονος παρὰ τὸν λαϊκόν. Ὁ δὲ τὴν πάντων ἡμῶν ἐγκεχειρισμένος ἀρχὴν αὐτὴν τὴν ἐκκλησιαστικὴν ἐπὶ πλεῖον ἀπαιτεῖται. — Ibid.

Plus a me exigitur quam a diacono, plus a diacono quam a laico.

1334. De presbyteris vel sacerdotibvs. De diaconorvm mvnere. — Εἴ τις οὖν καὶ ἐν τούτοις τοῖς ἱερεῦσι (δείκνυμι δὲ τοὺς πρεσβυτέρους ἡμᾶς) ἢ ἐν τούτοις τοῖς περιεστηκόσι τὸν λαὸν Λευΐταις (λέγω δὲ τοὺς διακόνους) ἁμαρτάνει. — Hom. XII, n. 3.

Si quis ergo et in his sacerdotibus, in nobis dico presbyteris, siue in his qui circumstant populum Leuitis, id est diaconibus, peccauerit.

1335. Adprecatio. — Πολλάκις ἐν ταῖς εὐχαῖς λέγομεν· *Θεὲ παντοκράτορ, τὴν μερίδα ἡμῶν μετὰ τῶν προφητῶν δός· τὴν μερίδα ἡμῶν μετὰ τῶν ἀποστόλων τοῦ Χριστοῦ σου δὸς ἵνα εὑρεθῶμεν καὶ μετ' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ.* — Hom. XIV, n. 14.

frequenter in oratione dicam : *Deus omnipotens, da nobis partem cum prophetis, da cum apostolis Christi tui, tribue ut inueniamur ad uestigia Vnigeniti tui.*

1336. De expositione Scriptvrae. — Πρῶτον κατὰ λέξιν τὰ ἀπὸ τοῦ προφητικοῦ λόγου ἴδωμεν. — Hom. XV, n. 2.

Primum litteralem uideamus prophetici sermonis sensum.

1337. Lectio. — Εἴπωμεν οὖν εἰς τὸ ἑξῆς ἀναγνωσθέν. — Hom. XV, n. 6.

Disseramus itaque de eo quod continuata serie lectum est.

1338. Adprecatio. — *Ἀλλὰ καὶ τίνι φανερώσει; Πᾶσι τοῖς μέλλουσι βλέπειν διὰ τὴν αὐτῶν καθαρότητα τὴν ἁμαρτίαν τοῦ ἡμαρτηκότος, ἵνα οἱ ἁμαρτωλοὶ ἀναστῶσιν εἰς ὀνειδισμὸν καὶ εἰς αἰσχύνην αἰώνιον· ἀφ' ὧν ῥύσεται ἡμᾶς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ἵν' εἰς δόξαν τὴν ἐν Χριστῷ ἀναστῶμεν, ᾧ ἐστιν ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.* — Hom. XVI, n. 10.

his qui cum illo uenturi sunt et propter puritatem mentis et corporis Agnum sequentur ostendet delicta in corde peccatoris expressa, ut resurgant iusti in gloriam, peccatores uero in opprobrium et confusionem aeternam : a quibus liberet nos Deus resurgentes cum Christo Iesu, cui est gl. et imp. in s. s. A.

1339. Adprecationes. — πολλάκις νοήσαντες, καὶ ἐν φαντασίᾳ θανάτου γενόμενοι, τῆς ἐξόδου παρακαλοῦμεν τοὺς ἐπισκοποῦντας ἡμᾶς ἀδελφοὺς, καὶ φαμέν· Αἴτησαί μοι ἀνοχὴν, αἴτησαί μοι ἐπιμένειν τῷ βίῳ. — Hom. XVII, n. 6.

frequenter quippe aegrotantes, cum in phantasmate esse febrium coeperimus, et mortis limine urgeri, ad eos qui nos uisitant fratres lassas manus attollimus, orantes eos, ut pro nobis Dominum deprecentur, atque dicentes : Roga mihi aliquod uitae spatium, roga ut aliquantisper in hac luce permaneam.

1340. Adprecatio. — *Διόπερ, ἀποθέμενοι τὴν φιλοζωΐαν, καὶ τὸ ἐπιθυμεῖν ἀνθρωπίνην ἡμέραν, ζητήσωμεν τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἰδεῖν, ἐν ᾗ τευξόμεθα τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ μακαριότητος, ᾧ ἐστιν ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.* — Ibid.

Quapropter longae uitae amore deposito, et desiderio humanae diei, quaeramus illam diem uidere, in qua participes eius beatitudinis quae in Christo est efficiamur, cui est gloria et imperium in saecula saeculorum. Amen.

1341. Item. — *Διὸ ἀναστάντες τὴν ἀπὸ Θεοῦ βοήθειαν αἰτήσωμεν, ἵνα ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ μακαρισθῶμεν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.* — Hom. XIX, n. 9.

Ideo excitati opem a Deo postulemus ut in Christo Iesu beatitudinem consequamur, cui est gl. in s. s. A.

1342. Matricvla catechvmenorvm. — qui ingressus est Ecclesiam, o catechumene, ausculta, qui accessit ad sermonem Dei, nihil aliud quam conscriptus est in certamine pietatis; et conscriptus, si non legitime certauerit, caeditur flagellis, quibus non uerberantur ii qui non in principio conscripti sunt. — Hom. XX, n. 3.

HOMILIAE IN EZECHIELEM

1343. Sermo mvltvs. — multus sermo et difficilis interpretatio est. — Hom. I, n. 3.

1344. Festvm baptismi D. N. — Eo enim mense qui apud Romanos Ianuarius nuncupatur, baptismum Domini factum esse cognoscimus, qui est mensis quartus ab anno nouo iuxta supputationem Hebraeorum. — Hom. I, n. 4.

1345. Invocatio ad angelvm. — Veni, angele, suscipe sermone conuersum ab errore pristino, a doctrina daemoniorum, ab iniquitate in altum loquente : et suscipiens eum cum quasi medicus bonus confoue atque institue. — Hom. I, n. 7.

1346. Lectio. — [Scriptura]... de qua nos doceat, legentes. — Hom. II, n. 1.

1347. Doctor. — qui uideor doctor esse in Ecclesia, debeo tacere. — Hom. II, n. 2.

1348. Adprecatio. — *Extra repromissionis terram haeretici morabuntur, quae est terra ualde bona, et in quam ut introducamur, oramus, in libro uiuentium ante conscripti a Iesu Christo, cui est gl. et imp. in s. s. A.* — Hom. II, n. 5.

1349. Lectio. — Primum de eo quod dicitur. — Hom. III, n. 1.

1350. Adprecatio. — *Oramus ut et nos liberet Deus de manu talium magistrorum, qui ubicunque fuerint ad uoluptates audientium loquentes, scindunt ac diuidunt Ecclesiam, quia plures sunt magis amatores uoluptatum quam amatores Dei.* — Hom. III, n. 7.

1351. Ecclesiae. — Nunc uero propter Ecclesias, quae mundi limites tenent, uniuersa cum laetitia clamat ad Deum Israel. — Hom. IV, n. 1.

1352. Doctor in cathedra. — Quid mihi prodest quia prior sedeo in cathedra resupinus. — Hom. V, n. 4.

1353. Formvla baptismi. — Qui accepimus gratiam baptismi *in nomine Christi,* loti sumus. — Hom. VI, n. 5.

1354. Ritvs baptismi. Pannis involvere. Lac. Sal. — Obserua quod dicimus : anima renascens, et primum in lauacro edita, inuoluitur pannis. Ipse Dominus meus Iesus pannis inuolutus est, ut scriptum refertur in Euangelio secundum Lucam. Oportet ergo eum qui renascitur, utique in Christo renascentem rationabile et sincerum lac desiderare :- et priusquam rationabile et sine dolo lac desideret debet sale saliri, et pannorum inuolucris colligari, ne dicatur ad eum, sale non es salitus, et pannis non est inuolutus. — Hom. VI, n. 6.

1355. Sacramentorvm fragrans odor. — Quando uere possum suauitatis et boni odoris sacramenta suscipere, tunc mihi ornat Deus inauribus narem. — Hom. VI, n. 10.

1356. Adprecatio. — *Omnipotens Deus, et nobis tribue ut digni efficiamur corona glorificationis super caput nostrum.* — Ibid.

1357. Item. — *Deus uero omnes nos ab his et aliis simulacris* [scil. : haereticis] *liberet, ut magnificemur in Christo Iesu, cui est gloria et imp. in s. s. A.* — Hom. VI, n. 11.

1358. Orationem offerre Deo. — Si ergo instituti ad orationem, cum illam Deo debeamus offerre. — Hom. VII, n. 4.

1359. Formvla baptismi. — Cum ergo accepit aliquis hoc oleum quo ungitur sanctus, id est Scripturam sacram instituentem quomodo oporteat *baptizari in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti :* et pauca commutans unxerit quempiam, et quodammodo dixerit, iam non es catechumenus, consecutus es lauacrum secundae generationis. — Ibid.

1360. Lectio. — quae primum lecta sunt, exponimus hodie. — Hom. VIII, n. 1.

1361. Adprecatio. — *Quae discentes omni custodia seruemus cor nostrum, et attendamus nequando ea quae uiri sunt tradantur amatoribus suis: quin potius inuitemus sponsum sermonem et ueritatem ut nobis faciat ornamenta aurea uariis expressa signis per uaria praecepta et ornati effecti praeparemur uiro nostro Iesu Christo, cui est gl. et imp. in s. s. A.* — Hom. VIII, n. 3.

1362. Hierarchia. — Frequenter causa superbiae est ei qui ignorat habere ecclesiasticam dignitatem sacerdotalis ordo et leuiticus gradus. Quanti presbyteri constituti obliti sunt humilitatis : quasi idcirco fuerint ordinati, ut humiles esse desisterent. — Hom. IX, n. 2.

1363. Presbyteri sedent. Hierarchia. — Dedecus est in Ecclesia surgere de consessu presbyterii, proiici de diaconatus gradu. — Hom. X, n. 1.

1364. Adprecatio. — *omni corde precemur Deum, ut det nobis usque ad finem et animi et corporis nisu pro ueritate contendere; ut etiamsi aliquod tempus instituerit quod nostram examinet fidem (nam ut aurum probatur in fornace, sic fides nostra in periculo et persecutionibus examinatur), etiamsi persecutio eruperit, inueniat nos praeparatos, ne domus nostra in hieme corruat, ne aedificatio quasi in arena constructa tempestatibus dissipetur; ut cum flauerint uenti diaboli, id est spiritus pessimi, opera nostra persistant quae usque ad hanc diem perstiterunt, si tamen non sunt occulte subruta, et in expeditionis accinctu manifestemus charitatem nostram quam habemus ad Deum in Christo Iesu, cui est gl. et imp. in s. s. A.* — Hom. X, n. 5.

1365. Item. — *ut et nos reuirescamus, ut fructus ualeamus afferre, ut germinans lignum et non siccum efficiamur, ut nunquam ad radices nostras ponatur securis quae in Euangelio praedicatur attentius I. C. D. N. cum Patre suo precemur, cui est gl. et imp. in s. s. A.* — Hom. XII, n. 5.

1366. De homiliarvm disciplina. — Praecipitur nobis ab episcopis discutere sermonem principis Tyri, ut laudes eius culpasque dicamus : necnon iussum est, ut de Pharaone rege Aegypti aliqua retractemus. — Hom. XIII, n. 1.

1367. Adprecatio. — *Dominus autem, qui omnium iudex est, det nobis panem uiuentem, ut cibati eo et corroborati possimus in coelum iter facere, glorificantes Deum omnipotentem, per Christum Iesum, cui est gl. et imp. in s. s. A.* — Hom. XIV, n. 3.

SELECTA IN EZECHIELEM

1368. De receptione mvnda evcharistiae. — Οἷον ἀφυλάκτως λεκτέον εἰσέρχεσθαι εἰς τὰ ἅγια τῆς ἐκκλησίας, εἰ μετὰ μίξιν ἀδιαφόρως τις ἔχων πρὸς τὴν ἐν αὐτῷ ἀκαθαρσίαν ἐπιδῴη ἑαυτὸν ἐπεύχεσθαι τῷ τῆς εὐχαριστίας ἄρτῳ. Βεβηλοῖ γὰρ ὁ τοιοῦτος τὰ ἅγια καὶ ποιεῖ φυρμόν. — Cap. VII.

Puta, temere in sancta ecclesiae ingredi dicendus est, si quis post copulam eiusque immunditiam, temere ad percipiendum panem eucharisticum accesserit. Polluit enim qui eiusmodi est sancta, et facit inquinationem.

1369. De signo crvcis. — Τρίτος δέ τις φάσκων, τῶν καὶ εἰς τὸν Χριστὸν πεπιστευκότων, ἔλεγε τὰ ἀρχαῖα στοιχεῖα ἐμφερὲς ἔχειν τὸ Θαῦ τῷ τοῦ σταυροῦ χαρακτῆρι, καὶ προφητεύεσθαι περὶ τοῦ γενομένου ἐν Χριστιανοῖς ἐπὶ τοῦ μετώπου σημείου· ὅπερ ποιοῦσιν οἱ πεπιστευκότες πάντες οὑτινοσοῦν προκαταρχόμενοι πράγματος, καιμάλιστα ἢ εὐχῶν ἢ ἁγίων ἀναγνωσμάτων. — Cap. IX.

Tertius uero quidam ex eorum numero qui Christo nomen dederunt, aiebat uetera elementa sic litteram Thau exhibere, ut figuram crucis referat, esseque uaticinium illius signi quod apud Christianos in fronte effingitur, quodque fideles omnes faciunt, quidquid operis aggrediantur, ac maxime uel precum uel sacrarum lectionum initio.

1370. Baptisma. Confirmatio. — « Καὶ ἔλουσά σε ἐν ὕδατι ». Τῷ λουτρῷ καὶ τῇ χάριτι τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ τῷ ἁγιοποιῷ λόγῳ

Et laui te in aqua. Lauacro et gratia sancti Spiritus, uerboque sanctificante

« Καὶ ἔχρισά σε ἐν ἐλαίῳ ». Χρίσμα ἐστὶν ἐνοίκησις τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐν γνώσει τῆς ἀληθείας. — Cap. XVI.

Et unxi te in oleo. Vnguentum est inhabitatio sancti Spiritus in scientia ueritatis.

ORIGENIS IN PSALMOS

1371. In conventv oratio vnanimis. Modvlatio canticorvm in ecclesia. — δοκοῦσί μοι τὸ ἄθροισμα τῆς Ἐκκλησίας καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνόδων δηλοῦν· καὶ γὰρ ἐκ πολλῶν μίαν εὐχὴν καὶ μίαν ὑμνολογίαν ἀναπέμπεσθαι τῷ Θεῷ ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις συμβαίνει. — E comm. in Ps. (ed. Migne, VII, 1059, C).

uidentur [scil. : psalmi « pro torcularibus » inscripti] mihi congregationem Ecclesiae, et multitudinem conuentuum coetuumque significare : siquidem ex multis unam orationem, unamque canticorum modulationem in Ecclesiis Deo offerri contingit.

1372. De cantv psalmor., hymnor. et canticorvm. — Καὶ οἱ λοιποὶ δὲ παρακλησίως λόγους τινὰς διδασκαλικοὺς καὶ πλήρεις ὠφελείας ἐπάγονται· οὐ μὴν ἐν ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις ἢ ἐν ᾠδαῖς κατελέγησαν, τῷ μὴ σώζειν τὸν ὅμοιον τοῖς εἰρημένοις τρόπον· εἰ μὴ ἄρα ἐγράφησαν καὶ αὐτοὶ ὥστε λεχθῆναι διὰ ψαλτηρίου ἢ δι' ᾠδῆς, ἢ ὥς τις τῶν εἰρημένων· οὐ συνέβη δὲ καὶ λεχθῆναι αὐτούς, ὥστε ἔχειν ὁμοίαν μὲν ἐν τοῖς ψαλμοῖς καὶ ταῖς ᾠδαῖς, καὶ ταῖς προσευχαῖς δύναμιν, μὴ ἐπιγεγράφθαι δὲ διὰ τὸ μὴ λεχθῆναι αὐτήν. — Ibid., 1070, A.

Reliqui similiter praecepta quaedam utilitate plena continent, neque tamen psalmis, hymnis aut canticis ascripti sunt, quod eamdem ac praedicti formam non seruent; nisi forte scripti et ipsi ut per psalterium, uel cantici more, uel sicut quispiam e praedictis canerentur, hoc autem non contingit, adeo ut eamdem quidem ac psalmi cantica et orationes uim habeant, inscripti autem non sint, quod dicti non fuerint.

1373. Melodiae mvtatio. — κατὰ δὲ τὰ παρ' ἡμῖν ἀντίγραφα καὶ κατὰ Σύμμαχον, ἔοικε μουσικοῦ τινος μέλους ἢ ῥυθμοῦ τροπῆς γενομένης ἡ τοῦ διαψάλματος παρακεῖσθαι παρασημείωσις. — Ibid., 1071, B.

porro iuxta nostra exemplaria et Symmachum quando musicae cuiusdam melodiae et rhythmi fit mutatio, uidetur apposita diapsalmatis nota.

1374. QVID PER CANTICVM ET MELODIAM DESIGNETVR. — Διὰ μὲν γὰρ τῆς ᾠδῆς ἔκκλισις τῆς φωνῆς δηλοῦται τοῦ λέγοντος, διὰ δὲ τοῦ μελωδήματος τάχα καὶ τὸ τεχνικὸν τοῦ μυστικοῦ μέλους ᾀδομένου ἐν ῥυθμῷ. — In Ps. IV, ℣ 1.

Per canticum uox dicentis inclinata, per melodiam artificium carminis rhythmice cantati designatur.

1375. EXOMOLOGESIS. — si malorum tibi conscius aliquorum fueris, noli occultare, sed per exomologesim, id est confessionem, reuela ea Domino, et spera in eum et ipse faciet. — In Ps. XXXVI Hom. I, 5.

1376. ADPRECATIO. — *Quae scientes ita futura, deprecemur misericordiam Dei, ut concedat nobis tales fieri, qui digni habeamur, quorum Deus ipse lucem iustitiae producat in medium, et iudicium nostrum sicut meridiem clarum et lucidum, habens lucem ueram in se, ipsum Dominum nostrum, cui est gloria et imperium in saecula saeculorm.* — Ibid., Hom. I, 6.

1377. DOXOLOGIA. — *per Christum Dominum et Saluatorem nostrum, cui est gl. et imp. in s. s. A.* — Ibid., Hom. II, 8.

1378. TRADITIO DOCTRINAE. — audiui quemdam de sapientibus ante nos dicentem, cum explanaret hunc locum. — Ibid., Hom. IV, 1.

1379. HIERARCHIA. PRESBYTER. — nos optare debemus non pro aetate corporis, neque pro officio presbyterii appellari presbyteri et seniores. — Ibid., Hom. IV, 3.

1380. PSALMODIA. — Si amplius non possumus in sapientia proficere, saltem illud obseruare non pigeat, in psalmis et hymnis et canticis spiritalibus et in oratione uel honore Dei frequentius aperire os nostrum. — Ibid., Hom. V, 1.

1381. PAENITENTIA. ORATIO. — non uult Deus noster mortem peccatoris, sed paenitentiam et orationem eius exspectat. — In Ps. XXXII Hom. I, 1.

1382. LECTIO. FORMVLA. — iste psalmus qui nunc lectus est, nobis ostendit, ut si forte aliquando praeuenimur in delictis, qualiter nos et cum quo affectu orare oporteat et medico *supplicare pro doloribus uel infirmitatibus nostris.* — Ibid.

1383. HIERARCHIA. — Omnes episcopi, atque omnes presbyteri uel diaconi erudiunt nos, et erudientes adhibent correptiones, et uerbi austerioribus increpant. — Ibid.

1384. FESTIVITATES. — Festiuitatibus Domini panem nos afflictionis edere iubemur, et in ipsis festiuitatibus dicitur, ut humiliet homo animam suam. — Ibid., Hom. I, 1.

1385. ADPRECATIO. — *Ne ergo et nos eadem patiamur, sed potius ut lumen nostrum sit semper in nobis et opera lucis agentes habeamus fiduciam, tamquam filii lucis in Christo semper oremus et Deum Patrem incessabiliter deprecemur, cui est gloria et potestas in saecula saeculorum. Amen.* — Ibid.

1386. ITEM. — cogitet [scil. : conuersus] de anima sua, *exorans Deum, ut ab ipso exaudiatur et subleuetur post casum suum.* — In Ps. XXXVII Hom. II, 1.

1387. CONFESSIO PECCATORVM. — dum crimina mea nullo me arguente confiteor. — Ibid.

1388. ADPRECATIO. — *Oro te, flagella me quoque, et noli me reseruare cum his qui non flagellantur.* — Ibid., Hom. II, 5.

1389. CONFESSIO PECCATORVM PVBLICA. — Circumspice diligentius, cui debeas confiteri peccatum. Proba prius medicum, cui debeas causam languoris exponere, qui sciat infirmari cum infirmante, flere cum flente, qui..... se prius et eruditum medicum ostenderit et misericordiam, si quid consilii dederit, facias, et sequaris, si intellexerit et praeuiderit talem esse languorem tuum qui in conuentu totius Ecclesiae exponi debeat et curari. — Ibid., Hom. II, 6.

1390. EVCHARISTIA. — Communicare non times corpus Christi accedens ad Eucharistiam. — Ibid.

1391. ADPRECATIO. — nos ergo oremus et dicamus : *Attende in adiutorium meum quoniam grandis est pugna et potentes sunt aduersarii. Infestus est hostis, inuisibilis inimicus per istos uisibiles impugnat. Attende ergo in adiutorium nostrum et adiuua nos per sanctum Filium tuum D. N. I. C. per quem omnes nos redemisti, per quem tibi gloria et potestas in s. s. A.* — Ibid., Hom. II, 8.

1392. SIGNVM CRVCIS. — Ecce hic Christianus dicebatur, et signo Christi signabatur in fronte. — In Ps. XXXVIII Hom. II, 5.

1393. ABRENVNTIATIO. — Ecce iste qui *mihi* [scil. : diabolo] *et operibus meis* renuntiauit in baptismo. — In Ps. XXXVIII Hom. II, 5.

1394. ORATIO CVM LACRYMIS. — Oportet iterum et cum lacrymis offerre orationem Deo et ex intimis penetrabilibus in precem Domini commoueri, ut mens credens de iudicio futuro recordationem delictorum suorum non absque lacrymis et lamentatione recenseat. — In Ps. XXXVIII Hom. II, 10.

***1395.** OCTAVA RESVRRECTIONIS. — Πρὶν γὰρ ἔλθῃ ἡ ὀγδόη τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡμέρα, ὅλος ὁ κόσμος ἀπερικάθαρτος ἦν καὶ ἀκρόβυστος· ὅτε δὲ ἦλθεν ἡ ὀγδόη τῆς ἀναστάσεως Χριστοῦ ἡμέρα, ἀθρόως πάντες ἐκαθαρίσθημεν ἐν τῇ περιτομῇ τοῦ Χριστοῦ, συνταφέντες καὶ συναναστάντες, ὥς φησιν ὁ Ἀπόστολος. — In Ps. CXVIII, ℣. 1.

Antequam ueniret octaua Domini Iesu Christi dies, totus mundus impurus erat et praeputiatus, quando autem octaua resurrectionis Christi dies aduenit, confestim omnes mundati sumus in circumcisione Christi, consepulti et consurgentes, ut ait Apostolus.

1396. QVID EXOMOLOGESIS SIGNIFICET? — Ἡ ἐξομολόγησις τὴν εὐχαριστίαν καὶ δοξολογίαν σημαίνει· κεῖται δὲ καὶ ἐπὶ τῆς ἐξομολογήσεως τῶν ἁμαρτιῶν. — In Ps. CXXXV, ỷ. 2.

Exomologesis gratiarum actionem et glorificationem significat. Vsurpatur autem etiam pro confessione peccatorum.

HOMILIAE IN LVCAM

1397. CANON SCRIPTVRARVM. — Quattuor tantum Euangelia sunt probata. — Hom. I.

1398. SALVTATIO ANGELICA. — angelus nouo sermone Mariam salutauit..... Id enim quod ait : *Ave, gratia plena*. — Hom. VI.

1399. COETVS ET CONVENTVS. ADPRECATIO. — *Magnus est Dominus noster Iesus, et praesens, et absens, tribuitque consortium fortitudinis suae huic coetui nostro atque conuentui; quod ut et singuli mereamur accipere, deprecemur Dominum Deum, cui est.....* — Ibid.

1400. LECTIO. — diuinae lectioni praebeatis aures. — Hom. VII.

1401. CONVENTICVLA. — ut congregentur in omni orbe conuenticula Christianorum. — Hom. VII.

1402. STANT VT ORENT. — consurgentes laudemus Dominum. — Ibid.

1403. BENEDICTIO. — *Benedicamus omnipotenti Deo opere, cogitatione, sermone, in Christo Iesu, cui est gloria et imp. in s. s. A.* — Ibid.

1404. BAPTISMVS PARVVLORVM. — quia per baptismi sacramentum natiuitatis sordes deponuntur, propterea baptizantur et paruuli. — Hom. XIV.

1405. STABANT FIDELES AD EVCHARISTIAM RECIPIENDAM. — Vt igitur et nos stantes in templo, et tenentes Dei Filium, amplexantesque eum, digni remissione, et profectione ad meliora simus, *oremus omnipotentem Deum, oremus et ipsum paruulum Iesum, quem alloqui et tenere desideramus in brachiis : cui est gl. et imp. in s. s. A.* — Hom. XV.

1406. HIERARCHIA. — neque enim episcopus, nec presbyter, nec diaconus, nec uidua possunt esse digami. — Hom. XVII.

1407. ITEM. — ego non subiiciar episcopo, qui mihi a Deo ordinatus est pater? Non subiiciar presbytero, qui mihi Domini dignatione praepositus est? — Hom. XX.

1408. ADPRECATIO. — *Oremus igitur Dominum, ut simus aedificium, quod tempestas nulla subuertat, fundatum supra petram per D. N. I. C., cui est gl. et imp. in s. s. A.* — Hom. XXVI.

1409. ITEM. — *surgamus, precemurque Deum, ut auferat a nobis regnum inimici, et possimus sub regno esse Dei omnipotentis, id est sub regno sapientiae, pacis, iustitiae, ueritatis quae cuncta in unigenito Dei Filio intelliguntur, cui est gl. et imp. in s. s.* — Hom. XXXVI.

1410. LECTIO. — lectum est. — Hom. XXXVII.

1411. ADPRECATIO. — *Domini misericordiam deprecemur, ne nobis tacentibus lapides clamitent; sed loquamur et laudemus Deum in Patre, et Filio et Spiritu sancto; cui est gl. et imp. in s. s.* — Hom. XXXVII.

1412. ITEM. — *Surgentes oremus Deum, ut digni simus offerre ei munera quae nobis restituat et pro terrenis coelestia largiatur : in Christo Iesu, cui est gl. et imp. in s. s. A.* — Hom. XXXIX.

ORIGENIS CONTRA CELSVM

1413. EXORCISMI RITVS ET FORMVLA BREVISSIMA. — Οὐ γὰρ κατακηλήσεσιν ἰσχύειν δοκοῦσιν, ἀλλὰ *τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ* μετὰ τῆς ἀπαγγελίας τῶν περὶ αὐτὸν ἱστοριῶν· ταῦτα γὰρ λεγόμενα πολλάκις τοὺς δαίμονας πεποίηκεν ἀνθρώπων χωρισθῆναι, καὶ μάλισθ' ὅταν οἱ λέγοντες ἀπὸ διαθέσεως ὑγιοῦς καὶ πεπιστευκυίας γνησίως αὐτὰ λέγωσι· Τοσοῦτον μέν γε δύναται *τὸ ὄνομα τοῦ Ἰησοῦ* κατὰ τῶν δαιμόνων, ὡς ἔσθ' ὅτε καὶ ὑπὸ φαύλων ὀνομαζόμενον ἀνύειν. — I, 6.

Neque enim eiusmodi incantationibus potestatem habere uidentur, sed pronuntiando *nomine Iesu* recitandisque Euangeliis, haec enim saepe ex hominibus daemones extruserunt, idque maxime cum ii qui recitant puro animo recitant et integra fide. Quin imo tanta *nominis Iesu* contra daemones uis est et potentia, ut eos aliquando uincat etiam ab improbis pronuntiatum.

1414. EXORCISMI FORMVLA. — Ἄντικρυς δὲ, κἂν δοκῇ ἀνέλεγκτον εἶναι τὸ περὶ τοῦ Ἰησοῦ πῶς ταῦτα ἐποίησε, σαφὲς ὅτι Χριστιανοὶ, οὐδεμιᾷ μελέτῃ ἐπῳδῶν χρώμενοι, ἐντυγχάνουσιν, ἀλλὰ *τῷ ὀνόματι τοῦ Ἰησοῦ*, καὶ ἄλλων λόγων πεπιστευμένων κατὰ τὴν θείαν Γραφήν. — I, 6.

Verumtamen licet qua uirtute Iesus haec fecerit, demonstrari posse non uideretur, nihilominus euidens est nullam a Christianis incantationum artem adhiberi, sed *Iesu nomen* aliaque nonnulla, quae Scripturae diuinae credenda esse docent.

1415. Item. — Τῆς δ' ὁμοίας ἔχεται περὶ ὀνομάτων φιλοσοφίας καὶ ὁ *ἡμέτερος Ἰησοῦς οὗ τὸ ὄνομα* μυρίους ἤδη ἐναργῶς ἑώραται δαίμονας ἐξελάσαν ψυχῶν καὶ σωμάτων ἐνεργῆσαν εἰς ἐκείνους ἀφ' ὧν ἀπηλάθησαν. — I, 25.

Atque ad hanc nominum disciplinam pertinet etiam *Iesu nostri nomen*, quod innumeros ex animis corporibusque daemones palam omnibus fugauit, uim exerens suam in eos e quibus eiecti sunt illi daemones.

1415ᴬ. Peregrinatio ad Domini praesepe. — δείκνυται τὸ ἐν Βηθλεὲμ σπήλαιον, ἔνθα ἐγεννήθη, καὶ ἡ ἐν τῷ σπηλαίῳ φάτνη, ἔνθα ἐσπαργανώθη. Καὶ τὸ δεικνύμενον τοῦτο διαβόητόν ἐστιν ἐν τοῖς τόποις καὶ παρὰ τοῖς τῆς πίστεως ἀλλοτρίοις. — I, 51.

in Bethlehem monstrari speluncam in qua natus est [Iesus] et in spelunca praesepe, ubi est fasciis obuolutus; atque hoc in locis illis peruulgatum est atque etiam apud fidei hostes celebratum.

1416. Sermones. — δυνάμεως μὲν πληροῦνται οἱ λόγου τοῦ μετὰ δυνάμεως ἀπαγγελλομένου ἀκούοντες. — I, 62.

qui audiunt uerbum cum uirtute praedicatum, replentur et ipsi uirtute.

1417. Exorcismi et cvrationis formvla. — Καὶ ἔτι γε τὸ ὄνομα τοῦ Ἰησοῦ ἐκστάσεις μὲν διανοίας ἀνθρώπων ἀφίστησι, καὶ δαίμονας, ἤδη δὲ καὶ νόσους. — I, 67.

Et hodieque *Iesu nomen* perturbatos animos componit, exigit daemones, medetur morbis.

1418. De divini cvltvs diffvsione svper terram. — Ὅτι δὲ ψεῦδος τὸ τοιόνδε, δῆλον ἐκ τοῦ τὸ ὅσον ἐφ' ἑαυτοῖς, Χριστιανοὺς μὴ ἀμελεῖν τοῦ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἐπισπείρειν τὸν λόγον· τινὲς οὖν ἔργον πεποίηνται ἐκπεριέρχεσθαι οὐ μόνον πόλεις, ἀλλὰ καὶ κώμας, καὶ ἐπαύλεις, ἵνα καὶ ἄλλους εὐσεβεῖς τῷ Θεῷ κατασκευάσωσι. — III, 9.

Hoc uerum non esse inde liquet, quod Christiani, quantum in se est, curent ut quo terrarum cumque sua doctrina dispergatur. Quo fit ut quidam id sibi negotium desumpserint, ut non solum urbes, sed etiam uicos et uillas ambularent, quo alios ad pium Dei cultum adducerent.

1419. Templa et statvas fideles reiicivnt. Preces per Christvm Deo oblatae. Sacerdotes ad Devm perfervnt preces. — Οἱ μὲν γὰρ νεὼς καὶ ἀγάλματα κατεσκεύασαν τοῖς κατειλεγμένοις· ἡμεῖς δέ, τὴν διὰ τῶν τοιούτων τιμὴν ἀνελόντες ἀπὸ τοῦ Θείου, (ὡς ἁρμοζόντων μᾶλλον δαιμονίοις, οὐκ οἶδ' ὅπως ἱδρυμένοις ἔν τινι τόπῳ, ὃν ἤτοι προκαταλαμβάνουσιν, ἢ διά τινων τελετῶν ἀχθέντες καὶ μαγγανειῶν ὥσπερ οἰκοῦσι·) τεθήπαμεν τὸν Ἰησοῦν τὸν νοῦν ἡμῶν μεταθέντα ἀπὸ παντὸς αἰσθητοῦ, ὡς οὐ μόνον φθαρτοῦ, ἀλλὰ καὶ φθαρησομένου, καὶ ἀνάγοντα ἐπὶ τὴν μετὰ ὀρθοῦ βίου πρὸς τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεὸν τιμὴν μετ' εὐχῶν, ἃς προσάγομεν αὐτῷ, ὡς διὰ μεταξὺ ὄντος τῆς τοῦ ἀγενήτου καὶ τῆς τῶν γενητῶν πάντων φύσεως, καὶ φέροντες μὲν ἡμῖν τὰς ἀπὸ τοῦ Πατρὸς εὐεργεσίας, διακομίζοντος δ' ἡμῶν τρόπον ἀρχιερέως τὰς εὐχὰς πρὸς τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεόν. — III, 34.

Ii [scil. : idolorum cultores] enim templa et statuas erigunt illis quos recensuit [scil. : Celsus]. Nos autem a nostro erga Diuinitatem cultu res illas eiicimus ut magis conuenientes daemoniis nescio quomodo consecratis quodam in loco, quem caeteris praetulerunt, aut in quo fixerunt sedem quibusdam mysteriis allecti et magicis artibus incantati : et Iesum admiramur, qui mentem nostram ab omni re, quae sub sensus cadit, ut non solum corruptioni obnoxia, sed etiam corrumpenda, auocatam traduxit ad cultum Deo tribuendum puris moribus precibusque, quas illi ferimus *per eum*, qui ingenitam inter et genitam naturam ueluti medius, ad nos defert Patris beneficia, et sacerdotis more nostras ad summum Deum perfert preces.

1420. Dei imagines vel symbola. — ἀλλ' ἡ κοινὴ ἔννοια ἀπαιτεῖ ἐννοεῖν, ὅτι Θεὸς οὐδαμῶς ἐστιν ὕλη φθαρτή, οὐδὲ τιμᾶται ἐν ἀψύχοις ὕλαις ὑπὸ ἀνθρώπων μορφούμενος, ὡς κατ' εἰκόνα ἤ τινα σύμβολα ἐκείνου γιγνομέναις. — III, 40.

communis tamen sensus postulat, ut materiam corruptioni obnoxiam non cogitemus esse Deum, illumue honorari in rebus inanimis, quibus illum homines repraesentant, uel secundum imaginem uel secundum symbola.

1421. De disciplina svscipiendorvm catechvmenorvm. — Χριστιανοὶ δέ, κατὰ τὸ δυνατὸν αὐτοῖς, προβασανίσαντες τῶν ἀκούειν σφῶν βουλομένων τὰς ψυχάς, καὶ κατ' ἰδίαν αὐτοῖς προεπάσαντες, ἐπὰν δοκῶσιν αὐτάρκως οἱ ἀκροαταί, πρὶν εἰς τὸ κοινὸν εἰσελθεῖν, ἐπιδεδωκέναι πρὸς τὸ θέλειν καλῶς βιοῦν· τὸ τηνικάδε αὐτοὺς εἰσάγουσιν, ἰδίᾳ μὲν ποιήσαντες τάγμα τῶν ἄρτι ἀρχομένων, καὶ εἰσαγομένων, καὶ οὐδέπω τὸ σύμβολον τοῦ ἀποκεκαθάρθαι ἀνειληφότων· ἕτερον δὲ τὸ τῶν κατὰ τὸ δυνατὸν παραστη-

Christiani uero ante omnia pertentant quoad licet animas eorum qui ipsos audire cupiunt, et priuatim illas informant; atque cum auditores illi, antequam in coetum admittantur, satis in uoluntate honeste uiuendi profecisse uidentur, tunc tandem illos recipiunt, distinctis ordinibus, altero eorum qui recens incoeperunt nuperque admissi sunt, necdum symbolum purificationis acceperunt; altero eorum qui pro uiribus se comprobarunt id habere propositum, ut nihil uelint, nisi quae Christianis placeant. Hos inter quidam con-

σάντων ἑαυτῶν τὴν προαίρεσιν, οὐχ ἄλλο τι βούλεσται ἢ τὰ Χριστιανοῖς δοκοῦντα· παρ' οἷς εἰσί τινες τετάγμενοι πρὸς τὸ φιλοπευστεῖν τοὺς βίους, καὶ τὰς ἀγωγὰς τῶν προσιόντων, ἵνα τοὺς μὲν τὰ ἐπίῤῥητα πράττοντας ἀποκωλύσωσιν ἥκειν ἐπὶ τὸν κοινὸν αὐτῶν σύλλογον, τοὺς δὲ μὴ τοιούτους ὅλῃ ψυχῇ ἀποδεχόμενοι, βελτίους ὁσημέραι κατασκευάζωσιν. Οἵα δ' ἐστὶν αὐτοῖς ἀγωγὴ καὶ περὶ ἁμαρτανόντων, καὶ μάλιστα τῶν ἀκολασταινόντων, οὓς ἀπελαύνουσι τοῦ κοινοῦ. — III, 51.

stituti sunt, qui in uitam et mores eorum, qui admittuntur, inquirant, ut scelerum reis interdicant aditu in suum commune concilium; illorum autem dissimiles, ex animo amplexi, meliores in singulos dies efficiant. Ea uero est agendi ratio in eos qui peccant et maxime qui libidini se dedunt, ut illos a suo coetu prohibeant.

1422. De excommvnicatione. Circa paenitentes disciplina. — οὗτοι δὲ ὡς ἀπολωλότας καὶ τεθνηκότας τῷ Θεῷ τοὺς ὑπ' ἀσελγείας ἤ τινος ἀτόπου νενικημένους, ὡς νεκροὺς πενθοῦσι· καὶ ὡς ἐκ νεκρῶν ἀναστάντας, ἐὰν ἀξιόλογον ἐνδείξωνται μεταβολὴν, χρόνῳ πλείονι τῶν κατ' ἀρχὰς εἰσαγομένων ὕστερόν ποτε προσίενται· εἰς οὐδεμίαν ἀρχὴν καὶ προστασίαν τῆς λεγομένης Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ καταλέγοντες τοὺς φθάσαντας, μετὰ τὸ προσεληλυθέναι τῷ λόγῳ, ἐπταικέναι. — III, 51.

similiter Christiani ut perditos et Deo mortuos lugent eos qui libidine aut quouis alio crimine deiecti sunt; eosdem uero quasi e mortuis excitatos ducunt, si eam morum mutationem fecerint, cuius ratio haberi debeat; tardius tamen admittuntur quam qui primo recipiuntur : et quia post professam religionem lapsi sunt, ab omni posthac dignitate et praefectura in Ecclesia Dei arcentur.

1423. De ervditione fidelivm. Arcana. — Ἡμεῖς γὰρ, ὅση δύναμις, πάντα πράττομεν ὑπὲρ τοῦ φρονίμων ἀνδρῶν γενέσθαι τὸν σύλλογον ἡμῶν· καὶ τὰ ἐν ἡμῖν μάλιστα καλὰ καὶ θεῖα τότε τολμῶμεν ἐν τοῖς πρὸς τὸ κοινὸν διαλόγοις φέρειν εἰς μέσον ὅτ' εὐποροῦμεν συνετῶν ἀκροατῶν· ἀποκρύπτομεν δὲ καὶ παρασιωπῶμεν τὰ βαθύτερα, ἐπὰν ἁπλουστέρους θεωρῶμεν τοὺς συνερχομένους καὶ δεομένους λόγων τροπικῶς ὀνομαζομένων γάλα. — III, 52.

Etenim nos, quantum possumus, facimus omnia, ut coetus noster constet prudentibus hominibus; et quae apud nos maxime pulchra et diuina sunt, ea tum audemus in concionibus publicis proferre in medium, cum praesto est intelligentium auditorum copia : arcaniora autem silentio praetermittimus, cum qui audiunt simpliciores nobis uidentur et opus habere sermonibus, qui metaphorico lactis nomine designantur.

1424. Disciplina catechvmenorvm. — ἐπὰν δ' οἱ προκόπτοντες τῶν προτραπέντων παραστήσωσι τὸ κεκαθάρθαι ὑπὸ τοῦ λόγου, καί, ὅση δύναμις, βέλτιον βεβιωκέναι, τὸ τηνικάδε καλοῦμεν αὐτοὺς ἐπὶ τὰς παρ' ἡμῖν τελετάς. — III, 59.

sed postquam ii, quos hortati sumus, progressionem ad uirtutem fecerunt, ita ut illos a doctrina emendatos fuisse innotescat, tum demum nostris mysteriis initiantur.

1425. Formvla exorcismi apvd Ivdaeos. — τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ τοῦ Ἰσαὰκ, καὶ τοῦ Ἰακώϐ· ὧν τοσοῦτον δύναται τὰ ὀνόματα συναπτόμενα τῇ τοῦ Θεοῦ προσηγορίᾳ, ὡς οὐ μόνον τοὺς ἀπὸ τοῦ ἔθνους χρῆσθαι ἐν ταῖς πρὸς Θεὸν εὐχαῖς, καὶ ἐν τῷ κατεπᾴδειν δαίμονας, τῷ, « *ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰακὼϐ* », ἀλλὰ γὰρ σχεδὸν καὶ πάντας τοὺς τὰ τῶν ἐπῳδῶν καὶ μαγειῶν πραγματευομένους. — IV, 33.

Abraham, Isaac et Iacob : quorum nomina, si cum Dei nomine coniunguntur, tantam uim habent, ut non solum Iudaica gens in suis ad Deum precibus et in excantandis daemoniis usurpet istud : « *Deus Abraham et Deus Isaac et Deus Iacob* », sed etiam quotquot fere incantationibus et magicis artibus operantur.

1426. Exorcismi formvla. — Ἀλλὰ γὰρ καὶ ὁ « *Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ὁ Θεὸς τῶν Ἑϐραίων, καὶ ὁ Θεὸς ὁ καταποντώσας ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ τὸν Αἰγυπτίων βασιλέα καὶ τοὺς Αἰγυπτίους* », πολλάκις ὀνομάζεται παραλαμϐανόμενος κατὰ δαιμόνων, ἤ τινων πονηρῶν δυνάμεων. — IV, 34.

Saepe etiam contra daemones aliasque noxias potestates in usu est ista formula : « *Deus Israel, Deus Hebraeorum, Deus qui Aegyptiorum regem Aegyptiosque submersisti in mari Rubro* ».

1427. Item. — καὶ ἐὰν μὲν ὁ καλῶν ἢ ὁ ὅρκων ὀνομάζῃ *Θεὸν Ἀϐραὰμ, καὶ Θεὸν Ἰσαὰκ, καὶ Θεὸν Ἰακὼϐ*, τάδε τινὰ ποιήσαι ἂν ἤτοι διὰ τὴν τούτων φύσιν, ἢ καὶ δύναμιν αὐτῶν, καὶ δαιμόνων νικωμένων καὶ ὑποταττομένων τῷ λέγοντι ταῦτα. — V, 45.

qui aut in incantando aut in iurando nominauerit *Deum Abraham, et Deum Isaac, et Deum Iacob*, quaedam per naturam uel potestatem illorum nominum efficiet, adeo ut etiam daemones uicti ipsius iussis obtemperent.

1428. De translatione formvlarvm. Exorcismi formvlae. — Οὕτω δὲ κἂν μὲν μεταλάϐωμεν τὸ *Ἰσραὴλ* ὄνομα εἰς Ἑλλάδα ἢ ἄλλην διάλεκτον, οὐδὲν ποιήσωμεν·

Item nomen *Israel* si in Graecam aliamue linguam conuertatur, nullius roboris erit : seruatum uero et coniunctum cum iis quibuscum periti coniungere

ἐὰν δὲ τηρήσωμεν αὐτὸ, προσάπτοντες οἷς οἱ περὶ ταῦτα δεινοὶ συμπλέκειν αὐτὸ ᾠήθησαν· τότε γένοιτ' ἄν τι κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν τῶν τοιωνδὶ ἐπικλήσεων ἐκ τῆς τοιασδὶ φωνῆς. Τὸ δ' ὅμοιον ἐροῦμεν καὶ περὶ τῆς *Σαβαὼθ* φωνῆς, πολλαχοῦ τῶν ἐπῳδῶν παραλαμβανομένης, ὅτι, εἰ μεταλαμβάνομεν τὸ ὄνομα εἰς τὸ, Κύριος τῶν δυνάμεων, ἢ Κύριος στρατιῶν, ἢ παντοκράτωρ (διαφόρως γὰρ αὐτὸ ἐξεδέξαντο οἱ ἑρμηνεύοντες αὐτό·) οὐδὲν ποιήσομεν· τηροῦντες δ' αὐτὸ ἐν τοῖς ἰδίοις φθόγγοις, ποιήσομέν τι, ὥς φασιν οἱ περὶ ταῦτα δεινοί. Τὸ δὲ ὅμοιον ἐροῦμεν καὶ περὶ τοῦ *Ἀδωναΐ*. Εἴπερ οὖν οὔτε τὸ Σαβαὼθ οὔτε τὸ Ἀδωναΐ, μεταλαμβανόμενα εἰς ἃ δοκεῖ σημαίνειν ἐν Ἑλλάδι φωνῇ, ἀνύει τι· πόσῳ πλέον οὐδὲν ἂν ποιήσαι, οὐδὲ δυνηθείη παρὰ τοῖς μηδὲν διαφέρειν οἰομένοις Δία Ὕψιστον καλεῖν, ἢ Ζῆνα, ἢ Ἀδωναῖον, ἢ Σαβαώθ. — — V, 45.

solent, efficiet id quod incantatores ex quarumdam uocum pronuntiatione sperandum esse praedicant. Idem dicendum et de uoce *Sabaoth* in incantationibus frequenter usurpata. Nam si pro ea dicatur, Dominus uirtutum aut Dominus exercituum, aut omnipotens (diuerse enim illam interpretes explicant), nihil proficitur : quod secus accidet, ut affirmant harum artium consulti, si propria sua lingua pronuntietur. De *Adonai* idem quoque dicere licet. Iam si neque Sabaoth, neque Adonai translata in eam significationem, quam Graece habere uidentur, nihil efficiunt, quanto minus efficient, quanto minori uirtute erunt apud eos qui nihil interesse autument, Iouem aut Excelsum, aut Zenem, aut Adonaeum, aut Sabaoth appellari?

1429. De disciplina catechvmenorvm. — Οὐ πρὸς πάντα οὖν τὸν προσιόντα φαμὲν, ὅτι πρῶτον πίστευσον, ὃν εἰσηγοῦμαί σοι, *τοῦτον εἶναι Υἱὸν Θεοῦ*· ἀλλ' ἑκάστῳ κατὰ τὸ πρέπον αὐτοῦ τῷ ἤθει καὶ τῇ καταστάσει προσάγομεν τὸν λόγον. — VI, 10.

Non igitur cuicumque ad nos accedenti praecipimus, ut primum credat quem illi proponimus, *eum Dei Filium :* sed in tradenda nostra doctrina habemus rationem, quibus quisque sit moribus, et quomodo affectus sit.

1430. Libri exorcismorvm. — ἑωρακέναι παρά τισι πρεσβυτέροις, τῆς ἡμετέρας δόξης τυγχάνουσι, βιβλία βάρβαρα, δαιμόνων ὀνόματα ἔχοντα καὶ τερατείας. — VI, 40.

(refert Celsus) uidisse se apud quosdam nostrae religionis presbyteros libros barbaros, in quibus daemonum nomina et praestigiae uidebantur.

1431. Formvla. Vigiliae noctvrnae. — Διαβεβαιούμεθα δὲ ἡμεῖς, καὶ τῇ πείρᾳ παραλαβόντες, ὅτι οἱ κατὰ Χριστιανισμὸν *διὰ τοῦ Ἰησοῦ τὸν ἐπὶ πᾶσι θεραπεύοντες Θεὸν*, καὶ βιοῦντες κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον αὐτοῦ, ταῖς προσταχθείσαις τε εὐχαῖς συνεχέστερον καὶ δεόντως νυκτὸς καὶ ἡμέρας χρώμενοι, οὔτε μαγείᾳ, οὔτε δαιμονίοις εἰσὶν ἁλωτοί. — VI, 41.

Id nos uti propria experientia compertum affirmamus, nihil esse quod ab arte magica aut daemoniis metuant iis, qui religionis Christianae cultores *Deum rerum omnium per Iesum* uenerantur, ex Euangelio uitam exigunt et praescriptas preces diu noctuque frequentius et qua par est reuerentia adhibent.

1432. Preces. Adivrationes simplices. — Εἰ δ' ἐξίσταται, καὶ οὐκ ἐν ἑαυτῇ ἐστιν ἡ Πυθία, ὅτε μαντεύεται· ποδαπὸν νομιστέον πνεῦμα, τὸ σκότον καταχέαν τοῦ νοῦ καὶ τῶν λογισμῶν, ἢ τοιοῦτον ὁποῖόν ἐστι καὶ τὸ τῶν δαιμόνων γένος, οὓς οὐκ ὀλίγοι Χριστιανῶν ἀπελαύνουσι τῶν πασχόντων σὺν οὐδενὶ περιέργῳ καὶ μαγικῷ ἢ φαρμακευτικῷ πράγματι, ἀλλὰ μόνῃ εὐχῇ καὶ ὁρκώσεσιν ἁπλουστέραις, καὶ ὅσα ἂν δύναιτο προσάγειν ἁπλούστερος ἄνθρωπος; Ὡς ἐπίπαν γὰρ ἰδιῶται τὸ τοιοῦτον πράττουσι. — VII, 4.

Si autem extra se rapitur, si sui compos non est Pythia dum uaticinia edit, cuiusnam alius generis censeri oportet spiritum illum qui menti et rationi tenebras offundit, praeterquam illorum daemonum, quos ex obsessis profligant e Christianis multi, idque sine ullo inutili magiae aut incantationis auxilio, sed solis precibus simplicibusque adiurationibus et quales uel simplicior homo possit adhibere? Hoc enim plerumque faciunt idiotae.

1433. Cvltvs angelorvm. — Εἰ μὲν οὖν ἐνόει τοὺς ἀληθῶς ὑπηρέτας τοῦ Θεοῦ μετὰ τὸν Μονογενῆ τοῦ Θεοῦ, τὸν Γαβριὴλ, καὶ τὸν Μιχαὴλ, καὶ τοὺς λοιποὺς ἀγγέλους, ἀρχαγγέλους, καὶ τούτους ἔλεγε δεῖν θεραπεύεσθαι· — VIII, 13.

Si intellexisset quinam sint post Dei Vnigenitum uere ministri Dei, ut Gabriel, Michael, et alii angeli atque archangeli, et eos colendo esse dixisset;

1434. Formvlae. — Διὸ τὸν ἕνα Θεὸν καὶ τὸν ἕνα Υἱὸν αὐτοῦ καὶ Λόγον καὶ εἰκόνα ταῖς κατὰ τὸ δυνατὸν ἡμῖν ἱκεσίαις καὶ ἀξιώσεσι σέβομεν, *προσάγοντες τῷ Θεῷ τῶν ὅλων τὰς εὐχὰς διὰ τοῦ Μονογενοῦς αὐτοῦ*· ᾧ πρῶτον προσφέρομεν αὐτὰς, *ἀξιοῦντες αὐτὸν, ἱλασμὸν ὄντα περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, προσαγαγεῖν ὡς ἀρχιερέα τὰς εὐχὰς, καὶ τὰς θυσίας, καὶ τὰς ἐντεύξεις ἡμῶν τῷ ἐπὶ πᾶσι Θεῷ*. — VIII, 14.

Itaque unum Deum et unum Filium eius Verbum et imaginem, quantum possumus, precibus supplicationibusque ueneramur, *offerentes Deo uniuersorum per Vnigenitum eius nostras preces.* Huic primum supplicamus, *rogantes ut, cum sit propitiatio pro peccatis nostris et pontifex magnus, uota, uictimas, precesque nostras summo Deo offerat.*

1435. De christianorvm templis et altaribvs spiritvalibvs. — Καὶ ἁπαξαπλῶς πάντες Χριστιανοὶ

In summa Christiani omnes altaria et simulacra exstruere conantur, cuiusmodi a nobis explicata sunt

ὁποίους εἴπομεν βωμούς, καὶ ὁποῖα παρεστήσαμεν ἀγάλματα, πειρῶνται ἱδρύσθαι, οὐχ ἄψυχα καὶ ἀναίσθητα, οὐδὲ δαιμόνων λίχνων ἐφεδρευόντων τοῖς ἀψύχοις δεκτικά, ἀλλὰ πνεύματος Θεοῦ τοῖς εἰρημένοις ἀγάλμασι τῆς ἀρετῆς, καὶ τῷ κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος, ὡς οἰκείοις ἐπιδημοῦντος. — VIII, 18.

non inanima et sensu privata, non gulosorum daemonum rebus inanimis deditorum receptacula, sed idonea ad recipiendum Dei spiritum qui in dictis uirtutum simulacris et anima ad imaginem Creatoris conformata tamquam in propriis inhabitat.

1436. Item. — ὅτι νεὼς μὲν ἱδρύεσθαι τοὺς πρέποντας τοῖς εἰρημένοις ἀγάλμασι καὶ βωμοῖς οὐ φεύγομεν, ἐκτρεπόμεθα δὲ τῷ πάσης ζωῆς χορηγῷ ἀψύχους καὶ νεκροὺς οἰκοδομεῖν νεώς. — VIII, 19.

nos abhorrere ab erigendis templis, quae altaribus et simulacris a nobis expositis conueniant, sed nolle tantum inanima et mortua aedificare templa illi qui omnis uitae auctor est.

1437. Item. — οὕτω πρὸς τοὺς ἐγκαλοῦντας ἡμῖν, ἐπεὶ μὴ νομίζομεν δεῖν σέβειν τὸ Θεῖον παρ' ἀναισθήτοις ναοῖς, ἀντιπαραλαμβάνομεν τοὺς καθ' ἡμᾶς ναούς, καὶ δείκνυμεν τοῖς γε μὴ ἀναισθήτοις, μηδὲ παρακλησίοις τοῖς ἀναισθήτοις θεοῖς αὐτῶν, ὅτι οὐδεμία σύγκρισίς ἐστι οὔτε τῶν παρ' ἡμῖν ἀγαλμάτων πρὸς τὰ ἀγάλματα τῶν ἐθνῶν, οὔτε τῶν παρ' ἡμῖν βωμῶν, καὶ ἵν' οὕτως ὀνομάσω, θυμιαμάτων πρὸς τοὺς ἐκείνων βωμοὺς καὶ τὰς παρ' αὐτοῖς κνίσσας καὶ αἵματα. — VIII, 20.

sic nos, iis qui nos criminantur quod Deum in templis sensus expertibus adorari non oportere sentiamus, ea quae apud nos templa sunt opponimus, et ostendimus iis qui non sunt et ipsi sensus expertes suisque diis hac in re similes, nullam esse simulacra nostra inter et gentium simulacra comparationem; nec altaria et odoramenta nostra, ut sic loquar, cum iis quae apud illas sunt, altaribus, adipe et sanguine.

1438. De festorvm celebratione. — Ἑορτὴ γάρ, ὥς φησί τις καὶ τῶν Ἑλληνικῶν σοφῶν, καλῶς λέγων οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ τὸ τὰ δέοντα πράττειν· καὶ ἑορτάζει γε κατὰ ἀλήθειαν ὁ τὰ δέοντα πράττων, ἀεὶ εὐχόμενος, διὰ παντὸς θύων τὰς ἀναιμάκτους ἐν ταῖς πρὸς τὸ Θεῖον εὐχαῖς θυσίας. Διὸ καὶ μεγαλοφυέστατά μοι δοκεῖ παρὰ τῷ Παύλῳ εἰρῆσθαι τό, Ἡμέρας παρατηρεῖσθε, καὶ μῆνας, καὶ καιρούς, καὶ ἐνιαυτοὺς φοβοῦμαι ὑμᾶς, μή πως εἰκῇ κεκοπίακα εἰς ὑμᾶς. — VIII, 21.

Festum enim, ut pulchre quidam uel e Graecis sapientibus dixit, nihil est aliud quam officium facere; et sane festa uere ille celebrat, qui suis officiis fungitur, qui orat perpetuo, qui Deum suis inuocando precibus incruentas nulla intermissione hostias offert. Quamobrem mihi uidetur a Paulo magnificentissime dictum esse : Dies obseruatis et menses et tempora et annos; timeo uos, ne forte sine causa laborauerim in uobis.

1439. Dominica dies. Parasceves. Pascha. Pentecostes. — Ἐὰν δέ τις πρὸς ταῦτα ἀνθυποφέρῃ τὰ περὶ τῶν παρ' ἡμῖν κυριακῶν, ἢ παρασκευῶν, ἢ τοῦ Πάσχα, ἢ τῆς Πεντηκοστῆς δι' ἡμερῶν γινόμενα· λεκτέον καὶ πρὸς τοῦτο, ὅτι ὁ μὲν τέλειος, ἀεὶ ἐν τοῖς λόγοις ὤν, καὶ τοῖς ἔργοις, καὶ τοῖς διανοήμασι τοῦ τῇ φύσει Κυρίου Λόγου Θεοῦ, ἀεί ἐστιν αὐτοῦ ἐν ταῖς ἡμέραις καὶ ἀεὶ ἄγει Κυριακὰς ἡμέρας. — VIII, 22.

Hic siquis obiiciet ea quae Dominicis, Parasceues, Paschatis, Pentecostes diebus apud nos fieri solent respondendum est perfectum Christianum qui uerbis, operibus et cogitationibus cum Verbo Dei suo natura Domino uersatur, semper esse in eius diebus, semper agere dies Dominicas.

1440. Receptio evcharistiae festivitas est. — Ἔτι δὲ ὁ νοήσας, ὅτι τὸ Πάσχα ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν ἐτύθη Χριστός, καὶ χρὴ ἑορτάζειν ἐσθίοντα τῆς σαρκὸς τοῦ Λόγου· οὐκ ἔστιν ὅτε οὐ ποιεῖ τὸ Πάσχα, ὅπερ ἑρμηνεύεται διαβατήρια, διαβαίνων. — VIII, 22.

Is etiam qui cogitat Christum, quod Pascha nostrum est, immolatum esse et manducanda Verbi carne festum diem agi oportere, semper Pascha, quod transitum significat, celebrat.

1441. Adprecatio. — ἀεί ἐστιν ἐν ταῖς τῆς Πεντηκοστῆς ἡμέραις· καὶ μάλιστα ὅτε καὶ εἰς τὸ ὑπερῷον, ὡς οἱ ἀπόστολοι τοῦ Ἰησοῦ, ἀναβάς, σχολάζει τῇ δεήσει καὶ τῇ προσευχῇ *ὡς ἄξιος γενέσθαι τῆς φερομένης πνοῆς βιαίας ἐξ οὐρανοῦ, βιαζομένης ἐξαφανίσαι τὴν ἐν ἀνθρώποις κακίαν καὶ τὰ ἀπ' αὐτῆς· ἄξιος δὲ καὶ τινος μερισμοῦ γλώσσης ἀπὸ Θεοῦ πυρίνης.* — VIII, 22.

is semper est in diebus Pentecostes : praesertim cum adscendens in coenaculum, ut apostoli Iesus, precibus et orationi uacat, *ut dignus uehementi illo spiritu e coelo adueniente fiat, qui spiritus ui sua debet in hominibus malitiam et quidquid ex ea nascitur; ut etiam dignus fiat, cui Deus igneae linguae partem aliquam largiatur.*

1442. De pompa litvrgiae. — Ὁ δὲ πολὺς τῶν πιστεύειν δοκούντων, καὶ μὴ τηλικοῦτος, δεῖται, ὑπομνήσεως χάριν, μὴ βουλόμενος ἢ μὴ δυνάμενος πάσας τοιαύτας ἄγειν ἡμέρας, αἰσθητῶν παραδειγμάτων, ἵνα μὴ τέλεον παραῤῥυῇ. — VIII, 23.

Verum cum uulgus eorum qui credere uidentur, non sit eiusmodi, sed aut nolit aut non possit omnes huiusmodi dies festos agere, indiget, indiget sensibilibus rebus quae mysteriorum illorum memoriam renouent, ut ne prorsus effluant.

1443. Gratiarvm actio. — δίδοται δὲ καὶ ὅτε εἴτ' ἐσθίομεν, εἴτε πίνομεν, πάντα εἰς δόξαν Θεοῦ ποιοῦμεν. Καὶ οὐ παραιτητέον ἡμῖν τὸ χρῆσθαι μετ' εὐχαριστίας τῆς πρὸς τὸν κτίσαντα τοῖς δι' ἡμᾶς αὐτοῦ δημιουργήμασι. — VIII, 33.

datur autem, cum siue manducemus, siue bibamus, omnia in gloriam Dei facimus : neque etiam recusandum nobis est uti rebus propter nos creatis, gratias agendo Creatori.

1444. Evcharistia. Gratiarvm actio. — ἡμεῖς δὲ τῷ τοῦ παντὸς Δημιουργῷ εὐχαριστοῦντες, καὶ τοὺς μετ' εὐχαριστίας καὶ εὐχῆς τῆς ἐπὶ τοῖς δοθεῖσι προσαγομένους ἄρτους ἐσθίομεν, σῶμα γενομένους διὰ τὴν εὐχὴν ἅγιόν τι καὶ ἁγιάζον τοὺς μετὰ ὑγιοῦς προθέσεως αὐτῷ χρωμένους. — VIII, 33.

nos qui huius uniuersitatis Conditori gratias agimus, cum precibus et gratiarum actione oblatos edimus panes qui propter orationem fiunt corpus quoddam, sanctum quod sano proposito manducantibus sanctitatem largitur.

1445. Rite precari. Orationes. — Εἰ δὲ καὶ πλῆθος ποθοῦμεν ὧν φιλανθρώπων τυγχάνειν θέλομεν, μανθάνομεν, ὅτι χίλιαι χιλιάδες παρειστήκεισαν αὐτῷ, καὶ μύριαι μυριάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ· αἵτινες, ὡς συγγενεῖς καὶ φίλους τοὺς μιμουμένους τὴν εἰς Θεὸν αὐτῶν εὐσέβειαν ὁρῶντες, συμπράττουσιν αὐτῶν τῇ σωτηρίᾳ τῶν ἐπικαλουμένων τὸν Θεὸν, καὶ γνησίως εὐχομένων· ἐπιφαινόμενοι, καὶ οἰόμενοι αὐτοῖς δεῖν ὑπακούειν, καὶ ὥσπερ ἐξ ἑνὸς συνθήματος ἐπιδημεῖν ἐπ' εὐεργεσίᾳ καὶ σωτηρίᾳ τῶν εὐχομένων Θεῷ, ᾧ καὶ αὐτοὶ εὔχονται. — VIII, 34.

Quod si etiam magno numero cupimus esse, quos beneficos nobis uolumus docemur, decies millies centena millia adsistere ei, et millia millium ministrare ei. Nam hi ceu cognatos et amicos uidentes eos, qui ipsorum in Deum pietatem aemulantur ac Deum inuocant, riteque illum precantur, eorum saluti collaborant, illis apparent, putantque sui esse officii illis obsequium praestare, et quasi ex compacto uenire ad beneficia salutemque eis conciliandam qui Deum orant cui et ipsi preces offerunt.

1446. Angeli cvstodis oratio. Formvla. — ἀεὶ τὰς εὐχὰς αὐτοῦ ἀναφέρει διὰ τοῦ μόνου ἀρχιερέως τῷ *Θεῷ τῶν ὅλων*, καὶ αὐτὸς συνευχόμενος τῷ ὑπ' αὐτοῦ ἐπιτροπευομένῳ. — VIII, 36.

eius [scil. : angeli custodis] preces per solum sacerdotem magnum semper *uniuersorum Deo* offert, et ipse precatur pro eo, cuius ipsi commissura cura est.

1447. Consecratio. — οὐδὲν γὰρ ἡμῖν δαίμονες ἀμελούμενοι ποιεῖν ἂν δύναιντο, ἀνακειμένοις τῷ μόνῳ βοηθεῖν πᾶσι τοῖς ἀξίοις δυναμένῳ. — VIII, 36.

nihil enim spreti daemones nocere possunt nobis, qui consecrati sumus illi qui solus omnes suo auxilio dignos adiuuare potest.

1448. Formvla. — μόνῳ τῷ Θεῷ *διὰ τοῦ Ἰησοῦ* εὐχομένοις. — VIII, 36.

qui [scil. : Christiani] soli Deo *per Iesum* supplicant.

1449. De litvrgiis vernacvlo sermone scriptis. — οἱ λοιποὶ τῶν Χριστιανῶν οὐδὲ τοῖς ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς κειμένοις ὀνόμασι καὶ τεταγμένοις ἐπὶ τοῦ Θεοῦ χρῶνται ἐν ταῖς εὐχαῖς· ἀλλ' οἱ μὲν Ἕλληνες Ἑλληνικοῖς οἱ δὲ Ῥομαῖοι Ῥομαϊκοῖς, καὶ οὕτως ἕκαστος κατὰ τὴν ἑαυτοῦ διάλεκτον εὔχεται τῷ Θεῷ καὶ ὑμνεῖ αὐτὸν ὡς δύναται· καὶ ὁ πάσης διαλέκτου Κύριος τῶν ἀπὸ πάσης διαλέκτου εὐχομένων ἀκούει. — VIII, 37.

inter precandum ne iis quidem uocibus uti quae diuinis in Scripturis positae Deum proprio nomine designant; sed Graecos Graece, Romanos Latine et sic singulas gentes Deum propria lingua precari et laudes eius pro uiribus concelebrare; omnia uero linguarum Dominum exaudire quacumque lingua precemur.

1450. Panis evcharisticvs. — Ἔστι δὲ καὶ σύμβολον ἡμῖν τῆς πρὸς τὸν Θεὸν εὐχαριστίας, ἄρτος Εὐχαριστία καλούμενος. — VIII, 57.

Erga Deum grati animi symbolum nobis panis ille est, qui Eucharistia uocatur.

1451. De cvltv angelorvm. — εὐφημοῦμεν αὐτοὺς, καὶ μακαρίζομεν, ἐγχειρισθέντας ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τὰ χρήσιμα τῷ γένει ἡμῶν· οὐ μὴν τὴν ὀφειλομένην πρὸς Θεὸν τιμὴν τούτοις ἀπονέμομεν. — VIII, 57.

laudamus eos [scil. : angelos] quidem et beatos praedicamus quibus a Deo res nostro generi utiles commissae sunt; sed honorem Deo debitum illis non habemus.

1452. De ivramentis. — Τύχην μέντοι βασιλέως οὐχ ὄμνυμεν, ὡς οὐδ' ἄλλον νομιζόμενον Θεόν· εἴτε γὰρ, ὡς ὠνόμασάν τινες. — VIII, 65.

Verum per fortunam regis non iuramus, neque per alium ex iis qui dii deputantur.

1453. Hymnorvm cantvs. Formvlae. De ivramen-

Hymnos enim canimus *soli summo Deo et unigenito*

TIS ILLICITIS. — Ὕμνους γὰρ εἰς *μόνον τὸν ἐπὶ πᾶσι λέγομεν Θεὸν, καὶ τὸν μονογενῆ αὐτοῦ Λόγον καὶ Θεόν·* καὶ ὑμνοῦμέν γε *Θεὸν καὶ τὸν Μονογενῆ αὐτοῦ,* ὡς καὶ ἥλιος, καὶ σελήνη, καὶ ἄστρα, καὶ πᾶσα ἡ οὐρανία στρατία. Ὑμνοῦσι γὰρ πάντες οὗτοι, θεῖος ὄντες χορὸς, μετὰ τῶν ἐν ἀνθρώποις δικαίων τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεὸν καὶ τὸν Μονογενῆ αὐτοῦ. Προείπομεν μὲν οὖν, μὴ δεῖν ὀμνύναι τὸν ἐν ἀνθρώποις βασιλέα, ἢ τὴν ὀνομαζομένην τύχην αὐτοῦ. — VIII, 67.

eius Verbo atque Deo; et laudamus *Deum et Vnigenitum eius* eodem modo, ac sol, et luna, et stellae, et tota coelestis militia. Ex his enim omnibus diuinus constat chorus, qui cum iustis hominibus summum Deum eiusque Vnigenitum hymnis celebrat. Illicitum esse iuramentum per humanum regem, aut per eius fortunam, ut loquuntur, iam ante diximus.

1454. DEPRECATIONES PRO IIS QVI BELLIGERANTVR ET CONTRA DAEMONES. — ἄλλων στρατευομένων, καὶ οὗτοι στρατεύονται ὡς ἱερεῖς τοῦ Θεοῦ καὶ θεραπευταί· καθαρὰς μὲν τηροῦντες τὰς δεξιὰς, ἀγωνιζόμενοι δὲ διὰ τῶν πρὸς Θεὸν εὐχῶν, ὑπὲρ τῶν δικαίως στρατευομένων καὶ ὑπὲρ τοῦ δικαίως βασιλεύοντος, ἵνα τὰ ἐναντία πάντα, καὶ ἐχθρὰ τοῖς δικαίως πράττουσι καθαιρεθῇ. Ἡμεῖς δὲ καὶ ταῖς εὐχαῖς πάντας δαίμονας, τοὺς ἐγείροντας τὰ πολεμικὰ, καὶ ὅρκους συγχέοντας, καὶ τὴν εἰρήνην ταράσσοντας, καθαιροῦντες. — VIII, 73.

isti, aliis bellum gerentibus, militant, ut Dei sacerdotes et ministri, intaminatas quidem seruantes manus, decertantes uero fusis ad Deum precibus pro iis qui iuste belligerantur, et pro eo qui iuste regnat, ut quidquid contrarium et inimicum est iuste facientibus, profligetur. Sic etiam cum daemones, qui bella suscitant et ad foedera uiolanda impellunt pacemque perturbant, precibus profligamus.

1455. ADPRECATIONES PRO REPVBLICA ET PRO IMPERATORE. — Συμπονοῦμεν δὲ τοῖς κοινοῖς πράγμασιν, οἱ μετὰ δικαιοσύνης ἀναφέροντες προσευχὰς σὺν ἀσκήσεσι καὶ μελέταις διδασκούσαις καταφρονεῖν ἡδονῶν καὶ μὴ ἄγεσθαι ὑπ' αὐτῶν. Ἡμεῖς καὶ μᾶλλον ὑπερμαχοῦμεν τοῦ βασιλέως. — VIII, 73.

In laborum quoque societatem reipublicae causa uenimus, dum iustis precibus adiungimus exercitia et meditationes, quae docent aspernari uoluptates et eis nos non tradere. Sed et plus caeteris pro imperatore pugnamus.

1456. ECCLESIAE IN SINGVLIS CIVITATIBVS. — Ἡμεῖς δὲ ἐν ἑκάστῃ πόλει ἄλλο σύστημα πατρίδος, κτισθὲν Λόγῳ Θεοῦ, ἐπιστάμενοι, τοὺς δυνατοὺς λόγῳ καὶ βίῳ ὑγιεῖ χρωμένους ἐπὶ τὸ ἄρχειν Ἐκκλησιῶν παρακαλοῦμεν. — VIII, 75.

Sed nos qui scimus in singulis ciuitatibus aliam esse patriam a Verbo Dei constitutam, eos ut Ecclesias regant hortamur, qui potentes sermone et quorum mores sani sunt.

1457. EPISCOPI. — Καὶ εἰ καλῶς ἄρχουσιν οἱ ἄρχοντες ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, τῆς κατὰ Θεὸν πατρίδος, λέγω δὲ τῆς Ἐκκλησίας λεγόμενοι προστάται. — VIII, 75.

Quod si qui in Ecclesia praesunt, hoc est Ecclesiae uocati antistites, illi quae secundum Deum est patriae recte praesunt.

1458. DOXOLOGIA. — ΤΕΛΟΣ. Δόξα σοι, ὁ Θεὸς ἡμῶν, δόξα σοι. — VIII, in fin.

FINIS. — Gloria tibi, Deus noster, gloria tibi.

ORIGENIS DE ORATIONE

1459. QVID ET QVOMODO ORANDVM SIT. — Ἕν τῶν ἀδυνάτων, ὅσον ἐπὶ τῇ ἀσθενείᾳ ἡμῶν, πείθομαι τυγχάνειν, τρανῶσαι τὸν περὶ τῆς εὐχῆς ἀκριβῶς καὶ θεοπρεπῶς πάντα λόγον, καὶ τὸν περὶ τοῦ τίνα τρόπον εὔχεσθαι δεῖ, καὶ τίνα ἐπὶ τῆς εὐχῆς λέγειν πρὸς Θεὸν, καὶ ποῖοι καιροὶ ποίων καιρῶν πρὸς τὴν εὐχὴν εἰσὶν ἐπιτήδειοι. — N. 2.

Mihi uidetur unum esse ex his impossibilibus, quantum ad nostram attinet infirmitatem, omnem de oratione sermonem accurate et digne Deo tractare, ac perspicuum facere et docere quid et quomodo orandum sit, quae sint in oratione dicenda Deo, quae sunt temporibus tempora orationi opportuniora.

1460. PSALMODIA. CANTVS HYMNORVM. — ὥσπερ οὐδὲ ψάλαι καὶ εὐρύθμως καὶ ἐμμελῶς καὶ ἐμμέτρως καὶ συμφώνως ὑμνῆσαι τὸν Πατέρα ἐν Χριστῷ ἐὰν μὴ τὸ Πνεῦμα τὸ πάντα ἐρευνῶν καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ, πρότερον αἰνέσει καὶ ὑμνήσει τοῦ νοῦ τὰ βάθη ἠρεύνηκε, καὶ ὡς ἐξίσχυσε κατείληφεν. — N. 2.

neque psallere et modulato ac numeroso carmine consonantique uoce laudare Patrem in Christo, nisi Spiritus qui omnia scrutatur etiam profunda Dei prius laudet et celebret eum cuius profunda scrutatus est, et, ut ualuit, comprehendit.

1461. ADPRECATIO. — εὐξάμενος ὡς ἄνθρωπος· (οὐ γάρ που ἐμαυτῷ δίδωμι χωρεῖν τὴν προσευχὴν τοῦ Πνεύ-

precor ut homo (neque enim mihi tantum tribuo ut orare in me Spiritum putem antequam oratio quid sit

ματος πρὸ τοῦ λογοῦ τυχεῖν τῆς εὐχῆς·) *ἀξιῶ ἵνα λόγος πληρέστατος καὶ πνευματικὸς ἡμῖν δωρηθῇ καὶ αἱ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ἀναγεγραμμέναι σαφηνισθῶσιν εὐχαί.* — N. 2.

assecutus sim), *precor*, inquam, *uberrimam ac spiritualem nobis eius cognitionem dari et aperiri descriptas in Euangeliis orationes.*

1462. De statv corporis in oratione. — Καὶ πρῶτόν γε πάντως ὠνατό τι ὁ πρὸς τὸ εὔξασθαι ταθεὶς κατὰ τὸν νοῦν, δι' αὐτῆς τῆς ἐν τῷ εὔχεσθαι καταστάσεως Θεῷ παρεστάναι ἑαυτὸν καὶ ἐκείνῳ λέγειν σχηματίσας, ὡς ἐφορῶντι καὶ παρόντι. — N. 8.

Ac primum quidem omnino utile erit si quis ad orandum mente intentus, per ipsum quem inter orandum habebit statum ita se composuerit quasi qui Deo astet et cum ipso loquatur tamquam inspiciente ac praesente.

1463. Quis corporis status deceat mulieres. — Ἀλλὰ πρὸς τούτοις τὴν γυναῖκα χρὴ ἔχειν, μάλιστα εὐχομένην, τὸ κατεσταλμένον καὶ τὸ κόσμιον ψυχῇ καὶ σώματι, πάντων μᾶλλον ἐξαιρέτως καὶ ὅτε εὔχεται αἰδουμένην τὸν Θεὸν καὶ πᾶσαν ἀκόλαστον καὶ γυναικείαν ὑπόμνησιν ἐξορίσασαν ἀπὸ τοῦ ἡγεμονικοῦ, καὶ κεκοσμημένην οὐκ ἐν πλέγμασι καὶ χρυσῷ ἢ μαργαρίταις ἢ ἱματισμῷ πολυτελεῖ, ἀλλ' οἷς πρέπον ἐστὶ κεκοσμῆσθαι γυναῖκα θεοσέβειαν ἐπαγγελλομένην. — N. 9.

Mulierem praeterea, maxime cum orat, oportet compositam et ornatam esse animo et corpore, atque, inprimis cum orat, Deum reuereri, ac omnem intemperantem muliebremque recordationem ex animae praecipua parte expellere; ornari uero non in tortis crinibus aut auro et margaritis aut ueste pretiosa, sed quibus decet mulierem pietatem promittentem ornari.

1464. Extensio manvvm. — καὶ μὴ ἀντιχειροτονοῦντος τῷ Θεῷ. — N. 10.

nec unquam extendit manus in Deum.

1465. Vnica est litvrgia. — Οὐ μόνος δὲ ὁ ἀρχιερεὺς τοῖς γνησίως εὐχομένοις συνεύχεται, ἀλλὰ καὶ οἱ ἐν οὐρανῷ χαίροντες ἄγγελοι ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι, ἢ ἐπὶ ἐνενήκοντα ἐννέα δικαίοις, οἳ οὐ χρείαν ἔχουσι μετανοίας· αἵ τε τῶν προκεκοιμημένων ἁγίων ψυχαί. — N. 11.

Neque uero pontifex solus orat cum rite orantibus, sed et angeli qui magis gaudent in coelo super uno peccatore paenitentiam agente quam super nonaginta nouem iustis qui non indigent paenitentia; sanctorum item qui iam dormierunt animae.

1466. Intercessio sanctorvm pro nobis. — ἣν πολλῷ μᾶλλον προσεῖναι τοῖς προκεκοιμημένοις ἁγίοις πρὸς τοὺς ἐν βίῳ ἀγωνιζομένους, ἀναγκαῖον νοεῖν, παρὰ τοὺς ἐν τῇ ἀνθρωπίνῃ ἀσθενείᾳ τυγχάνοντας. — N. 11.

ii qui iam dormierunt sancti multo magis in eos qui in uita militant, habere putandi sunt, quam ii qui etiamnum in humana sunt infirmitate imbecilliorumque pugnam adiuuant.

1467. Deprecatio ad sanitatem recvperandam. — Παρέστω τις ἰατρὸς δικαιοσύνης πεφροντικὸς εὐχομένῳ κάμνοντι περὶ τῆς ὑγείας, ἐπιστήμην ἔχων τοῦ ὃν δεῖ τρόπον θεραπεῦσαι, περὶ οὗ ὁ δεῖνα ἀναφέρει τὴν εὐχὴν νοσήματος. — N. 11.

Fingamus aegroto pro salute deprecanti medicum adesse iustitiae studiosum : scientem quo pacto mederi oporteat morbo, cuius causa ille fundit preces.

1468. Angeli cvstodes nobiscvm orant. — Ἀλλὰ καὶ ὁ ἑκάστου ἄγγελος, καὶ τῶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ μικρῶν, διαπαντὸς βλέπων τὸ πρόσωπον τοῦ Πατρὸς τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ ἐνορῶν τοῦ κτίσαντος ἡμᾶς τὴν θειότητα, συνεύχεταί τε ἡμῖν καὶ συμπράττει ἐν οἷς δυνατόν ἐστι περὶ ὧν εὐχόμεθα. — N. 11.

Sed et uniuscuiusque angelus, etiam qui in Ecclesia pusilli sunt, semper uidens faciem Patris qui in coelis est, Deique conditoris nostri diuinitatem inspiciens, orat nobiscum et iis quae petimus quantum potest fieri collaborat.

1469. Ter in die (ad minvs) orandvm. — οὕτω γὰρ μόνως τὸ, ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε ἐκδέξασθαι δυνάμεθα ὡς δυνατὸν ὂν εἰρημένον, εἰ πάντα τὸν βίον τοῦ ἁγίου μίαν συναπτομένην μεγάλην εἴποιμεν εὐχὴν ἧς εὐχῆς μέρος ἐστὶ καὶ ἡ συνήθως ὀνομαζομένη εὐχὴ, οὐκ ἔλαττον τοῦ τρὶς ἑκάστης ἡμέρας ἐπιτελεῖσθαι ὀφείλουσιν. — N. 12.

istud enim : sine intermissione orate, hoc uno modo ut praeceptum possibile possemus accipere, nempe si dixerimus totam uiri sancti uitam unam aliquam magnam esse continuam orationem, cuius etiam pars sit quae solet oratio uocari, et quae non minus quam ter quaque die fieri debet.

1470. De orationibvs noctvrnis. — οὐδὲ τὸν τῆς νυκτὸς καιρὸς χωρὶς ταύτης τῆς εὐχῆς καθηκόντως διανύσομεν. — N. 12.

neque noctis tempus sine hoc orationis genere recte transigemus.

1471. ORATIO EST CONGRVA. — τίς ἡμῶν ἀμελῇ τοῦ εὔχεσθαι; — N. 13.

quis nostrum orare negligat?

1472. ADPRECATIONES PRO COELESTIBVS. — διὰ τῶν προσευχῶν αἰτήσατε. — N. 14.

coelestia per orationes petite.

1473. DE VARIIS ORANDI MODIS. — δέησιν μὲν οὖν καὶ ἔντευξιν καὶ εὐχαριστίαν οὐκ ἄτοπον καὶ ἀνθρώποις προσενεγκεῖν, ἀλλὰ τὰ μὲν δύο, λέγω δὲ ἔντευξιν καὶ εὐχαριστίαν, οὐ μόνον ἁγίοις, ἀλλὰ δὴ καὶ ἀνθρώποις· τὴν δὲ δέησιν μόνον ἁγίοις, εἴ τις εὑρεθείη Παῦλος ἢ Πέτρος, ἵνα ὠφελήσωσιν ἡμᾶς, ἀξίους ποιοῦντες τοῦ τυχεῖν τῆς δεδομένης αὐτοῖς ἐξουσίας πρὸς τὸ ἁμαρτήματα ἀφιέναι· εἰ μὴ ἄρα, κἂν μὴ ἅγιός τις ᾖ, ἀδικήσωμεν δὲ αὐτὸν, δέδοται συναισθηθέντας τῆς εἰς αὐτὸν ἁμαρτίας τὸ δεηθῆναι καὶ τοῦ τοιούτου, ἵν' ἡμῖν ἠδικηκόσι συγγνώμην ἀπονείμῃ. Εἰ δὲ ἀνθρώποις ἁγίοις ταῦτα προσενεκτέον πόσῳ πλέον τῷ Χριστῷ εὐχαριστητέον τοσαῦτα ἡμᾶς βουλήσει τοῦ Πατρὸς εὐεργετήσαντι; — N. 14.

Obsecratio et postulatio et gratiarum actio non absurde potest et sanctis offerri; harumque duae, postulatio, inquam, et gratiarum actio, non sanctis modo sed et hominibus; obsecratio uero sanctis tantum, si quis Paulus aut Petrus inueniatur, ut adiuuent nos, dignosque efficiant qui fruamur concessa ipsis remittendorum peccatorum potestate : nisi forte si cui qui sanctus non sit fecerimus iniuriam, concessum etiam nobis est, cum nostrum in illum peccatum senserimus, obsecrare etiam illum ut iniuriae nobis ueniam tribuat. Quod si hominibus sanctis illae preces offerendae sunt, quanto magis Christo gratiae sunt agendae, a quo tot tantaque beneficia uoluntate Patris accepimus?

1474. FORMVLAE. — ἐντευκτέον αὐτῷ ὡς ὁ εἰπὼν Στέφανος· *Κύριε, μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην*· μιμούμενοί τε τὸν πατέρα τοῦ σεληνιαζομένου ἐροῦμεν· *Δέομαι, Κύριε, ἐλέησον, ἤ, τὸν υἱόν, ἤ, ἐμὲ αὐτὸν, ἢ ὃν δήποτε.* — N. 14.

Ab ipso [scil. : Christo] postulandum ut Stephanus cum diceret : *Domine ne statuas illis hoc peccatum*, patremque lunatici imitati dicemus : *Obsecro Domine, miserere, uel filio, aut mihi ipsi, aut cuilibet.*

1475. FORMVLA. ORATIO AD PATREM PER CHRISTVM. — Εὐχαριστοῦντες οὖν οἱ ἅγιοι ἐν ταῖς προσευχαῖς ἑαυτῶν τῷ Θεῷ, *διὰ Χριστοῦ Ἰησοῦ* χάριτας ὁμολογοῦσιν αὐτῷ. Ὥσπερ δὲ τὸν ἀκριβοῦντα τὸ προσεύχεσθαι οὐ χρὴ τῷ εὐχομένῳ προσεύχεσθαι, ἀλλὰ τῷ ὃν ἐδίδαξεν ἐπὶ τῶν εὐχῶν καλεῖν Πατρὶ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς· οὕτως οὐ χωρὶς αὐτοῦ προσευχήν τινα προσενεκτέον τῷ Πατρί. — N. 15.

Cum igitur sancti in suis orationibus gratias Deo agunt, eas *per Christum Iesum* ipsi referunt. Sicut autem eum qui proprie orare uult, non decet eum orare qui orat, sed eum quem orationibus inuocandum docuit Iesum noster Dominus, nempe Patrem : sic non est ulla oratio Patri sine ipse offerenda.

1476. FORMVLA. DE VNITATE IN ORATIONE. — τῷ Θεῷ δι' αὐτοῦ εὐχώμεθα, τὸ αὐτὸ λέγοντες πάντες, μηδὲ περὶ τοῦ τρόπου τῆς εὐχῆς σχιζόμενοι. Ἢ οὐχὶ σχιζόμεθα ἐὰν οἱ μὲν τῷ Πατρὶ, οἱ δὲ τῷ Υἱῷ εὐχώμεθα; — N. 16.

Deum per ipsum [scil. : Iesum] oremus, idemque dicamus omnes, nec de orationis modo diuidamur. Annon enim diuisi sumus, si alii Patrem, alii oremus Filium?

1477. DE VARIIS ORANDI RATIONIBVS. — Προσευχώμεθα τοίνυν ὡς Θεῷ, ἐντυγχάνωμεν δὲ ὡς Πατρὶ, δεώμετα δὲ ὡς Κυρίου, εὐχαριστῶμεν δὲ ὡς Θεῷ καὶ Πατρὶ καὶ Κυρίῳ. — N. 16.

Oremus igitur ut Deum; postulemus ut a Patre, obsecremus ut Dominum, gratias agamus ut Deo et Patri et Domino.

1478. ORANDVM PRO COELESTIBVS. — Εὐκτέον τοίνυν, εὐκτέον περὶ τῶν προηγουμένων, καὶ ἀληθῶς μεγάλων καὶ ἐπουρανίων· καὶ τὰ περὶ τῶν ἐπακολουθουσῶν σκιῶν τοῖς προηγουμένοις Θεῷ ἐπιτρεπτέον, τῷ ἐπισταμένῳ ὧν χρείαν διὰ τὸ ἐπίκηρον σῶμα ἔχομεν, πρὸ τοῦ ἡμᾶς αἰτῆσαι αὐτόν. N. 17.

Orandum igitur, orandum est pro iis quae praecipua et uere magna sunt et coelestia; quod autem ad umbras attinet quae praecipua illa consequentur, Dei arbitrio relinquendum. Scit enim ille quid propter mortale corpus opus sit nobis antequam petamus eum.

1479. ORATIO DOMINICA. — Ἔχουσι δὲ αἱ λέξεις τοῦ μὲν Ματθαίου τὸν τρόπον τοῦτον· *Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου, ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου· γενηθήτω τὸ θέλημά σου ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς· Τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον· καὶ ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφήκαμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν· καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμὸν, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ·* τοῦ δὲ Λουκᾶ οὕτως· *Πάτερ, ἁγιασθήτω τὸ*

Verba autem sunt, Matthaei quidem huiusmodi : *Pater noster, qui es in coelis, sanctificetur nomen tuum, adueniat regnum tuum, fiat uoluntas tua, sicut in coelo et in terra. Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris : et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo.*

Lucae autem ista : *Pater, sanctificetur nomen tuum, adueniat regnum tuum. Panem nostrum surpersubstan-*

ὄνομά σου, ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου. Τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δίδου ἡμῖν τὸ καθ' ἡμέραν· καὶ ἄφες ἡμῖν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν καὶ γὰρ αὐτοὶ ἀφίεμεν παντὶ τῷ ὀφείλοντι ἡμῖν· καὶ μὴ εἰσενέγκῃς εἰς πειρασμόν. — N. 18.

tialem da nobis hodie, et dimitte nobis debita nostra, siquidem et ipsi dimittimus omni debenti nobis : et ne nos inducas in tentationem.

1480. Sanctorvm virorvm oratio. — οὐ φιλεῖ γὰρ προσεύχεσθαι, ἀλλὰ ἀγαπᾷ· καὶ οὐκ ἐν συναγωγαῖς, ἀλλ' ἐν ἐκκλησίαις. — N. 20.

Non enim amat [scil. : uir sanctus] orare, sed diligit, nec in synagogis sed in ecclesiis.

1481. Non inania loqvi in oratione. — Ἀλλὰ προσευχόμενοι μὴ βαττολογήσωμεν, ἀλλὰ θεολογήσωμεν. Βαττολογοῦμεν δὲ, ὅτε μὴ μωμοσκοποῦντες ἑαυτοὺς, ἢ τοὺς ἀναπεμπομένους τῆς εὐχῆς λόγους, λέγομεν τὰ διεφθαρμένα ἔργα, ἢ λόγους, ἢ νοήματα ταπεινὰ τυγχάνοντα, καὶ ἐπίληπτα, τῆς ἀφθαρσίας ἀλλότρια τοῦ Κυρίου. — N. 21.

Caeterum orantes, non inania sed digne Deo loquamur. Loquimur autem uana, cum neque nosmetipsos neque emissos a nobis in oratione sermones seuere examinamus, sed de rebus corruptis loquimur, aut sermones et cogitationes proferimus abiectas ac reprehensione dignas, alienasque a Domini puritate.

1482. Oratio dominica. — Πάτερ ἡμῶν, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. — N. 23.

Pater noster qui es in coelis.

1483. Item. — Ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου. — N. 24.

Sanctificetur nomen tuum.

1484. Item. — Ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου. — N. 25.

Adueniat regnum tuum.

1485. Item. — Γενηθήτω τὸ θέλημά σου ἐν οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ γῆς. — N. 26.

Fiat uoluntas tua sicut in coelo et in terra.

1486. Item. — Τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον· ἢ ὡς ὁ Λουκᾶς· Τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δίδου ἡμῖν καθ' ἡμέραν. — N. 27.

Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie; aut ut Lucas : Panem nostrum substantialem da nobis in diem.

1487. De commvnicantibvs. — οὕτως ἀκόλουθόν ἐστι τοῦ λόγου τοῦ Θεοῦ, ἤτοι ὡς γάλακτος παιδίοις ἁρμοζόντως διδομένου, ἢ ὡς λαχάνου ἀσθενοῦσιν ἐπιτηδείως, ἢ ὡς σαρκὸς ἀγωνιζομένοις. — N. 27.

ita etiam consequens est, cum uerbum Dei uelut lac pueris praebeatur, uel ut olus infirmis aptum, uel ut caro certantibus utilis.

1488. De pane svbstantiali. — εἷς παρὰ πάντας τοὺς εἰρημένους ἐστὶν ὁ ἐπιούσιος ἄρτος, περὶ οὗ εὔχεσθαι δεῖ, ἵνα ἐκείνου ἀξιωθῶμεν, καὶ τρεφόμενοι τῷ ἐν ἀρχῇ πρὸς Θεὸν Θεῷ Λόγῳ θεοποιηθῶμεν. — N. 27.

unus est praeter enumeratos omnes substantialis panis, de quo orandum est, ut eo digni efficiamur, Verboque illo nutriti quod in principio apud Deum erat Deus, in Deum transformemur.

1489. Oratio dominica. — Καὶ ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφήκαμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν· ἢ ὡς ὁ Λουκᾶς· Καὶ ἄφες ἡμῖν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ γὰρ αὐτοὶ ἀφήκαμεν παντὶ ὀφείλοντι ἡμῖν. — N. 28.

Et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris; aut in Lucas : Et dimitte nobis peccata nostra, siquidem et ipsi dimittimus omni debenti nobis.

1490. Item. — Καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμὸν, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. — N. 29.

Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo.

1491. De extensione manvvm et ocvlorvm elevatione. — Οὐδὲ διστάσαι γὰρ χρὴ, ὅτι μυρίων καταστάσεων οὐσῶν τοῦ σώματος, τὴν κατάστασιν τὴν μετ' ἐκτάσεως τῶν χειρῶν καὶ ἀναστάσεως τῶν ὀφθαλμῶν πάντων προκριτέον. — N. 31.

Nam cum innumeri sint corporis habitus, ille procul dubio quo extenduntur manus et sursum oculi tolluntur praeponendus omnibus est.

1492. Licet sedentem orare avt iacentem. — μετὰ γὰρ περιστάσεως δέδοται καθηκόντως ποτὲ καθεζόμενον εὔξασθαι διά τινα νόσον τῶν ποδῶν οὐκ εὐκαταφρόνητον, ἢ καὶ κατακείμενον διὰ πυρετοὺς, ἢ τοιαύτας ἀσθενείας. Καὶ

Ob circumstantiam enim licet aliquando sedentem orare, puta propter aegritudinem pedum non contemnendam; aut etiam iacentem, propter febres aut eiusmodi morbos. Eadem de causa si, uerbi gratia, naui-

διὰ περιεστῶτος δὲ, φέρε εἰπεῖν, ἐὰν πλέωμεν, ἢ τὰ πράγματα μὴ ἐπιτρέπῃ ἀναχωροῦντας μὴ ἀποδοῦναι τὴν ὀφειλομένην εὐχήν. — N. 31.

gemus, aut negotia non sinant secedere ad debitam orationem persoluendam.

1493. GENVFLEXIO. — Καὶ ἡ γονυκλισία δὲ ὅτι ἀναγκαία ἐστὶν, ὅτε τις μέλλει τῶν ἰδίων ἐπὶ Θεοῦ ἁμαρτημάτων κατηγορεῖν, ἱκετεύων περὶ τῆς ἐπὶ τουτοῖς ἰάσεως, καὶ τῆς ἀφέσεως αὐτῶν. — N. 31.

Genuum etiam flexionem necessariam esse sciendum est, cum sua quis apud Deum peccata supplex accusaturus est, ut remittantur, et ab eis sanetur.

1494. ORATIO IN PRIVATIS AEDIBVS. — Ἔχει δὲ καὶ τεταγμένον ὑπὲρ τοῦ ἐφ' ἡσυχίας μὴ περισπώμενον τὰς εὐχὰς ἐπιτελεῖν ἕκαστον, ἐπιλεξάμενον τοῦ ἰδίου οἴκου, ἐὰν ἐγχωρῇ, τὸ σεμνότερον, ἵν' οὕτως εἴπω, χωρίον, οὕτως εὔχεσθαι, πρὸς τῷ καθολικῷ τῆς περὶ αὐτοῦ ἐξετάσεως ἐπισκοποῦντα, εἰ ἐν τῷδε τῷ τόπῳ ᾧ εὔχεται οὐ παρανενόμηταί ποτε, καὶ παρὰ τὸν ὀρθὸν λόγον πεποίηται. — N. 31.

Potest etiam quo suas quisque preces quietior ac minus distractus absoluat, certum ac definitum in priuatis aedibus si spatium sit, eligere locum, ut ita dicam, sanctiorem, ibique orare; cum prius tamen praeter generale de illo examen inspexerit nihil ne ibi nefarium, nihil ne rectae contrarium rationi admissum unquam sit.

1495. DE LOCO ORATIONIS COMMVNIS. — Ἔχει δέ τι ἐπίχαρι εἰς ὠφέλειαν τόπος εὐχῆς, τὸ χωρίον τῆς ἐπὶ τὸ αὐτὸ τῶν πιστευόντων συνελεύσεως. — N. 31.

Habet aliquid cum utilitate iucundi locus orationis, ille scilicet quo fideles in unum conueniunt.

1496. ORANS AD ORIENTEM VERSVS. — Ἤδη δὲ καὶ περὶ τοῦ κλίματος εἰς ὃ ἀφορῶντα εὔχεσθαι δεῖ, ὀλίγα λεκτέον. — N. 32.

Iam de parte mundi in quam respiciendo orandum sit, pauca dicenda sunt.

1497. ITEM. — τίς οὐκ ἂν αὐτόθεν ὁμολογήσαι τὰ πρὸς ἀνατολὴν ἐναργῶς ἐμφαίνειν τὸ δεῖν ἐκεῖ νεύοντας συμβολικῶς, ὡς τῆς ψυχῆς ἐνορώσης τῇ τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς ἀνατολῇ, ποιεῖσθαι τὰς εὐχάς; — N. 32.

quis non statim fateatur ortum perspicue indicare, illuc nos symbolice conuersos, anima ueri luminis ortum ueluti respiciente, orare debere.

1498. DOXOLOGIA. GRATIARVM ACTIONES. CONFESSIO PECCATORVM. PETITIO RERVM COELESTIVM. — Κατὰ δύναμιν δοξολογίας ἐν τῇ ἀρχῇ καὶ τῷ προοιμίῳ τῆς εὐχῆς λεκτέον τοῦ Θεοῦ διὰ Χριστοῦ συνδοξολογουμένου ἐν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι συνυμνουμένῳ. Καὶ μετὰ τοῦτο τακτέον ἑκάστῳ εὐχαριστίας τε κοινὰς ὑπὲρ τῶν εἰς πάντας εὐεργεσιῶν, καὶ ὧν ἰδίᾳ τέτευχεν ἀπὸ Θεοῦ. Μετὰ δὲ τὴν εὐχαριστίαν φαίνεταί μοι πικρόν τινα δεῖν γινόμενον τῶν ἰδίων ἁμαρτημάτων κατήγορον ἐπὶ Θεοῦ, αἰτεῖν πρῶτον μὲν ἴασιν πρὸς τὸ ἀπαλλαγῆναι τῆς τὸ ἁμαρτάνειν ἐπιφερούσης ἕξεως, δεύτερον ἄφεσιν τῶν παρεληλυθότων. Μετὰ δὲ τὴν ἐξομολόγησιν τέταρτόν μοι συνάπτειν φαίνεται δεῖν, τὴν περὶ τῶν μεγάλων καὶ ἐπουρανίων αἴτησιν, ἰδίων τε καὶ καθολικῶν, καὶ περί τε οἰκείων καὶ φιλτάτων. Καὶ ἐπὶ πᾶσι τὴν εὐχὴν εἰς δοξολογίαν Θεοῦ διὰ Χριστοῦ ἐν ἁγίῳ Πνεύματι καταπαυστέον. — N. 33.

Pro uiribus in principio atque exordio orationis gloria reddenda est Deo per Christum conglorificatum in sancto Spiritu conlaudato. Postea conlocare quiuis debet gratiarum actiones, communes pro pertinentibus ad omnes beneficiis, tum pro eis quae priuatim a Deo consecutus est. Post gratiarum actionem debere uidetur suorum peccatorum amarus apud Deum accusator fieri ac petere primum medelam qua habitu ad peccandum impellente liberetur, deinde praeteritorum remissionem. Post confessionem, quarto mihi loco uidetur adiungenda petitio magnarum et coelestium rerum et pro se et pro omnibus et pro familiaribus et amicis. Ac super his omnibus operatio debet in glorificationem Dei per Christum in Spiritu sancto desinere.

ORIGENIS IN DANIELEM

Scribit Harnackius : « In V[erzeichniss] H[ieron.] und V[erzeichniss] V[incenz. von Beauv.] ist nichts von exegetischen Arbeiten des Orig. über Daniel erwähnt. Eine Spur scheint sich in der Series Commen. in Matt. nr 40 erhalten zu haben : *quae sequuntur in textu Danielis sicut potuimus exposuimus*, das sich auch auf eine nicht aufgezeichnete Homilie beziehen könnte, was allerdings nicht wahrscheinlich ist. Hieron. sagt in seinem Danielcommentar zu c. 9, 23 (opp. V. 691 Vall.), dass Orig. in seinem Stromateis in Buch 10 über das 9. c. des Daniel geschrieben (*Origenes cum proposuisset hoc idem capitulum, hortatus est nos, ut quaeramus, quod non intelligimus et quia non habebat locum allegoria, in qua est libera disputatio historiae ueritate conclusus haec in decimo Stromatum uolumine breuiter annotauit)* feruer zu c. 13, 1 (opp. V. 730 f. Vall.), dass er in demselben Buch die Geschichte vom Bel zu Babel und von der Susanna behandelt habe. Es ist also nicht unmöglich, dass das Citat in der Series Comment. auf das 10. Buch der Stromateis sich bezieht. Erhalten ist hiervon ausser diesen

Notizen nichts. Eine Homilie zu Daniel enthielt eine Lorscher Hs. (Cod. 324) in Danihelem I. vgl. Becker, Catalogi antiqui, p. 106. » (*Gesch. der altchrist. Litter.*, I th. 1 hf. s. 365.)

In ephemeride « *Revue Biblique internationale* » 1 janvier 1897, Paris, Lecoffre, haec habes : « *Homélie inédite d'Origène sur Daniel et l'antechrist.* A la demande de quelques-uns des lecteurs de notre article sur le recueil d'homélies inédites attribuées à Origène, publié ici même (*Rev. Bibl.*, t. V (1896), p. 434-439), nous nous sommes décidé à devancer l'édition que nous préparons de ce recueil, et à donner un spécimen des textes que nous avons en mains. Voici donc le texte de l'homélie sur Daniel; nous le donnons tel que le manuscrit d'Orléans le donne », et in notis : « La présente homélie sur Daniel est celle que M. Harnack, *Gesch. d. altchr., Litt.*, p. 365, signale dans le manuscrit de Lorsch. » — Ita Batiffol.

1499. Lectio. — [illegible] diei et praesens leccio. — Ms. pag. 201, lin. 5.

1500. Festvm martyrvm. — tres et beatissimorum martirum. — Lin. 11.

1501. De disciplina homiliarvm. — dilectissimi fratres cum hinc me et onor diei et prae[illegible]quo gat facere sermonem. — Linn. 14-15.

1502. Deprecatio. — . . . . . .*Cadando enim surgimus* [illegible]*ti uiuimus : et ex terris expulsi caelum* [illegible]*nus : et quis sub sentenciam stetimus senten-* [illegible]*mus et ideo rogamus et petimus, a sanctitate* [illegible]*beati martyres ut nostri memores esse digne]mini ut et nos qui pari fidem in christo dei filio credimus eandem nobiscum de triumpho passionis martirio consequi et obtinere mereamur : praestabit hoc deus pater omnipotens per dominum nostrum Ihesum Christum.* — Ms. pag. 209, linn. 18-21.

1503. — Aliae relliquiae ex XX tractat. ad calcem « relliquiarum ex patribus » dabuntur.

EX DIONYSII ALEXANDRINI

EPISTVLIS

1504. Dei adoratio. Preces pro imperatore. — ἡμεῖς τοίνυν *τὸν ἕνα Θεὸν καὶ δημιουργὸν τῶν ἁπάντων*, τὸν καὶ τὴν βασιλείαν ἐγχειρήσαντα τοῖς θεοφιλεστάτοις Οὐαλεριανῷ καὶ Γαλλιήνῳ σεβαστοῖς· τοῦτον καὶ σέβομεν καὶ προσκυνοῦμεν· καὶ τούτῳ διηνεχῶς ὑπὲρ τῆς βασιλείας αὐτῶν ὅπως ἀσάλευτος διαμένῃ, προσευχόμεθα. — Epist. ad Germanum.

Nos quidem *unum Deum omnium rerum opificem*, qui Valeriano et Gallieno sacratissimis Augustis imperium tradidit colimus et adoramus. Huic continuas preces offerimus pro imperio illorum, ut stabile et inconcussum permaneat.

1505. Conventvs. Coemeteria. — Οὐδαμῶς δὲ ἐξέσται οὔτε ὑμῖν οὔτε ἄλλοις τισίν, ἢ συνόδους ποιεῖσθαι, ἢ εἰς τὰ καλούμενα κοιμητήρια εἰσιέναι. — Ibid.

nullatenus autem licebit uobis nec quibuscumque aliis, conuentus agere, aut ea quae uocantur coemeteria adire.

1506. Conventvs in ecclesia. — ἀλλὰ τοὺς μὲν ἐν τῇ πόλει σπουδαιότερον συνηκρότουν ὡς συνών· ἀπὼν μὲν τῷ σώματι ὡς εἶπον παρὼν δὲ τῷ πνεύματι. Ἐν δὲ τῇ Κεφροῖ, καὶ πολλὴ συνεπεδήμησεν ἡμῖν ἐκκλησία. — Ibid.

Verum eos qui in urbe erant, perinde ac si adessem, maiore studio congregaui in ecclesiam; absens quidem corpore, ut iam dixi, animo autem praesens. Apud Cephro uero nobiscum magna fidelium adfuit multitudo.

1507. De cvltv martyrvm. — Καὶ τὰς τῶν σωμάτων περιστολὰς τῶν τελείων καὶ μακαρίων μαρτύρων οὐκ ἀκινδύνως ἐκτελεῖν. — Ibid.

utque consummatorum ac beatorum martyrum cadauera non sine capitis sui periculo sepeliret [Eusebius scil. Alexandr. diaconus].

1508. Ivramentvm. — *οἶδεν ὁ Θεός*. — Ibid.

Deum testor.

1509. Commvnicatio in oratione ac cibo. — εἰσεδέξαντο καὶ συνήγαγον καὶ συνέστησαν, καὶ προσευχῶν αὐτοῖς καὶ ἑστιάσεων ἐκοινώνησαν. — Ad Fabium Antioch., n. X.

eos [scil. : lapsos] admiserunt et collegerunt [scil. : martyres] atque in coetum suum receperunt et in orationibus ac cibo cum iisdem communicarunt.

1510. Reservatio evcharistiae pvero qvodam tradita et a sene pene emortvo absorpta. — Ἔδραμεν ὁ παῖς ἐπὶ τὸν πρεσβύτερον· νὺξ δὲ ἦν· κἀκεῖνος ἠσθένει· ἀφικέσθαι μὲν οὖν οὐκ ἐδυνήθη· ἐντολῆς δὲ ὑπ' ἐμοῦ δεδομένης, τοὺς ἀπαλλαττομένους τοῦ βίου, εἰ δέοιντο, καὶ μάλιστα εἰ καὶ πρότερον ἱκετεύσαντες τύχοιεν, ἀφίεσθαι ἵν' εὐέλπιδες ἀπαλλάττωνται· βραχὺ τῆς Εὐχαριστίας ἐπέδωκεν τῷ παιδα-

[Serapion quidam senex morbo correptus nepotem ex filia ad se uocat, iubens accersere ei unum ex presbyteris, quia in persecutione lapsus, saepenumero ueniam petierat.] Puer ad presbyterum cucurrit. Iam nox erat : presbyter autem aegrotabat. Sed quoniam in mandatis dederam ut morituris, si peterent, et maxime si antea suppliciter postulassent, uenia indulgeretur, quo bonae spei pleni ex hac uita migrarent : exiguam

ρίῳ, ἀποβρέξαι κελεύσας, καὶ τῷ πρεσβύτῃ κατὰ τοῦ στόματος ἐπιστάξαι. Ἐπανῆκεν ὁ παῖς φέρων..... Ἀπέβρεξεν ὁ παῖς, καὶ ἅμα τε ἐνέχεε τῷ στόματι· καὶ μικρὸν ἐκεῖνος καταβροχθίσας, εὐθέως ἀπέδωκε τὸ πνεῦμα. — N. XI.

Eucharistiae partem puero tradidit, iubens ut in aqua intinctam seni in os instillaret. Redit igitur puer buccellam adferens..... Mox puer buccellam intinxit et in os senis infudit. Qui ea paulatim absorpta, continuo animam exhalauit.

1511. De corporvm sanctorvm cvra. — Οἱ γοῦν ἄριστοι τῶν παρ' ἡμῖν ἀδελφῶν τοῦτον τὸν τρόπον ἐξεχώρησαν τοῦ βίου, πρεσβύτεροί τε τινὲς καὶ διάκονοι, καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ λαοῦ λίαν ἐπαινούμενοι· ὡς καὶ τοῦ θανάτου τοῦτο τὸ εἶδος διὰ πολλὴν εὐσέβειαν καὶ πίστιν ἰσχυρὰν γινόμενον, μηδὲν ἀποδεῖν μαρτυρίου δοκεῖν. Καὶ τὰ σώματα δὲ τῶν ἁγίων ὑπτίαις χερσὶ καὶ κόλποις ὑπολαμβάνοντες, καθαιροῦντές τε τοὺς ὀφθαλμούς, καὶ στόματα συγκλείοντες, ὠμοφοροῦντές τε καὶ διατιθέντες, προσκολλώμενοι, συμπλεκόμενοι, λουτροῖς τε καὶ περιστολαῖς κατακοσμοῦντες μετὰ μικρὸν ἐτύγχανον τῶν ἴσων, ἀεὶ τῶν ὑπολειπομένων ἐφεπομένων τοῖς πρὸ αὐτῶν. — Epist. ad Alexandrinos.

Et hoc quidem pacto optimi quique ex fratribus nostris, quorum nonnulli presbyteri erant ac diaconi, et ex populo laudatissimus quisque mortem oppetierunt, adeo ut genus hoc mortis ob pietatem fideique constantiam nequaquam inferius martyrio censeatur. Hi ergo sanctorum corpora supinis manibus gremioque excipientes, oculos illis et ora claudentes, baiulantes eadem humeris suis, componentes, adhaerescentes illis, complectentes, lauacro et uestimentis ornantes, paulo post eadem officia ab aliis consecuti sunt: cum superstites semper eorum qui praecesserant uestigiis insisterent.

1512. Preces pro imperatore. — τοὺς ἱεροὺς ἄνδρας τοὺς περὶ τῆς εἰρήνης αὐτοῦ καὶ τῆς ὑγιείας πρεσβεύοντας πρὸς τὸν Θεὸν ἤλασεν. — Epist. ad Hermannonem.

uiros sanctos [scil. : sacerdotes Christi] qui pro pace et incolumitate ipsius [scil. : Decii imperatoris] preces ad Deum allegabant, insectatus est.

1513. Gratiarvm actiones. — ἀγαλλιῶνται πάντες πανταχοῦ τῇ ὁμονοίᾳ καὶ φιλαδελφίᾳ, δοξάζοντες τὸν Θεόν. — Ad Steph. papam. Apud Evs., *H. e.*, VII, v.

omnes ubique terrarum laetitia gestunt, Deoque gratias agunt ob hanc concordiam fraternamque caritatem.

1514. Formvla baptismi. — Epistula Dionysii Alexandrini ad Dionysium et Stephanum Ecclesiae Romanae primores.

[E codd. syr. Mus Brit. 12159, fol. 90 v°
14536, fol. 14 v°
14493, fol. 155 v°].

Qui baptizati sunt *in nomine* trium personarum, *Patris, et Filii et Spiritus Sancti,* etiamsi baptizati fuerint ab haereticis, modo isti haeretici tres personas confiteantur [Patris, et Filii, et Spiritus Sancti] denuo non baptizentur. Qui autem ab aliis haeresibus conuertuntur Ecclesiae sanctae baptismo perficiantur.

1515. Praesides. Consecratio. — Eiusdem ad Stephanum praesulem Romae.

[Cod. add. Mus. Brit. 17214, fol 73 v°].

putamus adsentiendum esse iis qui singulis praesunt locis quique diuina consecratione ministerio praelati sunt.

1516. De disciplina svscipiendorvm catechvmenorvm ab haereticis venientivm. — Ὄντως γὰρ δόγματα περὶ τούτου γέγονεν ἐν ταῖς μεγίσταις τῶν ἐπισκόπων συνόδοις, ὡς πυνθάνομαι, ὥστε τοὺς προσιόντας ἀπὸ αἱρέσεων, προκατηχηθέντας, εἶτα ἀπολούεσθαι καὶ ἀνακαθαίρεσθαι τὸν τῆς παλαιᾶς καὶ ἀκαθάρτου ζύμης ῥύπον. — Ad Xystum. Ap. Evs., *H. e.*, l. VII, c. v.

Reuera enim in maximis, ut audio, episcoporum conciliis decretum est, ut qui ab haereticis ad catholicam Ecclesiam accedunt, primum catechumeni fierent, ac deinde ueteris et impuri fermenti sordibus per baptismum purgarentur.

1517. Ritvs baptismi. — τοῖς ὑπόγνον βαπτιζομένοις παρατυχών, καὶ τῶν ἐπερωτήσεων καὶ ἀποκρίσεων ἐπακούσας. — Epist. ad Sixt.

cum interfuisset [scil. : quidam frater] baptismo eorum qui nuper baptizabantur, et interrogationes responsionesque audisset.

1518. Ritvs svmptionis evcharistiae. — εὐχαριστίας γὰρ ἐπακούσαντα, καὶ συνεπιφθεγξάμενον τὸ ἀμήν, καὶ τραπέζῃ παραστάντα, καὶ χεῖρας εἰς ὑποδοχὴν τῆς ἁγίας τροφῆς προτείναντα, καὶ ταύτην καταδεξάμενον, καὶ τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετασχόντα ἱκανῷ χρόνῳ. — Ibid.

qui gratiarum actionem audierit, et qui cum caeteris responderit Amen; qui ad sacram mensam adstiterit, et manus ad suscipiendum sanctum cibum porrexerit atque illum exceperit, et corporis et sanguinis Domini nostri Iesu Christi particeps fuerit diutissime.

1519. Regvla fidei et confessio ante baptismi

sacrum lauacrum irritum habet [scil. : Nouatianus]

ADMINISTRATIONEM. — τὸ λουτρὸν ἀθετοῦντι τὸ ἅγιον, καὶ τήν τε πρὸ αὐτοῦ πίστιν καὶ ὁμολογίαν ἀνατρέποντι. — Epist. ad Dionys.

ac reiicit, fidemque et confessionem, quae baptismo praemittuntur, subuertit.

1520. DOXOLOGIA (A SENIORIBVS TRADITA?). — Τούτοις πᾶσιν ἀκολούθως καὶ ἡμεῖς, καὶ δὴ παρὰ τῶν πρὸ ἡμῶν πρεσβυτέρων τύπον καὶ κανόνα παρειληφότες, ὁμοφώνως τε αὐτοῖς προσευχαριστοῦντες, καὶ δὴ καὶ νῦν ὑμῖν ἐπιστέλλοντες, καταπαύσομεν· *τῷ δὲ Θεῷ Πατρὶ, καὶ Υἱῷ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ, σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα καὶ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.* — Apologia, totius operis conclusio.

His omnibus congruenter et nos, etiam forma regulaque a senioribus qui ante nos uixerunt accepta, concordi cum illis uoce et gratiarum actionem et nunc etiam epistulam quam scribimus uobis absoluemus : *Deo autem Patri et Filio Domino nostro Iesu Christo cum sancto Spiritu gloria et imperium in saecula saeculorum. Amen.*

1521. DE RECONCILIATIONE HAERETICORVM. — (Εἶτά τινα περὶ πασῶν εἰπὼν τῶν αἱρέσεων, ἐπιφέρει λέγων·) « Τοῦτον ἐγὼ τὸν κανόνα καὶ τὸν τύπον παρὰ τοῦ μακαρίου πάπα ἡμῶν Ἡρακλᾶ παρέλαβον. Τοὺς γὰρ προσιόντας ἀπὸ τῶν αἱρέσεων, καίτοι τῆς Ἐκκλησίας ἀποστάντας μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἀποστάντας, ἀλλὰ συνάγεσθαι μὲν δοκοῦντας, καταμηνυθέντας δὲ ὡς προσφοιτῶντάς τινι τῶν ἑτεροδιδασκαλούντων, ἀπελάσας τῆς Ἐκκλησίας, δεομένους οὐ προσήκατο ἕως δημοσίᾳ πάντα ὅσα ἀκηκόασι παρὰ τοῖς ἀντιδιατιθεμένοις, ἐξέφρασαν· καὶ τότε συνήγαγεν αὐτούς, οὐ δεηθεὶς ἐπ' αὐτῶν ἑτέρου βαπτίσματος. Τοῦ γὰρ ἁγίου Πνεύματος πρότερον παρ' αὐτοῦ τετυχήκεσαν. » — Epist. de Baptismo ad Philemonem. Ap. EVS., *H. e.*, l. VII, c. VII.

Pauca deinde de uniuersis haeresibus interlocutus, haec subdit Dionysius : « Hanc ego regulam et formam a beatissimo papa nostro Heracla accepi. Eos enim qui ab haereticis ueniebant, tametsi defecissent, seu potius non defecissent illi quidem, sed in speciem cum fratribus communicantes, clam peruersae doctrinae magistros adire delati essent, ab Ecclesia eiectos, post multas tandem preces non prius admisit quam quaecumque ab aduersariis audierant palam exposuissent. Ac tum demum ad communionem eos admittebat, nequaquam existimans iterato baptismate eis opus esse. Quippe iam antea Spiritum sanctum ab ipso acceperant. »

1522. DIES FESTI VBIQVE CELEBRATI. — καὶ μόνοι πρὸς ἁπάντων διωκόμενοι καὶ θανατούμενοι, ἑορτάσαμεν καὶ τότε· καὶ πᾶς ὁ τῆς καθ' ἕκαστον θλίψεως τόπος, πανηγυρικὸν ἡμῖν γέγονε χωρίον· ἀγρὸς, ἐρημία, ναῦς, πανδοχεῖον, δεσμωτήριον. Φαιδροτάτην δὲ πασῶν ἤγαγον ἑορτὴν οἱ τέλειοι μάρτυρες εὐωχηθέντες ἐν οὐρανῷ. — Epist. ad Alexandr.

Cumque soli ab omnibus fugaremur atque opprimeremur, nihilominus tunc quoque festos egimus dies. Quibus denique locus in quo uarias aerumnas singillatim pertulimus, ager, inquam, solitudo, nauis, stabulum, carcer, instar templi ad sacros conuentus peragendos fuit. Sed omnium laetissimam festiuitatem egerunt consummati martyres, qui in coelo epulati sunt.

1523. NOMINA PRO BAPTISMATE. — Πολλοὺς δὲ ὁμωνύμους Ἰωάννῃ τῷ ἀποστόλῳ νομίζω γεγονέναι, οἳ διὰ τὴν πρὸς ἐκεῖνον ἀγάπην, καὶ τὸ θαυμάζειν καὶ ζηλοῦν, ἀγαπηθῆναί τε ὁμοίως αὐτῷ βούλεσθαι ὑπὸ τοῦ Κυρίου, καὶ τὴν ἐπωνυμίαν τὴν αὐτὴν ἠσπάσαντο. Ὥσπερ καὶ ὁ Παῦλος πολὺς καὶ δὴ καὶ ὁ Πέτρος ἐν τοῖς τῶν πιστῶν παισὶν ὀνομάζεται. — Lib. II *De Promissionibus*. Ap. EVS., *H. e.*, l. VII, c. XXV.

Ac plurimos quidem fuisse opinor Ioanni apostolo cognomines, qui propter singularem erga illum beneuolentiam, et quod hominem mirarentur ac suspicerent, et perinde ac ille a Domino diligi ambirent, hoc cognomentum adamauerint : quemadmodum ex fidelium liberis multos Pauli Petrique nominibus appellatos uidemus.

1524. PSALMORVM CANTVS. — ἐν ἄλλοις μὲν πολλοῖς ἀποδέχομαι καὶ ἀγαπῶ Νέπωτα..... καὶ τῆς πολλῆς ψαλμῳδίας, ᾗ μέχρι νῦν πολλοὶ τῶν ἀδελφῶν εὐθυμοῦνται. — N. 1.

in plurimus quidem aliis rebus laudo Nepotem ac diligo . . . . postremo ob psalmorum cantus multiplices quibus plerique ex fratribus etiamnum magnopere delectantur.

1525. CONCILIVM TOTIVS ECCLESIAE. CONTROVERSIA. — συγκαλέσας τοὺς πρεσβυτέρους καὶ διδασκάλους τῶν ἐν ταῖς κώμαις ἀδελφῶν· παρόντων καὶ τῶν βουλομένων ἀδελφῶν, δημοσίᾳ τὴν ἐξέτασιν ποιήσασθαι τοῦ λόγου προετρεψάμην. Καὶ τοῦτό μοι προσαγαγόντων τὸ βιβλίον ὥς τι ὅπλον καὶ τεῖχος ἀκαταμάχητον, συγκαθεσθεὶς αὐτοῖς τριῶν ἑξῆς ἡμερῶν ἐξ ἕω μέχρις ἑσπέρας, διευθύνειν ἐπειράθην τὰ γεγραμμένα. — N. 2.

conuocatis presbyteris ac doctoribus qui per singulos uicos fratribus praedicabant [scil. : in Arsinoitica praefectura] praesentibus item fratribus qui adesse uoluerant, hortatus sum illos ut ea doctrina palam in concione examinaretur. Cumque hunc librum tanquam scutum quoddam murumque inexpugnabilem mihi opposuissent, tres continuos dies a prima luce usque ad uesperam cum ipsis sedens, quaecumque in eo libro scripta erant, discutere aggressus sum.

1526. DE PASCHAE IEIVNIO. — Ἀπέστειλάς μοι, πιστότατε καὶ λογιώτατε υἱέ μου, πυνθανόμενος καθ' ἣν ὥραν ἀπονηστίζεσθαι δεῖ τὴν τοῦ Πάσχα ἡμέραν. Τινὰς μὲν γὰρ τῶν ἀδελφῶν λέγειν φὴς ὅτι χρὴ τοῦτο ποιεῖν πρὸς τὴν ἀλε-

Misisti ad me, fidelissime et sapientissime fili mi, interrogans qua hora diei Paschae ieiunium soluendum est. Dicis enim aliquos fratres dicere quod oportet hoc in galli cantu facere; alios uero quod id sit faciendum

χτοροφονίαν· τινὰς δὲ ὅτι ἀφ' ἑσπέρας χρή. Οἱ μὲν γὰρ ἐν Ῥώμῃ ἀδελφοί, ὥς φασι, περιμένουσι τὸν ἀλέκτορα· περὶ δὲ τῶν ἐνταῦθα ἔλεγες ὅτι τάχιον. Ἀκριβῆ δὲ ὥραν τιθέναι ἐπιζητεῖς καὶ ὥραν πάνυ μεμετρημένην. — Canon I.

uespere. Qui enim Romae sunt fratres, ut aiunt, gallum expectant. De iis autem qui hic sunt dixisti quod citius. Horam autem exactam et ualde demensam exponere desideras.

EX GREGORII NEOCAESARIENSIS

IN ORIGENEM ORATIONE

1527. Gratiarvm actio. — διὰ τούτου καὶ τῆς εἰς τὸ Θεῖον εὐχαριστίας, *ὅτι μοι συγκυρῆσαι τοιούτῳ δεδώρηται ἀνδρί*. — II.

Deoque propterea gratias agere, *quod hunc mihi uirum nancisci concessum sit.*

1528. Gratiarvm actio. Hymni. Lavdes. — Ἔστω δή μοι ὁ λόγος ὅδε χαριστήριος· *Θεῷ* μὲν *τῷ τῶν ὅλων*, οὐκ ἂν ἐθελήσαιμι λέγειν· καίτοι γε ἐκεῖθεν ἡμῖν πᾶσαι μὲν αἱ τῶν ἀγαθῶν ἀρχαί, ἐκεῖθεν δὲ καὶ ἡμᾶς τῶν εὐχαριστιῶν ἢ ὕμνων καὶ αἴνων ἄρχεσθαι χρή. — III.

Esto itaque mea haec oratio caristeria, hoc est gratiarum actionis; erga *Deum* sane *uniuersorum*, dicere non ausim : quanquam ab illo quidem omnia nobis bonorum initia sunt; ab eo item nos agendarum gratiarum, et hymnorum ac laudum primordia ducere oportet.

1529. Lavdes et hymni. Formvla. — Ἀλλὰ τὰς μὲν *εἰς τὸν πάντων βασιλέα καὶ κηδεμόνα, τὴν διαρκῆ πηγὴν πάντων ἀγαθῶν, εὐφημίας καὶ ὕμνους τῷ κἀν τούτῳ τὴν ἀσθένειαν ἡμῶν ἰωμένῳ, καὶ τὸ ἐνδέον ἀναπληροῦν μόνῳ δυναμένῳ ἐπιτρέψομεν, τῷ προστάτῃ τῶν ἡμετέρων ψυχῶν καὶ Σωτῆρι, τῷ πρωτογενεῖ αὐτοῦ Λόγῳ, τῷ πάντων δημιουργῷ καὶ κυβερνήτῃ*. — IV.

Sed nos laudationes quidem et hymnos in *omnium regem et moderatorem, perennem fontem omnium bonorum, ei qui et in hoc ipso infirmitatem nostram sanat, et quod deest explere solus potest, relinquamus; praesidi, inquam, animarum nostrarum ac Saluatori, primogenito eius Verbo, omnium conditori et gubernatori.*

1530. De homiliarvm disciplina. — ἐξελαυνόμενος ἀπὸ πόλεως, καὶ πατρίδος ἐμῆς ταύτης καὶ ἱερᾶς (ἔνθα μεθ' ἡμέραν τε καὶ νύκτα, οἱ ἱεροὶ ἀπαγγέλλονται νόμοι, ὕμνοι τε καὶ ᾠδαὶ καὶ λόγοι μυστικοί· καὶ φῶς τὸ ἡλιακὸν καὶ τὸ διηνεκές, ἡμέρας ὕπερ, ἡμῶν προσομιλούντων τοῖς θείοις μυστηρίοις, καὶ νυκτὸς ὧν ἐν ἡμέρᾳ εἶδέ τε καὶ ἔπραξεν ἡ ψυχή, ταῖς φαντασίαις κατεχομένων· καὶ ὅλως, συνελόντι εἰπεῖν, ἔνθα ἡ ἔνθεος διὰ παντὸς κατακωχή). — XVI.

ab hac sacra urbe [scil. : Caesarea Palestinae] ac patria mea ui pulsus (ubi noctes diesque diuinae leges denuntiantur, hymnique et cantica et mystici sermones; ubi lux solis dieique luce clarior, nobis diuina mysteria tractantibus, et noctu, quae mens interdiu uidit egitque, per uisum repetentibus; ubi denique, ut paucis complectar, diuinus perpetuo uiget afflatus).

1531. Deprecatio. — Σὺ δὲ ἀναστάς, ὦ φίλη κεφαλή, καὶ εὐξάμενος, ἤδη πέμπε ἡμᾶς, σώσας μὲν παρόντας τοῖς ἱεροῖς σου μαθήμασι, σώζων δὲ ταῖς εὐχαῖς καὶ ἀποδημήσαντας· καὶ δὴ παραδίδου καὶ παρατίθεσο, μᾶλλον δὲ παραδίδου τῷ ἀγαγόντι ἡμᾶς πρὸς σὲ Θεῷ· εὐχαριστῶν μὲν ἐπὶ τοῖς φθάνουσιν ὑπὲρ ἡμῶν· παρακαλῶν δὲ χειραγωγεῖν καὶ ἐν τοῖς μέλλουσι, διὰ παντὸς ἐφεστῶτα, ὑπηχοῦντα τῷ νῷ ἡμῶν τὰ αὐτοῦ προστάγματα, ἐμβάλλοντα ἡμῖν τὸν θεῖον φόβον αὐτοῦ, παιδαγωγὸν ἄριστον ἐσόμενον. Οὐ γὰρ ἐν τῇ μετὰ σοῦ ἐλευθερίᾳ καὶ ἀπελθόντες ὑπακούσομεν αὐτῷ. Παρακάλεσον καὶ παραμυθίαν τινὰ ἡμῖν γενέσθαι παρ' αὐτοῦ, τῆς ἀπολείψεώς σου, πομπὸν ἀγαθὸν ἐξαποστεῖλαι, συνοδοιπόρον ἄγγελον. Αἴτησον δὲ καὶ ἵνα ἐπιστρέψας ἡμᾶς, ἀγάγῃ πρὸς σὲ πάλιν· καὶ τοῦτό γε μάλιστα πάντων μόνον ἡμᾶς παραμυθήσεται. — XIX.

Tu uero exsurge, o carum caput, et bene precatus iam nos dimitte; qui praesentes sacris tuis disciplinis seruasti, serua etiam precibus abeuntes. Continuo redde ac trade; sed redde potius ei, qui ad te nos perduxit, Deo : gratias in primis agens pro iis quae nobis obtigerunt : orans deinde, ut etiam in posterum, ubique praesens nos dirigat, menti nostrae sua mandata suggerens, diuinumque nobis timorem suum, optimum paedagogum, immittens. Non enim eadem qua apud te libertate, etiam digressi, obediemus illi. Ora, ut et consolationem aliquam ab eo capiamus, quando a te destituimur; ductoremque bonum mittat, comitem angelum. Pete autem, ut et redire nos faciens, iterum ad te ducat : quod unum omnium maxime nos consolabitur.

EXPOSITIO FIDEI

1532. Expositio fidei. — *Εἷς Θεός, Πατὴρ Λόγου ζῶντος, σοφίας ὑφεστώσης, καὶ δυνάμεως, καὶ χαρακτῆρος ἀϊδίου. Τέλειος τελείου γεννήτωρ, Πατὴρ Υἱοῦ*

Vnus Deus Pater Verbi uiuentis, sapientiae subsistentis et uirtutis suae et figurae, perfectus perfecti genitor, Pater Filii unigeniti. Vnus Dominus, solus ex solo,

μονογενοῦς. *Εἷς* Κύριος, μόνος ἐκ μόνου, Θεὸς ἐκ Θεοῦ· χαρακτὴρ καὶ εἰκὼν τῆς θεότητος, λόγος ἐνεργός· Σοφία τῆς τῶν ὅλων συστάσεως περιεκτική· καὶ δύναμις τῆς ὅλης κτίσεως ποιητική. Υἱὸς ἀληθινὸς ἀληθινοῦ Πατρός, ἀόρατος ἀοράτου· καὶ ἄφθαρτος ἀφθάρτου· καὶ ἀθάνατος ἀθανάτου, καὶ ἀΐδιος ἀϊδίου. Καὶ ἓν Πνεῦμα ἅγιον, ἐκ Θεοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχον καὶ διὰ Υἱοῦ πεφηνός, δηλαδὴ τοῖς ἀνθρώποις· εἰκὼν τοῦ Υἱοῦ· τελείου τελεία· ζωὴ ζώντων αἰτία· πηγὴ ἁγία ἁγιότης· ἁγιασμοῦ χορηγός· ἐν ᾧ φανεροῦται Θεὸς ὁ Πατήρ, ὁ ἐπὶ πάντων καὶ ἐν πᾶσι· καὶ Θεὸς ὁ Υἱός, ὁ διὰ πάντων. Τριὰς τελεία, δόξῃ καὶ ἀϊδιότητι καὶ βασιλείᾳ, μὴ μεριζομένη μηδὲ ἀπαλλοτριουμένη. Οὔτε οὖν κτιστόν τι, ἢ δοῦλον ἐν τῇ Τριάδι· οὔτε ἐπείσακτον, ὡς πρότερον μὲν οὐκ ὑπάρχον, ὕστερον δὲ ἐπεισελθόν. Οὔτε οὖν ἐνέλιπέ ποτε Υἱὸς Πατρί, οὔτε Υἱῷ τὸ Πνεῦμα· ἀλλ' ἄτρεπτος καὶ ἀναλλοίωτος, ἡ αὐτὴ Τριὰς ἀεί.

figura et imago deitatis, Verbum perpetrans, Sapientia comprehendens omnia et uirtus qua tota creatura fieri potuit : Filius uerus ueri, et inuisibilis ex inuisibili, et incorruptibilis ex incorruptibili, et immortalis ex immortali, et sempiternus ex sempiterno. Vnus Spiritus sanctus ex Deo substantiam habens et qui per Filium apparuit : imago Filii perfecti, perfecta uiuentium causa, sanctitas sanctificationis praestatrix, per quem Deus super omnia et in omnibus cognoscitur: et Filius per omnes. Trinitas perfecta maiestate et sempiternitate et regno minime diuiditur, neque abalienatur. Igitur neque factum quid aut seruiens in Trinitate neque superinductum, tanquam antehac quidem non subsistens postea uero superingressum. Neque ita defuit unquam Filius Patri; neque Filio Spiritus sanctus, sed inuertibilis et immutabilis eadem Trinitas semper.

EX EPISTVLA CANONICA

1533. De lapsorvm reconciliationis ritv. — Ἡ πρόσκλαυσις ἔξω τῆς πύλης τοῦ εὐκτηρίου ἐστίν· ἔνθα ἑστῶτα τὸν ἁμαρτάνοντα χρὴ τῶν εἰσιόντων δεῖσθαι πιστῶν, ὑπὲρ αὐτοῦ εὔχεσθαι. Ἡ ἀκρόασις ἔνδοθι τῆς πύλης ἐν τῷ νάρθηκι, ἔνθα ἑστάναι χρὴ τὸν ἡμαρτηκότα ἕως τῶν κατηχουμένων, καὶ ἐντεῦθεν ἐξέρχεσθαι. Ἀκούων γάρ φησι, τῶν Γραφῶν καὶ τῆς διδασκαλίας, ἐκβαλλέσθω, καὶ μὴ ἀξιούσθω προσευχῆς. Ἡ δὲ ὑπόπτωσις, ἵνα, ἔσωθεν τῆς πύλης τοῦ ναοῦ ἱστάμενος, μετὰ τῶν κατηχουμένων ἐξέρχηται. Ἡ σύστασις, ἵνα συνιστᾶται τοῖς πιστοῖς, καὶ μὴ ἐξέρχηται μετὰ τῶν κατηχουμένων· τελευταῖον ἡ μέθεξις τῶν ἁγιασμάτων. — Can. XI.

Fletus seu luctus, est extra portam oratorii, ubi peccatorem stantem oportet fideles ingredientes orare, ut pro se precentur. Auditio est intra portam in porticu, ubi oportet eum qui peccauit stare, usque ad catechumenos, et illinc egredi. Audiens enim, inquit, Scripturas et doctrinam eiiciatur, et precatione indignus censeatur. Subiectio autem seu substratio est, ut intra templi portam stans, catechumenis egrediatur. Congregatio seu consistentia est, ut cum fidelibus consistat, et cum catechumenis non egrediatur; postremo est participatio sacramentorum.

EX HOMILIIS IN ANNVNTIATIONEM

1534. Festvm annvntiationis. — Σήμερον ἀγγελικῇ παρατάξει ὑμνῳδίαι φαιδρύνονται, καὶ τὸ φέγγος τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας τοῖς πιστοῖς καταλάμπεται. — Hom. I in Annuntiat. B. M. V.

Hodie ab angelicis choris laudes diuinae celebrantur, et lumen Christi aduentus fidelibus illucescit.

1535. Item. — Σήμερον σύμπασα τῆς οἰκουμένης γαῖα χαρὰν περιεβάλετο, ἐπειδὴ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπιφοίτησις εἰς ἀνθρώπους γέγονε. — Hom. I.

Hodie totus terrarum orbis gaudio, ob aduentum Spiritus sancti in homines, plenus est.

1536. Item. — Σήμερον τὰς ἱερὰς τῶν φιληκόων καὶ φιλεορτῶν κεφαλὰς κατάστεψαι βουλόμενος ὁ Θεός. — Hom. I.

Hodie sacra beneuolorum et religiosorum, diesque festos studiose colentium capita coronare uolens Deus.

1537. Cantvs psalmorvm. — Δεῦτε τοίνυν καὶ ὑμεῖς, ὦ ἀγαπητοί, τὰ ἐκ τῆς τοῦ Δαβὶδ θεοπνεύστου κιθάρας, ἡμῖν δεδειγμένα μελῳδήσωμεν, λέγοντες· Ἀνάστηθι, *Κύριε, εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου· σὺ καὶ ἡ κιβωτὸς τοῦ ἁγιάσματός σου.* — Homil. I.

Adeste igitur, uos quoque carissimi, et dulcia uerba illa ex spiritali Dauid cithara nobis representata decantemus : *Surge Domine in requiem tuam, tu, et arca sanctificationis tuae.*

1538. Coelestis panis. — Ἐν τῇ τραπέζῃ τῶν κτηνῶν προετέθη ὁ οὐράνιος ἄρτος. — Hom. I.

In mensa iumentorum coelestis panis propositus est.

1539. Doxologia. — *Ὦ ἡ δόξα, τιμὴ, καὶ τὸ κράτος, σὺν τῷ Πατρὶ ἀχράντῳ, καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.* — Homil. I.

[Christus Deus noster]. *Cui gloria, honor, et imperium, cum immaculatissimo Patre et sanctissimo ac uiuifico Spiritu, nunc et semper, et in saecula saeculorum. Amen.*

[Ex codd. orientalibus mus. Brit., cod. add. 17267, fol. 31 v°]. Cf. Pitra (Martin), *Analecta Spicil. Solesm. par.*, t. IV.

1540. Formvla. — Adeste igitur, dilectissimi et nos, angelicam consectantes laudem, debitum pro uiribus nostris congruo tempore persoluamus honorem, dicentes : *Laetare, gaudio plena, Dominus tecum.* — Num. VI.

1541. Festivitates. — Ἑορτὰς μὲν ἁπάσας καὶ ὑμνῳδίας, δέον ἡμᾶς θυσιῶν δίκην προσφέρειν τῷ Θεῷ· πρώτην δὲ πάντων, τὸν Εὐαγγελισμὸν τῆς ἁγίας Θεοτόκου. — Homil. II.

Cunctas quidem festorum celebritates atque hymnodias decet nos sacrificiorum instar offerre Deo, primum autem omnium, Annuntiationem sanctissimae Dei genitricis.

1542. Annvntiationis festvm qvomodo celebrandvm. — Δεῖ οὖν ἡμᾶς τὴν ἑορτὴν ταύτην ἑορτάζειν, ἐπειδὴ χαρᾶς καὶ εὐφροσύνης πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐπλήρωσεν. Ἑορτάζωμεν δὲ ἡμεῖς ἐν ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις, καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς. — Homil. II.

Oportet igitur nos hanc festiuitatem celebrare, quoniam gaudio atque laetitia cunctum terrarum repleuit orbem. Celebremus igitur nos eam in psalmis et hymnis, ac canticis spiritualibus.

1543. Evangelica et apostolica lectio. — Ὅταν δὲ ἀναγινώσκεται τὸ Εὐαγγέλιον, ἢ ἀποστολικὸν, μὴ προσχῇς τῇ βίβλῳ, ἢ τῷ ἀναγινώσκοντι· ἀλλὰ τῷ ἀπ' οὐρανοῦ. — Homil. II.

Quando porro Euangelium legitur, uel apostolicum, non libro attendas, aut lectori, sed Deo e coelis loquenti.

1544. Deprecatio ad B. M. V. — *Σοῦ μὲν, ὦ παναγία Παρθένε, ἀνώτερος πάσης εὐφημίας ὁ ἔπαινος, διὰ τὸν ἐκ σοῦ Θεὸν σάρκα φορέσαντα καὶ γεννηθέντα ἄνθρωπον. Σοὶ πᾶσα φύσις ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων σέβας προσφέρει τὸ πρόσφορον. Σὺ γὰρ ἀληθῶς θρόνος χερουβικὸς ἀναδέδειξαι. Σὺ ἐν τοῖς ἄκροις τῶν νοητῶν βασιλειῶν, φωτὸς ἀπαύγασμα αναστράπτεις· ἔνθα δοξάζεται Πατὴρ ὁ ἄναρχος, οὗ τὴν δύναμιν ἔσχες ἐπισκιάζουσαν· προσκυνεῖται ὁ Υἱὸς, ὃν κατὰ σάρκα σὺ τέτοκας· δοξολογεῖται Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὅπερ ἐν τῇ γαστρί σου, τὴν γέννησιν τοῦ μεγάλου Βασιλέως ἐνήργησεν. Διὰ σοῦ κεχαριτωμένη, Τριὰς ἁγία καὶ ὁμοούσιος ἐν τῷ κόσμῳ γνωρίζεται. Μετὰ σοῦ, καὶ ἡμᾶς καταξίωσον μεταχεῖν τῆς τελείας σου χάριτος, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν· μεθ' οὗ, τῷ Πατρὶ δόξα ἅμα τε τῷ ἁγίῳ Πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς αἰῶνος τῶν αἰώνων. Ἀμήν* [al. *ᾧ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν*]. — Homil. II.

Tua sane, o sanctissima Virgo, laus omnem prorsus laudem, propter Deum ex te incarnatum ac hominem natum, excedit. Tibi omnis creatura, in coelis ac terris et apud inferos, reuerentiam ac cultum conuenientem offert. Tu enim uere thronus euasisti cherubicus. Tu in summis spiritualibus regnis lucis splendore coruscas : ubi glorificatur Pater omnis principii expers, cuius obumbrantem habuisti potentiam: adoratur Filium quem secundum carnem peperisti celebratur; Spiritus sanctus qui in tuo utero natiuitatem magni Regis peregit. Per te, o gratia plena, Trinitas sancta et Consubstantialis in mundo cognoscitur. Tecum, et nos dignare participes efficere perfectae tuae gratiae, in Christo Iesu Domino nostro: cum quo, Patri, gloria, simulque Spiritui sancto nunc et semper, et in saecula saeculorum. Amen (uar. : *gloria et potentia in secula saeculorum. Amen*).

1545. Deprecatio ad B. M. V. — *Χαῖρε, τοῦ χηρεύοντος κόσμου, νυμφοτόκε ἀμίαντε. Χαῖρε, ἡ ἐν μήτρᾳ τὸν τῆς μητρὸς βυθίσασα θάνατον. Χαῖρε, ὁ ἔμψυχος ναὸς τοῦ Θεοῦ. Χαῖρε, οὐρανοῦ καὶ γῆς ἰσόῤῥοπον οἴκημα. Χαῖρε, τῆς ἀχωρήτου φύσεως χωρίον εὐρύχωρον. Ἀλλὰ τούτων οὕτως ἐχόντων, ἐπέστη δι' αὐτῆς τοῖς ἀσθενοῦσιν ὁ ἰατρός· τοῖς ἐν σκότει καθημένοις, ὁ ἥλιος τῆς δικαιοσύνης· πᾶσιν δὲ τοῖς χειμαζομένοις, ἡ ἄγκυρα καὶ ὁ ἀχείμαστος λιμήν. Τοῖς ἀδιάλλακτα μισουμένοις δούλοις, ὁ Δεσπότης ἐτέχθη, καὶ τῆς εἰρήνης ὁ σύν-*

Aue, immaculata, uiduati orbis sponsa simul et mater. Aue, quae in tuo utero matris Euae mortem demersisti. Aue, animatum Dei templum. Aue, coele et terrae aequiualens dignumque domicilium. Aue, naturae illius incomprehensibilis capacissimum receptaculum. Cumque haec ita se habeant, adest per eam aegrotantibus medicus: in tenebris sedentibus, sol iustitiae; cunctis uero tempestate iactatis, anchora portusque tutissimus. Inimicis et Deo inuisis seruis Dominus natus est, pacisque uinculum factus, captiuis liberatio et bello exagita

δεσμος, ὁ λυτρωτὴς τοῖς αἰχμαλώτοις δούλοις ἐπεδήμησεν, τοῖς πολεμουμένοις ἡ εἰρήνη. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν· ἧς γένοιτο πάντας ἀπολαύειν ἡμᾶς, χάριτι, καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· ᾧ ἡ δόξα, τιμή, καὶ τὸ κράτος, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς πάντας αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

tis pacificatio. Ipse enim est pax nostra : qua quidem pace, utinam concedatur nobis omnibus frui, gratia et benignitate Domini nostri Iesu Christi : cui gloria, decus et imperium, nunc et semper, et in omnia saecula saeculorum. Amen.

EX SERMONE DE THEOPHANIA

1546. Festvm Epiphaniae. — Εἰ γὰρ καὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος Ἐπιφαναίας ἡ πανήγυρις παρελήλυθεν.

Nam etsi Epiphaniae siue apparitionis Saluatoris nostri celebritas praeterierit.

1547. De formvla baptismi. — Ποίαν ποιήσομαι ἐπὶ σὲ προσευχήν, τὸν προσδεχόμενον καὶ τὰς τῶν ἀγνοούντων σε πρόσευχάς; Τοὺς ἄλλους βαπτίζων, εἰς τὸ σὸν ὄνομα βαπτίζω, ἵνα πιστεύσωσιν εἰς σὲ τὸν ἐρχόμενον μετὰ δόξης· σὲ βαπτίζων, τίνος ἐπιμνησθῶ; Εἰς τίνος δὲ ὄνομά σε βαπτίσω; Εἰς τὸ τοῦ Πατρός; Ἀλλ' ὅλον τὸν Πατέρα ἔχεις ἐν ἑαυτῷ, καὶ ὅλος ὑπάρχεις ἐν τῷ Πατρί. Ἀλλ' εἰς τὸ τοῦ Υἱοῦ; Ἀλλ' οὐκ ἔστι παρὰ σέ, ἄλλος φύσει Υἱὸς Θεοῦ. Ἀλλ' εἰς τὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος;

Cuiusmodi super te orationem faciam [loquitur Ioh. Bapt.] qui etiam eorum qui te ignorant preces suscipis? Alios dum baptizo, in tuo nomine baptizo; ut in te cum gloria uenientem credant; te uero baptizans, cuius mentionem faciam? In cuius te nomine baptizabo? An in nomine Patris? At totum habes Patrem in teipso et totus in Patre es. An in nomine Filii? At non est praeter te alius natura Filius Dei. An in nomine Spiritus sancti?

1548. Doxologia. — *Χριστῷ τῷ ἀληθινῷ ἡμῶν Θεῷ· μεθ' οὗ, τῷ Πατρὶ δόξα, σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι· νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.*

Christo uero Deo nostro : cum quo Patri sit gloria una cum sanctissimo ac uiuifico Spiritu, nunc et semper et in saecula saeculorum. Amen.

EX SERMONE IN OMNES SANCTOS

1549. Festvm omnivm sanctorvm. — Ἐπεὶ οὖν ἡ πανήγυρις λαμπρὰ καὶ τὸ θέατρον συνεχές, καὶ ζέων ἐστὶ τῇ πίστει ὁ ἡμέτερος σύλλογος, ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ λόγου θαῤῥοῦντος τραπήσομαι· μάλιστα τοῦ Πατρὸς εὐχομένου, τῆς Ἐκκλησίας συναγωνιζομένης, μαρτύρων ἁγίων πρὸς τοῦτο ῥωννύντων τὸ ἀσθενές. — Sermo in omn. SS.

Cum itaque et festum hunc diem, sacramque panegyrin magno cum splendore celebrari, et spectatores huc frequentes confluxisse uideam, conuentumque nostrum fide inflammatum conspiciam, ad dicendum confidenter aggrediar : praesertim cum et a Patre roger, et Ecclesia faueat, opemque ferat et sancti martyres infirmitatem nostram huius rei causa corroborent.

1550. Doxologia. — ὅνπερ τροπωσόμεθα ἐναντία τῆς ἐκείνου φρονήσαντες προαιρέσεως· *χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.* — Ibid.

quem [scil. : diabolum] denique in fugam et nos uertemus, si ea quae ipsius uoluntati contraria sunt sapiamus, *gratia et benignitate Domini nostri Iesu Christi, cui gloria et potentia in saecula saeculorum. Amen.*

S. ANATOLII ALEXANDRINI

CANON PASCHALIS

Aegidii Bucherii S. I. textum sequimur; Kruschii editionem requiras in *Studien zur christl. mittelalt. Chronolog.*, 1880, p. 316.

1551. CAP. I. — DIVERSI DIVERSORVM CIRCVLI. HIPPOLYTI CYCLVS. PERIODVS LXXXIV ANNORVM. LOCVS ORIGENIS DE PASCHATE.

De ratione ordinationis temporum ac uicissitudinum mundi dicturi, diuersorum computariorum scita ponemus. Qui lunae tantummodo cursu computato, solis ascensum descensumque relinquentes, diuersos circulos sibique contrarios, et in calculo uerae computationis nunquam inuentos, adiectis quibusdam problematibus, construxerunt, cum certum sit, computationis rationem, absque his ambobus simul concurrentibus, non esse probandam. Nam et in ueteribus exemplaribus, id est Hebraeis et Graecis uoluminibus, non tantum lunae cursum, sed etiam solis non solum gressus, sed et singula ac minutissima horarum momenta, quae in suo tempore, cum ratio poposcerit, proferemus, inuenimus computata. E quibus Hippolytus XVI annorum circulum quibusdam ignotis lunae cursibus composuit. Alii XXV, alii XXX, nonnulli LXXXIV annorum circulum computantes, nunquam ad ueram Paschae computandi rationem peruenerunt. Verum maiores nostri, Hebraeorum et Graecorum librorum peritissimi (Isidorum, et Hieronymum et Clementem dico), licet dissimilia mensium principia pro diuersitate linguae senserint; tamen ad unam eamdemque Paschae certissimam rationem die et luna et tempore conuenientibus, summa ueneratione Dominicae resurrectionis, consenserunt. Sed et Origenes omnium eruditissimus, et calculi componendi perspicacissimus (quippe qui et Χαλκευτής uocatus), libellum *de Pascha* luculentissime edidit. In quo annuntians de die Paschae, non solum lunae cursum et aequinoctii transitum intuendum, sed et solis transcensum, omnium tenebrarum tetras insidias et offendicula auferentis, et lucis aduentum ac totius mundi elementorum uirtutem et inspirationem afferentis, esse seruandum, ita dicit : *In die,* inquit, *Paschae non dico obseruandum ut dies Dominica inueniantur, et lunae VII dies transeundi, sed ut sol diuisionem illam, lucis scilicet et tenebrarum, in exordio mundi, Domini dispensatione aequaliter compositam, transcendat; et ab una in duos, a duabus in tres, a tribus in quattuor, a quattuor in quinque, a quinque in sex horas, luce in solis ascensu crescente, tenebrae decrescant, a* [illegible]*, et uicesimi numeri adiectione completa, XII partes in uno eodemque die suppleantur.* Sed et ego, si aliquid stillicidii, post quorumdam exuberantia eloquentiae scientiaeque flumina, tentassem inferre; quid aliud credendum esset, nisi iactantiae, et. ut uerius dicam, dementiae ab omnibus esse adscribendum, nisi nos paulisper orationum tuarum pollicitarum animaret auxilium? quia credimus orationi ac fidei tuae nihil esse impossibile. Qua confidentia roborati, profundissimum obscurissimae computationis et improuisum pelagus, consurgentibus undique quaestionibus ac problematibus intumescentibus, ingrediemur uerecundia contempta.

1552. CAP. II. — DE NOVILVNIO PRIMI MENSIS. — Ἔχεις τοίνυν ἐν τῷ πρώτῳ ἔτει τὴν νουμηνίαν τοῦ πρώτου μηνὸς, ἥτις ἁπάσης ἐστὶν ἀρχὴ τῆς ἐννεακαιδεκαετηρίδος, τῇ κατ' Αἰγυπτίους μὲν Φαμενὼθ ἕκτῃ καὶ εἰκάδι, κατὰ δὲ τοὺς Μακεδόνων μῆνας, Δύστρου δευτέρᾳ καὶ εἰκάδι, ὡς δ' ἂν εἴποιεν Ῥωμαῖοι, πρὸ ἕνδεκα Καλανδῶν Ἀπριλίων. Εὑρίσκεται δὲ ὁ ἥλιος ἐν τῇ προειμένῃ Φαμενὼθ ἕκτῃ καὶ εἰκάδι οὐ μόνον ἐπιβὰς τοῦ πρώτου τμήματος, ἀλλ' ἤδη καὶ τετάρτην ἡμέραν ἐν αὐτῷ διαπορευόμενος. Τοῦτο δὲ τὸ τμῆμα, πρῶτον δωδεκατημόριον καὶ ἰσημερινὸν, καὶ μηνῶν ἀρχὴν, καὶ κεφαλὴν τοῦ κύκλου, καὶ ἄφεσιν τοῦ τῶν πλανητῶν δρόμου καλεῖν εἰώθασι· τὸ δὲ πρὸ τούτου, μηνῶν ἔσχατον καὶ τμῆμα δωδέκατον, καὶ τελευταῖον δωδεκατημόριον, καὶ τέλος τῆς τῶν πλανητῶν περιόδου. Διὸ καὶ τοὺς ἐν αὐτῷ τιθεμένους τὸν πρῶτον μῆνα, καὶ τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην τοῦ Πάσχα κατ' αὐτὴν λαμβάνοντας, οὐ μικρῶς οὐδ' ὡς ἔτυχεν ἁμαρτάνειν φαμέν.

Est ergo in primo anno initium primi mensis, quod est XIX annorum circuli principium; secundum Aegyptios quidem mensis Phomenoth XXVI die; iuxta Macedones uero Dystri mensis XXII die; secundum Romanos uero Martii mensis XXIII, id est VIII kalendas aprilis. In qua die non solum inuenitur sol conscendisse primam partem, uerum etiam quadram lunam [*lege :* quartum diem], iam in ea die habere, id est in prima ex duodecim partibus. Haec autem particula prima ex XII uernale est aequinoctium; et ipsa est initium mensium, et caput circuli, et absolutio cursus stellarum, quae planetae, id est uagae, dicuntur, ac finis XII particulae, et totius circuli terminus. Et ideo dicimus, non parum derelinquere eos, qui ante hoc initium noui anni Pascha putant esse celebrandum.

1553. CAP. III. — ANTIQVORVM IVDAEORVM OPINIO. — Ἔστι δ' οὐχ ἡμέτερος οὗτος ὁ λόγος. Ἰουδαίοις δὲ ἐγινώσκετο τοῖς πάλαι καὶ πρὸ Χριστοῦ, ἐφυλάττετό τε πρὸς αὐτῶν μάλιστα. Μαθεῖν δ' ἔστιν ἐκ τῶν ὑπὸ Φίλωνος, Ἰωσήπου, Μουσαίου λεγομένων· καὶ οὐ μόνων τούτων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἔτι παλαιοτέρων· ἀμφοτέρων Ἀγαθοβούλων τῶν ἐπίκλην Διδασκάλων· Ἀριστοβούλου τοῦ πάνυ, ὃς ἐν τοῖς ἑβδομήκοντα κατειλεγμένος τοῖς τὰς ἱερὰς καὶ θείας

Sed nec a nobis primis exordium sumit haec ratio : antiquis Iudaeis fuisse comprobata monstratur et ante aduentum Christi obseruata. Sicut euidenter docet Philo et Iosephus [et Musaeus], sed et iis antiquiores Agathobulus et ab eo eruditis Aristobulus ex Paneade; qui unus ex illis septuaginta senioribus fuit, qui missi fuerunt a pontificibus ad Ptolemaeum regem, Hebraeo-

Ἑβραίων ἑρμηνεύσασι Γραφὰς Πτολεμαίῳ τῷ Φιλαδέλφῳ καὶ τῷ τούτου πατρὶ, καὶ βίβλους ἐξηγητικὰς τοῦ Μωϋσέως νόμους τοῖς αὐτοῖς προσεφώνησε βασιλεῦσιν· οὗτοι τὰ ζητούμενα κατὰ τὴν Ἔξοδον ἐπιλύοντες, φασὶ δεῖν τὰ διαβατήρια θυεῖν ἐπίσης ἅπαντας μετὰ ἰσημερίαν ἐαρινὴν μεσοῦντος τοῦ πρώτου μηνός· τοῦτο δὲ εὑρίσκεται, τὸ πρῶτον τμῆμα τοῦ ἡλιακοῦ, ἢ ὥς τινες αὐτῶν ὠνόμασαν, ζωοφόρου κύκλου διεξιόντος ἡλίου.

rum libros interpretari in Graecum sermonem, quique multa ex traditionibus Moysi proponenti regi percunctantique responderunt. Ipsi ergo cum questiones Exodi exponerent, dixerunt Pascha non prius esse immolandum, quam aequinoctium uernale transiret.

1554. Cap. IV. — Qvid praeterea Aristobvlvs. — Ὁ δὲ Ἀριστόβουλος προστίθησιν, ὡς εἴη ἐξ ἀνάγκης τῇ τῶν διαβατηρίων ἑορτῇ μὴ μόνον τὸν ἥλιον τὸ ἰσημερινὸν διαπορεύεσθαι τμῆμα, καὶ τὴν σελήνην δέ. Τῶν γὰρ ἰσημερινῶν τμημάτων ὄντων δύο, τοῦ μὲν ἐαρινοῦ, τοῦ δὲ μετοπωρινοῦ, καὶ διαμετρούντων ἄλληλα· δοθείσης τε τῆς τῶν διαβατηρίων ἡμέρας τῇ τησσαρεσκαιδεκάτῃ τοῦ μηνὸς μεθ' ἑσπέραν, ἐστήξεται μὲν ἡ σελήνη τὴν ἐναντίαν καὶ διάμετρον τῷ ἡλίῳ στάσιν· ὡς περοῦν ἔξεστιν ἐν ταῖς πανσελήνοις ὁρᾷν· ἔσονται δὲ ὁ μὲν κατὰ τὸ ἐαρινὸν ἰσημερινὸν ὁ ἥλιος τμῆμα· ἡ δὲ ἐξ ἀνάγκης κατὰ τὸ φθινοπωρινὸν ἰσημερινὸν ἡ σελήνη.

Aristobulus etiam hoc addit, in die Paschae non solum obseruandum esse, ut sol aequinoctium uernale transcendat, uerum etiam et luna. Cum enim duo sint aequinoctia, inquit, ueris et autumni, aequis spatiis dirempta; et decima quarta die mensis primi ad uesperum sit statuta sollemnitas; quando soli opposita (luna) e regione deprehenditur, sicut etiam oculis probare licet; inuenitur utique uernalis aequinoctii partem sol obtinens, luna uero contrario autumnalis.

1555. Cap. V. — Certior Christianorvm sententia. — Οἶδα πλεῖστα καὶ ἄλλα πρὸς αὐτῶν λεγόμενα· τοῦτο μὲν πιθανά· τοῦτο δὲ κατὰ τὰς κυριακὰς ἀποδείξεις προϊόντα· δι' ὧν παριστάνειν πειρῶνται τὴν τοῦ Πάσχα καὶ τῶν Ἀζύμων ἑορτὴν, δεῖν πάντως μετ' ἰσημερίαν ἄγεσθαι. Παρίημι δὲ τὰς τοιαύτας τῶν ἀποδείξεων ὕλας ἀπαιτῶν, ὧν περιῄρηται μὲν τὸ ἐπὶ τοῦ Μωϋσέως νόμῳ κάλυμμα· ἀνακεκαλυμμένῳ δὲ τῷ προσώπῳ λοιπὸν ἤδη Χριστὸν καὶ τὰ Χριστοῦ ἀεὶ κατοπτρίζεσθαι μαθήματά τε καὶ παθήματα. Τοῦ δὲ τὸν πρῶτον παρ' Ἑβραίοις μῆνα περὶ ἰσημερίαν εἶναι, παραστατικὰ καὶ τὰ ἐν τῷ Ἐνὼχ μαθήματα.

Scio et alia multa ab iisdem tradi, partim probabilia, partim certissimis demonstrationibus conclusa; quibus se putant euidenter ostendere, Pascha et festum Azymorum omnino post aequinoctium esse celebrandum. Verum huiusmodi demonstrationum copiam exigere praetermittimus, quibus uelamen Mosaicae legis ablatum est : et quibus reuela iam facie Christum, Christique doctrinam et passionem tanquam in speculo deinceps intueri licet. Caeterum primum mensem apud Hebraeos circa aequinoctium incipere manifeste conuincitur, uel ex iis praeceptis quae in libro Enoch leguntur.

1556. Cap. VI. — Pascha non nisi post transactvm aeqvinoctivm celebrandvm.
Et ideo in hac concordatione solis et lunae Pascha non est immolandum, quia quamdiu in hoc cursu deprehenduntur, tenebrarum potestas non est uicta; et quamdiu aequalitas inter lucem et tenebras perdurat, nec a luce diminuta, Pascha non esse immolandum ostenditur. Idcirco ergo post aequinoctium Pascha immolari praecipitur, quia XIV luna ante aequinoctium, et in aequinoctio totam noctem non implet. Post aequinoctium uero luna XIV una die adiecta, quod est aequinoctii transgressus, licet ad uerum lumen, id est ortum solis et diei principium non pertenderit; tamen post se tenebras non derelinquet. Ideo ergo septem dies azymorum ad immolandum Pascha Moysi a Domino custodiri iubentur, ut in ipsis nulla tenebrarum potestas lucem supergredi inueniatur. Et licet quattuor noctium initium tenebrescat, id est XVII, et XVIII, et XIX, et XX, tamen uigesima luna tenebras extendi usque ad noctis medium ante exorta non permittit.

1557. Cap. VII. — Pascha immolari lvna XXII non vvlt Anatolivs.
Nobis autem, quibus impossibile est ut haec omnia uno eodemque tempore apte ueniant, id est luna XIV et dies Dominica, aequinoctio transacto; et quos necessitas Dominicae resurrectionis constringit, ut in die Dominica Paschae immolemus; conceditur ut usque ad uicesimam lunam principium nostrae solemnitatis extendamus. Quia uicesima luna licet totam noctam non impleat, tamen in secunda uigilia exorta maiorem noctis partem illuminat. Certe si usque ad duarum uigiliarium terminum, quod est noctis medium, ortus lunae tardauerit, non lux tenebras, sed tenebrae lucem superant. Quod certum est in Pascha non esse possibile, ut aliqua pars tenebrarum luci dominetur : quia sollemnitas Dominicae resurrectionis lux est; et non est communicatio luci cum tenebris. Et si in tertia uigilia luna scanderit, non est dubium lunam XXII uel XXIII lunam exortam, in qua uerum Pascha non est possibile immolari. Nam qui hac aetate lunae Pascha definiunt posse celebrari, non solum illud auctoritate diuinae Scripturae affirmare non possunt, sed et sacrilegii et contumaciae crimen, et animarum periculum incurrunt; dum affirmant ueram lucem posse immolari cum aliqua dominatione tenebrarum quae omnibus dominetur.

1558. Cap. VIII. — Contra qvosdam Galliae compvtistas, qvi lvna XXI et XXII Pascha legitimvm sanciebant.
Igitur non est huic assertioni contrarium, sicut quidam Galliae partis computarii affirmant, illud quod in

Exodo legitur : *Primo mense, XIV die mensis primi ad uesperum comedetis azyma, usque ad uicesimum primum diem mensis ad uesperum. Septem diebus fermentum non inuenietur in domibus uestris.* Vnde affirmant Pascha in uicesima prima luna posse immolari; intelligentes, quod si luna XXII adiecta fuerit, VIII dies azymorum inueniantur. Quod in Veteri quidem Testamento non potest probabiliter inueniri, Domino per Moysen praecipiente : *Septem diebus comedetis azyma.* Nisi forte ab eis decimus quartus dies in azymis cum Paschae immolatione non annumeretur; contra Euangelii dictum, dicentis : *Prima autem die azymorum accesserunt discipuli ad Iesum.* Quin dubium non est, quin XIV dies sit, in quo discipuli Dominum interrogauerunt secundum morem antiquitus sibi constitutum : *Vbi uis paremus tibi comedere Pascha?* Sed ideo hanc adiectionem affirmant, qui in hoc errore decipiuntur, quia nesciunt, XIII et XIV, XIV et XV, XV et XVI, XVI et XVII, XVII et XVIII, XVIII et XIX, XIX et XX, XX et XXI, lunam probatissime in uno die inueniri. Omnis namque dies in lunae computatione, non eodem numero quo mane initiatur, ad uesperum finitur : quia dies quae mane in luna, id est usque ad sextam et dimidium horae, XIII adnumeratur, eadem ad uesperum XIV inuenitur. Vnde ergo et Pascha usque ad XXI in uesperum extendi praecipitur; quae mane sine dubio, id est usque ad eum quem diximus horarum terminum, XX habebatur. Computa ergo a fine XIII lunae, quod est initium XIV, ad finem uicesimae, unde et XXI principium inchoatur; et inuenies septem tantum dies azymorum, in quibus uerissimum Pascha Domini ducatu praefinitum est immolari debere.

1559. Cap. IX. — Contra eos qvi tres ante Caesaris aeqvinoctivm dant Paschati dies.

Sed quid mirum, si in XXI luna errauerint, qui tres addiderunt dies ante aequinoctium, in quibus Pascha immolari posse definiunt? Quod certum omnimodis est putari absurdum, cum opertissimis Iudaeorum historiographis, et LXX Senioribus euidenter definitum sit, Pascha in aequinoctio celebrari non posse.

1560. Cap. X. — Asiaticorvm mos Pascha XIV lvna celebrandi qvavis feria, contra Petri et Pavli avctoritatem. Victor et Irenaevs.

Sed illis nihil arduum fuit, quibus licitum erat omnibus, quando XIV luna post aequinoctium aduenisset, Pascha celebrare. Quorum exemplum sequentes usque hodie omnes Asiae episcopi (quippe qui et ipsi ab auctore irreprehensibili, Iohanne scilicet euangelista et pectoris Domini incubatore, doctrinarum sine dubio spiritualium potatore, regulam susceperunt), indubitanter omnibus annis, quando XIV luna affuisset, et agnus apud Iudaeos immolaretur, aequinoctio transuadato, Pascha celebrabant : non acquiescentes auctoritati quorumdam, id est Petri et Pauli successorum; qui omnes Ecclesias in quibus spiritualia Euangelii semina seuerunt, sollemnitatem resurrectionis Domini in die tantum Dominica posse celebrari docuerunt. Vnde et contentio quaedam exorta est inter eorum successores, Victorem scilicet Romanae urbis eo tempore episcopum, et Polycratem qui tunc in episcopis Asiae primatum gerere uidebatur. Quae ab Irenaeo tunc Galliae partis praesule rectissime pacata sunt; utriusque partibus in sua regula perseuerantibus, nec a coepto antiquitatis more declinantibus. Illi quidem in XIV die mensis primi diem Paschae obseruabant secundum Euangelium, ut putabant, nihil omnino extrinsecus addentes, sed fidei regulam per omnia conseruantes. Hi autem Dominicae passionis diem transeuntes, ut tristitia ac moerore repletum, confirmant, ne liceat aliquando, nisi in die Dominica in qua resurrectio Domini a morte facta est, et in qua nobis exorta est sempiternae causa laetitiae, Dominicum Paschae celebrare mysterium. Aliud enim est secundum quod ab Apostolo, imo a Domino praeceptum est, cum contristato contristari et cum cruce passo compati, ipso dicente : *Tristis est anima mea usque ad mortem;* aliud cum uictore inimicum antiquum triumphante ac summo triumpho deuicto aduersario laetante collaetari, ipsomet praecipiente : *Congratulamini mihi quia inueni ouem meam quam perdideram.*

1561. Cap. XI. — Gemina lvna XVI et XVII in Christi resvrrectione.

Illud autem quod modo nobis innuunt, quod transeuntes lunam XIV principium Paschae lucidum celebrare non possumus, nos non mouet neque conturbat. Licet enim, usque ad uicesimam lunam principium Paschae extendi, illicitum esse definiant; tamen usque ad XVI et XVII, quae in eadem die eueniunt in qua Dominus resurrexit a mortuis, protelari debere, negare non possunt. Sed nos usque ad XX lunam propter diem Dominicam melius extendi Pascha decernimus, quam propter XIV lunam diem Dominicam anticipare; in qua nobis in principio lux, et nunc in fine omnium bonorum praesentium commoda et auspicia futurorum ostensa sunt. Quia non minore laude Dominus diem uicesimum prosequitur, quam decimum quartum. In Leuitico namque ita praecipitur : *Mense primo, decimo quarto die mensis huius ad uesperum Phase Domini est. Et decimo quinto die mensis huius solemnitas azymorum Domini est. Septem diebus azyma comedetis. Dies primus erit uobis celeberrimus et sanctus. Omne opus seruile non facietis in eo. Dies autem septimus erit uobis celebrior et sanctior. Omne opus seruile non facietis in eo.* Et idcirco confirmamus, nihil culpae contraxisse eos ante tribunal Christi, qui in hunc diem initium solemnitatis Paschae extendi debere censuerunt. Maxime cum tribus angustiis coarctamur; id est ut in die Dominica sollemnitatem Paschae uenerantes, aequinoctio transuadato, XX lunam non excedamus.

1562. Cap. XII. — Qvorvmdam obiectio, non posse Pascha spatio XIX annorvm semper in Dominica inveniri. Anatolii responsio.

Sed hoc ab aliis sapientibus et acutissimis uiris impossibile esse definitur, quod in illo angusto et breuissimo XIX annorum circuli spatio. Pascha uerissimum, id est in die Dominica, aequinoctium transgrediens inueniatur. Sed nos ut manifestius fiat hoc, quod illis incredulitatem inducit, illum quem diximus annorum circulum, cum lunae cursibus ponemus; computatis ante diebus, quibus reciprocis cursibus inuoluitur annus, in Kalendis, et Idibus et Nonis, et solis ascensu et descensu.

1563. CAP. XIII. — LVNAE AETAS IN KALENDARIO IVLIANO EXPANSA.

Ianuarius in Kalendis, una dies, luna prima. In Nonis, quinta dies, luna 5. In Idibus, 13 dies, luna 13. In pridie Kalendas Februarii, 31 dies, luna 1. In Kalendis Februarii, 32 dies, luna 2. In Nonis, 36 dies, luna 6. In Idibus, 44 dies, luna 14. In pridie Kalendas Martii, 59 dies, luna 29. Kalendis Martii, 60 dies, luna 1. In Nonis, 66 dies, luna 7. In Idibus, 74 dies, luna 15. In pridie Kalendas Aprilis, 90 dies, luna 2. Kalendis Aprilis, 91 dies, luna 3. In Nonis, 95 dies, luna 7. In Idibus, 103 dies, luna 15. In pridie Kalendas Maii, 120 dies, luna 3. Kalendis Maii, 121 dies, luna 4. In Nonis, 127 dies, luna 10. In Idibus, 135 dies, luna 18. In pridie Kalendas Iunii, 151 dies, luna 3. Kalendis Iunii, 152 dies, luna 5. In Nonis, 153 dies, luna 9. In Idibus, 164 dies, luna 17. In pridie Kalendas Iulii, 181 dies, luna 5. Kalendis Iulii, 182 dies, luna 6. In Nonis, 188 dies, luna 12. In Idibus, 196 dies, luna 20. In pridie Kalendas Augusti, 212 dies, luna 5. Kalendis Augusti, 213 dies, luna 7. In Nonis, 217 dies, luna 12. In Idibus, 225 dies, luna 19. In pridie Kalendas Septembris, 243 dies, luna 7. Kalendis Septembris, 244 dies, luna 8. In Nonis, 248 dies, luna 12. In Idibus, 256 dies, luna 20. In pridie Kalendas Octobris, 273 dies, luna 8. Kalendis Octobris, 274 dies, luna 9. In Nonis, 280 dies, luna 15. In Idibus, 288 dies, luna 23. In pridie Kalendas Nouembris, 304 dies, luna 9. Kalendis Nouembris, 305 dies, luna 10. In Nonis, 309 dies, luna 14. In Idibus, 317 dies, luna 22. In pridie Kalendas Decembris, 334 dies, luna 10. Kalendis Decembris, 335 dies, luna 11. In Nonis, 339 dies, luna 15. In Idibus, 347 dies, luna 23. Pridie Kalendas Ianuarii, 365 dies, luna 11. Kalendis Ianuarii, 366 dies, luna 12.

1564. CAP. XIV. — TABVLA PASCHALIS ANATOLII.

Nunc autem post computationem dierum et lunae cursum ostensum, quibus in finem usque uoluitur totus, annorum circuli principium inchoandum est. *Hoc Pascha a VI Kalendas Aprilis, usque in IX Kalendas Maii.*

	AEQVINOCTIVM	LVNA	PASCHA	LVNA
1	Sabbato	XXVI	XV. Kalend. Maii	XVIII
2	Dominica	VII	Kalendis Aprilis	XIV
3	II Feria	XVIII	XI. Kalendas Maii	XVI
4	III Feria	XXIX	Idibus Aprilis	XIX
5	IV Feria	X	IV. Kalend. Aprilis	XIV
6	V Feria	XXI	XIV. Kalend. Maii	XVI
7	Sabbato	II	VI. Kalend. Aprilis	XVII
8	Dominica	XIII	Kalendis Aprilis	XX
9	II Feria	XXIV	XVIII. Kalend. Maii	XV
10	III Feria	V	VIII. Idus Aprilis	XV
11	IV Feria	XVI	IV. Kalend. Aprilis	XX
12	V Feria	XXVII	III. Idus Aprilis	XV
13	VI Feria	VIII	III. Nonas Aprilis	XVII
14	Sabbato	XX	IX. Kalend. Maii	XX
15	Dominica	I	VI. Idus Aprilis	XV
16	II Feria	XII	II. Kalend. Aprilis	XVIII
17	IV Feria	XXIII	XIV. Kalend. Maii	XIX
18	V Feria	IV	II. Nonas Aprilis	XIV
19	VI Feria	XV	VI. Kalend. Aprilis	XVII

1565. CAP. XV. — CAESARIENSIS SYNODI LIMES AB ANATOLIO REIECTVS.

Hic circulus XIX annorum a quibusdam Africanis rimariis qui ampliores circulos conscripserunt, non probatur quia eorum suspicationibus ac opinionibus uidetur satis esse contrarius. Quippe qui has in suo numero rationes probatissimas componunt, principium quoddam Paschae finemque componentes, id est, ne ante XI Kalendas Aprilis, nec post uicesimam primam lunam et XI Kalendas Maii, Pascha immolandum esse. Quos terminos non solum non sequendos, sed etiam detestandos ac succidendos esse decerminus. Cum in ueteri quidem lege hoc solum custodiri debere decernitur, uti ne ante transgressum uernalis aequinoctii in quo autumnalis nouissima pars uincitur, decima quarta die mensis primi, qui non diei sed lunae orsibus computatur, Pascha immoletur. Quod quidem, ut Domini iussione sancitum est et catholicae fidei conueniens in omnibus, anticipari illicitum ac periculosum esse, omni sapienti non dubium est. Et idcirco hoc solum satis est omnibus sanctis et catholicis uiris custodire, ut plurimorum diuersis opinionibus praetermissis, intra terminos quos exposuimus, sollemnitatem Dominicae resurrectionis concludant.

1566. CAP. XVI. — DE SOLIS ASCENSV AC DESCENSV. QVATTVOR ANNI CARDINES EX ANATOLII SENTENTIA CAESARIANIS RESPONDENT.

Caeterum quod tuae epistolae subieceras, ut solis ascensum descensumque qui in diminutione dierum ac noctium conficitur, huic opusculo insinuare conarer, hoc modo inchoatur atque consumitur. Per XV dies et horae dimidium sole ascendente per singula momenta, id est per IV in una die, ab VIII Kalendas Ianuarii, in VIII Kalendas Aprilis hora diminuitur, in qua consumuntur XII horae et assis, id est prima pars ex duodecim particulis. In qua die ad uesperum, si luna XIV accidisset, agnus apud Iudaeos immolabatur. Sin autem excedens numerus, XV uel XVI luna fuisset inuenta, in uespere eiusdem diei in XIV in die secundae lunae eodem mense natae ad uesperum Pascha celebrabatur : septem diebus comedentes azyma, usque ad diem XXI in uesperum.

Nobis ergo similiter si eueniat, ut VIII Kalendas Aprilis et dies Dominica et luna XIV inueniatur, XIV Pascha celebrandum est. Sed et si XV uel XVI, et usque ad XX luna fuerit inuenta, pro reuerentia Dominicae resurrectionis quae in die Dominica facta est, nobis similiter celebrandum est; ita tamen ut principium Paschae finem solemnitatis eorum, id est, uicesimam lunam, non excedat. Et ideo non parum deliquisse diximus eos, qui anticipare uel excedere hunc numerum diuinae insertum Scripturae ausi sunt. Et ab VIII Kalendas Aprilis in VIII Kalendas Iulias per XV dies hora diminuitur; per duo momenta et dimidium, et sextam partem momenti, sole adscendente per singulos dies. Et ab VIII Kalendas Iulias in VIII Kalendas Octobris similiter per XV dies, et quattuor horas, hora diminuitur; descendente sole in unaquaque die per eumdem numerum momentorum; et spatium quod superest, usque in VIII Kalendas Ianuarii, simili numero horarum ac momentorum finitur. Ita ut VIII Kalendas Ianuarii horam est horae dimidium hora habeat. Eo usque namque dies et nox diminuuntur. Et XII horae quae in uernali aequinoctio in principio Domini dispensatione constitutae sunt, in VIII Kalendas Iulii nocte diminutae, sole ascendente per singulos quos supra diximus gradus XVIII, in duodecimo longiori spatio reperiantur adiunctae. Et iterum XII horae in autumnali aequinoctio solis descensu repleantur, in VIII Kalendas Ianuarii sex horae in XII diuisae inueniantur disiunctae, nocte XVIII in XII diuisas tenente. Quae in VIII Kalendas Iulii similiter VI et XII partitas tenebat.

1567. CAP. XVII. — OPERIS CONCLVSIO.

Hoc autem non ignores, quod ista quattuor quae diximus temporum confinia, licet mensium sequentium Kalendis adproximentur, unumquodque tamen medium temporis, id est uerni et aetatis, autumni et hiemis teneat. Et non ex inde temporum principia inchoantur, unde mensium Kalendae initiantur. Sed ita unumquodque tempus inchoandum est, ut a prima die ueris tempus aequinoctium diuidat; et aestatis VIII Kalendas Iulii et autumni VIII kalendas Octobris, et hiemis VIII kalendas Ianuarii similiter diuiditur.

S. PETRI ALEXANDRINI

EX CANONIBVS DE PAENITENTIA

1568. DIES STATIONVM. DIE DOMINICO NON GENVFLECTITVR. — Οὐχ ἐγκαλέσει τις ἡμῖν παρατηρουμένοις τετράδα καὶ παρασκευὴν, ἐν αἷς καὶ νηστεύειν ἡμῖν κατὰ παράδοσιν εὐλόγως προσετέτακται. Τὴν μὲν τετράδα διὰ τὸ γενόμενον συμβούλιον ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων ἐπὶ τῇ προδοσίᾳ τοῦ Κυρίου· τὴν δὲ παρασκευὴν, διὰ τὸ πεπονθέναι αὐτὸν ὑπὲρ ἡμῶν· τὴν δὲ κυριακὴν χαρμοσύνης ἡμέραν διὰ τὸν ἀναστάντα ἐν αὐτῇ, ἐν ᾗ οὐδὲ γόνυ κλίνειν παρειλήφαμεν. — Canon XV (et ex *Oratione paschali* apud PITRA, *Analect.*, t. III, p. 599).

Non reprehendet nos quispiam, quartam et sextam feriam obseruantes, in quibus nos ieiunare secundum traditionem cum ratione praceptum est. Quartam quidem propter initium à Iudaeis consilium de proditione Domini : sextam autem, quod ipse pro nobis passus sit. Diem enim Dominicum laetitiae diem agimus, quod in eo resurrexerit : in quo nec genua quidem flectere accepimus.

EX LIBRO DE PASCHA

1569. — Πέτρου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας καὶ μάρτυρος, ὅτι ἀπλανῶς ἔταξαν οἱ Ἑβραῖοι τὴν ιδʹ τοῦ αʹ μηνὸς τῆς σελήνης ἕως τῆς ἁλώσεως τῶν Ἱεροσολύμων.

Ὡς... μέγα ἔλεος τοῦ Θεοῦ· ἐν... παν... εὐχαριστοῦμεν αὐτῷ, καὶ ὅτι τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας κατέπεμψεν ἡμῖν, ὁδηγήσας ἡμᾶς εἰς τὴν ἀλήθειαν πᾶσαν. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ὁ νενομοθετημένος μὴν τῶν νέων, ἀρχὴ μηνῶν καὶ πρῶτος ἐν τοῖς μησὶ τοῦ ἐνιαυτοῦ, ἐγνωρίσθη ἡμῖν, καὶ ὑπὸ τῶν παλαιῶν συγγραφέων τῶν πρὸ τῆς ἁλώσεως τῆς Ἱερουσαλὴμ καὶ ὑπὸ τῶν νέων τῶν μετὰ ἅλωσιν ἐδείχθη ὁροθεσίαν ἔχειν εἰλικρινεστάτην καὶ καταφανεστάτην, διὰ τὸ μάλιστα ἔσθ' ὅτε μὲν τὰ νέα ἔν τισι τόποις προλαμβάνειν, ἔσθ' ὅτε δὲ ὑστερεῖν τῷ ποτὲ πρώιμα ποτὲ ὄψιμα γενέσθαι, ὥσπερ οὖν καὶ κατ' αὐτὴν τὴν ἀρχὴν τῆς πρὸ τοῦ Πάσχα νομοθεσίας ἐγίνετο, καθὼς γέγραπται· Ὁ δὲ πυρὸς καὶ ἡ ὄλυρα οὐκ ἐπλήγη· ὄψιμα γὰρ ἦν. Ὅθεν καλῶς νενομοθέτηται ἀπὸ τῆς ἐαρινῆς ἰσημερίας, εἰς ὁποίαν δ' ἂν ἑβδομάδα ἐμπέσῃ ἡ τεσσαρισκαιδεκαταία τοῦ πρώτου μηνὸς, ἐν αὐτῇ ἐπιτελεῖν τὸ Πάσχα μετὰ τοῦ καὶ ἐγκώμια πρεπωδέστατα καὶ ἁρμοστικώτατα εἰς τοῦτο παρειληφέναι.

Ex Petro Alexandriae episcopo et martyre, de eo quod decimam quartam primi mensis lunae usque ad Hierosolymorum excidium non recte statuerint Hebraei.

Quandoquidem magna est ubique Dei misericordia, hunc benedicamus, et quod spiritum ueritatis nobis miserit, deducens nos in omnem ueritatem. Ideo quippe mensis nouorum a lege inductus, mensium exordium, ac primus inter anni menses nobis notus factus est : et ab antiquis scriptoribus, qui ante, et a posterioribus, qui post Hierosolymorum excidium uixere, sincerissimum ac euidentissimum habere terminum demonstratum est : praesertim, quod noua interdum quibusdam in locis praeuerti : interdum etiam defici, uel serius fieri praecocia contingat, quomodo erat in ipso ante Pascha legislationis initio : iuxta quod scriptum est : Triticum autem et far non sunt laesa, quia serotina erant. Vnde recte a lege praescriptum est, ut a uerno aequinoctio, in quancumque hebdomadem incidat decima quarta primi mensis, in illa Pascha agatur, sumptis prius ad illud celebrandum decentibus ac consentaneis encomiis. Primus enim, inquit, hic

Πρῶτος γὰρ, φησὶν, οὗτος μὴν ὑμῖν... καὶ ἀρχὴ μηνῶν ἐν τοῖς μησὶν, τοῦ ἐνιαυτοῦ γέγραπται, ὅτε ὁ μὲν ἥλιος ἐν θέρει γενόμενος τὰ φῶτα πλείονα καὶ λαμπρότερα ἀποδίδωσιν, ἡ δὲ ἡμέρα ἐπεκτεινομένη μεγεθύνεται, τῆς νυκτὸς ὑποστελλομένης καὶ μειουμένης, τὰ δὲ νέα σπέρματα ἐπανθήσαντα διακαθαίρεται εἰς τοὺς ἅλωνας συγκομιζόμενα. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πάντα τὰ ἀκρόδρυα βλαστάνει καὶ ἐπανθεῖ ἐπιχωρῆς... ἐπαγόμενα. Εὐθέως γοῦν ἐπικαταλαμβάνονται ἐν παραλλαγῇ διαφόρων καὶ ποικίλων καρπῶν, ὡς καὶ σταφυλήν ποτε εὑρίσκεσθαι κατ' αὐτὸν τὸν καιρὸν, καθὼς καὶ ὁ νομοθέτης φησί. Καὶ αἱ ἡμέραι ἔαρος, πρόδρομοι σταφυλῆς, ἡνίκα ἀπέστειλεν τοὺς κατασκοπεύσοντας τὴν γῆν, ἤνεγκαν τὸν μέγα βόθρυν ἐν ἀναφορεῦσι, καὶ ἀπὸ τῶν ῥοῶν καὶ ἀπὸ τῶν συκῶν· Τότε γὰρ, ὥς φασι, καὶ ὁ κτίστης καὶ δημιουργὸς τῶν ἁπάντων Θεὸς ἡμῶν αἰώνιος τὰ πάντα συνεστήσατο, εἰς ἅπτηρ κατέλεξεν· Βλαστησάτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου· σπεῖρον σπέρμα κατὰ γένος καὶ καθ' ὁμοιότητα καὶ ξύλον κάρπιμον ποιοῦν καρπὸν, οὗ τὸ σπέρμα αὐτοῦ κατὰ γένος ἐπὶ τῆς γῆς. Καὶ ἐπήνεγκεν, ὅτι Καὶ ἐγένετο οὕτως, καὶ μάλα καλῶς καὶ δικαίως. Ἐξέφανε τὸν παρ' Ἑβραίοις νομοθετηθέντα πρῶτον μῆνα, ὃν ἔγνωμεν πεφυλαγμένον παρὰ Ἰουδαίοις μέχρι τῆς ἁλώσεως Ἱερουσαλὴμ, διὰ τὸ μάλιστα Ἑβραίοις οὕτω παραδεδωκέναι, μετὰ δὲ τὴν ἅλωσιν λεληρημένον κατά τινα καὶ ἐν τούτῳ πώρωσιν· ὅνπερ ἡμεῖς ἐνθέσμως καὶ εἰλικρινῶς ἐπιτηροῦντες παρελάβομεν. Καὶ ἐν τουτῷ κατὰ... ῥητὸν, λέγων... διζομένην εἰς εὔσημον ἡμέραν τῆς ἁγίας ἑορτῆς ἡμῶν, ἥνπερ ἡ ἐκλογὴ ἐπέτυχεν, οἱ δὲ λοιποὶ ἐπωρώθησαν, καθὼς εἶπεν ἡ Γραφή.

mensis principium mensium in mensibus anni scriptus est : cum sol scilicet aestiuo tempore plura longe lumina et clariora emittit : dies uero producitur, fitque maior, dum nox contrahitur ac minuitur : noua porro semina cum floruerint, perpurgantur et ad areas deferuntur. Neque tamen ista duntaxat, sed et uniuersa pullulant arbusta, et in flores euadunt. Statim igitur uarios diuersosque fructus alternatim emittere deprehenduntur, ita ut interdum botrus, interdum fructus alius uno eodemque tempore reperiatur, quemadmodum ait legislator : Et dies ueris praecursores botri, quando misit qui specularentur terram, attulerunt ingentem botrum in uectibus, de malis quoque granatis et de ficubus. Tum enim, ut ait conditor, uniuersorumque opifex Deus noster aeternus, omnia confert ad ea quae elegit : Germinet terra herbam uirentem et faciens semen iuxta genus suum et similitudinem suam, et lignum fructiferum faciens fructum, cuius semen in seipso sit super terram. Tum subdit : Et actum est ita : et uidit Deus quod esset bonum. Quin etiam ostendit primum qui apud Hebraeos lege inductus est mensem, quem obseruatum fuisse a Iudaeis nouimus, usque ad Hierosolymorum excidium, quia id maxime sic Hebraeis traditum est. Post excidium uero idem ludibrio est habitus ex quadam cordis obduratione, quem nos legitime ac sincere obseruantes recepimus, et in hoc iuxta... uerbum, cum ait... diem sanctae festiuitatis nostrae, quem electio consecuta est : caeteri uero occalluerunt, quemadmodum dixit Scriptura.

[Καὶ μεθ' ἕτερα]. Καὶ ταῦτα γάρ φησι· Πάντα ποιήσουσιν εἰς ὑμᾶς, ὅτι οὐκ ἔγνωσαν τὸν πέμψαντά με. Εἰ δὲ καὶ τὸν πέμψαντα καὶ τὸν πεμφθέντα ἠγνόησαν, οὐκ ἔστιν ἀμφιβάλλειν· ὅτι καὶ τῆς νομοθεσίας τοῦ Πάσχα τὴν ἀγνωσίαν ἔσχοσαν, ὡς μὴ μόνον τῆς κατ' ἐκλογὴν τοποθεσίας ἐκπεσεῖν, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀρχῆς τῶν μηνῶν τοῦ πρώτου ἐν τοῖς μησὶ τοῦ ἐνιαυτοῦ, οὗ τὴν τεσσαρισκαιδεκατείαν οἱ πάλαι εἰλικρινῶς ἐπιτηροῦντες μετὰ τὴν ἰσημερίαν ἔθυον τὸ Πάσχα κατὰ τὴν θείαν παραγγελίαν. Οἱ γὰρ νῦν πρὸ ἰσημερίας αὐτὸ ποιοῦσι πάνυ ἀμελῶς καὶ κατεσφαλμένως ἀγνοοῦντες, ὥσπερ οὖν καὶ ἐπ' ἔτος ἐποίησαν, ὡς καὶ αὐτὸς συνομολογῶν ἐν τούτοις γράφεις.

[Et post alia]. Haec quippe ait : Omnia facient uobis propter nomen meum quoniam non cognouerunt qui misit me. Si autem et eum qui misit, et qui missus est nescierunt, dubitare haud licet, quin Pascha a lege praeceptum ignorauerint, ut non in loci electione duntaxat, sed etiam in mensis, qui primus est inter menses anni, exordio errauerint, cuius decima quarta sincere obseruata, post aequinoctium Pascha ueteres celebrarunt iuxta diuinum praeceptum, cum illud hodie ante aequinoctium nunc peragant, ac negligenter quidem et erronee omnino; ignorantes quemadmodum sua ii tempestate fecerunt, ut ipsemet fatetur qui in istis descriptus est.

Εἴτε οὖν σφαλλόμενοι Ἰουδαῖοι κατὰ τὸν σεληνιακὸν δρόμον ποτὲ μὲν Φαμενὼθ ἄγουσι τὸ ἑαυτῶν Πάσχα εἴτε κατὰ τὸν ἐμβόλιμον μῆνα κατὰ τριετίαν τῷ Φαρμουθὶ, οὐδὲν ἡμῖν διαφέρει· πρόκειται γὰρ ἡμῖν οὐδὲν ἕτερον ἢ τὴν ἀνάμνησιν τοῦ πάθους αὐτοῦ ποιεῖσθαι, καὶ κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν, ὡς οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται παραδεδώκασι, πρὶν Αἰγυπτίους πιστεῦσαι. Οὐ γὰρ νῦν πρῶτον ἐπιτηροῦντες τὸν σεληνιακὸν δρόμον ἄγουσιν αὐτὸ ἐξ ἀνάγκης δὶς μὲν τῷ Φαμενὼθ, ἅπαξ δὲ κατὰ τριετίαν τῷ Φαρμουθί· ἀπ' ἀρχῆς γὰρ καὶ πρὸ τῆς Χριστοῦ παρουσίας πάντοτε οὕτω ποιήσαντες φαίνονται. Ὅθεν καὶ αἰτιώμενος αὐτοὺς ὁ Θεὸς διὰ τοῦ προφήτου ἔλεγεν· Καὶ εἶπον· Ἀεὶ πλανῶνται τῇ καρδίᾳ· ὡς ὤμοσα ἐν τῇ ὀργῇ μου, εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου.

Siue igitur errantes Iudaei iuxta lunarem cursum mense Phamenoth suum interdum agant Pascha, siue iuxta mensem intercalarem unoquoque triennio mense Pharmuthi, nostra non interest. Nihil quippe aliud nobis propositum est, quam ut eius passionis memoriam agamus, atque adeo hoc ipso tempore, quomodo qui suis ipsi oculis spectauere tradiderunt, priusquam Aegyptii crederent. Neque enim obseruato lunari cursu illud necessario peragunt XVI die Phamenoth, semel uero quolibet triennio mense Pharmuthi : ab initio quippe et ante Christi incarnationem ita uidentur egisse. Vnde cum illos arguit Dominus per Prophetam, ait : Et dixi : Semper hi errant corde, et iuraui in ira mea si introibunt in requiem meam.

Ὅπερ, ὡς ὁρᾷς, καὶ ἐν τούτῳ φαίνει τὰ μεγάλα ψευδηγορῶν οὐ μόνον κατὰ ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ κατὰ τοῦ Θεοῦ, πρῶτον μὲν ἐπεὶ οὐδέπω εἰς τοῦτο ἐπλανῶντο Ἰουδαῖοι,

Quod quidem ut uides, uel in eo etiam maxime mentiri adparet, non in homines modo, sed etiam in Deum : ac primo cum in hoc nunquam errauerint Iudaei, ut

ἡνίκα συνῆσαν αὐτοῖς οἱ ἀπ' ἀρχῆς πρὸ τῆς Χριστοῦ παρουσίας. Οὐδὲ γὰρ διὰ τὴν νομοθεσίαν τοῦ Πάσχα λέγει αὐτοὺς ὁ Θεὸς ἀεὶ πλανωμένους τῇ καρδίᾳ, ὥσπερ σὺ ἔγραψας, ἀλλὰ διά τε τὴν ἄλλην πᾶσαν παρακοὴν καὶ διὰ τὰ πονηρὰ καὶ ἀηδῆ αὐτῶν ἔργα, ἅτε δὴ ὁρῶν αὐτοὺς ἐν εἰδωλολατρείαις καὶ πορνείαις ἀναστρεφομένους.

qui cum iis qui suis ipsi oculis uiderunt, et ministri fuerunt, conuersabantur, multo magis neque ab initio antequam Christus nasceretur. Neque enim propter legis de Paschate praeceptum illos ait Deus semper corde errasse, quemadmodum scripsisti, sed propter aliam inobedientiam, et propter mala ac turpia eorum opera, cum scilicet ad idolorum cultum et ad fornicationes sese illos conuertisse aduerteret.

[Καὶ μετ' ὀλίγα]. Ὥστε καὶ ἐν τούτῳ πολὺ, καὶ πάνυ γε πολὺ, ἐπεὶ καθύπνωσας, διέγειρον σεαυτὸν τοῖς τοῦ Ἐκκλησιαστοῦ βουκέντροις, μεμνημένος μάλιστα τοῦ λέγοντος· Ὀλίσθημα ἀπὸ ἐδάφους μᾶλλον ἢ ἀπὸ γλώσσης. Καὶ γὰρ, ὡς πάλιν ὁρᾷς ἐπὶ τοὺς καθηγησαμένους αὐτῶν φθάνει τὸ ἐπενεχθὲν ὑπὸ σοῦ ἔγκλημα· καὶ ἔστιν ὑφορᾶσθαι τὸν παρακολουθοῦντα μέγαν κίνδυνον, ἅτε δὴ ἀκουόντων ἡμῶν ὅτι ὁ βάλλων λίθον εἰς ὕψος ἐπὶ κεφαλὴν αὐτοῦ βάλλει. Εὐχερὴς δὲ μᾶλλον καὶ πᾶς ὅστις τολμᾷ ἐν τούτῳ καὶ Μωϋσέα τὸν τηλικοῦτον θεράποντα τοῦ Θεοῦ αἰτιᾶσθαι ἢ τὸν διαδεξάμενον αὐτὸν Ἰησοῦν τὸν τοῦ Ναυῆ ἢ τοὺς καθεξῆς τοὺς εὖ παρηκολουθηκότας αὐτῶν καὶ ἄρξαντας, λέγω δὴ τοὺς κριτὰς καὶ τοὺς φαινομένους βασιλέας, ἢ καὶ τοὺς πνευματοφόρους προφήτας, καὶ ἔτι τοὺς γενομένους ἐν αὐτοῖς ἀμέμπτους ἀρχιερέας, οἷς εἰ καὶ μὴ ...σιν ἑπόμενοι, ἀλλ' οὖν γε ἐν τῇ τοῦ Πάσχα εὐχαιριμωτάτῃ παραφυλακῇ συνεφώνουν, ὡς ἐν ταῖς ἄλλαις αὐτῶν ἑορταῖς.

[Et post pauca]. Vel in hoc multum, multumque omnino, siquidem dormitabas, te ipsum Ecclesiastae flagellis excitasti, memor praesertim loci illius ubi ait : Lapsus a terra uel a lingua. Quippe, ut rursum uides, obiectum a te crimen in illorum duces reflectitur : quinetiam magnum subsequens periculum licet suspicari, utpote cum audiamus lapidem quem quis in altum proiecerit in illius caput recidere. Multo magis temerarius est, qui in hoc Moysen, talem Dei seruum, audet criminari, uel qui ei successit Iesum filium Naue, uel qui exinde hos recte sunt sectati, uel qui ipsimet incoepere, iudices, inquam, ac reges, uel quos Spiritus Sanctus inspirauit prophetas, illosque qui inter summos pontifices inculpati exstitere, quique traditiones secuti nihil immutarunt, uerum in opportuna Paschatis obseruatione, ut et in aliis suis festiuitatibus consenserunt.

[Καὶ μεθ' ἕτερα]. Ὥστε ἐπὶ τὸ ἀκινδυνότερον μᾶλλον καὶ εὐφημότερον ἐχρῆν καταδραμεῖν, καὶ μὴ ῥιψοκινδύνως καὶ δυσφήμως γράφειν ὅτι ἀπ' ἀρχῆς καὶ ἀεὶ φαίνονται περὶ τὸ Πάσχα πλανώμενοι· ὅπερ οὐκ ἔχεις δεῖξαι, ὁπόσα κἂν θέλεις δημηγορεῖν τοῖς νυνὶ κατὰ πολλὴν πλάνην τῆς τε νομοθεσίας τοῦ Πάσχα καὶ τῶν ἄλλων ἐκπεπτωκόσι. Φαίνονται γὰρ οἱ πάλαι μετὰ ἐαρινὴν ἰσημερίαν αὐτὸ ποιοῦντες· ὅπερ δύνασαι γνῶναι ἐντυχὼν συγγράμμασιν ἀρχαίοις οἷς μάλιστα ἀνεγράψαντο οἱ παρ' Ἑβραίοις σοφοί.

[Et post alia]. Sed et tutius suauiusque longe magis currendum erat, non uero temere ac perperam scribendum, ab initio et semper circa Pascha errasse uideri, cum id minime possis ostendere, quidquid ingerere uelis iis qui nunc cum plurimo errore a legis praecepto de Paschate et aliis aberrant. Videntur enim ueteres illud egisse post uernum aequinoctium quod nosse tibi licebit libros ueteres legenti, illosque maxime qui a sapientibus Hebraeis sunt conscripti.

Ὅτι μὲν οὖν οὐ μόνον μέχρι τοῦ Κυριακοῦ πάθους, ἀλλὰ καὶ ἕως τῆς ὑστάτης ἁλώσεως Ἱεροσολύμων τῆς γενομένης ἐπὶ Οὐεσπασιανοῦ βασιλέως Ῥωμαίων ἀπλανῶς τάττων τὴν ιδ' τοῦ πρώτου μηνὸς τῆς σελήνης ὁ Ἰσραηλίτης λαὸς τὸ νομικὸν ἑόρταζε Πάσχα, διὰ τούτων συντόμως ἀποδέδεικται. Τῶν ἱερῶν τοίνυν προφητῶν καὶ πάντων, ὡς ἔφην, ὁμοῦ τῶν ὁσίως καὶ δικαίως ἐν τῷ νόμῳ Κυρίου πολιτευσαμένων σὺν παντὶ τῷ λαῷ τὸ τυπικὸν καὶ σκιῶδες Πάσχα ἑορταζόντων, ὁ πάσης ἀοράτου καὶ ὁρατῆς κτίσεως Δημιουργὸς καὶ Δεσπότης, ὁ μονογενὴς Υἱὸς καὶ Λόγος, ὁ τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι συναΐδιος καὶ ὁμοούσιος κατὰ τὴν θεότητα, ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ Θεὸς Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων κατὰ σάρκα τεχθεὶς ἐκ τῆς ἁγίας ἐνδόξου δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου καὶ κατὰ ἀλήθειαν θεοτόκου Μαρίας, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς ὀφθεὶς, καὶ τοῖς ὁμοουσίοις κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα ἀνθρώποις ὡς ἄνθρωπος ἀληθῶς συναναστραφεὶς, καὶ αὐτὸς· σὺν τῷ λαῷ ἐν τοῖς ἔτεσι τοῖς πρὸ τοῦ κηρύγματος καὶ τοῖς ἐν τῷ κηρύγματι τὸ νομικὸν καὶ σκιῶδες Πάσχα ἐπετετέλεσεν, ἐσθίων τὸν τυπικὸν ἀμνόν. Οὐκ ἦλθον γὰρ καταλῦσαι τὸν νόμον ἢ τοὺς προφήτας, ἀλλὰ πληρῶσαι, αὐτὸς ἐν Εὐαγγελίοις εἴρηκεν ὁ Σωτήρ. Ἐπεὶ δὲ ἐκήρυξεν, οὐκ ἔφαγε τὸν ἀμνὸν, ἀλλ' αὐτὸς ἔπαθεν ὡς ἀληθινὸς ἀμνὸς ἐν τῇ τοῦ Πάσχα ἑορτῇ, καθὼς διδάσκει ὁ θεολόγος καὶ εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης ἐν τῷ κατ' αὐτὸν Εὐαγ-

Hactenus igitur usque ad Dominicam passionem atque adeo in postremo Hierosolymitano excidio quod sub Vespasiano Romanorum imperatore contigit, populum Israelitam XIV primi mensis lunae recte statuta, legale celebrasse Pascha breuiter demonstratum est. Sacris ergo prophetis omnibusque ut dixi, sancte simul et iuste in lege Domini uersantibus, cum uniuerso populo, typicum et umbratile Pascha celebrantibus, inuisibilis et uisibilis omnis creaturae Conditor, ac Dominus unigenitus Filius, et Verbum Patri et Spiritui sancto coaeternum, eiusdemque secundum deitatem substantiae, Dominus noster et Deus Iesus Christus in saeculorum consummatione secundum carnem natus ex sancta gloriosa Domina nostra Dei Genitrice et semper Virgine, ac reuera Dei Genitrice Maria, et in terra uisus, et eiusdem substantiae secundum humanitatem cum hominibus, ut homo, uere conuersatus, ipseque cum populo annis ante praedicationem, et in praedicatione legale et typicum Pascha celebrauit, comedens agnum typicum : neque enim se uenisse ut legem solueret uel prophetas, sed ut adimpleret, ipsemet in Euangeliis dixit Saluator. Postquam uero praedicauit, non comedit agnum, sed ipse passus est ut uerus agnus in paschali festiuitate quemadmodum docet theologus et euangelista Iohannes in Euangelio a se conscripto; ubi sic ait : Adducunt ergo Iesum ad Caïpham in praeto-

γελίῳ, λέγων οὕτως· Ἄγουσιν οὖν τὸν Ἰησοῦν ἀπὸ τοῦ Καϊάφα εἰς τὸ πραιτώριον· ἦν δὲ πρωΐα, καὶ αὐτοὶ οὐκ εἰσῆλθων εἰς τὸ πραιτώριον, ἵνα μὴ μιανθῶσιν, ἀλλ' ἵνα φάγωσι τὸ Πάσχα. Καὶ μετ' ὀλιγα· Ὁ οὖν Πιλᾶτος ἀκούσας τοῦτον τὸν λόγον ἤγαγεν ἔξω τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἐκάθισεν ἐπὶ βήματος εἰς τόπον λεγόμενον Λιθόστρωτον, Ἑβραϊστὶ δὲ Γαββαθᾶ. Ἦν δὲ Παρασκευὴ τοῦ Πάσχα· ὥρα ἦν ὡσεὶ τρίτη· καθὼς τὰ ἀκριβῆ βιβλία περιέχει, αὐτό τε τὸ ἰδιόχειρον τοῦ εὐαγγελιστοῦ, ὅπερ μέχρι τοῦ νῦν πεφύλακται χάριτι Θεοῦ ἐν τῇ Ἐφεσίων ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ, καὶ ὑπὸ τῶν πιστῶν ἐκεῖσε προσκυνεῖται. Καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς εὐαγγελιστής φησιν· Οἱ οὖν Ἰουδαῖοι, ἵνα μὴ μείνῃ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ τὰ σώματα ἐν τῷ Σαββάτῳ, ἐπεὶ Παρασκευὴ ἦν (ἦν γὰρ μεγάλη ἡ ἡμέρα ἐκείνου τοῦ Σαββάτου), ἠρώτησαν τὸν Πιλᾶτον ἵνα κατεαγῶσιν αὐτῶν τὰ σκέλη καὶ ἀρθῶσιν. Ἐν αὐτῇ οὖν τῇ ἡμέρᾳ, ἐν ᾗ ἔμελλον οἱ Ἰουδαῖοι πρὸς ἑσπέραν ἐσθίειν τὸ Πάσχα, ἐσταυρώθη ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ Σωτὴρ ὁ Χριστὸς, θῦμα γενόμενος τοῖς μέλλουσι μεταλήψεσθαι τῆς πίστεως τοῦ κατ' αὐτὸν μυστηρίου, κατὰ τὸ γεγραμμένον τῷ μακαρίῳ Παύλῳ. Καὶ γὰρ τὸ Πάσχα ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν ἐτύθη Χριστός· καὶ οὐχ ὥς τινες ἀμαθίᾳ φερόμενοι διαβεβαιοῦνται ὡς φαγὼν τὸ Πάσχα παρεδόθη· ὅπερ οὔτε παρὰ τῶν ἁγίων Εὐαγγελίων μεμαθήκαμεν, οὔτε τις τῶν μακαρίων ἡμῖν ἀποστόλων τι τοιοῦτον παραδέδωκεν. Ἐν ᾧ οὖν καιρῷ ἔπαθεν ὑπὲρ ἡμῶν κατὰ σάρκα ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ Θεὸς Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, τὸ κατὰ νόμον οὐκ ἔφαγε Πάσχα, ἀλλ' ὡς ἔφην, αὐτὸς ὡς ἀληθὴς ἀμνὸς ἐτύθη ὑπὲρ ἡμῶν ἐν τῇ τοῦ σκιώδους Πάσχα ἑορτῇ ἐν ἡμέρᾳ Παρασκευῇ, τῇ ιδ' τοῦ πρώτου μηνὸς τῆς σελήνης. Πέρας οὖν ἀνείληφε τὸ τυπικὸν Πάσχα τοῦ ἀληθινοῦ Πάσχα παραγενομένου. Τὸ γὰρ Πάσχα ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν ἐτύθη Χριστὸς, ὡς πρόκειται καὶ διδάσκει τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς ὁ ἀπόστολος Παῦλος.

rium. Erat autem mane, et ipsi non introierunt praetorium, ut non contaminarentur, sed ut manducarent Pascha. Et post pauca : Pilatus autem cum audisset hos sermones, adduxit foras Iesum, et sedit pro tribunali in loco qui dicitur Lithostrotos, Hebraice autem Gabbatha. Erat autem Parasceue hora quasi tertia, ut adcurati libri praeferunt, ipsumque euangelistae manu descriptum exemplar, quod diuina gratia ad haec usque tempora in sanctissima Ephesiorum ecclesia asseruatur, et a fidelibus ibi colitur. Rursum porro ait idem euangelista : Iudaei ergo quoniam Parasceue erat, ut non remanerent in cruce corpora, erat enim magnus ille dies Sabbati, rogauerunt Pilatum ut frangerentur eorum crura et tollerentur. Isto igitur die quo Iudaei manducaturi erant Pascha, crucifixus est Dominus noster et Saluator Iesus Christus, hostia factus est iis, qui sumpturi erant fidei secundum illum mysterium, iuxta quod scriptum est a beato Paulo : Pascha enim nostrum pro nobis immolatus est Christus, non uero uti qui prae orantia labuntur, asserunt, cum Pascha manducaret traditus est : quod neque ex sanctis Euangeliis didicimus, neque quisquam ex beatis apostolis nobis tradidit. Quo igitur tempore passus est pro nobis secundum carnem Dominus noster et Deus Iesus Christus, legale non manducauit Pascha, sed, ut dixi, ipse ut uerus agnus immolatus est pro nobis in umbratilis Paschatis festiuitate, die Parasceues, XIV primi mensis lunae. Desiit ergo typicum Pascha uero praesente Paschate : Pascha enim nostrum pro nobis immolatus est Christus, ut superius dictum est, docetque uas electionis Paulus apostolus.

FRAGMENTVM LITVRGICVM

FAIIVMENSE

τυδι ς

1570. Recto. — 1 + ογενηθηςεβηθλεεμ καιανατραφεις ενναζαρετκατηγησας εντοιχαλιλεα.
2 ηταμεσιμιωνεξουρανουτωαστερωςφανεντωςπημεναιςαχχραυρουντες
3 εθαυμασανουγονηπεσουντεςελεγανδοξατοπατριαληλουηα.
4 δοξατουιωχαιτοαγιωπνεματιαληλουηααληλουηααληλουηα

1571. Verso. — 1 τυδι ε
2 ++ εχλεχτοςοαγιοςιωαννηςοβαπτιστηςωχηριξαςμετανοια
3 ενολωτωχοσμωειςαφεσιντωναμαρτιωνημων

[Restitvtio]

[Recto. Ὁ γεννηθεὶς ἐν Βηθλεέμ, καὶ ἀνατραφεὶς ἐν Ναζαρέτ, κατοικήσας ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ, εἴδομεν σημεῖον ἐξ οὐρανοῦ· (τῷ) ἀστέρας φανέντας ποιμένες ἀγραυλοῦντες ἐθαύμησαν· (οὐ) γονυπεσόντες ἔλεγον· δόξα τῷ Πατρί, ἀλληλούϊα· δόξα τῷ Υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, ἀλληλούϊα, ἀλληλούϊα, ἀλληλούϊα.	Qui natus est Bethleem, nutritus Nazareth, in Galilaea moratus, uidimus signum in coelo. Sidera fulgentia pastores pernoctantes mirati sunt. Genuflectentes dixerunt : Gloria Patri, alleluia. Gloria Filia et Sancto Spiritui, alleluia, alleluia, alleluia.
[Verso. Τυδὶ έ. Ἐχλεχτὸς ὁ ἅγιος Ἰωάννης ὁ βαπτιστής, ὁ κηρύξας μετάνοιαν ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ, εἰς ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν.]	Die quinto tybi. Illustre Iohannes Baptista predicans paenitentiam in uniuerso mundo in remissionem peccatorum.

(Var. pro κατοικήσας? κατηχήσας? Cf. A. Harnack, *Geschichte d. altchristl. Litteratur,* t. I, p. 467.)

EX SANCTI METHODII EPISCOPI

CONVIVIO

1572. Ritvs pro Sabbato magno. — Ὥσπερ γὰρ εἴ τις ἐν ἡμέρᾳ τοῦ Πάσχα καὶ τῆς νηστείας ἐπισφαλῶς νοσηλευομένῳ προσέφερε τροφὴν, καὶ ἐκέλευε διὰ τὴν ἀσθένειαν ἀπογεύεσθαι τούτων τῶν προσφερουμένων, λέγων· Ὡς ἄρα τὸ μὲν ἀληθῶς, ὦ οὗτος, καλὸν, ἐχρῆν, ὥσπερ δὴ καὶ ἡμᾶς, καὶ σὲ καρτερῶς διαμείναντα, τῶν αὐτῶν μεταλαβεῖν· ἀπηγόρευται γὰρ σήμερον διαίτης ἐπιμνησθῆναι τὸ σύνολον. — Oratio III, cap. xii.

Velut enim siquis in die Paschae ac ieiunii grauiter aegrotanti cuipiam cibum offerat, iubeatque, qua laborat aegritudine, gustare quae adponantur, dicens : Bonum quidem erat, o amice, ac uere decebat, te quoque, uti et nos, fortiter perseuerantem, eadem percipere : interdictum enim hodie est, cibi ullius uel prorsus meminisse.

Τῶν αὐτῶν μεταλαβεῖν. *Eadem mysteria sumere,* quod praecipue in Paschate fiebat et die Resurrectionis, expleta ieiuniorum obseruantia, de qua hic Methodius, et quam ipsam Pascha uocat, quod dies isti Paschae proximi, ipsi quoque ita dicerentur, actiorique ieiunio et inedia peragerentur : Magno praesertim Sabbato, quando ad diei Do-

minicae auroram uel gallicinium fideles ieiunium tenebant, tuncque celebratis diuinis mysteriis illis impertiebantur. Quem ritum hic omnis locus indicat, sonatque postcommunio (ut uocant) missae Sabbati sancti, quam sic occupato die illa celebrant cum pertineat ad noctem ipsam resurrectionis. Illa ergo die uel cibi meminisse piaculum erat, a quo tamen per indulgentiam infirmus immunis erat. Cespitarunt grauiter interpretes, cum alter reddidit. *de oblatis abstinere;* alter, *facere quod omnes hodie faciunt,* id est in inedia perseuerare, nihil attendentes scopum illius omnis inediae, sic Methodio insinuatum, nempe τὴν μετάληψιν, *mysteriorum perceptionem,* ea die sanctis omnibus ac fidelibus communem. Hactenus Combefisius.

1573. Hymnus Theclae et sociarum in uolumine III dabitur.

DE LIBERO ARBITRIO

1574. Hymnvs. — Ἄσωμεν τοιγαροῦν καὶ ἡμεῖς τὴν ὁμοίαν ᾠδὴν, καὶ τὸν ὕμνον ἀναπέμψωμεν τῷ ἁγίῳ Πατρὶ, Πνεύματι δοξάζοντες Ἰησοῦν, τὸν ἐν κόλποις αὐτοῦ. — Init.

Canamus ergo et ipsi eamdem cantionem, hymnumque submittamus Patri sancto; Iesum qui in eius sinu est, Spiritu glorificantes.

DE RESVRRECTIONE

1575. Materia baptismi. — Νῦν δὲ καὶ μετὰ τὸ πιστεῦσαι, καὶ ἐπὶ τὸ ὕδωρ ἐλθεῖν τοῦ ἁγιασμοῦ, πολλάκις ἐν ἁμαρτίαις ὄντες εὑρισκόμεθα. — §. v.

Atqui etiam post susceptam fidem, ac postquam ad aquam illam sanctificantem accessimus, saepe peccatis obnoxii inuenimur.

ADAMANTIVS

DE RECTA IN DEVM FIDE

1576. — **ΑΔΑΜΑΝΤΙΟΣ.** Πάντες οἱ ἄνθρωποι ἐκ τούτου τοῦ πνεύματος ἔχουσιν, ἢ οἱ πιστεύσαντες τῷ ἀγαθῷ; **ΜΑΡΚΟΣ.** Ἐπὶ τῆς Εὐχαριστίας ἔρχεται. — Dial. *De rect. in Deum fide,* sect. II.

Adamantivs. — Omnesne homines ex hoc spiritu habent, an ii qui bono crediderunt?

Marcvs. — In gratiarum actione uenit.

CANON SCRIPTVRARVM ALEXANDRINVS

SIVE CATALOGVS CLAROMONTANVS

1577. Canon S. Scriptvrarvm. — Versus scripturarum sanctarum :
ita Genesis uersus IIIID
Exodus uersus $\overline{III}$DCC
Leuiticum uersus $\overline{II}$DCCC
Numeri uersus $\overline{III}$DCL
Deuterenomium uer. $\overline{III}$CCC
Iesu Nauue uer. $\overline{II}$
Iudicum uer. $\overline{II}$
Rud uer. CCL
Regnorum uer.
primus liber uer. $\overline{II}$D
secundus lib. uer. $\overline{II}$
tertius lib. uer. $\overline{II}$DC
quartus lib. uer. $\overline{II}$CCCC
Psalmi Dauitici uer. $\overline{U}$.
Prouerbia uer. $\overline{I}$DC
Aeclesiastes DC
Cantica canticorum CCC
Sapientia uers. $\overline{I}$
Sapientia $\overline{IHU}$ uer. $\overline{II}$D
XII Profetae uer. $\overline{III}$CX
Ossee uer. DXXX
Amos uer. CCCCX
Micheas uer. CCCX
Ioel uer. XC
Abdias uer. LXX
Ionas uer. CL
Naum uer. CXL
Ambacum uer. CLX
Sophonias uer. CXL
Aggeus uers. CX
Zacharias uer DCLX
Malachiel uer. CC
Eseias uer. $\overline{III}$DC
Ieremias uer. $\overline{IIII}$LXX
Ezechiel uer $\overline{III}$DC
Daniel uer. $\overline{I}$DC
Maccabeorum sic
lib. primus uer. $\overline{II}$CCC
lib. secundus uer. $\overline{II}$CCC
lib. quartus uer. $\overline{I}$
Iudit uer. $\overline{I}$CCC
Hesdra $\overline{I}$D
Ester uer. $\overline{I}$
Iob uer. $\overline{I}$DC
Tobias uer. $\overline{I}$
Euangelia IIII
Mattheum uer. $\overline{II}$DC
Iohannes uer. $\overline{II}$
Marcus uer. $\overline{I}$DC
Lucam uer $\overline{II}$DCCCC
Epistulas Pauli
ad Romanos uer. $\overline{I}$XL
ad Chorintios I uer. $\overline{I}$LX
ad Chorintios II uer. LXX
ad Galatas uer. CCCL
ad Efesios uer. CCCLXXV
ad Timotheum I uer. CCVIII
ad Timotheum II uer. CCLXXXVIIII
ad Titum uer. CXL
ad Colosenses uer. CCLI
ad Filimonem uer. L
ad Petrum prima CC
ad Petrum II uer. CXL
Iacobi uer. CCXX
Pr. Iohanni epist. CCXX
Iohanni epistula · II· XX
Iohanni epistula · III· XX
Iudae epistula uer. LX
Barnabae epist. uer DCCCL
Iohannis reuelatio $\overline{I}$CC
Actus apostolorum $\overline{II}$DC
Pastoris uersi $\overline{IIII}$
Actus Pauli uer. $\overline{III}$DLX
Reuelatio Petri CCLXX.

[Ex cod. Paris. (Bibl. nat.) gr. 107, fol. 467[a]].

AFRICA

EX TERTVLLIANI
APOLOGETICO AD GENTES

1578. Coetvs antelvcani. Cantvs hymnorvm. — [Plinius misit ad Traianum consultationem de quibusdam damnatis Christianis] adlegans..... nihil aliud se de sacramentis eorum comperisse, quam coetus antelucanos ad canendum *Christo ut Deo* et ad confoederandam disciplinam; homicidium, adulterium, fraudem, perfidiam et caetera scelera prohibentes. — 2.

1579. Vnctio. — Christianus uero, quantum interpretatio est de unctione deducitur. — 3.

1580. Deprecatio ad obtinendam imbrem. — quibus [scil. : litteris Marci Aurelii imperatoris] illam germanicam sitim Christianorum forte militum precationibus impetrato imbri discussam contestatur. — 5.

1581. Annvli ritvs in matrimonio. — Circa feminas quidem etiam illa maiorum instituta ceciderunt, quae modestiae, quae sobrietati patrocinabantur, cum aurum nulla norat praeter unico digito, quem sponsus oppignerasset pronubo annulo. — 6.

1582. Coetvs cottidiani. — cottidie obsidemur, cottidie prodimur, in ipsis plurimum coetibus et congregationibus nostris opprimimur. — 7.

1583. Arcanae disciplina. — omnibus mysteriis silentii fides debeatur. — 7.

1584. Arcanae disciplina. — [si paganorum mysteria] reticentur, quanto magis talia, quae prodita interim etiam humanam animaduersionem prouocabunt, dum diuina seruatur. Si ergo non ipsi proditores sui, sequitur ut extranei. Et unde extraneis notitia? cum semper etiam piae initiationes arceant profanos et ab arbitris caueant nisi si impii minus metuunt. — 7.

1585. De imaginibvs sacris. — Nam, ut quidam, somniastis caput asininum esse deum nostrum. — 16.

1586. De crvcis adoratione. — qui crucis nos religiosos putat, consecraneus noster erit. — 16.

1587. De veri Solis cvltv. — Alii plane humanius et uerisimilius Solem credunt deum nostrum. — 16.

1588. De imaginibvs sacris. — licet solem non in linteo depictum adoremus. — 16.

1589. Conversio orantis ad orientem. — nos ad orientis regionem precari. — 16.

1590. Dominicae diei observatio. De sacris imaginibvs Christianorvm. — si diem solis laetitiae indulgemus, alia longe ratione quam de religione solis, secundo loco, ab eis sumus qui diem Saturni otio et uictui decernunt exorbitantes et ipsi a Iudaico more quem ignorant. Sed noua iam Dei nostri in ista ciuitate proxime editio publicata est, ex quo quidam in frustrandis bestiis mercenarius noxius picturam proposuit cum eius modo inscriptione : DEVS CHRISTIANORVM ΟΝΟΚΟΙΤΗΣ. Is erat auribus asinis, altero pede ungulatus, librum gestans, et togatus. — 16.

1591. Adoratio Dei. — Quod colimus nos, Deus unus est. — 17.

1592. De exorcistis. — Edatur hic aliquis sub tribunalibus uestris, quem daemone agi constet. Iussus a quolibet Christiano loqui spiritus ille, tam se daemonem confitebitur de uero quam alibi deum de falso. — 23.

1593. De exorcismo. — nisi se daemones confessi fuerint, Christiano mentiri non audentes. — 23.

1594. De ritv et formvla exorcismorvm. — Atqui omnis haec nostra in illos [scil. : daemones] dominatio et potestas de nominatione Christi ualet et de commemoratione eorum, quae sibi a Deo per arbitrum Christum imminentia expectant. Christum timentes in Deo, et Deum in Christo, subiiciuntur serui Dei et Christi. Ita de contactu deque afflatu nostro contemplatione et repraesentatione ignis illius correpti, etiam de corporibus nostro imperio excedunt inuiti et dolentes et uos praesentibus erubescentes. — 23.

1595. Deprecatio pro imperatoribvs. — Nos enim pro salute imperatorum *Deum* inuocamus *aeternum*, *Deum uerum*, *Deum uiuum*. — 30.

1596. Extensio brachiorvm. De statv orantis. Depr.

PRO IMPERATORE. DE VSV INCENSI. — Illuc suspicientes Christiani manibus expansis quia innocuis, capite nudo quia non erubescimus, denique sine monitore quia de pectore oramus. Precantes sumus omnes semper pro omnibus imperatoribus, *uitam illis prolixam, imperium securum, domum tutam, excercitus fortes, senatum fidelem, populum probum, orbem quietum, et quaecumque hominis et Caesaris uota sunt.* Haec ab alio orare non possum, quam a quo scio me consecuturum, quoniam et ipse est qui solus praestat, et ego sum qui impetrare debetur, famulus eius, qui eum solum obseruo, qui propter disciplinam eius occidor, qui ei offero opimam et maiorem hostiam, quam ipse mandauit, orationem de carne pudica, de anima innocenti, de Spiritu sancto profectam. Non grana thuris unius assis, Arabicae arboris lacrymas, nec duas meri guttas. — 30.

1597. DE ORANTE CHRISTIANO. DEPREC. PRO IMPERATORE. — paratus est ad omne supplicium ipse habitus orantis Christiani. Hoc agite, boni praesides, extorquete animam Deo supplicantem pro imperatore. — 30.

1598. DEPRECATIO PRO CAESARE ET PRO INIMICIS ET PERSECVTORIBVS. — Qui ergo putaueris nihil nos de salute Caesarum curare, inspice Dei uoces, litteras nostras, quas neque ipsi supprimimus, et plerique casus ad extraneos transferunt. Scito ex illis, praeceptum esse uobis ad redundantiam benignitatis, etiam pro inimicis Deum orare et persecutoribus nostris bona precari. — 31.

1599. DEPRECATIO PRO POTESTATIBVS. — Sed etiam nominatim atque manifeste : Orate, inquit, pro regibus, et pro principibus, et potestatibus, *ut omnia tranquilla sint uobis.* — 31.

1600. DEPR. PRO IMPERATORE REBVSQUE ROMANIS. — Est et alia maior necessitas nobis orandi pro imperatoribus, etiam pro omni statu imperii rebusque Romanis. — 32.

1601. ORATIO. — quae nolumus experiri, ea dum precamur differri. — 32.

1602. IVRAMENTI FORMVLA. — Sed et iuramus sicut non per genios Caesarum ita *per salutem eorum*, quae est augustior omnibus geniis. — 32.

1603. DE EXORCISMIS. — daemonas, id est genios, adiurare consueuimus ut illos de hominibus exigamus, non deierare, ut illis honorem diuinitatis conferamus. — 32.

1604. FORMVLA. — *Dominus enim meus unus est, Deus omnipotens et aeternus.* — 34.

1605. DE SVBVERSIONE COEMETERIORVM. — nec mortuis parcunt [scil. : pagani] Christianis, quin illos de requie sepulturae, de asylo quodam mortis. — 37.

1606. COETVS. DEPRECATIONES PRO DIVERSIS. PRAESIDES CONVENTVS. DE ARCA PRO ELEEMOSYNIS. DE STIPE MENSTRVA VOLVNTARIA. DE « PAVPERIBVS » ECCLESIAE. DE « FRATRVM » VOCABVLO. DE AGAPE. ORATIO ANTE CIBVM. VIGILIAE NOCTVRNAE. DE HYMNORVM CANTV. ORATIO POST CIBVM. — Coimus in coetum et congregationem, ut ad Deum, quasi manu facta, precationibus ambiamus. Haec uis Deo grata est. *Oramus* etiam *pro imperatoribus, pro ministeriis eorum ac potestatibus, pro statu saeculi, pro rerum quiete, pro mora finis.* Cogimur ad Litterarum diuinarum commemorationem, si quid praesentium temporum qualitas aut praemouere cogit aut recognoscere. Certe fidem sanctis uocibus pascimus, spem erigimus, fiduciam figimus, disciplinam praeceptorum nihilominus in compulsationibus densamus; ibidem etiam exhortationes castigationes et censura diuina. Nam et iudicatur magno cum pondere, ut apud certos de Dei conspectu, summumque futuri iudicii praeiudicium est, si quis ita deliquerit ut a communicatione orationis et conuentus et omnis sancti commercii relegetur. Praesident probati quique seniores, honorem istum non pretio sed testimonio adepti : neque enim pretio ulla res Dei constat. Etiam si quod arcae genus est, non de honoraria summa quasi redemptae religionis congregatur; modicam unusquisque stipem menstrua die, uel quum uelit et si modo uelit et si modo possit, adponit : nam nemo compellitur, sed sponte confert. Haec quasi deposita pietatis sunt. Nam inde non epulis, nec potaculis, nec ingratis uoratriuis dispensatur, sed egenis alendis humandisque, et pueris ac puellis re ac parentibus destitutis iamque domesticis senibus, item naufragis, et si qui in metallis et si qui in insulis, uel in custodiis duntaxat ex causa Dei sectae alumni confessionis suae fiunt...... Sed et quod fratrum appellatione censemur, non alias opinor, infamant, quam quod apud ipsos omne sanguinis nomen de affectione simulatum est...... At quanto dignius fratres et dicuntur et habentur, qui unum patrem Deum agnouerunt, qui unum Spiritum biberunt sanctitatis, qui de uno utero ignorantiae eiusdem ad unam lucem expauerunt ueritatis...... Coena nostra de nomine rationem sui ostendit; id uocatur, quod dilectio penes Graecos est. Quantiscunque sumptibus constet, lucrum est pietatis nomine facere sumptum, siquidem inopes quosque refrigerio isto iuuamus, non qua penes uos parasiti adfectant ad gloriam famulandae libertatis sub auctoramento uentris inter contumelias saginandi sed qua penes Deum maior est contemplatio mediocrium. Si honesta causa est conuiuii, reliquum ordinem disciplinae aestimate, qui sit de religionis officio : nihil utilitatis, nihil inmodestiae admittit, non prius discumbitur, quam oratio ad Deum praegustetur; editur quantum esurientes capiunt, bibitur quantum pudicis est utile. Ita saturantur, ut qui meminerint etiam per noctem adorandum Deum sibi esse; ita fabulantur, ut qui sciant Dominum audire. Post aquam manualem et lumina, ut quisque de Scripturis sanctis uel de proprio ingenio potest prouocatur in medium Deo cauere hinc probatur quomodo biberit. Aeque oratio conuiuium dirimit. Inde disceditur..... ad eamdem curam modestiae et pudicitiae ut qui non tam coenam coenauerint quam disciplinam. — 39.

1606ᴬ. DE IEIVNIIS. — Nos uero ieiuniis aridi et omni continentia expressi, ab omni uitae fruge ditati, in sacco et cinere uoluntates, inuidia coelum tundimus, Deum tangimus, et cum misericordiam extorserimus, Iupiter honoratur a uobis, Deus negligitur. — 40.

1607. De vsv incensi pro mortvis non pro diis. — Thura plane non eminus, si Arabiae quaeruntur, scient Sabaei pluris et charioris suas merces Christianis sepeliendis, profligari quam diis fumigandis. Certe, inquitis, templorum uectigalia cottidie decoquunt, stipes quotusquisque iam iacta. Non (enim) sufficimus et hominibus et diis uestris mendicantibus opem ferre, nec putamus aliis quam potentibus impertiendum. — 42.

AD NATIONES

1608. Conventvs Christianorvm. — scitis et dies conuentuum nostrarum; itaque et obsidemur et opprimimur et in ipsis arcanis congregationibus detinemur. — I, 7.

1609. De conversione ad orientem in oratione et de Dominica die. — Alii plane humanius solem Christianum deum estimant, quod innotuerit ad orientis partem facere nos precationem uel die solis laetitiam curare. — I, 13.

1610. De sacris imaginibvs contra Christianos. — Adeo nuper quidam perditissimus in ista ciuitate...... picturam in nos proposuit sub ista proscriptione : ΟΝΟΚΟΙΤΗΣ. Is erat auribus cauteriorum, et in toga, cum libro, altero pede ungulato. — I, 14.

DE SPECTACVLIS

1611. De abrenvntiatione. — Cum aquam ingressi Christianam fidem in legis suae uerba profitemur, renuntiatasse nos *diabolo et pompae et angelis eius* ore nostro contestamur. — 4.

1612. Item. — ad spectacula pertinere renuntiationis nostrae testimonium in lauacro, quae *diabolo et pompae et angelis eius* sint mancipatae, scilicet per idololatriam. — 4.

1613. Item. — De sacrificiis quidem certi sumus, nulla ex parte competere nobis ea qui bis idolis renuntiauimus. — 13.

1614. Item. — hoc erit pompa diaboli, aduersus quam in signaculo fidei eieramus. — 24.

1615. Elevatio manvvm. Amen. Doxologia. — Quale est enim de Ecclesia Dei in diaboli Ecclesiam tendere? de coelo (quod aiunt) in coenum? illas manus quas ad Dominum extuleris postmodum laudando histrionem fatigare? ex ore quo *amen* in Sanctum protuleris, gladiatori testimonium reddere, εἰς αἰῶνας ἀπ' αἰῶνος, alii omnino dicere nisi Deo Christo? — 25.

1616. De exorcismis. — in exorcismo cum oneraretur immundus spiritus, quod ausus esset fidelem. — 26.

1617. De arcanae disciplina. — nostrae coenae, nostrae nuptiae nondum sunt, non possumus cum illis [scil. : ethnicis] discumbere, quia nec illi nobiscum. — 28.

1618. Conventvs. De re litvrgica. — spectacula Christianorum, sancta, perpetua, gratuita : in his tibi ludos Circenses interpretare, cursus saeculi intuere, tempora labentia, spatia dinumera, metas consummationis exspecta, societates Ecclesiarum defende, ad signum Dei suscitare, ad tubam angeli erigere, ad martyrii palmam gloriare. Si scenicae doctrinae delectant, satis nobis litterarum est, satis uersum est, satis sententiarum, satis etiam canticorum, satis uocum; nec fabulae, sed ueritates; nec strophae, sed simplicitates. — 29.

DE IDOLOLATRIA

1619. De sacris imaginibvs apvd Christianos. — Si nulla lex Dei prohibuisset idola fieri a nobis, si nulla uox Spiritus sancti fabricatoribus idolorum non minus quam cultoribus comminaretur : de ipso sacramento nostro interpretaremur nobis aduersas esse fidei eiusmodi artes. — 6.

1620. Elevatio manvvm. Evcharistia in manibvs accepta. — ab idolis in Ecclesiam uenire, de aduersarii officina in domum Dei uenire, attollere ad Deum patrem manus matres idolorum, his manibus adorare quae foris aduersus Deum adorantur, eas manus admouere corpore Domini, quae daemoniis corpora conferunt. Nec hoc sufficit. Parum sit, si ab aliis manibus accipiant quod contaminant; sed etiam ipsi tradunt aliis quod contaminauerunt. Alleguntur in ordinem ecclesiasticum artifices idolorum. Pro scelus! Semel Iudaei Christo manus intulerunt, isti cottidie corpus eius lacessunt. — 7.

1621. De thvre pro sepvltvra. — thura dico et caetera peregrinitatis ad sacrificium idolorum, etiam hominibus ad pigmenta medicinalia, nobis quoque insuper ad solatia sepulturae usui sunt. — 11.

1622. De exorcistis. — Quo ore Christianus thurarius, si per templa transibit, fumantes aras despuet, et exsufflabit quibus ipse prospexit? Qua constantia exorcizabit alumnos suos. — 11.

1623. De ritv Ivdaico derelicto. — Nobis quibus Sabbata extranea sunt et neomeniae et feriae a Deo aliquando dilectae. — 14.

1624. Sollemnitates Christianorvm. Dominica dies. Pentecostes. — O melior fides nationum in suam sectam! quae nullam sollemnitatem Christianorum sibi uindicat, non Dominicum diem, Pentecosten, etiamsi

nossent, nobiscum communicassent, timerent enim ne Christiani uiderentur. — 14.

1625. De festis Christianorvm. — Nam ethnicis semel annuus dies quisque festus est : tibi octauus quisque dies. Excerpe singulas sollemnitates nationum et in ordinem texe, pentecosten implere non poterunt. — 14.

1626. De benedictione. — Aeque benedici per deos nationum Christo initiatus non sustinebit, ut semper reiiciat immundam benedictionem, et eam sibi in Deum conuertens emundet. — 22.

1627. De catechvmenorvm ervditione. — haec accedentibus ad fidem proponenda, et ingredientibus in fidem inculcanda est. — 24.

DE CVLTV FEMINARVM

1628. De abrenvntiatione. — hi sunt angeli quibus in lauacro renuntiamus. — I, 2.

DE TESTIMONIO ANIMAE

1629. De benedictionibvs. Formvla. — Etiam quod penes Deum bonitatis et benignitatis omnis benedictio inter nos summum sit disciplinae et conuersationis sacramentum. *Benedicat te Deus,* tam facile pronuntias, quam Christiano necesse est. — 2.

1630. De exorcismo. — Enimuero cur daemonia affirmamus esse? sane quasi non et probemus, qui ea soli de corporibus exigimus. Aliqui Chrysippi assentor illudit ea, et esse, et abominationem sustinere, exsecrationes tuae respondent. Daemonium uocas, hominem aut immunditia, aut malitia aut insolentia, aut quaecunque macula, quam nos daemoniis deputamus aut ad necessitatem odii opportunam. Satanam denique in omni auersatione et aspernatione et detestatione pronuntias, quem nos dicimus malitiae angelum totius erroris artificem, totius erroris saeculi interpolatorem. — 3.

1631. Lectiones. Cantvs psalmorvm. Sermo. Deprecationes. — Iam uero prout scripturae leguntur aut psalmi canuntur, aut allocutiones proferuntur, aut petitiones delegantur. — 9.

AD MARTYRES

1632. De pace pro lapsis. — pacem, quidam in Ecclesia non habentes, a martyribus in carcere exorare consueuerunt. — 1.

1633. De agape. — Ipsam interim conuersationem saeculi et carceris comparemus, si non plus in carcere spiritus acquirit quam caro amittit, imo et quae iusta sunt caro non amittit per curam Ecclesiae, agapen fratrum. — 2.

1634. Interrogationes in baptismo. — Vocati sumus ad militiam Dei uiui iam tunc, cum in sacramenti uerba respondimus. — 4.

1635. Doxologia. — *gloria in saecula saec.* — 3.

DE BAPTISMO

1636. De materia baptismi. — Felix sacramentum aquae nostrae. — 1.

1637. Baptismvs in aqva. — nos discipuli secundum ΙΧΘΥΝ nostrum Iesum Christum in aqua nascimur. — 1.

1638. De baptismi ritv. — Nihil adeo est quod tam obduret mentes hominum quam simplicitas diuinorum operum quae in actu uidetur, et magnificentia quae in effectu repromittitur: ut hic quoque, quoniam tanta simplicitate sine pompa, sine apparatu nouo aliquo, denique sine sumpta homo in aqua demissus, et inter pauca uerba tinctus, non multo uel nihilo mundior resurgit. — 2.

1639. De aqva pro baptismo. — Huius memores pronuntiationibus, tamquam praescriptionibus, nihilominus quam stultum et impossibile sit aqua reformari tractamus. Quid utique ista materia tantae dignationis meruerit officium. — 3.

1640. De loco baptismi sev de baptisterio. — Ita de Sancto sacrificata natura aquarum, et ipsa sanctificare concepit. Nemo dicat : Numquid ipsis enim aquis tinguimus quae tunc in primordio fuerunt? non utique ipsis nisi ex ea parte quae genus quidem unum species uero complures. Quod autem generi attributum est, etiam in specie redundat. Ideoque nulla distinctio est, mari quis an stagno, flumina an fonte, lacu an alueo diluatur nec quidquam refert inter eos quos Ioannes in Iordane, et quos Petrus in Tiberi tinxit. — 4.

1641. Aqva sanctificanda. — Omnes aquae de pristina originis praerogatiua sacramentum sanctificationis consequuntur, inuocato Deo. — 4.

1642. De diebvs pro baptismo. — qui unum semel

anno liberabant [scil. : in piscina Bethsaïda] nunc cottidie populos conseruant. — 5.

1643. Baptismvs, confirmatio. — in aqua emundati sub angelo, Spiritui sancto praeparamur. — 6.

1644. Formvla baptismi. — angelus baptismi arbiter, superuenturo Spiritui sancto uias dirigit ablutione delictorum quam fides impetrat, obsignata *in Patre et Filio et Spiritu sancto*. — 6.

1645. De formvla baptismi. — Cum autem sub tribus, et testatio fidei, et sponsio salutis pignerentur, necessario adiicitur Ecclesiae mentio; quoniam ubi tres, id est *Pater, et Filius, et Spiritus sanctus*, ibi *Ecclesia*, quae trium corpus est. — 6.

1646. Post baptismvm vnctio. — Exinde, egressi de lauacro, perungimur. — 7.

1647. Vnctio. — Sic et in nobis carnaliter currit unctio. — 7.

1648. Impositio manvvm. — Dehinc manus imponitur per benedictionem aduocans et inuitans Spiritum sanctum. — 8.

1649. Confirmatio post lavacrvm. — Carni nostrae emergenti de lauacro post uetera delicta, columba sancti Spiritus aduolat. — 8.

1650. De ritv et formvla baptismi. — Lex enim tinguendi imposita est et forma praescripta. Ite, inquit, docete nationes, tinguente eas *in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti*. — 13.

1651. Baptismvs sangvinis. — Est quidem nobis etiam secundum lauacrum unum et ipsum, sanguinis scilicet. — 16.

1652. De ivre dandi baptism. ab episc. et ab aliis pro casv. — Dandi [scil. : baptism.] quidem habet ius summus sacerdos, qui est episcopus. De hinc presbyteri et diaconi, non tamen sine episcopi auctoritate propter Ecclesiae honorem..... Alioquin etiam laicis ius est..... baptismus aeque Dei census ab omnibus exerceri potest : sed quanto magis laicis disciplina uerecundiae et modestiae incumbit, cum ea maioribus competat, ne sibi assumant dicatum episcopi officium episcopatus. — 17.

1653. Item. — Sufficiat scilicet in necessitatibus ut utaris, sicubi aut loci, aut temporis, aut personae conditio compellit. Tunc enim conscientia succurrentis excipitur, cum urget circumstantia periclitantis. — 17.

1654. Item. — Petulantia autem mulieris quae usurpauit docere, utique non etiam tinguendi ius sibi pariet. — 17.

1655. De baptismo parvvlorvm. — Itaque pro cuiusque personae conditione ac dispositione, etiam aetate cunctatio baptismi utilior est : praecipue tamen circa paruulos. Quid enim necesse est, sponsores etiam periculo ingeri? quia et ipsi per mortalitatem destituere promissiones suas possunt et prouentu malae indolis falli. Ait quidem Dominus : Nolite illos prohibere ad me uenire. Veniant ergo dum adolescunt, ueniant dum discunt, dum quo ueniant docentur; fiant Christiani, cum Christum nosse potuerint. Quid festinat innocens aetas ad remissionem peccatorum? — 18.

1656. Petitio in baptismo. — norint petere salutem, ut petenti dedisse uidearis. — 18.

1657. De diebvs baptismi. — Diem baptismo solemniorem Pascha praestat, cum et passio Domini, in qua tinguimur, adimpleta est. — 19.

1658. De lavacri diebvs. — Exinde Pentecostes ordinandis lauacris latissimum spatium est. — 19.

1659. De tempore baptismi. — Et congregabo illos ab extremis terrae in die festo. Paschae diem significat et Pentecostes, qui est proprie dies festus. Caeterum omnis dies Domini est, omnis hora, omne tempus habile baptismo : si de solemnitate interest, de gratia nihil refert. — 19.

1660. De ritv praeparationis ad lavacrvm. — Ingressuros baptismum, orationibus crebris, ieiuniis et geniculationibus et peruigiliis orare oportet et cum confessione omnium retro delictorum. — 20.

1661. De exomologesi. — Nobis gratulandum est, si non publice confitemur iniquitates aut turpidines nostras. — 20.

1662. De evcharistia in manibvs accepta. Deprecatio in baptismo. — Cum de illo sanctissimo lauacro noui natalis ascenditis et primas manus apud Matrem cum fratribus aperitis : petite de Patre, petite de Domino, peculia, gratias, distributiones charismatum. — 20.

1663. Deprecatio avctoris ad lectorem. — Oro, ut cum petitis, etiam Tertulliani peccatoris memineritis. — 20.

DE PAENITENTIA

1664. De materia paenitentiae. — Omnibus ergo delictis seu carne, seu spiritu, seu facto, seu uoluntate, commissis, qui paenam per iudicium destinauit, idem et ueniam per paenitentiam spopondit. — 4.

1665. De satisfactione. — per delictorum paenitentiam instituerat Domino satisfacere. — 5.

1666. Item. — Qui cum maxime incipiunt diuinis sermonibus aures rigare..... dicunt quidem pristinis renuntiare et paenitentiam assumunt sed includere eam negligunt. — 6.

1667. Fides a paenitentiae fide incipitvr. — Lauacrum illud obsignatio est fidei : quae fides a paenitentiae fide incipitur et commendatur. — 6.

1668. Intinctio. Avdientes. — Audientes optare intinctionem, non praesumere oportet. — 6.

1669. De satisfactione. — Piget secundae, imo iam ultimae spei subtexere mentionem, ne retractantes de residuo auxilio paenitendi, spatium adhuc delinquendi demonstrare uideamur. — 7.

1670. De paenitentibvs. — Collocauit in uestibulo paenitentiam secundam quae pulsantibus patefaciat : sed iam semel, quia iam secundo. Sed amplius nunquam. — 7.

1671. Qvid sit confessio? — Confessio enim satisfactionis consilium est dissimulatio contumaciae. — 8.

1672. Disciplina exomologeseos. — Exomologesis prosternendi et humilificandi hominis disciplina est, conuersationem iniungens misericordiae illicem; de ipso quoque habitu atque uictu mandat, sacco et cineri incubare, corpus sordibus obscurare, animum moeroribus deiicere, illa qua peccauit tristi tractatione mutare; caeterum pastum et potum pura nosse, non uentris scilicet, sed animae caussa : plerumque uero ieiuniis preces alere, ingemiscere, lacrymari, et mugire dies noctesque ad Dominum Deum tuum, presbyteris aduolui, et caris Dei adgeniculati omnibus fratribus legationes deprecationis suae iniungere. Haec omnia Exomologesis. — 9.

1673. De exomologesi. — Cum te ad fratrum genua protendis, Christum contrectas, Christum exoras. Aeque illi cum super te lacrymas agunt, Christus patitur, Christus Patrem deprecatur. — 10.

DE ORATIONE

1674. De Dei adoratione secreta. — Consideremus itaque benedicti, coelestem eius sophiam imprimis de praecepto secrete adorandi. — 1.

1675. De orationis dominicae dignitate. — Neque enim propria tantum orationis officia complexa est, uenerationem Dei, aut hominis petitionem, sed omnem pene sermonem Domini, omnem commemorationem disciplinae, ut reuera in oratione breuiarium totius Euangelii comprehendatur. — 1.

1676. Formvla. — cum dicimus : *Pater qui in coelis es.* — 2.

1677. Item. — ut : *sanctificetur* postulamus. — 3.

1678. Formvlae. — Cui illa angelorum circumstantia non cessant dicere : *Sanctus, sanctus, sanctus.* Proinde igitur et nos angelorum, si meminerimus, candidati iam hinc coelestem illam in Deum uocem, et officium futurae claritatis ediximus. Hoc quantum ad gloriam Dei alioquin quantum ad nostram petitionem, cum dicimus : *Sanctificetur nomen tuum.* — 3

1679. Formvla. — Secundum hanc formam subiungimus : *fiat uoluntas in coelis et in terra,* non quod aliquis obsistat quominus uoluntas Dei fiat et ei successus uoluntatis suae oremus; sed in omnibus petimus fieri uoluntatem eius. — 4.

1680. Item. — *ueniat quoque regnum tuum.* — 5.

1681. Item. — *Panem nostrum cottidianum da nobis hodie.* — 6.

1682. De pane evcharistico. Formvla. — Corpus eius [scil. : Christi] in pane censetur, *Hoc est corpus meum.* — 6.

1683. Formvla. De exomologesi. — itaque petamus : *dimitti nobis debita nostra.* Exomologesis est, petitio ueniae, quia qui petit ueniam delictum confitetur. — 7.

1684. Formvla. — *ne nos inducas in tentationem.* — 8.

1685. Item. — *sed deuehe nos a malo.* — 8.

1686. De altare svper gradvm. — ne prius ascendamus ad Dei altare, quam si quid discordiae uel offensae cum fratribus contraxerimus, resoluamus. Quid est enim ad pacem Dei recedere sine pace. — 11.

1687. Ablvtio manvvm ante orationem. — quae ratio est, manibus quidem ablutis, spiritu uero sordente orationem obire. — 13.

1688. Domini adoratio. — Nos Dominum adoramus. — 13.

1689. Ablvtio manvvm. — nec propterea manus abluere, nisi quod conuersationis humanae inquinamentum conscientiae causa lauemus. — 13.

1690. De lavacro. — satis mundae sunt manus, quas cum toto corpore in Christo semel lauimus. — 14.

1691. Extensio manvvm. — Nos uero non attollimus tantum, sed etiam expandimus e Dominica passione modulatum et orantes confitemur Christo. — 14.

1692. De penvlis pro oratione. — ut est quorumdam expositis penulis orationem facere..... quod utique si fieri oporteret, apostoli qui de habitu orandi docent, comprehendissent; nisi si quid putant, Paulum penulam suam in oratione penes Carpum reliquisse — 15.

1693. Standvm pro oratione. — Item quod, assignata oratione, assidendi mos est quibusdam, non perspicio rationem nisi si Hermas ille, cuius scriptura fere Pastor inscribitur, transacta oratione non lectum assedisset, uerum aliud quid fecisset, id quoque ad obseruationem uindicaremus. Vtique non. Simpliciter enim et nunc positum est : Cum adorassem et assedissem super lectum ad ordinem narrationis, non ad instar disciplinae. Alioquin nusquam erit adorandum, nisi ubi fuerit lectus. — 16.

1694. DE STATV ORANTIS. — Atque cum modestia et humilitate adorantes, magis commendabimus Deo preces nostras, ne ipsis quidem manibus sublimius elatis, sed temperate ac probe elatis, ne uultu quidem in audaciam erecto. — 17.

1695. DE VOCIFERATIONE. — Sonos etiam uocis subiectos esse oportet. — 17.

1696. DE OSCVLO PACIS. — Alia iam consuetudo inualuit, ieiunantes, habita oratione cum fratribus, subtrahunt osculum pacis quod est signaculum orationis. Quando autem magis conferendo cum fratribus pax est, nisi cum oratio commendabilior ascendit, ut ipsi de nostra operatione participes, iam audeant de sua pace fratre transigere. Quae oratio cum diuortio sancti osculi integra? quem Domino officium facientem impedit pax? quale sacrificium est, a quo sine pace receditur? — 18.

1697. ITEM. — Iam enim de abstinentia osculi agnoscimur ieiunantes. Sed et si qua ratio est, ne tamen huic praecepto reus sis, potes domi, si forte, inter quos latere ieiunium in totum non datur differre pacem. — 18.

1698. DE OSCVLO IN DIE PASCHAE. — die Paschae quo communis et quasi publica ieiunii relligio est, merito deponimus osculum nihil curantes de occultando quod cum omnibus faciamus. — 18.

1699. DIES STATIONVM. DE XPI CORPORE RESERVATO. — Similiter stationum diebus non putant plerique sacrificiorum orationibus interueniendum, quod statio soluenda sit, accepto corpore Domini. Ergo deuotum Deo obsequium Eucharistia resoluit? An magis Deo obligat? Nonne solemnior erit statio tua si et ad aram Dei steteris? Accepto corpore Domini et reseruato, utrumque saluum est et participatio sacrificii, et executio officii. — 19.

1700. DE GENVFLEXIONE. — De genu quoque ponendo uarietatem obseruationis patitur oratio per pauculos quosdam qui Sabbato abstinent genibus. — 23.

1701. DE DIEI PASCHAE OBSERVANTIA. — Nos uero, sicut accepimus, solo die Dominico resurrectionis non ab isto tantum, sed omni anxietatis habitu et officia cauere debemus. — 23.

1702. DE SPATIO PENTECOSTIS. DE MODO ORANDI CVM GENICVLATIONE. DE LOCO ET TEMPORE ORATIONIS. — Tantumdem et spatio Pentecostes quae eadem exsultationis sollemnitatem dispungimur. Caeterum omni die quis dubitet prosternere se Deo uel prima saltem oratione qua lucem ingredimur? Ieiuniis autem et stationibus nulla oratio sine genu, et reliquo humilitatis more, celebranda est. Non enim oramus tantum, sed et deprecamur et satisfacimus Deo Domino nostro. De temporibus orationis nihil omnino praescriptum est, nisi plane omni in tempore et loco orare. — 23.

1703. DE LOCO ORANDI. — Sed quomodo omni loco cum prohibeamur in publico? Omni, inquit, loco, quem opportunitas, aut etiam necessitas importaret. Non enim contra praeceptum reputamur ab Apostolis factum, qui in carcere audientibus custodiis orabant et canebant Deo, apud Paulum, qui in naui coram omnibus Eucharistiam fecit. — 24.

1704. DE TEMPORE ORANDI. DE HORIS CANONICIS. — De tempore uero non erit otiosa extrinsecus obseruatio etiam horarum quarumdam. Istarum dico communicum, quae diu inter spatia signant tertia, sexta, nona, quas sollemniores in scripturis inuenire est. — 25.

1705. DE TRIBVS HORIS CANONICIS. DE ORATIONE ANTE CIBVM ET LAVACRVM. — Etsi simpliciter se habeant sine ullius obseruationis praecepto, bonum tamen sit aliquam constituere praesumptionem, qua et orandi admonitionem constringat, et quasi lege ad tale munus extorqueat a negotiis interdum, ut quod Danieli quoque legimus obseruatam utique ex Israelis disciplina, ne minus ter diem saltem adoremus, debitores Patris, et Filii et Spiritus sancti. Exceptis utique legitimis orationibus quae sine ulla admonitione debentur ingressu lucis et noctis. Sed et cibum non prius sumere et lauacrum non prius adire quam interposita oratione, fideles decet. — 25.

1706. ORATIO CVM FRATRE OCCVRRENTI. — Fratrem domum tuam introgressum ne sine oratione dimiseris. — 26.

1707. DE PACE CVM OCCVRRENTIBVS. — quomodo secundum praeceptum *pax huic domui* dices, nisi et eis, qui in domo sunt, pacem mutuam reddas? — 26.

1708. DE « ALLELVIA » ET PSALMIS. — Diligentiores in orando subiungere in orationibus *Alleluia* solent, et hoc genus psalmos, quorum clausulis respondeant, qui simul sunt. Et est optimum utique institutum omne, quod proponendo et honorando Deo competit, saturatam orationem uelut optimam hostiam admouere. — 27.

1709. HOSTIA SPIRITVALIS. — Haec est enim hostia spiritualis quae pristina sacrificia deleuit. — 28.

1710. SACRIFICIVM ET AGAPE INTER PSALMOS ET HYMNOS. — Nos sumus ueri adoratores, et ueri sacerdotes, qui spiritu orantes spiritu sacrificamus orationem Dei propriam et acceptabilem quam scilicet requisiuit, quam sibi prospexit. Hanc de toto corde deuotam, fide pastam, ueritate curatam, innocentia integram, castitate mundam, agape coronatam cum pompa operum bonorum inter psalmos et hymnos deducere ad Dei altare debemus omnia nobis a Deo impetraturam. — 28.

1711. DE DIGNITATE ORATIONIS A CHRISTO INSTITVTAE. ORATIONES PRO DIVERSIS. DOXOLOGIA. — Quid enim orationi de spiritu et ueritate uenienti negauit Deus, qui eam exigit? Legimus, et audimus, et credimus, quanta documenta efficaciae eius. Vetus quidem oratio et ab ignibus, et a bestiis et ab inedia liberabat et tamen non a Christo acceperat formam. Caeterum quanto amplius oratur oratio Christianorum, non roris angelum, in mediis ignibus sistit, nec ora leonibus obstruit, nec esurientibus rusticorum prandium transfert, nullum sensum passionis delegata gratia auertit; sed patientes,

et sentientes, et dolentes sufferentia instruit, uirtute ampliat gratiam, ut sciat fides quid a Domino consequatur, intelligens quid pro Dei nomine patiatur. Sed et retro oratio plagas irrogabat, fundebat hostium exercitus, imbrium utilia prohibebat. Nunc uero oratio iustitiae omnem iram Dei auertit, pro inimicis excubat, pro persequentibus supplicat. Mirum si aquas coelestes extorquere nouit, quae potuit et ignes impetrare? Sola est oratio, quae Deum uincit. Sed Christus eam nihil mali nouit operari. Omnem illi uirtutem de bono contulit. Itaque nihil nouit, nisi defunctorum animas de ipso mortis itinere uocare, debiles reformare, aegros remediare, daemoniacos expiare, claustra carceris aperire, uincula innocentium soluere. Eadem diluit delicta, tentationes repellit, persecutiones exstinguit, pusillanimes consolatur, magnanimos oblectat, peregrinantes deducit, fluctus mitigat, latrones obstupefacit, alit pauperes, regit diuites, lapsos erigit, cadentes suspendit, stantes continet. Oratio murus est fidei, arma et tela nostra, aduersus hominem qui nos undique obseruat. Itaque nunquam inermes incedamus. Die stationis nocte uigiliae meminerimus. Sub armis orationis signum nostri imperatoris custodiamus; tubam angeli exspectemus. Orantes erant etiam angeli omnes. Orat omnis creatura. Orant pecudes et ferae, et genua declinant et egredientes de stabulis at speluncis, ad coelum non otiosi ore suspiciunt, uibrantes spiritu suo mouere. Sed et aues nunc exsurgentes eriguntur ad coelum et alarum crucem pro manibus extendunt et dicunt aliquid, quod oratio uideatur. Quid ergo amplius de officio orationis? Etenim ipse Domius orauit *cui sit honor et uirtus in saecula saeculorum*. — 29.

DE PATIENTIA

1712. De patientia. — afflictatio carnis, hostia Deo placatoria per humiliationis sacrificium, cum sordes cum angustia uictus Domino libat, contenta simplici pabulo, puroque aquae potu, cum ieiunio coniungit cum cineri et sacco inolescit. Haec patientia corporis precationes commendat, deprecationes affirmat. — C. xiii.

AD VXOREM

1713. Doxologia. — Deus faciat : *cui sit honor, gloria, claritas, dignitas, potestas, nunc et in saecula saeculorum, amen*. — I, 1.

1714. De matrimonio. — non quidem abnuimus coniunctionem uiri ac feminae benedictam a Domino. — I, 2.

1715. Formvla. — adhibe sororum nostrarum exempla, *quorum nomina penes Dominum*. — I, 4.

1716. Vigiliae noctvrnae. — Deo sunt puellae : cum illo uiuunt, cum illo sermocinantur : illum diebus ac noctibus tractant : orationes suas uelut dotes Domino adsignant. — I, 4.

1717. Praesides conventvs. Ordo vidvarvm. — praescriptio Apostoli declarat, cum digamos non sinit praesidere, cum uiduam adlegi in ordinem nisi uniuiram non concedit : aram enim Dei mundam proponi oportet. — I, 7.

1718. De nvptialibvs tabvlis. — numquid tabulas nuptiales de illo apud tribunal Domini proferemus? — II, 3.

1719. De stationibvs. — si statio facienda est. — II, 4.

1720. De ieivniis. — si ieiunia obseruanda sunt. — II, 4.

1721. De svpplicationibvs. — si procedendum erit. — II, 4.

1722. Vigiliae noctvrnae. — quis nocturnis conuocationibus? — II, 4.

1723. Vigilia Paschae. Convivivm antelvcanvm. — quis denique solemnibus Paschae abnoctantem securus sustinebit? quid ad conuiuium Dominicum. — II, 4.

1724. Oscvlatio vincvlorvm martyrvm. — quis in carcerem ad osculanda uincula martyris. — II, 4.

1724 [a]. De oscvlo pacis. De lotione pedvm. Evcharistia. — Iam uero alicui fratrum ad osculum conuenire? aquam sanctorum pedibus offerre? de cibo, de poculo inuadere, desiderare, in mente habere? — II, 4.

1725. De signo crvcis. Insvfflatio. Vigiliae noctvrnae. — Latebisne tu, cum lectulum, cum corpusculum tuum signas, cum aliquid immundum flatu exspuis, cum etiam per noctem exsurgis oratum. — II, 5.

1726. Evcharistia ante omnem cibvm svmenda. — non sciet maritus, quid secreto, ante omnem cibum gustes. — II, 5.

1727. De arcana. — quisque rationem simpliciter sustinebit sine gemitu, sine suspicione panis an ueneni. — II, 5.

1728. De cantv. De litvrgia domestica. — Quid maritus suus illi, uel marito quid illa cantabit?.... quae Dei mentio? quae Christi inuocatio? ubi fomenta fidei de Scripturarum inter lectione? ubi spiritus refrigerium? ubi diuina benedictio. — II, 6.

1729. De sacramenti matrimonii ritv. — Vnde sufficiamus ad enarrandum felicitatem eius matrimonii, quod Ecclesia conciliat et confirmat oblatio et obsignat benedictio, angeli renuntiant; Pater rato habet. — II, 9.

1730. Litvrgia domestica. — Simul orant, simul uolutantur, et simul ieiunia transigunt, alterutro docentes. — II, 9.

1731. Convivivm Dei. — In ecclesia Dei pariter in convivio Dei. — II, 9.

1732. Sacrificivm. — sacrificia sine templo. — II, 9.

1733. De psalmodia inter dvos, et de cantv. — non furtiua signatio, non trepida gratulatio, non muta benedictio; sonant inter duos psalmi et hymni, et mutuo prouocant, quis melius Deo suo cantet. — II, 9.

DE PRESCRIPTIONIBVS

1734. Hierarchia. — Quid ergo si episcopus, si diaconus, si uidua, si uirgo, si doctor, si etiam martyr lapsus a regula fuerit. — 3.

1735. Regvla fidei. — Regula est autem fidei, ut iam hinc quid defendamus profiteamur, illa scilicet qua creditur, *unum omnino Deum esse, nec alium praeter mundi Conditorem; qui uniuersa de nihilo produxerit, per Verbum suum primo omnium emissum; id Verbum, Filium eius appellatum in nomine Dei uarie uisum a patriarchis, in prophetis semper auditum, postremo delatum ex Spiritu Patris Dei et uirtute in Virginem Mariam, carnem factum in utero eius, et ex ea natum egisse Iesum Christum; exinde praedicasse nouam legem et nouam promissionem regni coelorum; uirtutes fecisse; fixum cruci, tertia die resurrexisse; in coelos ereptum sedisse ad dexteram Patris; misisse uicariam uim Spiritus Sancti, qui credentes agat, uenturum cum claritate, ad sumendos sanctos in uitae aeternae et promissorum coelestium fructum, et ad profanos adiudicandos igni perpetuo, facta utriusque partis resuscitatione cum carnis restitutione.* — 13.

1736. De doctore. — est utique frater aliquis doctor gratia scientiae donatus, est aliquis inter exercitatos conuersatus. — 14.

1737. De regvla fidei. — Fides in regula posita est. — 14.

1738. Formvla baptismi. — iussit [scil. : apostolos] ire et docere nationes intinguendas *in Patrem et in Filium et in Spiritum sanctum.* — 20.

1739. De regvla fidei apostolica. — primo per Iudaeam contestata fide in Iesum Christum et Ecclesiis institutis, dehinc in orbem profecti [scil. : apostoli] eamdem doctrinam eiusdem fidei nationibus promulgauerunt, et proinde Ecclesias apud unamquamque ciuitatem condiderunt, a quibus traducem fidei, et semina doctrinae, caeterae exinde Ecclesiae mutuatae sunt et cottidie mutuantur ut Ecclesiae fiant : ac per hoc et ipsae apostolicae deputantur ut ut soboles apostolicarum Ecclesiarum. — 20.

1740. Item. — Tot ac tantae Ecclesiae, una est illa ab apostolis prima, ex qua omnes. Sic omnes prima et apostolicae, dum una omnes probant unitatem; dum est illis communicatio pacis et appellatio fraternitatis et contesseratio hospitalitatis : quae iura non alia ratio regit, quam eiusdem sacramenti una traditio. — 20.

1741. Item. — omnem doctrinam quae cum illis Ecclesiis apostolicis, matricibus et originalibus fidei, conspiret, ueritati deputandam, sine dubio tenentem quod Ecclesiae ab apostolis, apostoli a Christo, Christus a Deo accepit. — 21.

1742. Item. — Communicamus cum Ecclesiis apostolicis, quod nulli doctrina diuersa. — 21.

1743. Item. — Quanquam, etsi quaedam inter domesticos, ut ita dixerim, disserebant, non tamen ea fuisse credendum est, quae aliam regulam fidei superducerent, diuersam et contrariam illi, quam catholicae in medium proferebant; ut alium Deum in ecclesia dicerent. — 26.

1744. De splendore Ecclesiae. — (ante tempus Marcionis et Valentiniani) tot millia millium perperam tincta, tot opera fidei perperam administrata, tot uirtutes, tot carismata perperam operata, tot sacerdotia, tot ministeria perperam functa, tot denique martyria in uacuum coronata. — 29.

1745. De Romana Ecclesia. — apud Ecclesiam Romanensem, sub episcopatu Eleutherii benedicti. — 30.

1746. De pace post confessionem. — Marcion, paenitentiam confessus cum conditioni datae sibi occurrit, ita pacem recepturus, si caeteros quos perditioni erudisset, Ecclesiae restitueret. — 30.

1747. Traditiones ecclesiarvm ab apostolis. — Edant [scil. : haeretici] origines Ecclesiarum suarum : euoluant ordinem episcoporum suorum, ita per successiones ab initio decurrentem, ut primus, ille episcopus aliquem ex apostolis, uel apostolicis uiris qui tamen cum apostolis perseuerauerit, habuerit auctorem et antecessorem. Hoc enim modo Ecclesiae apostolicae census suos deferunt : sicut Smyrneorum Ecclesia Polycarpum ab Joanne collocatum refert : sicut Romanorum Clementem a Petro ordinatum edit, proinde utique et caeterae exhibent quos ab apostolis in episcopatum constitutos apostolici seminis traduces habent. — 32.

1748. De receptionis haereticorvm modo. — nec recipiuntur [scil. : haeretici] in pacem et communicationem ab Ecclesiis quoquo modo apostolicis, scilicet ab diuersitatem sacramenti nullo modo apostolicae. — 32.

1749. Cathedra praesidis. Recitatio epistvlarvm. — percurre Ecclesias apostolicas, apud quas ipsae adhuc cathedrae apostolorum suis locis praesident; apud quas ipsae authenticae litterae eorum recitantur. — 36.

1750. Regvla fidei. Lectiones. Lavacrvm. Confirmatio. Evcharistia. — uideamus quid didicerit [scil. : Ecclesia Romana] quid docuerit cum Africanis quoque Ecclesiis contesserarit. *Vnum Deum nouit, Creatorem uniuersitatis, et Christum Iesum ex Virgine Maria, Filium Dei Creatoris, et carnis resurrectionem;* legem et prophetas cum euangelicis et apostolicis Litteris

miscet, et inde potat fidem; eam aqua signat, Sancto Spiritu uestit, Eucharistia pascit. — 36.

1751. De regvla fidei a XPO tradita. — quicunque in ea regula incedimus quam Ecclesia ab apostolis, apostoli a Christo, Christus a Deo tradidit. — 37.

1752. Ritvs sacramentorvm apvd haereticos et paganos. Lavacrvm. Confirmatio. Evcharistia. — A diabolo scilicet cuius sunt partes interuertendi ueritatem qui ipsas quoque res sacramentorum diuinorum idolorum mysteriis aemulatur. Tingit et ipse quosdam, utique credentes et fideles suos; expositionem delictorum de lauacro repromittit: et si adhuc memini, Methra signat illic in frontibus milites suos : celebrat et panis oblationem et imaginem resurrectionis inducit, et sub gladio redimit coronam. Quid? quod et summum Pontificem unius nuptiis statuit, habet et uirgines, habet et continentes. Caeterum, si Numae Pompilii superstitiones reuoluamus, si sacerdotalia officia, insignia et priuilegia, si sacrificalia ministeria et instrumenta et uasa ipsorum sacrificiorum ac piaculorum et uotorum curiositas consideremus, nonne manifeste diabolus morositatem illam Iudaicae legis imitatus est? Quid ergo ipsas res de quibus sacramenta Christi administrantur, tam aemulanter adfectauit exprimere in negotiis idololatriae, utique et idem et eodem ingenio gestiit et potuit instrumenta quoque diuinarum rerum et sacramentorum Christianorum, sensum de sensibus, uerba de uerbis, parabolas de parabolis profanae et aemulae fidei attentare? — 40.

1753. Litvrgiae haereticorvm tvrpitvdo. — (turpitudines liturgicae haereticorum) pacem quoque passim cum omnibus miscent : nihil enim interest illis, licet diuersa tractantibus, dum ad unius ueritatis expugnationem conspirent..... quae (scil. : mulieres haereticae) audeant docere, contendere, exorcismos agere, curationes repromittere, forsitan et tingere ..... alius hodie episcopus, cras alius; hodie diaconus, qui cras lector; hodie presbyter, qui cras laicus, nam et laicis sacerdotalia munera iniungunt. — 41.

1754. De variis rebvs litvrgicis. — Vbi metus in Deum, ibi ..... allectio explorata, et communicatio deliberata et promotio emerita ..... et apparitio deuota, et processio modesta. — 43.

1755. Doxologia. — legentibus *pax et gratia Domini nostri Iesu Christi in aeternum*. — 45.

DE VIRGINIBVS VELANDIS

1756. Regvla fidei. — Regula quidem fidei una omnino est, sola immobilis, et irreformabilis, *credendi* scilicet *in unicum Deum omnipotentem, mundi conditorem, et Filium eius Iesum Christum, natum ex uirgine Maria, crucifixum sub Pontio Pilato, tertia die resuscitatum a mortuis, receptum in coelis, sedentem nunc ad dexteram Patris, uenturum iudicare uiuos et mortuos per carnis etiam resurrectionem*. — 1.

1757. Lavacrvm. — lauacri sacramenta. — 2.

1758. Dedicatio Deo. — O sacrilegae manus quae dicatum Deo habitum detrahere potuerunt. — 3.

1759. Mvlieres velatae. — Denudasti puellam a capite, et tota iam uirgo sibi non est : alia est facta. — 3.

1760. Taceant mvlieres in ecclesia nvllvmqve officivm sacerdotalem vindicent. — Non permittitur mulieri in ecclesia loqui, sed nec docere, nec tinguere, nec offerre, nec ullius uirilis muneris, nedum sacerdotalis officii sortem uindicare. — 9.

1761. Ordo virginvm. — Si qua uirgo est, et carnem suam sanctificare proposuit? Idcirco uelaminis uenia fit illi ut in ecclesiam notabilis et insignis introeat, ut honorem sanctitatis in libertate capitis ostendat. — 9.

1762. Ordo virginvm et ordo vidvarvm. — Plane scio alicubi uirginem in uiduatu ab annis nondum uiginti collocatam. Cui siquid refrigeri debuerat episcopus, aliter utique saluo respectu disciplinae praestare potuisset ne tale nunc miraculum, ne dixerim monstrum, in Ecclesia denotaretur : uirgo uidua, hoc quidem portentuosior quod nec qua uidua caput texit : utrumque se negans, et uirginem, quae uidua deputetur et uiduam, quae uirgo dicatur. Sed illa auctoritate illic sedet intacta, qua et uirgo. Ad quam sedem praeter annos sexaginta non tantum uniuirae, id est nuptiae, aliquando eliguntur, sed et matres, et quidem educatrices filiorum. — 9.

1763. De pacis osculo. — osculi congressionem. — 11.

1764. De virginibvs. — in ecclesia uirginitatem suam abscondant quam extra ecclesiam celant. Timent extraneos, reuerantur et fratres. — 13.

1765. Doxologia. — Haec cum bona pace legentibus, ueritatem consuetudini praeponentibus, *pax et gratia a Domino nostro Iesu redundet*. — 17.

DE FVGA IN PERSECVTIONE

1766. Ieivnia. Stationes. Orationes. — Tunc [scil. : in tempore persecutionis] Ecclesia in attonito est, tunc et fides in expeditione sollicitior et disciplinatior in ieiuniis et stationibus, et orationibus. — 1.

1767. Formvlae. — Sed in legitima oratione cum dicimus ad Patrem : *Ne nos inducas in tentationem* (quae aut maior tentatio quam persecutio?); ab eo illam profitemur accidere, a quo ueniam eius depre-

camur : hoc est enim quod sequitur : *Sed erue nos a maligno*. — 2.

1768. TITVLVS HONORIS. — sanctissimus martyr. — 5.

1769. HIERARCHIA. — cum ipsi auctores, id est, ipsi diaconi, presbyteri et episcopi fugiunt. — 11.

1770. DOMINICA SOLLEMNIA. — quomodo domínica sollemnia celebrabimus? — 14.

DE EXHORTATIONE CASTITATIS

1771. FORMVLA. — post uxorem, *in pace*, praemissam. — 1.

1772. TITVLVS HONORIS. — sed et benedicti, inquis, patriarchae. — 6.

1773. LAICI. — Nonne et laici sacerdotes sumus. — 7.

1774. HIERARCHIA. — Differentiam inter ordinem et plebem constituit Ecclesiae auctoritas et honor per ordinis consessum significatus. Adeo ubi ecclesiastici ordinis non est concessus et offers et tinguis, et sacerdos es tibi solus. Sed ubi tres, Ecclesia est, licet laici. — 7.

1775. DE SACERDOTIS IVRE. — Si habes ius sacerdotis in temetipso, ubi necesse est, habeas oportet etiam disciplinam sacerdotis, ubi necesse sit habere ius sacerdotis. Digamus tinguis, digamus offers. — 7.

1776. DE PRESBYTERIS. — presbyter esse non alius potest, quam laicus qui semel fuerit maritus. — 7.

1777. ORATIO, LECTIO, PSALMODIA, EXORCISMI. — Si orationem facit [scil. : homo] ad Dominum, prope est coelo. Si scripturis incumbit, totus illic est. Si psalmum canit, placet sibi. Si daemonium adiurat, confidit sibi. Ideo Apostolus temporalem purificationem orationum commendendarum causa adiecit; ut sciremus quod ad tempus prodest semper nobis exercendum esse, ut semper prosit. Cottidie, imo omni momento oratio hominibus necessaria est, utque et continentia postquam oratio necessaria est. — 10.

1778. OBLATIONES ANNVAE PRO DEFVNCTIS. — neque enim pristinam [scil. : uxorem] poteris odisse, cui etiam religiosiorem reseruas affectionem, ut iam receptae apud Dominum pro cuius spiritu postulas, pro qua oblationes annuas reddis. Stabis ergo ad Dominum cum tot uxoribus quot in oratione commemoras? et offerres pro duabus? et commendabis illas duas per sacerdotem. — 11.

1779. DE CONTINENTIA PRO ECCLESIASTICIS ORDINIBVS. — Quanti igitur et quantae in ecclesiasticis ordinibus de continentia censetur, qui Deo nubere maluerunt. — 13.

ADVERSVS HERMOGENEM

1780. DOXOLOGIA. — *eum autem qui semper sit, sed esse illum in aeuum aeuorum*. — 2.

ADVERSVS VALENTINIANOS

1781. ECCLESIA « DOMVS COLVMBAE » DICITVR. — Nostrae columbae etiam domus simplex, in editis semper et apertis et ad lucem. Amat figura Spiritus sancti Orientem Christi figuram. — 3.

1782. DE PROMOTIONE AD EPISCOPATVM. — Sperauerat episcopatum Valentinus, quia et ingenio poterat et eloquio. Sed alium ex martyrii prerogatiua loci potitum indignatus, de Ecclesia authenticae regulae abrupit. — 4.

DE ANIMA

1783. PACTI BAPTISMALIS RITVS. — ut fraudatorem, ut pacti transgressorem. — 35.

1784. DE CVRA PRO MORTVIS. COEMETERIA. — cum in pace obdormisset, et morante adhuc sepultura, interim oratione presbyteri componeretur, ad primum habitum orationis manus a lateribus dimotas in habitum supplicem conformasse rursumque condita pace situi suo reddidisse. Est et alia relatio apud nostros, in coemeterio corpus corpori iuxta collocando spatium recessu communicasse. — 51.

1785. BAPTISMVS SANGVINIS. — paradisi clauis tuus sanguis est. — 55.

1786. DE EXORCISMIS. — nec inuitatoria operatione, sed expugnatoria dominatione tractamus [scil. : daemones]. — 57.

DE CARNE CHRISTI

1787. De confessione delictorvm. — omnis paenitentia confessio est delicti. — 8.

1788. Psalmi. — Nobis quoque ad hanc speciem Psalmi patrocinabantur..... sanctissimi et receptissimi prophetae Dauid. Ille apud nos canit Christum, per quem se cecinit ipse Christus. Accipe Christum et audi Dominum Patri Deo colloquentem. — (Ps. xxi) 20.

DE RESVRRECTIONE CARNIS

1789. De cvra pro mortvis. — defunctis parentant et quidem impensissimo officio. — 1.

1790. Baptismvs, signacvlvm, confirmatio, manvvm impositio, evcharistia. — caro abluitur, ut anima emaculetur, caro ungitur, ut anima consecretur, caro signatur, ut et anima muniatur; caro manus impositione adumbratur, ut et anima spiritu illuminetur; caro corpore et sanguine Christi uescitur, ut et anima Deo saginetur. — 8.

1791. Evcharistia. Confirmatio. Commixtio vini et aqvae. — ignorantes [scil. : Iudaei] et panem de coelesti repromissum, et oleum diuinae unctionis, et aquam spiritus, et uinum animae uigorantis ex vite Christi. — 26.

1792. De cvra pro mortvis. — corpora medicata condimentis sepulturae mausoleis et monumentis sequestrantur. — 27.

1793. Baptismi ritvs. — Per simulacrum enim morimur in baptismate. — 47.

1794. Interrogationes baptismi. — Anima enim non lauatione sed responsione sancitur. — 48.

ADVERSVS MARCIONEM

1795. Litvrgiae haereticorvm. — ille quidem [scil. : Marcion] usque nunc nec aquam reprobauit Creatoris, qua suos abluit; nec oleum, quo suos unguit; nec mellis et lactis societatem, quo suos infantat; nec panem, quo ipsum corpus suum repraesentat. — I, 14.

1796. Item. — Non putem impudentiorem, quam qui in aliena aqua alii deo tinguitur, ad alienum coelum alii deo expanditur, in aliena terra alii deo sternitur, super alienum panem alii deo gratiarum actionibus fungitur. — I, 23.

1797. Item. — caro tingitur apud illum, et caro de nuptiis tollitur et caro in confessione nominis desaeuitur. — I, 24.

1798. Item. — Sine me et disperdam illos, ut ille postulando et semetipsum offerendo non sineret : atque ita disceres, quantum liceat fideli et prophetae apud Deum. — II, 26.

1799. De crvce. — Nam et in antenna nouis quae crucis pars est, extremitates cornua uocantur : unicornis autem, media stipitis, palus. Hac denique uirtute crucis. — III, 18.

1800. De pane evcharistico. — Sic enim Deus in Euangelio quoque uestro reuelauit panem corpus suum appellans, ut et hinc iam eum intelligas corporis sui figuram pani dedisse. — III, 19.

1801. De signo crvcis. — Praemittens itaque et subiungens proinde passum etiam Christum aeque iustos eius eadem passuros, tam apostolos, quam et deinceps omnes fideles prophetauit, signatos illa nota scilicet de qua Ezechiel : Dicit Dominus ad me : Pertransi medio portae in media Ierusalem, et da signum Tau in frontibus uirorum. Ipsa est enim littera Graecorum Tau, nostra autem T, species crucis, quam portendebat futuram in frontibus nostris. — III, 22.

1801ᵃ. De sacrificio, de benedictione, de lavdibvs. — ... et in omni loco sacrificium nomini meo offertur; et sacrificium mundum; gloriae scilicet relatio, et benedictio, et laus et hymni. Quae omnia cum in te quoque [scil. : Marcion] deprehendantur, et signaculum frontium et Ecclesiarum sacramenta et munditiae sacrificiorum. — III, 22.

1802. De lavacro. — et quia unius lauacri uis et plenitudo Christi soli dicabatur, facturo in terris sicut sermonem compendiatum ita et lauacrum. — IV, 9.

1803. De oblatione et gratiarvm actione. — hominem quondam peccatorem, uerbo mox Dei emaculatum, offerre debere munus Deo apud templum orationem scilicet et actionem gratiarum apud Ecclesiam *per Christum Iesum* catholicum Patris sacerdotem. — IV, 9.

1804. De Sabbato resolvto. — per Iesum tunc quoque concussum est Sabbatum. — IV, 12.

1805. De pane evcharistico cottidiano. — Quis dabit mihi *panem cottidianum:* qui nec milium mihi condit, an qui etiam de coelo panem angelorum cottidianum populo suo praestitit? — IV, 26.

1806. Lavacrvm. Evcharistia. — nec alibi coniunctos ad sacramentum baptismatis et eucharistiae admittens. — IV, 34.

1807. Formvla evcharistiae. — Professus itaque se concupiscentia concupisse edere Pascha ut suum (indignum enim ut quid alienum concupisceret Deus), acceptum panem, et distributum discipulis, corpus illum suum fecit *Hoc est corpus meum* dicendo, id est, figura corporis mei. Figura autem non fuisset nisi ueritatis esset corpus. — IV, 40.

1808. De pane evcharistico. — Cur autem panem corpus suum appellat. — IV, 40.

DE CORONA

1809. De traditione. Ritvs baptismi prolixe et per ordinem declaratvs. Evcharistia. Coetvs antelvcani. Oblationes pro defvnctis. Natalitiae. Dies dominica. Genicvlationes. Temporis paschali immvnitates. Signvm crvcis. — Et quamdiu per hanc lineam serram reciprocabimus habentes obseruationem inueteratam, quae praeueniendo statum fecit? Hanc si nulla Scriptura determinauit, certe consuetudo corroborauit, quae sine dubio de traditione manauit. Quomodo enim usurpari quid potest, si traditum prius non est? Etiam in traditionis obtentu exigenda est, inquis, auctoritas scripta. Ergo quaeramus an et traditio nisi scripta, non debeat recipi? Plane negabimus recipiendam, si nulla exempla praeiudicent aliarum obseruationum, quas sine ullius Scripturae instrumento, solius traditionis titulo, et exinde consuetudinis patrocinio uindicamus. Denique ut a baptismate ingrediar, aquam adituri, ibidem, sed et aliquanto prius in Ecclesia sub antistitis manu contestamur nos renuntiare *diabolo, et pompae, et angelis eius* : dehinc ter mergitamur, amplius aliquid respondentes, quam Dominus in Euangelio determinauit. Inde suscepti, lactis et mellis concordiam praegustamus : exque ea die, lauacro cottidiano per totam hebdomadem abstinemus. Eucharistiae sacramentum, et in tempore uictus et omnibus mandatum a Domino, etiam antelucanis coetibus, nec de aliorum manu quam praesidentium sumimus, oblationes pro defunctis, pro natalitiis annua die facimus : die Dominico ieiunium nefas ducimus, uel de geniculis adorare. Eadem immunitate a die Paschae in Pentecosten usque gaudemus. Calicis aut panis etiam nostri aliquid decuti in terram anxie patimur. Ad omnem progressum atque promotum, ad omnem aditum et exitum, ad calciatum, ad lauacra, ad mensas, ad lumina, ad cubilia, ad sedilia quaecunque nos conuersatio exercet, frontem crucis signaculo terimus. — 3.

1810. Hierarchia. De vsv coronarvm. — Quis denique patriarches, quis prophetes, quis leuites, aut sacerdos, aut archon, quis uel postea apostolus, aut euangelizator, aut episcopus inuenitur coronatus? Puto nec ipsum Dei templum, nec arca testamenti, nec tabernaculum martyrii, nec altare, nec candelabrum, quibus utique et in prima dedicationis solemnitate et in secunda restitutionis gratulatione competisset coronari, si dignum Deo esset. — 9.

1811. Thvrificationes profanae. — si me odor alicuius loci offenderit, Arabiae aliquid incendo, sed non eodem ritu, nec eodem habitu, nec eodem apparatu, quo agitur apud idola. — 10.

1812. De hvmano sacramento. — Credimusne humanum sacramentum diuino superduci licere, et in alium dominum respondere post Christum? et eierare patrem ac matrem et omnem proximum. — 11.

1813. Stationes. Dominica dies. — Iam stationes, aut alii magis faciet quam Christo? aut et Dominico die, quando nec Christo? — 11.

1814. De exorcismo. — quos interdiu exorcismis fugauit. — 11.

1815. De coronis. — Coronant et nuptiae sponsos, ideo non nubamus ethnicis ne nos ad idololatriam usque deducant. — 13.

AD SCAPVLAM

1816. Deprecatio pro inimicis. — disciplina iubemur diligere inimicos quoque et orare pro eis qui nos persequentur. — 1.

1817. Adoratio Dei. — Nos unum Deum colimus. — 2.

1818. Sacrificivm precvm pro imperatoribvs. — sacrificamus pro salute imperatoris, sed Deo nostro et ipsius : sed, quomodo praecepit Deus, pura prece. — 2.

1819. Exorcismi. Deprecatio pro imperatore. — Daemones autem non tantum respuimus, uerum et reuincimus et cottidie traducimus, et de hominibus expellimus, sicut plurimis notum est. Ita nos magis oramus pro salute imperatioris, ab eo eam postulantes, quis praestare potest. — 2.

1820. Areae sev coemeteria. — sub Hilariano praeside, cum de areis sepulturarum nostrarum acclamassent : Areae non sint; areae ipsorum non fuerunt. — 3.

1821. De oleo infirmorvm (?). — Nam et Proculum Christianum qui Torpacion cognominabatur, Euhodae procuratorem qui eum per oleum aliquando curauerat. — 4.

1822. Deprecationes ad impetrandam plvviam. — Marcus quoque Aurelius in Germanica expeditione Christianorum militum orationibus ad Deum factis, imbres in siti illa impetrauit. Quando non geniculationibus et ieiunationibus nostris etiam siccitates sunt depulsae? — 4.

SCORPIACE

1823. CAPITVLA SCRIPTVRARVM. — sed et alio capitulo. — 2.

1824. BAPTISMVS SANGVINIS. — Proprie enim martyribus nihil iam reputari potest, quibus in lauacro ipsa uita deponitur. — 6.

1825. RELLIQVIAE SVB ALTARE. — Sed et interim sub altare martyrum animae placidum quiescunt. — 12.

ADVERSVS PRAXEAM

1826. REGVLA FIDEI. — Nos uero et semper, et nunc magis, ut instructiores per Paracletum deductorem scilicet omnis ueritatis, *unicum* quidem *Deum credimus :* sub hac tamen dispensatione quam oeconomiam dicimus, ut *unici Dei sit et Filius Sermo ipsius, qui ex ipso processerit per quem omnia facta sunt et sine quo factum est nihil, hunc missum a Patre in Virginem, et ex ea natum hominem et Deum, Filium hominis et Filium Dei et cognominatum Iesum Christum : hunc passum, hunc mortuum et sepultum secundum Scripturas et resuscitatum a Patre et in coelos resumptum sedere ad dexteram Patris, uenturum iudicare uiuos et mortuos, qui exinde miserit secundum promissionem suam, a Patre Spiritum Sanctum Paracletum, sanctificatorem fidei eorum qui credunt in Patrem et Filium et Spiritum sanctum.* Hanc regulam ab initio Euangelii decucurrisse. — 2.

1827. RITVS ET FORMVLA BAPTISMI. — nouissime mandans ut tinguerent [scil. : discipuli] *in Patrem et Filium et Spiritum sanctum,* non in unum. Nam nec semel sed ter, ad singula nomina in personas singulas tinguimur. — 26.

ADVERSVS IVDAEOS

1828. SACRIFICIA SPIRITVALIA. — quod non terrenis sacrificiis, sed spiritalibus Deo litandum sit. — 5.

1829. DE AQVA BAPTISMALI. — Baptizato enim Christo, id est sanctificante aquas in suo baptismate. — 8.

1830. DE DIE PASCHAE. — passio [scil. : D. N. I. C.] die prima Azymorum. — 8.

1831. FORMVLA. — *Deus regnauit a ligno.* — 10.

1832. — Dominicae gratiae quasi uisceratione quadam fruerentur. — 14.

DE MONOGAMIA

1833. DE CVRA PRO MORTVIS. DE ANNIVERSARIIS. — pro anima eius orat, et refrigerium interim adpostulat ei et in prima resurrectione consortium, et offert annuis diebus dormitionis eius. — 10.

1834. HIERARCHIA. — Vt igitur in Domino nubas secundum Legem et Apostolum (si tamen uel hoc cura), qualis es id matrimonium postulans, quod eis a quibus postulas, non licet habere; ab episcopo monogamo, a presbyteris et diaconis eiusdem sacramenti a uiduis, quarum sectam in te recusasti? — 11.

1835. LAICI. — ex quibus [scil. : laicis] Ecclesiae ordo proficit. — 11.

1836. DE CLERIS ET MONOGAMIA. — Vnde enim episcopi et clerus? nonne de omnibus? Si non omnes monogamiae tenentur, unde monogami in clerus? An ordo aliquis seorsum debebit institui monogamorum, de quo allectio fiat in clerum? — 12.

DE IEIVNIO

1837. DE IEIVNIIS. — in Euangelio illos dies ieiuniis determinatos putant in quibus ablatus est sponsus, et hos esse iam solo legitimos ieiuniorum christianorum. — 2.

1838. DIES STATIONVM. HORAE CANONICAE. — nec stationum quae et ipsae suos quidem dies habebant, quartae feriae et sextae, passiue tamen curant neque sub lege praecepti, neque ultra supremam diei, quando et orationes fere hora nona concludat. — 2.

1839. STATIONES. — Stationes nostras ut indignas, quasdam uero in serum constitutas, nouitatis nomine incusant, hoc quoque munus et ex arbitrio obeundum esse dicentes, et non ultra nonam detinendum, de suo scilicet more. — 10.

1840. HORAE CANONICAE. — apostolicarum (horarum) tertiae, sextae et nonae. — 10.

1841. De ieivniis et stationvm semieivniis. — Ecce enim conuenio uos et praeter Pascha ieiunantes, citra illos dies quibus ablatus est sponsus, et stationum semiieiunia interponentes, et uero interdum pane et aqua uictitantes. — 13.

1842. Ieivnia imponvnt episcopi. — Bene autem quod et episcopi uniuersae plebi mandare ieiunia adsolent. — 13

1843. Ieivnia. — si et ex hominis edicto, et in unum omnes ταπεινοφρόνησιν agitatis, quomodo in nobis ipsam quoque unitatem ieiunationum et xerophagiarum et stationum denotatis. — 13.

1844. Concilia. — Aguntur praeterea per Graecias illa certis in locis concilia ex uniuersis ecclesiis per quae et altiora quaeque in commune tractantur et ipsa repraesentatio totius nominis Christiani magna ueneratione celebratur. — 13.

1845. Psalmodia. Conventvs. — *Vide quam bonum et quam iucundum habitare fratres in unum;* hoc tu psallere non facile nosti nisi quo tempore cum compluribus coenas. Conuentus autem illi stationibus et ieiunationibus operati. — 13.

1846. De die paschae. Dies stationvm. Parasceves. — cur Pascha celebramus annuo circulo in mense primo? Cur quinquaginta exinde diebus in omni exsultatione decurrimus? Cur stationibus quartam et sextam Sabbati dicamus, et ieiuniis Parasceuen. — 14.

1847. De agape. — apud te agape in cacabis feruet, fides in culinis colet, spes in ferculis iacet, sed maior his est agape. — 17.

DE PVDICITIA

1848. Lavacrvm. — lauacrum regenerationis. — 1.

1849. Lectiones in Ecclesia. — Pontifex scilicet maximus, quod est episcopus episcoporum edicit : Ego et moechia et fornicationis delicta, paenitentia functis dimitto .... hoc in Ecclesia legitur, et in Ecclesia pronuntiatur. — 1.

1850. De exomologesi. — Adsistit [scil. : exomologesim faciens] enim pro foribus eius, et de notae suae exemplo caeteros admonet et lacrymas fratrum sibi quoque aduocat, et redit plus utique negotiata, compassionem scilicet quam communicationem. — 3.

1851. De occvltis conivnctionibvs. — Ideo penes nos occultae quoque coniunctiones, id est non prius apud Ecclesiam professae. — 4.

1852. De paenitentia. — pariter de paenitentiae officio sedent, in sacco et cinere inhorrescunt, eodem flatu gemiscunt, eisdem precibus ambiunt, eisdem genibus exorant, eamdem inuocant matrem. — 5.

1853. Baptismvs in aqva. — munditias suas aquis traderet, exinde caro quaecumque in Christo reliquas sordes pristinas soluit, alia iam res est, noua emergit iam, non ex seminis imo, non ex concupiscentiae fimo, sed ex aqua pura et spiritu mundo. — 6.

1854. De calicvm pictvris et materia. — Procedant ipsae picturae calicum uestrorum, si uel in iis perlucebit interpretatio pecudis illius, utrumne Christiano an ethnico peccatori de restitutione conliniet. — 7.

1855. De veste neophytorvm et annvlo. — Recuperabit igitur et apostata uestem priorem, indumentum Spiritus sancti, et annulum denuo signaculum lauacri et rursus illi mactabitur Christus. — 9.

1856. Ritvs baptismi varii. Evcharistia. — uestem pristinam recipit..... annulum quoque accipit tunc primum, quo fidei pactionem interrogatus obsignat, atque ita exinde opimitate Dominici corporis uescitur, Eucharistia scilicet. — 9.

1857. De calicvm pictvra. — pastor, quem in calice depingis. — 10.

1858. De paenitentia post baptismvm. — maculas carnis post baptisma respersae. — 12.

1859. Ritvs paenitentiae pvblicae. — Et tu quidem paenitentiam moechi ad exorandam fraternitatem, in ecclesiam inducens, conciliatum et concineratum cum dedecore et horrore compositum prosternis in medium ante uiduas, ante presbyteros, omnium lacinias inuadentem, omnium uestigia labentem, omnium genua detinentem, inque eum hominis exitum quantis potes misericordiae in celebris bonus pastor et benedictus papa concionaris. — 13.

1860. Habitvs paenitentiae. — habitum legatum paenitentiae. — 13.

CYPRIANI

QVOD IDOLA DII NON SINT

1861. Formvla et effectvs exorcismi. — Hi tamen adiurati *per Deum uerum* nobis statim cedunt et fatentur et de obsessis corporibus exire coguntur : Videas illos nostra uoce et oratione maiestatis occultae flagris caedi, igne torreri, incremento paenae propagantis extendi, eiulare, gemere, deprecari, unde ueniant et quando discedant ipsis etiam, qui se colunt, audientibus confiteri; ut uel exiliant statim, uel euanescant gradatim, prout fides patientis adiuuat aut gratia curantis adspirat. — C. vii.

TESTIMONIA ADVERSVS IVDAEOS

1862. De sacrificio novo. — Quod sacrificium uetus euacuaretur et nouum celebraretur. — L. I, c. xvi.

1863. De calice et altare. — De sacramento..... calicis et altaris. — L. II, c. ii.

1864. Signvm crvcis svper frontem. — Quod in hoc signo crucis salus sit omnibus qui in frontibus notentur. — L. II, c. xxii.

1865. De agape. — Agapen et dilectionem fraternam religiose et firmiter exercendam. — L. III, c. iii.

1866. Sacramentvm fidei. — Sacramentum fidei non esse prophanandum. — L. III, c. l.

1867. Receptio evcharistiae. — Cum timore et cum honore eucharistiam accipiendam. — L. III, c. xciv.

DE HABITV VIRGINVM

1868. De virginvm consecratione et voto. — ... quae se Christo dicauerint et a carnali concupiscentia recedentes [scil. : uirgines] tam carne quam mente se Deo uouerint. — C. iv.

1869. Formvlae abrenvntiationis fragmentvm. — ... cuius [scil. : mundi] *pompis* et deliciis iam tum renuntiauimus cum meliore transgressu ad Deum uenimus. — C. vii.

1870. Ordo virginvm. — Tantum mementote tunc nostri, cum incipiet in uobis uirginitas honorari. — C. xxiv.

DE VNITATE ECCLESIAE CATHOLICAE

1871. De cathedra Romana. — unam cathedram constituit. — (*Cod. Monacensis solus*) C. iv.

1872. De cathedra vna. — ut una Christi Ecclesia et cathedra una monstretur. — (*Cod. Monac. solus*) Ibid.

1873. Praesides. — episcopi, qui in ecclesia praesidemus. — C. v.

1874. De episcopatvs participatione. — Episcopatus unus est, cuius a singulis in solidum pars tenetur. — Ibid.

1875. Haereticorvm tvrpitvdines. — Hostis altaris, aduersus sacrificium Christi rebellis, pro fide perfidus, pro religione sacrilegus, inobsequens seruus, filius impius, frater inimicus, contemptis episcopis et Dei sacerdotibus derelictis constituere audet aliud altare, precem alteram illicitis uocibus facere, Dominicae hostiae ueritatem per falsa sacrificia profanare. — C. xvii.

DE LAPSIS

1876. Lavdes, gratiarvm actiones, benedictiones. — Dandae laudes Deo, et beneficia eius ac munera cum gratiarum actione celebranda, quamuis agere gratias nostra uox nec in persecutione cessauerit, neque enim tantum licere inimico potest, ut non qui Deum corde tot et anima et uirtute diligimus benedictiones eius et laudes semper et ubique cum gloria praedicemus. — C. i.

1877. Evcharistia svb dvab. specieb. svmpta. — Sanctificata ora [scil. : confessorum] coelestibus cibis post corpus, et sanguinem Domini, profana contagia et idolorum relliquias respuerunt. — C. ii.

1878. Signvm crvcis in fronte. — Frons cum signo Dei pura. — Ibid.

1879. De baptismo parvvlorvm. — Ac ne quid deesset ad criminis cumulum [scil. : lapsorum] infantas quoque parentum manibus impositi, uel attracti, amiserunt paruuli quod in primo statim natiuitatis exordio fuerant consecuti. — C. ix.

1880. Evcharistia. — .... nec derelicto cibo et poculo Domini. — Ibid.

1881. Evcharistia in manibvs. — A diaboli aris reuertentes ad Sanctum Domini sordidis et infectis nidore manibus, accedunt. — C. xv.

1882. De satisfactionis pro peccatis ritv. — ante expiata delicta, ante exomologesim factam criminis, ante purgatam conscientiam sacrificio et manu sacerdotis. — C. xvi.

1883. De svmptione evcharistiae. — uis infertur corporis eius [scil. : Domini] et sanguini et plus modo in Dominum manibus atque ne delinquunt quam cum Dominum negauerunt. — Ibid.

1884. Item. — quod non statim Domini corpus inquinatis manibus accipiat aut ore polluto Domini sanguinem bibat [scil. : uir lapsus].

1885. De parvvlis in conventv. De commvnicatione sangvinis dominici (diacono ministrante). — sacrificantibus nobis eam [scil. : puellam] secum mater inferret. Sed enim puella mixta cum sanctis, precis nostrae et orationis impatiens, nunc ploratu concuti...... Vbi uero sollemnibus adimpletis calicem diaconus of-

ferre praesentibus coepit et accipientibus caeteris locus eius aduenit, faciem suam paruula instincti diuinae maiestatis auertere, os labiis obdurantibus premere, calicem recusare. Perstitit tamen diaconus et reluctanti licet de sacramento calicis infudit. — C. XXV.

1886. DE SACRIFICIO. — sacrificantibus (nobis). — C. XXVI.

1887. RESERVATIO EVCHARISTIAE. DE EVCHARISTIA IN MANIBVS. — cum quaedam arcam suam, in qua Domini sanctum fuit manibus immundis temptasset aperire, igne inde surgente deterrita est ne auderet attingere. Et alius, qui et ipse maculatus sacrificio a sacerdote celebrato partem cum caeteris ausus est latenter accipere, sanctum Domini edere et contrectare non potuit, cinerem ferre se apertis manibus inuenit. — Ibid.

1888. CONFESSIO COTTIDIANA. — Quam multi cottidie paenitentiam non agentes, nec delicti sui conscientiam confitentes. — (*Ita cod. Reginens. et editiones*) Ibid.

1889. DE EXOMOLOGESI. — Quanto et fide maiore et timore meliore sunt qui quamuis nullo sacrificii aut libelli facinore constricti, quoniam tamen de hoc uel cogitauerunt, hoc ipsum apud sacerdotes Dei dolenter et simpliciter confitentes, exomologesim conscientiae faciant, animi sui pondus exponant, salutarem medellam paruis licet et modicis uulneribus exquirant. — C. XXVIII.

1890. DE PAENITENTIA. — dum adhuc qui deliquit in saeculo est, dum admitti confessio eius potest, dum satisfactio et remissio (facta) per sacerdotes apud Dominum grata est. — C. XXIX.

1891. FORMVLA. — *Conuertamur ad Dominum mente tota; et paenitentiam criminis ueris doloribus exprimentes, Dei misericordiam deprecemur. Illi se anima prosternat, illi moestitia satisfaciat, illi spes omnis incumbat.* — Ibid.

1892. DE SATISFACTIONIBVS. — ..... iram et offensam [scil. : Domini] ieiuniis, flectibus, planctibus sicut monet ipse placemus. — Ibid.

1893. QVOMODO OPORTET DEVM DEPRECARI. — Lamentari eum putamus ex toto corde, ieiuniis, fletibus, planctibus Dominum deprecari. — C. XXX.

1894. FORMVLA. — Rogamus uos, ut pro uobis Deum rogare possimus. Preces ipsas, ad uos prius uertimus, quibus *Deum pro uobis ut misereatur oramus.* — C. XXXII.

1895. SATISFACTIONIS RITVS. — quando iacere et prosternere se Deo debent [scil. : lapsi]. — C. XXXIII.

1896. DE SATISFACTIONIBVS PRO PECCATIS. — Orare oportet impensius et rogare, diem luctu transigere, uigiliis noctes ac flectibus ducere, tempus omne lacrimosis lamentationibus occupare, stratos solo adhaerere, cineri, in cilicio et sordibus uolutari, post indumentum Christi perditum nullum iam uelle uestimentum, post diaboli cibum malle ieiunium, iustis operibus incumbere quibus peccata purgantur, eleemosynis frequenter insistere, quibus a morte animae liberantur. — C. XXXV.

1897. ITEM. — Si precem toto corde quis faciat, si ueris paenitentiae lamentis et lacrimis ingemescat, si ad ueniam delicti sui Dominum iustis et continuis operibus inflectat. — C. XXXVI.

DE ORATIONE DOMINICA

1898. DE DOMINICAE ORATIONIS VSV. — Qui inter caetera salutaria sua monita et praecepta diuina quibus populo suo consulit ad salutem etiam orandi ipse formam dedit, ipse quid precaremur monuit et instruxit. Qui fecit uiuere, docuit et orare, benignitate ea scilicet qua et caetera dare et conferre dignatus est, ut dum prece et oratione quam Filius docuit apud Patrem loquimur, facilius audiamus. — C. II.

1899. DE DOMINICAE ORATIONIS VIRTVTE ET DIGNITATE. — Oremus itaque, f. d., sicut magister Deus docuit. Amica et familiaris oratio est Deum de suo rogare, ad aures eius ascendere Christi orationem. Agnoscat Pater Filii sui uerba cum precem facimus. — C. III.

1900. ITEM. — quando peccatores pro delictis nostris petimus, aduocati nostri uerba promamus. — Ibid.

1901. ITEM. — quanto efficacius impetramus quod petimus Christi nomine, si petamus ipsius oratione. — Ibid.

1902. DE ORANDI LOCO. — magisterio suo Dominus secrete orare nos praecepit, in abditis et semotis locis, in cubiculis ipsis. — C. IV.

1903. CONVENTVS, SACRIFICIVM. PRECES CONGRVAE. — quando in unum cum fratribus conuenimus, et sacrificia diuina cum Dei sacerdote celebramus... non passim uentilare preces nostras inconditis uocibus, nec petitionem commendandam modeste Deo tumultuosa loquacitate iactare. — Ibid.

1904. ORATIO DOMINICA. — postquam cognouimus qualiter ad orationem accedere debeamus, cognoscamur docente Domino et quid oremus. Sic, inquit, orate : *Pater noster qui es in coelis, sanctificetur nomen tuum, adueniat regnum tuum, fiat uoluntas tua sicut in coelo et in terra : panem nostrum cottidianum da nobis hodie, et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos remittimus debitoribus nostris; et ne patiaris nos induci in temptationem, sed libera nos a malo.* — C. VII.

1905. DEPRECATIO IN COMMVNI PRO TOTO POPVLO. — Publica est nobis et communis oratio; et quando oramus, non pro uno sed pro toto populo oramus. — C. VIII.

1906. Deprecatio vnanimis. — Deus, qui inhabitare facit unanimes in domo, non admittit in diuinam et aeternam domum nisi apud quos est unanimis oratio. — C. viii.

1907. Formvla cottidie repetita. — id petimus et rogamus, *ut qui in baptismo sanctificati sumus, in eo quod esse coepimus perseueremus.* Et hoc cottidie deprecamur. — C. xii.

1908. Vigiliae noctvrnae. Formvla. — quia Dominus et iudex noster sanato a se et uiuificato comminatur iam non delinquere, ne quid ei deterius fiat, hanc continuis orationibus precem facimus, hoc diebus ac noctibus postulamus, *ut sanctificatio et uiuificatio quae de Dei gratia sumitur ipsius protectione seruetur.* — Ibid.

1909. Formvlae deprecationis. — Christo monente, oramus et petimus *ut precem pro omnium salute faciamus; ut, quomodo in coelo, id est, in nobis, per fidem nostram uoluntas Dei facta est ut essemus e coelo, ita et in terra, hoc est in illis credere nolentibus fiat uoluntas Dei, ut qui adhuc sunt prima natiuitate terreni, incipiant esse coelestes ex aqua et spiritu nati.* — C. xvii.

1910. Evcharistia cottidiana. — qui in Christo sumus et eucharistiam cottidie ad cibum salutis accipimus, intercedente aliquo grauiore delicto, dum abstenti et non communicantes a coelesti pane prohibemur, a Christi corpore separemur. — C. xviii.

1911. Vigiliae noctvrnae. — si ille [scil.: D. N. I. C.] per totam noctem iugiter uigilans continuis orabat, quanto nos magis in frequentenda oratione debemus nocte uigilare! — C. xxix.

1912. Formvlae praefationis. — sacerdos, ante orationem praefatione praemissa parat fratrum mentes dicendo : *Sursum corda;* ut, dum respondet plebs : *Habemus ad Dominum.* — C. xxxi.

1913. De horarvm canonicarvm observatione. — In orationibus uero celebrandis inuenimus obseruasse..... horam tertiam, sextam, nonam, sacramento scilicet trinitatis. — C. xxxiv.

1914. De horis canonicis et de matvtina oratione. — praeter horas antiquitus obseruatas, orandi nunc et spatia et sacramenta creuerunt. Nam et mane orandum est, ut resurrectio Domini matutina oratione celebretur. — C. xxxv.

1915. De vespertina oratione. — Recedente item sole ac die cessante necessario rursus orandum est. — Ibid.

1916. Formvla deprecationis. — quando oramus et petimus *ut super nos lux denuo ueniat,* Christi precamur aduentum lucis aeternae gratiam praebiturum. — Ibid.

1917. Omni hora Devs adorari debet. — nulla hora excipitur Christianis quominus frequenter ac semper Deus debeat adorari. — Ibid.

1918. Tota die orandvm. — instemus per totum diem precibus et oremus. — Ibid.

1919. Vigiliae noctvrnae. — nec noctibus ab oratione cessemus. — C. xxxvi.

1920. Orationes et gratiarvm actiones continvae. — imitemur quod futuri sumus. Habituri in regno sine interuentu noctis solum diem, sic nocte quasi in luce uigilemus. Oraturi semper et acturi gratias Deo, hic quoque orare et gratias agere non desinamus. — Ibid.

AD DEMETRIANVM

1921. De Dei altari. — Fumant ubique in templis uestris hostiarum busta et rogi pecorum, et Dei altaria uel nulla sunt uel occulta. — C. xii.

1922. De exorcismis. — O si audire eos uelis, et uidere, quando adiurantur a nobis torquentur spiritalibus flagris et uerborum tormentis de obsessis corporibus eiiciuntur, quando eiulantes et gementes, uoce humana et potestate diuina flagella et uerbera sentientes uenturum iudicium confitentur. — C. xv.

1923. Signvm Christi post baptismvm acceptvm. — qui renati et signo Christi signati. — C. xxii.

1924. De signo Domini in fronte. — Quod autem sit hoc signum, et qua in parte corporis positum manifestat alio in loco Deus dicens : Transi per mediam Hierusalem et notabis signum super frontes uirorum... — Ibid.

1925. De peccatorvm confessione. — pro delictis roges et Deum, qui *unus* et uerus est confessione et fide agnitionis eius implores, uenia confitenti datur, et credenti indulgentia salutaris de diuina pietate conceditur. — C. xxv.

DE OPERE ET ELEEMOSYNIS

1926. Dominicvm. Oblatio pro sacrificio. — Locuples et diues es, et Dominicum celebrare te credis, quae corban (קָרְבָּן) omnino non respicis, quae in Dominicum sine sacrificio uenis, quae partem de sacrificio quod pauper obtulit sumis? — C. xv.

DE BONO PATIENTIAE

1927. De evcharistia in manibvs. — nec post gestatam eucharistiam, manus gladio et cruore maculatur. — C. 14.

DE MORTALITATE

1928. De lvctv pro mortvis. — Nobis quoque ipsis minimis et extremis quotiens reuelatum est, quam frequenter atque manifeste de Dei dignatione praeceptum est ut contestarer assidue, ut publice praedicarem fratres nostros non esse lugendos accersitione Dominica de saeculo liberatos, cum sciamus non eos amitti, sed praemitti, recedentes praecedere, ut proficiscentes, ut nauigantes solent, desiderari eos debere non plangi, nec accipiendas esse hic atras uestes, quando illi ibi indumenta alba iam sumpserint, occasionem dandam non esse gentilibus ut nos merito ac iure reprehendant, quod quos *uiuere apud Deum* dicimus. — C. 20.

1929. « Te Devm lavdamvs ». — *Illic apostolorum gloriosus chorus, illic prophetarum exultantium numerus, illic martyrum innumerabilis populus.* — C. 26.

EPISTVLAE

1930. De psalmis in convivio. — Et, quoniam feriata nunc quies ac tempus est otiosum, quidquid inclinato iam sole in uesperam dies superest, ducamus hunc diem laeti, nec sit uel hora conuiuii gratiae coelestis immunis. Sonet psalmos conuiuium sobrium; ut tibi tenax memoria est, uox canora, aggredere hoc munus ex more. — Ep. I, n. 16.

1931. Pontifex « papa » dicitvr. — benedictum papatem Cyprianum. — Ep. II, n. 1.

1932. Praepositvs. — cum incumbat nobis [scil. : clero Romano] qui uidemur praepositi esse et uice pastorum custodire gregem. — Ibid.

1933. Catechvmeni. — Catecumini. — Ep. II, n. 3.

1934. De cvra pro mortvis et de relliqviarvm sanctarvm cvltv. — corpora martyrum aut caeterorum si non sepeliantur, grande periculum imminet eis quibus incumbit hoc opus. — Ibid.

1935. Formvla. — *Faciat autem Deus, qui omnia praestat sperantibus in se, ut omnes nos in his operibus* [scil. : charitatis erga proximum et defunctos] *inueniamur.* — Ibid.

1936. Hierarchia. Vigiliae noctvrnae. Deprecationes pro diversis. — Salutant uos fratres qui sunt in uinculis, et presbyteri et tota Ecclesia, quae et ipsa cum summa sollicitudine excubat pro omnibus qui inuocant nomen Domini. Sed et nos petimus mutua uice memores sitis nostri. — Ibid.

1937. Hierarchia. — Cyprianus presbyteris et diaconibus Romae consistentibus fratribus. — Epist. III, n. 1.

1938. Hypodiaconvs. — Crementium hypodiaconum. — Epist. III, n. 1, 2.

1939. De sportvla. — summula omnis quae redacta est illic sit apud clericos distributa propter eiusmodi casus, ut haberent plures unde ad necessitates et pressuras singulorum operari possint. — Epist. IV, n. 1.

1940. Petitio. — Quoniam mihi interesse nunc non permittit loci conditio, *peto uos pro fide et religione uestra fungamini illic et uestris partibus et meis, ut nihil uel ad disciplinam uel ad diligentiam desit.* — Epist. IV, n. 1. (In edit. Harteliana locum habet hoc fragm. ante praeced.)

1941. De presbyteris offerentibvs apvd confessores et de diaconis. — Consulite ergo et prouidete, ut cum temperamento fieri hoc tutius possit [scil. : ad uisitandos confessores], ita ut presbyteri quoque qui illic apud confessores offerunt, singuli cum singulis diaconis per uices alternent. — Ep. IV, n. 2.

1942. Adprecatio pro firmitate fidei. — *oramus Dominum ut uos saltem, quos et in fide et in uirtute stare cognouimus, tutos quoque in posterum per diuinam misericordiam salutemus.* — Ep. V, n. 1. (Omitt. Hartelius.)

1943. Petitio. — Fretus ergo et dilectione et religione uestra, quam satis noui his litteris et hortor et mando ut uos, quorum minime illic inuidiosa et non adeo periculosa praesentia est, uice mea fungamini circa gerenda ea quae administratio religiosa deposcit. — Ep. V, n. 2.

1944. Adprecatio pro firmitate fratrvm in fide. — *Dominus faciat ut et ego iterum illos* [scil. : fratres] *mature uidere et salutari exhortatione componere mentes eorum ad seruandam gloriam suam possim.* — Ep. V, n. 3. (Omitt. Hartelius.)

1945. De disciplina hierarchica in ecclesia Carthaginensi. — Ad id uero quod scripserunt mihi compresbyteri nostri Donatus et Fortunatus, Nouatus et Gordius, solus, nihil rescribere potui, quando a primordio episcopatus mei statuerim nihil sine consilio uestro et sine consensu plebis mea priuatim sententia gerere. Sed, cum ad uos per Dei gratiam uenero, tunc de iis

quae uel gesta sunt uel gerenda, sicut honor mutuus poscit, in commune tractabimus. — Ep. V, n. 4.

1946. De abrenvntiatione. — *Saeculo renuntiaueramus* cum baptizati sumus. — Ep. VI, n. 5.

1947. De variis deprecandi modis. — Quamquam sciam, f. c., pro timore quem singuli debemus Deo, uos quoque illic assiduis orationibus et enixis precibus instanter incumbere, admoneo tamen etiam ipse relligiosam sollicitudinem uestram ut ad placandum atque exorandum Deum, non uoce sola, sed et ieiuniis et lacrimis et omni genere deprecationis ingemiscamus. — Ep. VII, n. 1.

1948. De vnitate deprecationis. — praeceptum plebi adsistenti ut pro quibusdam personis designatis sibi peterent, in petendo autem fuisse dissonas uoces et dispares uoluntates et uehementer hoc displicuisse illi qui dixerat, Petite et impetratis. — Ep. VII, n. 3.

1949. Deprecatio vnanimis mvltvm valet. — si duo unanimes tantum possunt, quid si unanimitas apud omnes esset? — Ibid.

1950. Item. — nec uenissent fratribus haec mala, si in unum fraternitas fuisset animata. — Ibid.

1951. Preces instantes et assidvae. — Oremus instanter et assiduis precibus ingemiscamus. — Ep. VII, n. 5.

1952. Vigiliae noctvrnae. — Excutiamus itaque et abrumpamus somni uincula, et instanter ac uigilanter oremus ..... Nam et apostoli orare diebus ac noctibus non destiterunt, et Dominus quoque ipse disciplinae magister et exempli nostri uia frequenter et uigilanter orauit. — Ibid.

1953. Qvomodo orandvm sit? — nos magis insistere precibus et orare et primo ipsum Dominum rogare, tunc deinde per ipsum Deo Patri satisfacere debemus? — Ibid.

1954. Lectio epistvlarvm. — Nec ipsi denique apud uos hanc epistulam teneatis occultam, sed legendam fratribus suggeratis. — Ep. VII, n. 7.

1955. De oratione commvni pro omnibvs. — Vnusquisque oret Deum, non pro se tantum, sed pro omnibus fratribus, sicut Dominus orare uos docuit; ubi non singulis priuatam precem mandat, sed oratione communi et concordi prece orantes pro omnibus iussit orare. — Ibid.

1956. Oratio vnanimis. — Nos tantum, sine cessatione poscendi et cum fide accipiendi simplices et unanimes Dominum deprecemur, cum gemitu pariter et fletu deprecantes, sicut deprecari oportet eos qui sint positi inter... — Epist. VII, n. 8.

1957. Deprecatio pro diversis. — *Rogemus pacem maturius reddi, cito latebris nostris et periculis subueniri, impleri quae famulis suis Dominus dignatur ostendere, redintegrationem Ecclesiae suae, securitatem salutis nostrae, post pluuias serenitatem, post tenebras lucem, post procellas et turbines placidam lenitatem, pia paternae dilectionis auxilia, diuinae maiestatis solita magnalia, quibus et persequentium blasphemia retundatur, et lapsorum paenitentia reformetur, et fortis et stabilis perseuerantium fiducia glorietur.* — Ibid.

1958. Formvla. — *in Deo Patre perpetuam salutem.* — Epist. VIII, n. 1.

1959. Hierarchia. — ... aliqui de presbyteris..... neque nunc sibi praepositum episcopum cogitantes. — Ep. IX, n. 1.

1960. Impositio manvvm pro exomologesi. Diptycha. — ... cum in minoribus peccatis agant peccatores paenitentiam iusto tempore, et, secundum disciplinae ordinem, ad exomologesim uenient, et per manus impositionem episcopi et cleri ius communicationis accipiant, nunc..... nondum restituta Ecclesiae ipsius pace, ad communicationem admittuntur et offertur nomine eorum et nondum paenitentia acta, nondum exomologesi facta, nondum manu eis ab episcopo et clero imposita, eucharistia illis datur. — Ep. IX, n. 2.

1961. Commvnicatio cvm lapsis. — (presbyteri et diaconi) communicent cum lapsis et offerrant et eucharistiam tradant. — Ep. IX, n. 3.

1962. Commvnicatio lapsorvm ante exomologesim factam. — illi [scil. : quidam presbyteri], ante actam paenitentiam, ante exomologesim, grauissimi atque extremi delicti factam, ante manum ab episcopo et clero in paenitentiam impositam, offerre pro illis et eucharistiam (dare). — Ep. X, n. 1.

1963. Libelli commvnicationis. — Audio enim [scil. : Cyprianus] quibusdam sic libellos fieri ut dicatur : « Communicet ille... cum suis », quod nunquam omnino a martyribus factum est. . . . . peto ut eos quos ipsi uidetis, quo nostis quorum paenitentiam satisfactioni proximam conspicitis, designetis nominatim libello. — Ep. X, n. 4.

1964. Vsvrpatio ivris episcoporvm. Commvnicatio cvm lapsis. Ritvs exomologeseos. — Audio quosdam tamen de presbyteris, nec Euangelii memores, nec quid ad nos martyres scripserint cogitantes, nec episcopo honorem sacerdotii sui et cathedrae reseruantes, iam cum lapsis communicare coepisse et offerre pro illis et eucharistiam dare, quando oporteat ad haec per ordinem perveniri. Nam cum in minoribus delictis quae non in Deum committuntur, paenitentia agatur iusto tempore et exomologesis fiat inspecta uita eius qui agit paenitentiam nec ad communicationem uenire quis possit nisi prius illi ab episcopo et clero manus fuerit imposita, quo magis in his grauissimis et extremis delictis caute omnia et moderate, secundum disciplinam Domini obseruari oportet? Quod quidem nostros presbyteri et diaconi monere debuerant, ut commendatas sibi oues fouerent et diuino magisterio ad uiam deprecandae salutis instruerent. — Ep. XI, n. 2.

1965. De exomologesi diacono facta. Exomologe-

SEOS RITVS. — si incommodo aliquo et infirmitatis periculo occupati fuerint [scil. : fratres qui libellos a martyribus acceperunt] non exspectata praesentia nostra apud presbyterum quemcunque praesentem, uel, si presbyter repertus non fuerit, ut urgere exitus coeperit, apud diaconum quoque exomologesin facere delicti sui possint, ut manu eis in paenitentiam imposita ueniant ad Dominum cum pace quam dari martyres litteris ad nos factis desiderauerunt. — Ep. XII, n. 1.

1966. AVDIENTES. — Audientibus etiam, si qui fuerint periculo praeuenti et in exitu constituti, uigilantia uestra [scil. : cleri Carthag.] non desit, implorantibus diuinam gratiam misericordia Domini non denegetur. — Ep. XII, n. 2.

1967. LIBELLVS MARTYRVM. EXOMOLOGESIS IN EXTREMIS. — qui libellum a martyribus acceperunt et auxilio eorum adiuuari apud Dominum in delictis suis possunt, si premi infirmitate aliqua et periculo coeperint, exomologesi facta et manu eis a uobis in paenitentiam imposita, cum pace a martyribus sibi promissa ad Dominum remittantur. — Ep. XIII, n. 2.

1968. CONCILIVM ECCLESIAE. — ut praepositi cum clero conuenientes, praesente etiam stantium plebe quibus et ipsis pro fide et timore suo honor habendus est, disponere omnia consilii communis religione possimus. — Ibid.

1969. NOCTVRNAE VIGILIAE. PRECES CVM PLVRIBVS IN SACRIFICIIS. — Et nos quidem uestri diebus ac noctibus memores et quando in sacrificiis precem cum pluribus facimus et cum in secessu priuatis precibus oramus coronis ac laudibus uestris plenam a Domino fauentiam postulamus. — Ep. XV, n. 1.

1970. DEPRECANDVM PRO EPISCOPO. — Nunc est, f. c., ut memores mei sitis, ut inter magnas atque diuinas cogitationes uestras nos quoque animo ac mente uoluatis, simque in precibus et orationibus uestris cum uox illa, purificatione confessionis illustris et iugi honoris sui tenore laudabilis, ad Dei aures penetrat et aperto sibi coelo, de his subacti mundi patribus ad superna transmissa, impetrat de Domini bonitate quod postulat. — Ep. XV, n. 4.

1971. FORMVLA BAPTISMI. — cum Dominus dixerit *in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti* gentes tingui. — Ep. XXII, n. 3.

1972. MINISTERIVM COTTIDIANVM. ORDINATIONES LECTORIS, SVBDIACONI, DOCTORIS AVDIENTIVM, POST EXAMINATIONEM. — ... scio autem nostros plurimos absentes esse, paucos uero qui illic sunt uix ad ministerium cottidianum operis sufficere, necesse fuit nouos aliquos constituere qui mitterentur. Fecisse me autem sciatis lectorem Saturum et hypodiaconum Optatum confessorem, quos iam pridem communi consilio clero proximos feceramus, quando aut Saturo die Paschae semel atque iterum lectionem dedimus, aut modo cum presbyteris doctoribus lectores diligenter probaremus, Optatum inter lectores doctorem audientium constituimus, examinantes an congruerent illis omnia quae esse deberent in iis qui ad clerum parabantur. — Ep. XXIV.

1973. DEPRECATIO PRO RESTITVTIONE LAPSORVM. — Omnes [scil. : lapsos] quidem uiuificari optamus, et ut in statum pristinum restituantur precibus nostris et gemitibus oramus. — Ep. XXVII, n. 1.

1974. EXCOMMVNICATIO PRESBYTERI ET DIACONI. — Integre et cum disciplina fecistis, f. c., quod, consilio collegarum meorum qui praesentes erant, Gaio Didensi presbytero et diacono eius censuistis non communicandum, qui communicando cum lapsis et offerendo oblationes eorum..... — Ep. XXVIII, n. 1.

1975. CONCILIVM ECCLESIASTICVM. — collatione consiliorum cum episcopis, presbyteris, diaconis confessoribus pariter ac stantibus laïcis facta, lapsorum tractare rationem. — Ep. XXXVI, n. 5.

1976. DEPRECATIONES PRO DIVERSIS. — *Oremus pro lapsis ut erigantur, oremus pro stantibus ut non ad ruinas usque tententur, oremus ut qui cecidisse referuntur delicti sui magnitudinem agnoscentes, intellegant non momentaneam neque praeproperam desiderare medicinam. Oremus ut effectus indulgentiae lapsorum subsequatur et paenitentiam, ut, intellecto suo crimine, uelint nobis interim praestare patientiam, nec adhuc fluctuantem turbent Ecclesiae statum, ne interiorem nobis persecutionem ipsi incendisse uideantur et accedat ad criminum cumulum quod etiam inquieti fuerunt. Maxime enim illis congruit uerecundia quorum in delictis damnatur mens inuerecunda. Pulsent sane fores, sed non utique confringant; adeant ad limen Ecclesiae, sed non utique transiliant; castrorum coelestium excubent portis, sed armati modestia, qua intellegant se desertores fuisse. Resumant precum suarum tubam, sed qua non bellicum clangant; arment se quidem modestiae telis, et quem negando mortis metu fidei dimiserant clypeum resumant, sed ut contra hostem diabolum uel nunc armati, non contra Ecclesiam, quae illorum dolet casus, armatos esse se credant. Multum illis proficiet petitio modesta, postulatio uerecunda, humilitas necessaria, patientia non otiosa. Mittant legatos pro suis doloribus, lacrimas, aduocatione fungantur ex intimo pectore prolati gemitus, dolorem probantes commissi criminis et pudorem.* — Ep. XXXI, n. 6.

1977. DISCIPLINA HIERARCHICA. — In ordinationibus clericis, f. c., solemus uos ante consulere et mores ac merita singulorum communi consilio ponderare. — Ep. XXXIII, n. 1.

1978. DE LECTORIS OFFICIO. — Merebatur talis clericae ordinationis ulteriores gradus et incrementa maiora, non de annis suis sed de meritis aestimandus. Sed interim placuit ut ab officio lectionis incipiat, quia et nihil magis congruit uoci quae Deum gloriosa praedicatione confessa est, quam celebrandis diuinis lectionibus personare; post uerba sublimia quae Christi martyrium prolocuta sunt, Euangelium Christi legere, unde martyres fiunt; ad pulpitum post catastam uenire, illic fuisse conspicuum gentilium multitudini; hic a fratribus conspici, illic auditum esse cum miraculo circumstantis populi, hic cum gaudio fraternitatis audiri.

Hunc igitur, f. d., a me et a collegis qui praesentes aderant ordinatum sciatis. — Ep. XXXIII, n. 2.

1979. De lectionibvs. — Dominico legit interim nobis, id est, auspicatus est pacem dum dedicat lectionem. — Ibid.

1980. Formvla deprecationis. — Vos orationibus frequenter insistite, et preces nostras uestris precibus adiuuate *ut Domini misericordia fauens nobis, cito plebi suae et sacerdotem reddat incolumem et martyrem cum sacerdote lectorem.* — Ibid.

1981. Qvi svnt ad clervm promovendi. — ut, qui sublimiter Christum confessi essent, clerum postmodum Christi ministeriis ecclesiasticis adornarent. — Epist. XXXIV, n. 1.

1982. Item. — ego et collegae mei qui praesentes aderant, referimus ad uos Celerinum fratrem nostrum, uirtutibus pariter et moribus gloriosum, clero nostro, non humana suffragatione sed diuina dignatione coniunctum. — Ibid.

1983. Sacrificii oblatio in die anniversaria martyrii. — Sacrificia pro eis [scil. : martyribus] semper, ut meministis, offerimus quotiens martyrum passiones et anniuersaria commemoratione celebramus. — Ep. XXXIV, n. 3.

1984. De dignitate et electione lectoris. — qui aliud quam super pulpitum, id est, super tribunal ecclesiae, oportebat imponi [scil. : confessor Christi] ut loci altioris celsitate subnixus, et plebi uniuersae pro honoris sui claritate conspicuus, legat praecepta et Euangelium Domini, quae fortiter ac fideliter sequitur? Vox Dominum confessa in his cottidie quae Dominus locutus est audiatur. Viderit an sit ulterior gradus ad quem profici in Ecclesia possit. Nihil est in quo magis confessor fratribus prosit quam ut, dum euangelica lectio de ore eius auditur, lectoris fidem quisque audierit imitetur. — Ep. XXXIV, n. 4.

1985. Lectores svper ambonem. Sportvla lectorvm et presbyterorvm. — Hos tamen lectores interim constitutos sciatis, quia oportebat lucernam super candelabrum poni, unde omnibus luceat, et gloriosos uultus in loco altiore constitui, ubi, ab omni circumstante conspecti, incitamentum gloriae uidentibus praebeant. Caeterum presbyterii honorem designasse nos illis iam sciatis, ut et sportulis idem cum presbyteris honorentur, et diuisiones mensurnas aequatis quantitatibus partiantur, sessuri nobiscum prouectis et corroboratis annis suis, quamuis in nullo minor possit uideri aetatis indole qui consummauit aetatem gloriae dignitate. — Ep. XXXIV, n. 5.

1986. Presbyteri sedent. — ut Numidicus, presbyter adscribatur presbyterorum Carthaginensium numero et nobiscum sedeat in clero. — Ep. XXXV.

1987. Adprecatio. — *Interim quod ostenditur fiat, ut cum gratiarum actione suscipiamus hoc Dei munus, sperantes de misericordia Domini eiusmodi ornamenta complura, ut, redintegrato Ecclesiae suae robore, tam mites et humiles faciat in consessus nostri honore florere.* — Ep. XXXV.

1988. Compresbyter. — apud Rogationum compresbyterum nostrum. — Ep. XXXVI.

1989. Acolythvs. — per Naricum acolythum. — Ep. XXXVI.

1990. De cvltv ss. confessorvm. — Corporibus etiam omnium qui, etsi torti non sunt, in carcere tamen glorioso exitu mortis excedunt, impertiatur et uigilantia et cura propensior. — Ep. XXXVII, n. 1.

1991. Qvi inter martyres aggregati svnt? — Neque enim uirtus eorum aut honor minor est quo minus ipsi quoque inter beatos martyres aggregentur. — Ibid.

1992. Celebrationes martyrvm oblationibvs et sacrificiis. — Denique et dies eorum [scil. : confessorum in carcere defunctorum] quibus excedunt, adnotate, ut commemorationes eorum inter memorias martyrum celebrare possimus, quamquam Tertullus fidelissimus et deuotissimus frater noster, pro caetera sollicitudine et cura sua quam fratribus in omni obsequio operationis impertit, qui nec illic circa curam corporum deest, scripserit et scribat ac significet mihi dies quibus in carcere beati fratres nostri ad immortalitem gloriosae mortis exitu transeunt et celebrentur hic a nobis oblationes et sacrificia ob commemorationes eorum quae cito uobiscum, Domino protegente celebrabimus. — Ep. XXXVII, n. 2.

1993. Qvomodo Devs sit placandvs. — intermissis precibus et orationibus, quibus Dominus longa et continua satisfactione placandus est. — Ep. XI, n. 2.

1994. Preces divrnae et noctvrnae. — Intercedunt precibus nostris, quas nobiscum diebus ac noctibus Deo funditis ut eum iusta satisfactione placetis. — Ep. XL, n. 5.

1995. Deprecationes pro diversis. — acquiescite consiliis nostris qui pro uobis cottidie continuas Domino preces fundimus. — Ep. XL, n. 6.

1996. Deprecatio circa misericordiam Domini. — Opto uos, f. c., semper bene ualere et circa Domini misericordiam exorandam continuis nobiscum precibus insistere. — Ep. XL, n. 7.

1997. Lectio epistvlarvm. — Quamquam mens nostra, et propositum iam tunc fratribus et plebi istic uniuersae manifestatum fuisset, quando litteris nuper ab utraque parte susceptis, tuas litteras legimus, et episcopatus tui ordinationem singulorum auribus intimauimus : honoris etiam communis memores et grauitatis sacerdotalis ac sanctitatis respectum tenentes, ea quae ex diuerso in librum missum congesta fuerant acerbationibus criminosis, respuimus : considerantes pariter et ponderantes quod in tanto fratrum religiosoque conuentu considentibus Dei sacerdotibus et altari posito nec legi debeant, nec audiri. — Ep. XLII, n. 2.

1998. Item. — Cum ad me talia aduersum te et compresbyteri tecum considentis scripta uenissent; plebi legi praecipi quae religiosam clero et simplicitatem sonabant. — Ibid.

1999. Hierarchia. — per Mettium hypodiaconum ..... et Nicephorum acoluthum. — Ep. XLII, n. 4.

2000. Formvla deprecationis. — Egisse nos et *agere, f. c., maximas gratias sine cessatione profitemur Deo Patri omnipotenti et Christo eius Domino et Deo nostro Saluatori quod sic Ecclesia diuinitus protegatur, ut unitas eius et sanctitas non iugiter, nec in totum perfidiae et haereticae prauitatis obstinatione uitietur.* — Ep. XLVII, n. 1.

2001. Hierarchia. — clerus et plebs (et) fraternitas. — Ibid.

2002. Item — concordiam collegii sacerdotalis. — Ep. LII, n. 1.

2003. Concilivm ecclesiasticvm. Laïci stant in ecclesia. — ..... collatione consiliorum cum episcopis, presbyteris, diaconis, confessoribus pariter ac stantibus laïcis facta, lapsorum tractare rationem. — Ep. LII, n. 5.

2004. De gradibvs hierarchiae. — non iste [scil. : Cornelius papa] ad episcopatum subito peruenit; sed per omnia Ecclesiastica officia promotus, et in diuinis administrationibus Dominum saepe promeritus, ad sacerdotii sublime fastigium cunctis religionis gradibus ascendit. — Ep. LII, n. 7 (8).

2005. De electione episcopi. — Et factus est episcopus [scil. : Cornelius] a plurimis collegis nostris qui tunc in urbe Roma aderant, qui ad nos litteras honorificas et laudabiles et testimonio suae praedicationis illustres de eius ordinatione miserunt. Factus est autem Cornelius episcopus de Dei et Christi eius iudicio, de clericorum paene omnium testimonio, de plebis quae tunc adfuit suffragio et de sacerdotum antiquorum et bonorum uirorum collegio : cum nemo ante se factus esset, cum Fabiani locus, id est, cum locus Petri et gradus cathedrae sacerdotalis uacaret. — Ep. LII, n. 8.

2006. Cathedra pontificis. — sedisse [scil. : predictus Cornelius] intrepidum Romae in sacerdotali cathedra. — Ep. LII, n. 9.

2007. Exomologesis. — cum Trofimo pars maxima plebis abscesserat, redeunte nunc ad Ecclesiam Trofimo, et satisfaciente et paenitentia deprecationis errorem pristinum confitente et fraternitatem, quam nuper abstraxerat, cum plena humilitate et satisfactione reuocante, auditae sunt eius preces. — Ep. LII, n. 11.

2008. Commvnio laïca. — Sic tamen admissus est Trofimus, ut laïcus communicet. — Ibid.

2009. Disciplina exomologeseos. — placuit, f. c., examinatis causis singulorum libellaticos interim admitti, sacrificatis in exitu subueniri : quia exomologesis apud inferos non est, nec ad paenitentiam quis a nobis compelli potest, si fructus paenitentiae subtrahatur. Si praelium prius uenerit, corroboratus a nobis inuenitur armatus ad praelium. Si uero ante praelium infirmitas urserit, cum solatio pacis et communicationis abscedit. — Ep. LII, n. 17.

2010. Ordo virginvm. — non tamen idcirco uirginitas in Ecclesia deficit ..... Floret Ecclesia tot uirginibus coronata. — Ep. LII, n. 20.

2011. Ordinatio episcopi. — Nisi si episcopus tibi uidetur qui episcopo in Ecclesia a sedecim coepiscopis facto. — Ep. LII, n. 24.

2012. Ordinatio episcopi. — Cyprianus Fortunato, Ahymmo, Optato, Priuatiano, Donatulo et Felici fratribus salutem. Scripsistis mihi, f. c., quod, cum in Capsensi ciuitate propter ordinationem episcopi essetis. — Ep. LIII, n. 1.

2013. De celebratione Paschae. — nunc omnes fere inter Paschae prima sollemnia apud se cum fratribus demorantur, quando sollemnitati celebrandae apud suos satisfecerint. — Ep. LIII, n. 3.

2014. De paenitentia plena. Exomologesis pro infirmis in extremis positis. — Statueramus quidem pridem, f. c., participato inuicem nobiscum consilio, ut qui in persecutionis infestatione supplantati ab aduersario et lapsi fuissent, et sacrificiis se illicitis maculassent, agerent diu paenitentiam plenam, et si periculum infirmitatis urgeret, pacem sub ictu mortis acciperent. Nec enim fas erat aut permittebat paterna pietas et diuina clementia, ecclesiam pulsantibus cludi, et dolentibus ac deprecantibus spei salutaris subsidium denegari, ut de saeculo recedentes sine communicatione et pace ad Dominum dimitterentur. — Ep. LIV, n. 1.

2015. Praeparatio [catechetica?] ad martyrivm. — [cum uideamus diem rursus (persecutionis) appropinquare coepisse] plebem nobis de diuina dignatione commissam exhortationibus nostris paremus, et..... eis qui de Ecclesia Christi non recesserunt, et paenitentiam agere et lamentari ac Dominum deprecari a primo lapsus sui die non destiterunt, pacem dandam esse; et eos ad praelium, quod imminet, armari et instrui oportere. — Ibid.

2016. Commvnicatio svb dvabvs speciebvs. — nec morientibus sed uiuentibus communicatio a nobis danda est : ut quos excitamus et hortamur ad praelium, non inermes et nudos relinquamus, sed protectione sanguinis et corporis Christi muniamus..... quomodo ad martyrii poculum idoneos facimus, si non eos prius ad bibendum in Ecclesia poculum Domini iure communicationis admittimus? — Ep. LIV, n. 2.

2017. Ritvs exomologeseos. — Interesse debet..... inter eos qui ab Ecclesiae limine non recedentes et implorantes iugiter ac dolenter diuina et paterna solatia. — Ep. LIV, n. 3.

2018. Sacrificii oblatio cottidiana. — episcopatus nostri honor grandis et gloria est, pacem dedisse mar-

tyribus, ut sacerdotes, qui sacrificia Dei cottidie celebramus, hostias Deo et victimas praeparemus. — Ibid.

2019. Formvla apostolica. — *placuit nobis sancto Spiritu suggerente.* — Ep. LIV, n. 5.

2020. Deprecatio pro pace. — *Oramus et deprecamur Deum, quem prouocare illi et exacerbare non desinunt, ut eorum corda mitescant, ut furore deposito, ad sanitatem mentes redeant, ut pectora operta delictorum tenebris paenitentiae lumen agnoscant; et magis petant fundi pro se preces atque orationes antistitis quam ipsi fundant sanguinem sacerdotis.* — Ep. LV, n. 19 (18).

2021. Commvnicatio calicis cottidiana. — grauior nunc et ferocior pugna imminet, ad quam fide incorrupta et uirtute robusta parare se debeant milites Christi, considerantes idcirco se cottidie calicem sanguinis Christi bibere ut possint et ipsi propter Christum sanguinem fundere. — Ep. LVI, n. 1.

2022. Conventvs. Tractatvs episcopi. — Nec quisquam, f. d., cum populum nostrum fugari conspexerit metu persecutionis et spargi, conturbetur, quod collectam fraternitatem non uideat nec tractantes episcopos audiat. — Ep. LVI, n. 4.

2023. Signvm crvcis in fronte. — muniatur frons, ut signum Dei incolume seruetur. — Ep. LVI, n. 9.

2024. Receptio Evcharistiae in palmis. — Armemus et dexteram gladio spirituali, ut sacrificia funesta fortiter respuat, ut, Eucharistiae memor, quae Domini corpus accepit, ipsum complectatur. — Ep. LVI, n. 9.

2025. Charitas orationem inspirat. — Memores nostri inuicem simus, concordes atque unanimes, utrobique pro nobis semper oremus, pressuras et angustias mutua charitate releuemus. Et si quis istinc nostrum prior diuinae dignationis celeritate praecesserit, perseueret apud Dominum nostra delictio pro fratribus et sororibus nostris apud misericordiam Patris non cesset oratio. — Ep. LVII, n. 5.

2026. De mvnere episcopi ad altare et in sermone. — ... altari Dei assistat antistes, qui ad confessionis arma sumenda et facienda martyria non uerbis plebem, sed factis cohortetur. — Ep. LVIII, n. 2.

2027. Deprecatio ad svfferentiam in praelio. — in sacrificiis atque in orationibus *Deo Patri et Christo Filio eius Domino nostro gratias agere et orare pariter ac petere, ut qui perfectus est atque perficiens custodiat et perficiat in uobis confessionis uestrae gloriosam coronam.* — Ep. LVIII, n. 4.

2028. Baptismvs parvvlorvm intra pavcos dies post partvm. — Quantum uero ad causam infantium pertinet, quos dixisti intra secundum uel tertium diem quo nati sint constitutos baptizari non oportere et considerandam esse legem circumcisionis antiquae, ut intra octauum diem eum qui natus est baptizandum et sanctificandum non putares, longe aliud in concilio nostro omnibus uisum est. In hoc enim quod tu putabas esse faciendum nemo consensit, sed uniuersi potius iudicauimus nulli homini nato misericordiam Dei et gratiam denegandam. — Ep. LIX, n. 2.

2029. De oscvlo in baptismo, etiam parvvlorvm. — Nam et quod uestigium infantis in primis partus sui diebus constituti mundum non esse dixisti, quod unusquisque nostrum adhuc horreat exosculari. — Ep. LIX, n. 4.

2030. Item. — Nam etsi infansa partu nouus est, non ita est tamen ut quisquam illum in gratia danda atque in pace facienda horrere debeat osculari, quando in osculo infantis unusquisque nostrum pro sua religione ipsas adhuc recentes Dei manus debeat cogitare quas in homine modo formato et recens quodam modo exosculamur quando id quod Deus fecit amplectimur. — Ep. LIX, n. 4.

2031. Qvestvs. — Misimus autem sestertia centum millia nummorum, quae istic in ecclesia cui de Domini indulgentia praesumus, cleri et plebis apud nos consistentis collatione collecta sunt, quae uos illic pro uestra diligentia dispensabitis. — Ep. LX, n. 3.

2032. Item. — ..... pro certo habentes ecclesiam nostram et fraternitatem istic uniuersam ne haec ultra fiant precibus orare; si facta fuerint, libenter et largiter subsidia praestare. Vt autem fratres nostros ac sorores, qui ad hoc opus tam necessarium prompte ac libenter operati sunt, ut semper operentur, in mente habeatis in orationibus uestris, et eis uicem boni operis in sacrificiis et precibus repraesentetis. — Ep. LX, n. 4.

2033. Deprecatio pro benefactoribvs. — quorum omnium [scil. : benefactorum] secundum quod fides, et charitas exigit, in orationibus et precibus uestris meminisse debetis. — Ep. LX, n. 4.

2034. De mvnere episcopali. De consecratione calicis. — Quamquam sciam, f. c., episcopos plurimos, ecclesiis Dominicis in toto mundo diuina dignatione praepositos, euangelicae ueritatis ac Dominicae traditionis tenere rationem, nec ab eo quod Christus magister et praecepit et gessit humana et nouella institutione decedere; tamen quoniam quidam uel ignoranter, uel simpliciter, in calice Dominico sanctificando et plebi ministrando non hoc faciunt quod Iesus Christus Dominus et Deus noster, sacrificii huius auctor et doctor fecit et docuit, religiosum pariter ac necessarium duxi has ad nos litteras facere; ut, si qui in isto errore adhuc tenetur, ueritatis luce perspecta, ad radicem atque originem traditionis Dominicae reuertatur. — Ep. LXIII, n. 1.

2035. De vino in calice. — Admonitos autem nos scias ut in calice offerendo Dominica traditio seruetur, neque aliud fiat a nobis quam quod pro nobis Dominus prior fecit, ut calix qui in commemorationem eius offertur mistus uino offeratur. Nam cum dicat Christus : Ego sum uitis uera, sanguis Christi non aqua est utique, sed uinum. — Ep. LXIII, n. 2.

2036. De sacrificio panis et vini. — quis magis sacerdos Dei summi quam Dominus noster Iesus Christus, qui sacrificium Deo Patri obtulit et obtulit hoc idem quod Melchisedec obtulerat, id est panem et uinum, suum scilicet corpus et sanguinem? — Ep. LXIII, n. 4.

2037. Sacrificivm panis et calicis mixti. — Vt ergo in Genesi per Melchisedec sacerdotem benedictio circa Abraham posset rite celebrari, praecedit ante imago sacrificii in pane et uino scilicet constituta; quam rem perficiens et adimplens Dominus panem et calicem mixtum uino obtulit. — Ibid.

2038. De mixtione calicis. — per Salomonem Spiritus sanctus typum Dominici sacrificii ante praemonstrans immolatae hostiae et panis et uini, sed et altaris et apostolorum faciens mentionem..... Vinum mixtum declarat, id est, calicem Domini aqua et uino mixtum prophetica uoce praenuntiat. — Ep. LXIII, n. 5.

2039. De vino sive de sangvine vvae. — Quando autem sanguis uuae dicitur, quid aliud quam uinum calicis Dominici sanguinis ostenditur? — Ep. LXIII, n. 6.

2040. De colore vini in sacrificio (?). — Quare rubicunda..... Numquid rubicunda uestimenta aqua potest facere, aut in torculari aqua est quae pedibus calcatur uel praelo exprimitur? Vini utique mentio ideo ponitur ut Domini sanguis uino intelligatur, et quod in calice Dominico postea manifestatum est prophetis annuntiantibus praedicaretur. — Ep. LXIII, n. 7.

2041. Aqva sola in S. S. baptisma praedicatvr. — Quotiescumque (autem) aqua sola in Scripturis sanctis nominatur, baptisma praedicatur. — Ep. LXIII, n. 8.

2042. Evcharistia post baptisma. — Per baptisma (enim) Spiritus sanctus accipitur, et sic baptizatis et Spiritum sanctum consecutis ad bibendum calicem Domini peruenitur. — Ibid.

2043. Baptisma non iteratvr. Calix Dni iteratvr. — ipsum baptisma salutaris aquae significatur, quod semel scilicet sumitur, nec rursus iteratur. Caeterum calix Domini in Ecclesia semper et sititur et bibitur. — Ibid.

2044. De mixtione calicis et de vino. — Calicem (etenim) sub die passionis accipiens benedixit et dedit discipulis suis dicens : *Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* Dico uobis, non bibam amodo ex ista creatura uitis usque in diem illum quo uobiscum bibam nouum uinum in regno Patris mei. Qua in parte inuenimus calicem mixtum fuisse quem Dominus obtulit et uinum fuisse quod sanguinem dixit. Vnde apparet sanguinem Christi non offerri si desit uinum calici, nec sacrificium Dominicum legitima sanctificatione celebrari, nisi oblatio et sacrificium nostrum responderit passioni. Quomodo autem de creatura uitis nouum uinum cum Christo in regno Patris bibemus, si in sacrificio Dei Patris et Christi uinum non offerimus, nec calicem Domini Dominica traditione miscemus? — Ep. LXIII, n. 9.

2045. De mixtione calicis. — Quod si a Domino praecipitur, et ab Apostolo eius hoc idem confirmatur et traditur, ut *quotiescumque biberimus, in commemorationem Domini hoc faciamus* quod fecit et Dominus, inuenimus non obseruari a nobis quod mandatum est, nisi eadem quae Dominus fecit nos quoque faciamus, et calicem pari ratione miscentes a diuino magisterio non recedamus. — Ep. LXIII, n. 10.

2046. Aqva sola non valet. — miror satis unde hoc usurpatum sit ut, contra euangelicam et apostolicam disciplinam, quibusdam in locis aqua offeratur in Dominico calice, quae sola Christi sanguinem non possit exprimere. — Ep. LXIII, n. 11.

2047. Vinvm solvm inebriare potest. — Calix (autem) qui inebriat, utique uino mistus est, neque enim aqua inebriare quemquam potest. — Ibid.

2048. Vinvm pro sacrificio. — instruere nos debeat [scil.: sacramentum Domini in nuptiis in Cana Galileae] ut in sacrificiis Dominicis uinum potius offeramus. — Ep. LXIII, n. 12.

2049. De mixtione calicis. — Quando autem in calice uino aqua miscetur. — Ep. LXIII, n. 13.

2050. Item. — in sanctificando calice Domini offerri aqua sola non potest, quomodo nec uinum solum potest. — Ibid.

2051. Panis vnvs cvm granis mvltis. — grana multa in unum collecta et commolita et commista panem unum faciunt. — Ibid.

2052. De ritibvs evcharistiae servandis. — Quod si nec minima de mandatis Dominicis licet soluere, quanto magis tam magna, tam grandia, tam ad ipsum Dominicae passionis et nostrae redemptionis sacramentum pertinentia fas non est infringere, aut in aliud quam quod diuinitus institutum sit humana traditione mutare. — Ep. LXIII, n. 14.

2053. Sacrificia matvtina. — ..... omnis religionis et ueritatis disciplina subuertitur, nisi quod spiritaliter praecipitur fideliter reseruetur, nisi si in sacrificiis matutinis hoc quis ueretur ne per saporem uini redoleat sanguinem Christi. — Ep. LXIII, n. 15.

2054. De hora sacrificii celebrandi. — An illa sibi aliquis contemplatione blanditur, quod, etsi mane aqua sola offerri uidetur, tamen ad cenandum uenimus, mistum calicem offerimus? Sed cum cenamus ad conuiuium nostrum plebem conuocare non possumus, ut sacramenti ueritatem fraternitate omni praesente celebremus. Atenim non mane, sed post coenam, mistum calicem obtulit Dominus. Numquid ergo Dominicum post coenam celebrare debemus, ut sic mistum calicem frequentandis Dominicis offeramus? — Ep. LXIII, n. 16.

2055. Item. — Nos autem resurrectionem Domini mane celebramus. — Ibid.

2056. Mentio passionis in sacrificio. — ..... passionis eius mentionem in sacrificiis omnibus facimus (passio est enim Domini sacrificium quod offerimus). — Ep. LXIII, n. 17.

2057. De intentione sacrificii. — *Quotiescumque* ergo calicem *in commemorationem* Domini et passionis eius offerimus, id quod constat Dominum fecisse faciamus. Et uiderit, f. c., si quis de antecessoribus nostris uel ignoranter uel simpliciter non hoc obseruauit et tenuit quod nos Dominus facere exemplo et magisterio suo docuit, potest simplicitati eius de indulgentia Domini uenia concedi. Nobis uero non poterit ignosci, qui nunc a Domino admoniti et instructi sumus ut calicem Dominicum uino mistum, secundum quod Dominus obtulit, offeramus; et de hoc quoque ad collegas nostros litteras dirigemus, ut ubique lex euangelica et traditio Dominica seruetur, et ab eo quod Christus et docuit et fecit non recedatur. — Ibid.

2058. Exomologesis (etiam in vigiliis noctvrnis?). — ...... cum debeat [scil. : Fortunatianus episcopus lapsus] satisfacere et ad Dominum exorandum diebus ac noctibus lacrymis et orationibus et precibus incumbere. — Ep. LXIV, n. 1.

2059. Altaria. — ..... quasi post aras diaboli accedere ad altare Dei fas sit. — Ibid.

2060. Deprecatio pro fratribvs. — ..... sacerdotium Dei sibi uindicare non possunt [scil. : lapsi] nec ullam in conspectu eius precem pro fratribus facere. — Ep. LXIV, n. 2.

2061. De lapsorvm precibvs. — ..... nec oblatio sanctificari illic possit ubi Spiritus sanctus non sit, nec cuiquam Dominus per eius orationes et preces prosit qui Dominum ipse uiolauit. — Ep. LXIV, n. 4.

2062. Disciplina exomologeseos. — Lapsi ...... a deprecando Domino non recedant, nec Ecclesiam catholicam, quae una et sola est a Domino constituta, derelinquant; sed, satisfactionibus immorantes et Domini misericordiam deprecantes, ad Ecclesiam pulsent, ut recipi illic possint ubi fuerunt. — Ep. LXIV, n. 5.

2063. Hierarchia. — immemor [scil. : diaconus quidam] sacerdotalis loci tui [scil. : Rogatiana episcopi] et officii, ac ministerii sui oblitus. — Ep. LXV, n. 1.

2064. Cathedra. — pro episcopatus uigore et cathedrae auctoritate. — Ibid.

2065. De gradvvm hierarchiae dignitate. — Meminisse autem diaconi debent quoniam apostolos, id est episcopos et praepositos Dominus elegit, diaconos autem, post ascensum Domini in coelos apostoli sibi constituerunt episcopatus sui et Ecclesiae ministros. — Ep. LXV, n. 3.

2066. Hierarchia. — ego et collegae mei [scil. : episcopi] qui praesentes aderant, et compresbyteri nostri qui nobis assidebant. — Ep. LVI, n. 1.

2067. Qvi possvnt altari deservire. — singuli diuino sacerdotio honorati et in clerico ministerio constituti non nisi altari et sacrificiis deseruire et precibus atque orationibus uacare debeant. — Ibid.

2068. De sportvla pro clero. Vigiliae noctvrnae. Sacrificivm et oblationes pro defvncto. Diptycha. — ..... nunc ratio et forma in clero tenetur, ut qui in Ecclesia Domini ordinatione clerica promouentur, in nullo ab administratione diuina auocentur, ne molestiis et negotiis saecularibus alligentur, sed in honore sportulantium fratrum, tamquam decimas ex fructibus accipientes, ab altari et sacrificiis non recedant, sed die ac nocte coelestibus rebus et spiritualibus seruiant. Quod episcopi antecessores nostri........ censuerunt........ si quis hoc fecisset non offerretur pro eo, nec sacrificium pro dormitione eius celebraretur. Neque enim apud altare Dei meretur nominari in sacerdotum prece qui ab altari sacerdotes et ministros uoluit auocari. Et ideo..... ..... non est quod pro dormitione eius apud uos fiat oblatio, aut deprecatio aliqua nomine eius in Ecclesia frequentetur. — Ep. LXVI, nn. 1, 2.

2069. Memoria martyrvm celebrata. — Seruandus est enim antecessorum nostrorum beatorum martyrum Cornelii et Lucii honor gloriosus : quorum memoriam cum nos honoremus, multo magis tu, f. c. [scil. : Stephanus pp.], honorificare et seruare grauitate et auctoritate tua debes, qui uicarius et successor eorum factus es. — Ep. LXVII, n. 5.

2070. Ordinationes. — tu existimes sacerdotes Dei sine conscientia eius in Ecclesia ordinari? — Ep. LXIX. n. 1.

2071. Sacrificivm ore mactatvm. — si Deo et Christo eius, quibus seruio et quibus puro atque immaculato ore sacrificia et in persecutione pariter et in pace indesinenter offero. — Ep. LXIX, n. 9.

2072. Hierarchia. — plurimi coepiscopi, cum compresbyteris. — Ep. LXXI, n. 1.

2073. Ritvs redintegrationis christianorvm. — nos quoque hodie obseruamus, ut quos constet hic baptizatos esse et a nobis ad haereticos transisse, si postmodum peccato suo cognito et errore digesto, ad ueritatem et matricem redeant, satis sit in paenitentiam manum imponere. — Ep. LXXI, n. 2.

2074. Aqva baptismi. — una est aqua in Ecclesia sancta quae oues faciat. — Ibid.

2075. De cathedra sacerdotali. — quia et honorem cathedrae sacerdotalis Nouatianus usurpat, num idcirco nos cathedrae renuntiare debemus? — Ep. LXXIII, n. 2.

2076. Regvla fidei. — Si eumdem *Patrem*, eumdem *Filium*, eumdem *Spiritum sanctum*, eamdem *Ecclesiam confitentur* nobiscum [scil. : haeretici]........ potest illic et baptisma unum esse, si est et fides una. — Ep. LXXIII, 4.

2077. Regvla fidei. — Insinuat [scil. : D. N. I. C.]

Trinitatem cuius sacramento gentes tinguerentur? Numquid hanc Trinitatem Marcion tenet? numquid eumdem adserit quem et nos *Deum Patrem creatorem?* eumdem nouit *Filium Christum de Maria Virgine natum, qui Sermo caro factus sit, qui peccata nostra portauerit, qui mortem moriendo uicerit, qui resurrectionem carnis per semetipsum primus initiauerit et discipulis suis quod in eadem carne resurrexisset ostenderit?* — Ep. LXXIII, n. 5.

2078. Impositio manvvm. — ei ueniente manum imponi ut Spiritum sanctum consequatur et signetur. — Ep. LXXIII, n. 6.

2079. Praepositi in ecclesia baptizent et absolvant a peccatis? — non nisi in Ecclesia praepositis et euangelica lege ac Dominica ordinatione fundatis licere baptizare et remissam peccatorum dare. — Ep. LXXIII, n. 7.

2080. Hierarchia. — certa lege ac propria ordinatione diuinitus cuncta esse disposita, nec posse quemquam contra episcopos et sacerdotes usurpare sibi aliquid quod non sit sui iuris et potestatis. — Ep. LXXIII, n. 8.

2081. Neophytorvm ritvs. Confirmatio. — nunc quoque apud nos geritur, ut qui in Ecclesia baptizantur praepositis Ecclesiae offerantur, et per nostram orationem ac manus impositionem Spiritum sanctum consequantur et signaculo Dominico consummentur. — LXXIII, n. 9.

2082. Praeses conventvs. — In hoc [scil. : Ecclesia] praesidemus. — Ep. LXXIII, n. 11.

2083. Formvla baptismi. — ... baptisma nobis et haereticis commune esse non potest, cum quibus nec *Pater* Deus, nec *Filius* Christus, nec *Spiritus sanctus*, nec *Ecclesia* ipsa communis est. — Ep. LXXIII, n. 21.

2084. Baptisma dicitvr tinctio. — ... unitatis oblitus mendacia et contagia profanae tinctionis usurpat. — Ep. LXXIV, n. 2.

2085. Ritvs receptionis haereticorvm. — ... et a quacumque haeresi uenientes non baptizentur, sed tantum manus illis imponatur in paenitentiam. — Ibid.

2086. Sacramentvm. — ... ad celebranda sacramenta coelestia. — Ep. LXXIV, n. 4.

2087. De baptismi et confirmationis ritv. — Aut si effectum baptismi maiestati nominis tribuunt, ut qui *in nomine Iesu Christi* ubicumque et quomodocumque baptizantur, innouati et sanctificati iudicentur, cur non in eiusdem Christi nomine illic et manus baptizato imponitur ad accipiendum Spiritum sanctum, cur eadem eiusdem maiestas nominis non praeualet in manus impositione quam ualuisse contendunt in baptismi significatione? Nam si potest quis extra Ecclesiam natus, templum Dei fieri, cur non possit super templum et Spiritus sanctus infundi? Qui enim peccatis in baptismo expositis sanctificatus est et in nouum hominem spiritualiter reformatus ad accipiendum Spiritum sanctum idoneus factus est. — Ep. LXXIV, n. 5.

2088. Ritvs pro receptione apostatarvm. — Illos [scil. : apostatas] enim oportet, cum redeunt, acta paenitentia per manus impositionem solam recipi et in ouile unde errauerant, a pastore restitui. — Ep. LXXIV, n. 12.

2089. Sacramentvm paschae. — de sacramento Paschae et agni. — Ep. LXXVI, n. 4.

2090. Panis evcharistici materia. Vinvm. — quando Dominus corpus suum panem uocat de multorum granorum adunatione congestum ..... et quando sanguinem suum uinum appellat de botruis atque acinis plurimis expressum atque in unum coactum. — Ep. LXXVI, n. 5.

2091. De symboli recitatione. Regvlae fidei formvla. — Quod si aliquis illud opponit ut dicat eamdem Nouatianum legem tenere quam catholica Ecclesia teneat, eodem Symbolo quo et nos baptizare, eumdem nosse *Deum Patrem,* eumdem *Filium Christum,* eumdem *Spiritum sanctum,* ac propter hoc usurpare eum potestatem baptizandi posse quod uideatur interrogatione baptismi a nobis non discrepare, sciat quisquis hoc opponendum putat, primum non esse unam nobis et schismaticis Symboli legem, neque eamdem interrogationem. Nam cum dicunt : *Credis remissionem peccatorum, et uitam aeternam per sanctam Ecclesiam,* mentiuntur in interrogatione, quando non habeant Ecclesiam. — Ep. LXXVI, n. 7.

2092. Exorcismvs per vocem hvmanam. — Quod hodie etiam geritur, ut per exorcistas uoce humana et potestate diuina flagellatur et uratur et torqueatur diabolus. — Ep. LXXVI, n. 15.

2093. De materia aqvae pro baptismo. — Cum tamen ad aquam salutarem atque ad baptismi sanctificationem uenitur, scire debemus et fidere quia illic diabolus opprimitur et homo Deo dicatus diuina indulgentia liberatur. — Ibid.

2094. Formvla. — Constitutis martyribus *Dei Patris omnipotentis et Iesu Christi Domini nostri et Dei conseruatoris nostri* aeternam salutem. — Ep. LXXVII, n. 1.

2095. Confessores non possvnt offerre sacrificivm. — illic [scil. : in metallo] nunc sacerdotibus Dei facultas non datur offerendi et celebrandi sacrificia diuina. — Ep. LXXVII, n. 3.

2096. Deprecatio pro diversis. — Plane, quia nunc uobis in precibus efficacior sermo est, et ad impetrandum quod in pressuris petitur facilior oratio est, petite impensius et rogate *ut confessionem omnium nostrum dignatio diuina consummet, ut de istis tenebris et laquaeis mundi nos quoque uobiscum integros et gloriosos Deus liberat, ut qui hic charitatis et pacis uinculo copulati contra haereticorum iniurias et pres-*

suras gentilium simul stetimus, pariter in regnis coelestibus gaudeamus. — Ep. LXXVII, n. 7.

2097. Deprecatio ad coronam gloriae obtinendam. — Quod ut consummetur in uobis, assiduis orationibus Dominum deprecamur, *ut, initiis ad summa pergentibus, quos confiteri fecit, faciat et coronari.* — Ep. LXXXI, n. 4.

2098. Hierarchia. — ut episcopi et presbyteri et diacones. — Ep. LXXXII, n. 1.

2099. Deprecatio pro exitu. — ego et pro me et pro uobis apud uos confiteri et ibi pati, et exinde ad Dominum proficisci orationibus continuis deprecer et uotis omnibus exoptem et debeam. — Ep. LXXXIII, n. 1.

CONFESSORVM EPISTVLA

AD CYPRIANVM

2100. Hierarchia. — Praesente de clero et exorcista et lectore. Lucianus scripsit. — Ep. XVI, int. Cypr.

NEMESIANI ET ALIORVM

2101. Hierarchia. — Herennianum hypodiaconum et Lucianum, et Maximum et Amantium acolythos. — Ep. LXXVIII, n. 3, int. Cypr.

2102. Deprecatio. — Simus ergo orationibus nostris alterutrum adiutores et *rogemus,* sicut mandasti, *ut Deum et Christum et Angelos in omnibus actibus nostris habeamus fautores.* — Ibid.

LVCII ET SOCIORVM

2103. Laudes Deo. — nobiscum laudes Deo dicere. — Ep. LXXIX, n. 2, int. Cypr.

FELICIS IADERI ET POLYANI

2104. Deprecatio. — *Deo Patri omnipotenti per Christum eius gratias egimus et agimus quod sic confortati et corroborati sumus per tuam allocutionem, petentes de animi tui candore ut nos assiduis orationibus tuis in mente habere digneris, ut confessionem uestram et nostram, quam Dominus in nobis conferre dignatus est, suppleat.* — Ep. LXXX, inter Cyprian.

COMMODIANI

INSTRVCTIONVM LIBRI II

2105. Lavdes Deo in ecclesia. — Omnipotenti laudes in ecclesia reddere debes. — L. I, c. xxvii, v. 22.

2106. Formvla. — Tollite corda fera et exasperata seorsum. — C. xxxiii, v. 4.

2107. Cantvs psalmorvm. — (apud gentiles) cantantur pro psalmis amores. — C. xxxiii, v. 12.

2108. Hymni soli Deo. — Hymnum sibi soli Dominus proferre praecepit. — C. xxxv, v. 22.

2109. Catechvmenvm instrvctio. — Catecuminis. — L. II, c. v.

2110. Lotio baptismi. — lotus debes..... — C. vi, v. 6.

2111. Baptismvs non iterandvs. — Semel es lotus, numquid poteris denuo mergi? — C. vi, v. 9.

2112. Baptismvs. — Translati lauacro. — C. vii, v. 12.

2113. Disciplina exomologeseos.
Paenitens es factus : noctibus diebusque precare,
Attamen a matre [scil. : ecclesia] noli discedere longe,
Et tibi misericors poterit Altissimus esse,
Non fiet in uacuum confusio culpae proinde,
In reatu tuo sorde manifesta deflere. — C. viii, vv. 1-5.

2114. De paenitentia pvblica.
... commoneo uulneratos cautius ire
Barbam atque comam foedare in puluere terrae
Volutarique saccis et petere summo de Rege
Subuenire tibi, ne pereas de plebe. — C. viii, vv. 10-13.

2115. Oratio.
... Si refugiat inops aut profanus ab hoste,
Eramen ut sonans, facti uel ut aspides surdi,
Orare satis debet uel se condere talis. — C. ix, vv. 18-20.

2116. Paenitentia. Prostratio.
Refugium Regis pete, si delictor fuisti;
Tu illum implora : prostratus illi fatere :
Omnia concedet, cuius sunt et omnia nostra.
C. xi, vv. 5-7.

2117. Praepositi. — Vt tuo praeposito cottidie praesto sis. — C. xii, v. 8.

2118. De gazo ecclesiae. — ... non donum gazo paratis. — C. xiv, v. 12.

2119. De cvltv martyrvm. — Si refrigerare cupis animam, ad martyres i! — C. xvii, v. 19.

2120. Percvssio pectoris. — Casto ac pudico sensu pertundite pectus. — C. xviii, v. 11.

2121. De elevatione manvvm. — Palmas Deo dignas praesagio malo ligatis. — C. xix, v. 15.

2122. De psalmis. — Saltatis in domibus, pro psalmis cantatis amores. — C. xix, v. 18.

2123. De choro.
Ymnificato choro placitoque Christo servite,
Zelantes favore Christo offerte odorem.
C. xix, vv. 22-23.

2124. De die Dominica. Agape.
Die Dominica quid? Alius si non ante uocauit
Ex suo te deturba pauperem, quem ad prandium ducas
In tali spes est uestra de uestro refecto.
C. xx, vv. 21-23.

2125. Doctor. — Non sum ego doctor, sed lex docet ipsa clamando. — C. xxii, v. 15.

2126. De lectoribvs.
Lectores moneo quosdam cognoscere tantum,
Et dare materiam ceteris exemplo uiuendi,
Certamen fugire lites totidemque uitare,
Tumorum premere, nec unquam esse superbos.
Obsequia iusta maiorum cuique deferte;
Reddite uos Christo similes, filioli, magistro;
Inter agrestiua benefactis lilia sitis.
Beati facti estis, cum feceritis edicta
Vos flores in plebe, uos estis Christi lucernae
Seruate quod estis et memorare potestis. — C. xxvi.

2127. De diaconis.
Mysterium Christi, Zacones, exercite caste,
Idcirco ministri facite praecepta magistri.
Nolite fugere personam iudicis aequi,
Integrate locum uestrum per omnia docti.
Susum intendentes, semper Deo summo deuoti
Tota Deo reddite inlaesa mysteria sacra.
Rebus in diuersis exemplum date parati;
Inclinate caput uestrum pastoribus ipsi :
Sic fiet, ut Christi populo sitis probati. — C. xxvii.

2128. De vsv mellis. — (pastor) terreat in primis, et postea melle perungat. — C. xxviii, v. 4.

2129. De gazo ecclesiae. — In gazo praeterea de labore mittere debes. — C. xxxi, v. 14.

2130. Deprecatio pro defvnctis. — Lugere (quod fas est) nolite, tamen orate pro illis [scil. : defunctis]. — C. xxxii, v. 10.

2131. De Pascha.
Congruit in Pascha, die felicissimo nostro,
Laetentur et illi, qui postulant sumpta diurna
Erogetur eis quod sufficit, uinum et esca.
C. xxxiv, vv. 1-3.

2132. De percvssione pectoris.
... quo uenisti fundere preces,
Aut pulsare domum stomachi pro delicto diurno.
Bucina praeconum clamat lectore legente.
Vt pateant aures, et tu magis obstruis illas;
Luxaris labia, quibus ingemiscere debes.
C. xxxv, vv. 3-7.

2133. Formvla prefationis missae. Deprecatio pro plebis salvte.
Terruit hinc Dominus : Domus orationis adesto!
Sacerdos Domini cum « *Sursum corda* » praecepit,
In prece fienda ut fiant silentia uestra,
Limpide respondis nec tempora quoque promittis
Exorat ille Altum pro plebe deuota
Ne pereat aliquis..... — C. xxxv, vv. 12-17.

2134. De orantibvs.
Orantem si cupias te exaudiri de coelo
Rumpe de latibuli nequitia uincula tota,
Aut si benefactis ores miseratus egenis,
Ne dubites : quicquid petieris, datur oranti.
Tu sane si nudus benefactis Deum adores,
In totum ne facias sic orationem inepte. — C. xxxviii.

2135. De vita beata. — (uiri fideles uiuentes in aeuo)... ut seruiant sanctis et Alto. — C. xxix, v. 15.

ELENCHVS TITVLORVM

CAPITVM LIBRI SECVNDI INSTRVCTIONVM AD REM LITVRGICAM SPECTANTIVM

2136.

Cap. V. — Catechuminis.
VI. — Fidelibus.
VIII. — Paenitentibus.
IX. — Qui apostatauerunt Deo.
X. — De infantibus.
XI. — Desertores.
XVIII. — Matronis ecclesiae Dei uiui.
XX. — In ecclesia omni populo Dei.
XXI. — Martyrium uolenti.
XXVI. — Lectoribus.
Cap. XXVII. — Ministris (i. e. Diaconibus).
XXVIII. — Pastoribus Dei.
XXIX. — Maioribus natis (dico).
XXX. — Infirmum (sic uisita).
XXXI. — Pauperibus sanis.
XXXII. — Filios non lugendos.
XXXIII. — De pompa funebri.
XXXIV. — Clericis.
XXXVII. — Pastori.
XXXVIII. — Oranti.

EX CARMINE APOLOGETICO

2137. Gratiarvm actiones. — gratias Domino. — V. 9.

2138. De calice Dni. — Quis uelit uenenum aut suauia pocula uitae! — V. 86.

2139. Formvla.
In psalmis canitur : *Dominus regnauit a ligno; Exultet terra, iocundentur insulae multae.*
V. 295-296.

2140. Formvla. — De uerbo curabant infirmos *in nomine Christi.* — V. 840.

2141. Deprecatio Deo. — Supplicat iratus Altissimum. — V. 842.

2142. Oblatio (cottidiana?). — Nulla dies pacis tunc erit nec oblatio Christo. — V. 879.

2143. Hymnorvm cantvs. — ... hymnos pariterque decantant. — V. 978.

2144. Intercessio Sanctorvm.
Interea sancti intrant in colonia sancta
Qui Dei promissa capiant sine fine laetantes.
Exorant Deum pro mortuis uti resurgant.
V. 989-991.

VICTORINI

PETABIONENSIS EPISCOPI DE FABRICA MVNDI

2145. De ieivniis et svperpositione. — quare usque ad horam nonam ieiunamus, usque ad uesperam, aut superpositio usque in alterum diem fiat. — *De fabrica mundi.*

2146. De ieivniis. De stationvm diebvs. — hoc quoque die ob passionem Domini Iesu Christi aut stationem Deo aut ieiunium, facimus. — Ibid.

2147. De svperpositionibvs. De commvnicatione diei Dominicae. — hoc die solemus superponere; idcirco, ut die Dominico cum gratiarum actione ad panem exeamus. — Ibid.

2148. De svperpositionis ratione. — Et parasceue superpositio fiat, ne quid cum Judaeis sabbatum obseruare uideamur. — Ibid.

ARNOBII

ADVERSVS NATIONES LIBRI VII

2148ª. Oratio cottidiana alta voce. — is habendus est diuinus qui aut summum imperatorem nescit, aut ignorat a nobis cottidianis ei precibus supplicari? Qui si pectorum secreta nesciret nec quid in intimis sensibus contineamus, agnosceret . summum tamen inuocare nos Deum, et ab eo quod postulamus orare, uel auribus potuit scire, uel ipsius uocis sono, qua utimur in precibus noscitare. — L. I, cap. xxvi.

2149. De divinorvm officiorvm proposito. Prostratio, preces. — nihil sumus aliud Christiani, nisi magistro Christo summi regis ac principis ueneratores nihil, si consideres, aliud inuenies in ista religione uersari. Haec totius summa est actionis : hic propositus terminus diuinorum officiorum, hic finis. Huic omnes ex more prosternimur, hunc collatis precibus adoramus, ab hoc iusta, et honesta, et auditu eius condigna deposcimus. Non quo ipse desideret supplices non esse, aut amet substerni tot millium uenerationem uidere. Vtilitas haec nostra est et commodi nostri rationem spectans. Nam quia proni ad culpas, et ad libidinis uarios adpetitus uitio sumus infirmitatis ingenitae, patitur se semper nostris cogitationibus concipi : ut dum illum oramus, et mereri eius contendimus munera, accipiamus innocentiae uoluntatem, et ab omni nos labe delictorum omnium amputatione purgemus. — L. I, c. xxvii.

2149ª. Cvltvs cottidianvs. — Sed non, inquit, idcirco dii nobis infesti sunt, quod omnipotentem colatis Deum : sed quod hominem natum, et, quod personis infame est uilibus, crucis supplicio interemptum, et Deum fuisse contenditis, et superesse adhuc creditis et cottidianis supplicationibus adoratis. — L. I, c. xxxvi.

2149ᵇ. Exorcismvs. — Cuius [Christi scil.] nomen auditum fugat noxios spiritus, imponit silentium uatibus, haruspices inconsultos reddit, arrogantium magorum frustrari efficit actiones, non horrore, ut dicitis, nominis, sed maioris licentia potestatis. — L. I, c. xlvi.

2149ᶜ. Acclamatio. — Quem esse omnes naturaliter scimus : siue cum exclamamus, o Deus. — L. II, c. ii.

2150. Concrematio librorvm. Formvla precvm. — Nam nostra quidem scripta cur ignibus meruerunt dari? cur immaniter conuenticula dirui? in quibus *summus oratur Deus, pax cunctis et uenia postulatur magistratibus, exercitibus, regibus, familiaribus, inimicis, adhuc uitam degentibus, et resolutis corporum uinctione; in quibus aliud auditur nihil, nisi quod humanos faciat, nisi quod mites, uerecundos, pudicos, castos, familiaris communicatores rei et cum omnibus, quod solidet germanitas, necessitudine copulatos.* — L. IV, c. xxxvi.

2151. De templis et simvlacris. De altaribvs et libationibvs nec non de thvre et frvgvm oblationibvs. — In hac enim consuescitis parte crimen nobis maximum impietatis affingere; quod neque aedes sacras uenerationis ad officia construamus, non deorum alicuius simulacrum constituamus, aut formam, non altaria fabricemus, non aras, non caesorum sanguinem animantium demus, non thura neque fruges salsas, non denique uinum liquens paterarum effusionibus inferamus. — L. VI, c. I.

LACTANTII

DIVINARVM INSTITVTIONVM LIBRI VII

2152. De exorcismis. — Iustos autem, id est, cultores *Dei*, metuunt [scil. : daemones] cuius *nomine* adiurati de corporibus excedunt : quorum uerbis, tanquam flagris uerberati, non modo daemonas se esse confitentur, sed etiam nomina sua edunt, illa, quae in templis adorantur, et quod plerumque coram cultoribus suis faciunt; non utique in opprobrium religionis et honoris sui, quia nec Deo per quem adiurantur, nec iustis, quorum uoce torquentur, mentiri possunt. Itaque maximis saepe ululatibus editis, uerberari se et ardere et iamiamque exire proclamant — L. II, c. XVI.

2153. De die Paschae. — sub imperio Tiberii Caesaris; cuius anno quinto decimo, id est, duobus Geminis Consulibus, ante diem deciman, calendarum aprilium, Iudaei Christum cruci affixerunt. — L. IV, c. X.

2154. De confessione peccatorvm. — Volens enim uitae ac saluti nostrae pro aeterna sua pietate consulere, paenitentiam nobis in illa circumcisione proposuit, ut si cor nudauerimus, id est, si peccata nostra confessi satis Deo fecerimus, ueniam consequamur; quae contumacibus et admissa sua celantibus denegatur ab eo qui non faciem, sicut homo, sed intima et arcana pectoris intuetur. — L. IV, c. XVII.

2155. De signo crvcis in fronte. — Saluti est omnibus, qui signum sanguinis, id est, crucis qua sanguinem fudit, in sua fronte conscripserint. Frons enim summum limen est hominis; et lignum sanguine delibutum crucis significatio est. — L. IV, c. XXVI.

2156. De exorcismis per Christvm et crvcem. De crvcis signo svper frontem. — Quanto terrori sit daemonibus hoc signum, sciet qui uiderit, quatenus *adiurati per Christum* de corporibus quae obsederint, fugiant. Nam sicut ipse, cum inter homines ageret, uniuersos daemones uerbo fugabat..... ita nunc sectatores eius eosdem spiritus inquinatos de hominibus et *nomine* magistri sui et signo passionis excludunt. Cuius rei non difficilis est probatio. Nam cum diis suis immolant, si assistat aliquis signatam frontem gerens, sacra nullo modo litant. — L. IV, c. XXVII.

2157. De iteranda oratione. — Quid enim mihi afferet causae, cur precari pro salute filiorum semel, religiosi, et idem decies facere, superstitiosi esse hominis arbitretur? Si enim semel facere optimum est, quanto magis saepius? Si hora prima; ergo et tota die. — L. IV, c. XXVIII.

2158. « Cvltor Dei ». — qui se cultores Dei confiterentur. — L. V, c. XI.

2159. De conventicvlis. — Aliqui [scil. : persecutores] ad occidendum praecipites extiterunt, sicut unus in Phrygia, qui uniuersum populum cum ipso pariter conuenticulo concremauit. — Ibid.

2160. De « fratrvm » nomine. — apud nos inter pauperes et diuites, seruos et dominos interest nihil : nec alia causa est cur nobis inuicem fratrum nomen impertiamus, nisi quia pares esse nos credimus. — L. V, c. XV.

2161. De exorcismis. — Cum corpora hominum occupant [scil. : daemones] animasque diuexant, adiurantur ab his, et *nomine Dei ueri* fugantur..... interroganti, qui sint, quando uenerint, quomodo in hominem irrepserint, confitentur. Sic extorti et excruciati uirtute *diuini nominis*, exsolantur. — L. V, c. XXII.

2162. De ritv congrvo pro sacrificio. — Venio nunc ad id quod est summum operis huius et maximum, ut doceam quo ritu, quoue sacrificio Deum coli oporteat. — L. VI, c. I.

2163. De dono et sacrificio. — Duo sunt quae offerri debeant, donum et sacrificium. — L. VI, c. XXV.

2164. De vero sacrificio qvod est lavdatio. — Nos uero gratias agentes adoremus. Huius enim sacrificium, sola benedictio. Et recte. Verbo enim sacrificari oportet Deo..... Summus igitur colendi Dei ritus est, ex ore iusti hominis ad Deum directa laudatio........ misericordiam Dei semper imploret, nihilque aliud precetur, nisi peccatis suis ueniam, licet nulla sint. Si quid aliud desiderauerit, non opus dicto scienti quid uelimus. Si quid bona euenerit, gratias agat; si quid mali, satisfaciat, et id sibi ob peccata euenisse fateatur : et nihilominus etiam in malis gratias agat, et in bonis satisfaciat : ut idem sit semper, et stabilis et immutabilis et inconcussus. Nec tantum hoc in templo putet sibi esse faciendum, sed et domi et in ipso etiam cubili suo. — Ibid.

2165. Vigilia diei natalis Domini. — haec est nox, quae a nobis propter aduentum regis ac Dei nostri peruigilio celebratur. — L. VII, c. XIX.

DE MORTIBVS PERSECVTORVM

2166. De die Paschae. — Extremis temporibus Tiberii Caesaris, ut scriptum legimus, Dominus noster Iesus Christus a Iudaeis cruciatus est, post diem decimum Kalendarum Aprilium, duobus Geminis consulibus. — C. II.

2167. De crvcis signo in fronte. — quidam ministrorum scientes Dominum, cum assisterent immolanti, imposuerunt frontibus suis immortale signum. Quo facto, fugatis daemonibus, sacra turbata sunt. — C. X.

2168. De imaginibvs sacris. De scriptvris et de templis. — ad Ecclesiam Praefectus cum ducibus, et Tribunis et rationalibus uenit; et reuulsis foribus, simulacrum Dei quaeritur. Scripturae repertae incenduntur........ ueniebant igitur Praetoriani acie structa, cum securibus et aliis ferramentis; et immissi undique, fanum illud editissimum paucis horis solo adaequarunt. — C. XII.

2169. « Conventicvla ». — conuenticula, id est, parietes, qui resisti potuerant, dirui passus est. — C. XV.

2170. Item. — Denuo sint Christiani et conuenticula sua componant. — C. XXXIV.

2171. Deprecatio pro imperio. — proxima nocte Licinio quiescenti adstitit Angelus Dei, monens ut ocius surgeret, atque oraret Deum summum cum omni exercitu suo; illius fore uictoriam, si fecisset. Post has uoces, cum surgere sibi uisus esset, et eum ipso qui mouebat, adstaret, tunc docebat cum quomodo et quibus uerbis esset orandum. Discusso deinde somno, notarium iussit adciri, et sicut audierat, haec uerba dictauit : *Summe Deus, te rogamus. Sancte Deus, te rogamus. Omnem iustitiam tibi commendamus, salutem nostram tibi commendamus, imperium nostrum tibi commendamus. Per te uiuimus, per te uictores et felices existimus. Summe sancte Deus, preces nostras exaudi. Brachia nostra ad te tendimus. Exaudi, summe sancte Deus.* Scribuntur haec in libellis pluribus, et per praepositos tribunosque mittuntur, ut suos quisque milites doceat. — C. XLVI.

2172. Vigiliae noctvrnae. Formvla orationis pro pace. — Celebremus igitur triumphum Dei cum exultatione, uictoriam Domini cum laudibus frequentemus, diurnis nocturnisque precibus celebremus; celebremus ut pacem post annos decem plebi suae datam confirmet in saeculum. Tu praecipue, Donate carissime, qui a Deo mereris audiri, Dominum deprecare, *ut misericordiam suam seruet aeternam famulis suis propitius ac mitis, ut omnes insidias atque impetus diaboli a populo suo arceat : ut florescentes Ecclesias perpetua quiete custodiat.* — C. ult.

GALLIA

ECCLESIIS ASIAE PHRYGIAEQVE

LVGDVNENSIS ECCLESIAE

EPISTVLA

2173. De titvlis « martyris » et « confessoris ». Deprecatio pro felici martyrio. — οὔτε μὴν ἡμῖν ἐπέτρεπον τούτῳ τῷ ὀνόματι προσαγορεύειν αὐτούς, ἀλλ' εἴ ποτέ τις ἡμῶν δι' ἐπιστολῆς ἢ διὰ λόγου μάρτυρας αὐτοὺς προσεῖπεν, ἐπέπλησσον πικρῶς. Ἡδέως γὰρ παρεχώρουν τὴν τῆς μαρτυρίας προσηγορίαν τῷ Χριστῷ, τῷ πιστῷ καὶ ἀληθινῷ μάρτυρι, καὶ πρωτοτόκῳ τῶν νεκρῶν, καὶ ἀρχηγῷ τῆς ζωῆς τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐπεμιμνήσκοντο τῶν ἐξεληλυθότων ἤδη μαρτύρων, καὶ ἔλεγον· Ἐκεῖνοι ἤδη μάρτυρες, οὓς ἐν τῇ ὁμολογίᾳ Χριστὸς ἠξίωσεν ἀναληφθῆναι, ἐπισφραγισάμενος αὐτῶν διὰ τῆς ἐξόδου τὴν μαρτυρίαν· ἡμεῖς δὲ ὁμόλογοι μέτριοι καὶ ταπεινοί. Καὶ μετὰ δακρύων παρεκάλουν τοὺς ἀδελφούς, δεόμενοι ἵνα ἐκτενεῖς εὐχαὶ γίνωνται *πρὸς τὸ τελειωθῆναι αὐτούς*. — Ap. Evseb., *H. e.*, l. V, c. ii.

Verum si quis nostrum per litteras aut in familiari colloquio eos martyres compellasset [Lugdunenses scil. et Viennenses], obiurgabant grauiter atque increpabant. Martyris enim appellationem libentissime concedebant Christo, utpote fido ueroque testi, et primogenito mortuorum, uitaeque coelestis principi et auctori. Eos quoque qui iam ex hac uita migrauerant martyres, nobis commemorabant aiebantque : « Hi iam sunt martyres, quos ipsa confessione Christus assumi uoluit, professionem ipsorum morte tamquam annulo obsignans : nos uero uiles atque abiecti confessores. » Simul profusis lecrymis obsecrabant fratres, ut continuae ad Deum preces fierent, *quo tandem ipsi perfectum finem adipisci mererentur.*

2174. Deprecatio pro inimicis. — καὶ ὑπὲρ τῶν τὰ δεινὰ διατιθέντων ηὔχοντο, καθάπερ Στέφανος ὁ τέλειος μάρτυς· « *Κύριε, μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην.* » — Ibid.

exemplo perfectissimi martyris Stephani, Deum precabantur : « *Domine ne imputes illis hoc peccatum.* »

2175. Deprecatio. — *Χαίρειν ἐν Θεῷ σε ἐν πᾶσιν εὐχόμεθα καὶ ἀεὶ, πάτερ Ἐλευθέριε.* — Ap. Evseb., *H. e.*, l. V, c. iv.

Te per omnia ac perpetuo optamus in Deo ualere, pater Eleuthere.

S. IRENAEI

CONTRA HAERESES

2176. Gratiarvm actiones. Formvla. — Ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς ἐπὶ τῆς εὐχαριστίας λέγοντας, *Εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων*. — *Contr. Haer.*, I, iii, 1.

Sed et nos ipsos denique in gratiarum actionibus dicentes : *In saecula saeculorum.*

2177. Regvlae fidei fragmentvm. — τὴν πίστιν *εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα, καὶ εἰς ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ*. — I, iii, 5.

fidem *in unum Deum Patrem omnipotentem, et in unum Iesum Christum Filium Dei* conseruant.

2178. EXOMOLOGESIS. — ἔπειτα ἐπιστρέψασαι γυναῖκες εἰς τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, σὺν τῇ λοιπῇ πλάνῃ καὶ τοῦτο ἐξωμολογήσαντο. — I, VI, 3.

post conuersae mulieres ad Ecclesiam Dei, cum reliquo errore et hoc confessae sunt.

2179. DE REGVLA FIDEI IN BAPTISMO TRADITA. — Οὕτω δὲ καὶ ὁ τὸν κανόνα τῆς ἀληθείας ἀκλινῆ ἐν ἑαυτῷ κατέχων, ὃν διὰ τοῦ βαπτίσματος εἴληφε, τὰ μὲν ἐκ τῶν Γραφῶν ὀνόματα, καὶ τὰς λέξεις καὶ τὰς παραβολὰς ἐπιγνώσεται. — I, IX, 4.

Sic autem et qui regulam ueritatis immobilem apud se habet, quam per baptismum accepit, haec quidem, quae sunt ex Scripturis, nomina, et dictiones, et parabolas cognoscet.

2180. DE PRAEDICATIONE IN ECCLESIA. — βεβαίαν τὴν ὑπὸ τῆς Ἐκκλησίας κηρυσσομένην ἀλήθειαν. — I, IX, 5.

eam firmam, quae ab Ecclesia praedicatur, ueritatem.

2181. REGVLA FIDEI PROLIXIOR. REGVLA HAEC EST CATHOLICA. EXPANSIO ECCLESIAE IN REGIONIBVS GERMANIAE, HIBERNIAE, CELTARVM, ORIENTALIVM. AEGYPTI, LIBYAE, NECNON IN ECCLESIIS QVAE IN MEDIO MVNDI SVNT CONSTITVTAE. PRAESIDES ECCLESIARVM. — Ἡ μὲν γὰρ Ἐκκλησία, καίπερ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἕως περάτων τῆς γῆς διεσπαρμένη, παρὰ δὲ τῶν Ἀποστόλων, καὶ τῶν ἐκείνων μαθητῶν παραλαβοῦσα τὴν *εἰς ἕνα Θεὸν, Πατέρα παντοκράτορα τὸν πεποιηκότα τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν, καὶ τὰς θαλάσσας, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς, πίστιν· καὶ εἰς ἕνα Χριστὸν Ἰησοῦν, τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν σαρκωθέντα ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας· καὶ εἰς Πνεῦμα ἅγιον, τὸ διὰ τῶν Προφητῶν κεκηρυχὸς τὰς οἰκονομίας, καὶ τὰς ἐλεύσεις, καὶ τὴν ἐκ Παρθένου γέννησιν, καὶ τὸ πάθος, καὶ τὴν ἔγερσιν ἐκ νεκρῶν, καὶ τὴν ἔνσαρκον εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἀνάληψιν τοῦ ἠγαπημένου Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν, καὶ τὴν ἐκ τῶν οὐρανῶν ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς παρουσίαν αὐτοῦ, ἐπὶ τὸ ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα, καὶ ἀναστῆσαι πᾶσαν σάρκα πάσης ἀνθρωπότητος, ἵνα Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, καὶ Θεῷ, καὶ Σωτῆρι, καὶ βασιλεῖ, κατὰ τὴν εὐδοκίαν τοῦ Πατρὸς τοῦ ἀοράτου, πᾶν γόνυ κάμψῃ ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσηται αὐτῷ, καὶ κρίσιν δικαίαν ἐν τοῖς πᾶσι ποιήσηται, τὰ μὲν πνευματικὰ τῆς πονηρίας, καὶ ἀγγέλους παραβεβηκότας, καὶ ἐν ἀποστασίᾳ γεγονότας, καὶ τοὺς ἀσεβεῖς, καὶ ἀδίκους, καὶ ἀνόμους, καὶ βλασφήμους τῶν ἀνθρώπων εἰς τὸ αἰώνιον πῦρ πέμψῃ· τοῖς δὲ δικαίοις, καὶ ὁσίοις, καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ τετηρηκόσι, καὶ ἐν τῇ ἀγάπῃ αὐτοῦ διαμεμενηκόσι, τοῖς ἀπ' ἀρχῆς, τοῖς δὲ ἐκ μετανοίας, ζωὴν χαρισάμενος, ἀφθαρσίαν δωρήσηται, καὶ δόξαν αἰωνίαν περιποιήσῃ.*

Ecclesia enim per uniuersum orbem usque ad fines terrae seminata, et ab apostolis et a discipulis eorum accepit eam fidem, quae est in *unum Deum Patrem omnipotentem, qui fecit coelum et terram, et mare, et omnia quae in eis sunt : et in unum Iesum Christum Filium Dei, incarnatum pro nostra salute : et in Spiritum Sanctum qui per prophetas praedicauit dispositiones Dei, et aduentum, et eam, quae est ex Virgine, generationem, et passionem, et resurrectionem a mortuis, et in carne in coelos ascensionem dilecti Iesu Christi Domini nostri, et de coelis in gloria Patris aduentum eius, ad recapitulanda uniuersa, et resuscitandam omnem carnem humani generis, ut Christo Iesu Domino nostro, et Deo, et Saluatori et Regi, secundum placitum Patris inuisibilis omne genu curuet coelestium et terrestrium et infernorum, et omnis lingua confiteatur ei, et iudicium iustus in omnibus faciat : Spiritualia quidem nequitiae et angelos transgressos, atque apostatas factos et impios et iniustos et iniquos, et blasphemos homines in aeternum ignem mittat : iustis autem et aequis, et praecepta eius seruantibus et in dilectione eius perseuerantibus quibusdam quidem ab initio, quibusdam autem ex paenitentia, uitam donans, incorruptelam loco muneris conferat et charitatem aeternam circumdet.*

Τοῦτο τὸ κήρυγμα παρειληφυῖα, καὶ ταύτην τὴν πίστιν, ὡς προέφαμεν, ἡ Ἐκκλησία, καίπερ ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ διεσπαρμένη, ἐπιμελῶς φυλάσσει, ὡς ἕνα οἶκον οἰκοῦσα· καὶ ὁμοίως πιστεύει τούτοις, ὡς μίαν ψυχὴν καὶ τὴν αὐτὴν ἔχουσα καρδίαν, καὶ συμφώνως ταῦτα κηρύσσει, καὶ διδάσκει, καὶ παραδίδωσιν, ὡς ἓν στόμα κεκτημένη. Καὶ γὰρ αἱ κατὰ τὸν κόσμον διάλεκτοι ἀνόμοιοι, ἀλλ' ἡ δύναμις τῆς παραδόσεως μία καὶ ἡ αὐτή. Καὶ οὔτε αἱ ἐν Γερμανίαις ἱδρυμέναι Ἐκκλησίαι ἄλλως πεπιστεύκασιν, ἢ ἄλλως παραδιδόασιν, οὔτε ἐν ταῖς Ἰβηρίαις, οὔτε ἐν Κελτοῖς, οὔτε

Hanc praedicationem cum acceperit, et hanc fidem, quemadmodum praediximus, Ecclesia, et quidem in uniuersum mundum disseminata, diligenter custodit, quasi unam domum inhabitans : et similiter credit iis, uidelicet quasi unam animam habens, et unum cor, et consonanter haec praedicat, et docet, et tradit, quasi unum possidens os. Nam etsi in mundo loquelae dissimiles sunt, sed tamen uirtus traditionis una et eadem est. Et neque hae quae in Germania sunt fundatae Ecclesiae aliter credunt, aut aliter tradunt; neque hae quae in Hiberis sunt, neque hae quae in Celtis, neque

κατὰ τὰς ἀνατολὰς, οὔτε ἐν Αἰγύπτῳ, οὔτε ἐν Λιβύῃ, οὔτε οἱ κατὰ μέσα τοῦ κόσμου ἱδρυμέναι, ἀλλ' ὥσπερ ὁ ἥλιος, τὸ κτίσμα τοῦ Θεοῦ, ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ εἷς καὶ ὁ αὐτός· οὕτω καὶ τὸ κήρυγμα τῆς ἀληθείας πανταχῆ φαίνει, καὶ φωτίζει πάντας ἀνθρώπους τοὺς βουλομένους εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν. Καὶ οὔτε ὁ πάνυ δυνατὸς ἐν λόγῳ τῶν ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις προεστώτων, ἕτερα τούτων ἐρεῖ (οὐδεὶς γὰρ ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον), οὔτε ὁ ἀσθενὴς ἐν τῷ λόγῳ ἐλαττώσει τὴν παράδοσιν. Μιᾶς γὰρ καὶ τῆς αὐτῆς πίστεως οὔσης, οὔτε ὁ πολὺ περὶ αὐτῆς δυνάμενος εἰπεῖν, ἐπλεόνασεν, οὔτε ὁ τὸ ὀλίγον, ἠλαττόνησε. — I, x, 1-2.

hae quae in Oriente, neque hae quae in Aegypto, neque hae quae in Libya, neque hae quae in medio mundi constitutae; sed sicut sol, creatura Dei, in uniuerso mundo unus et idem est, sic et lumen. praedicatio ueritatis, ubique lucet, et illuminat omnes homines, qui uolunt ad cognitionem ueritatis uenire. Et neque is qui ualde praeualet in sermone, ex iis qui praesunt Ecclesiis, alia quam haec sunt, dicet (nemo enim super magistratum est) : neque infirmus in dicenda deminorabit traditionem. Cum enim una et eadem fides sit, neque is qui multum de ea potest dicere, ampliat, neque is qui minus, deminorat.

2182. Gratiarvm actiones. — καὶ διὰ τί ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἔπαθεν, εὐχαριστεῖν. — I, x, 3.

et quare Verbum Dei caro factum est, et passus est gratias agere.

2183. De regvla fidei vnica. — τῆς οὔσης Ἐκκλησίας πάσης μίαν καὶ τὴν αὐτὴν πίστιν ἐχούσης εἰς πάντα τὸν κόσμον. — I, x, 3.

cum ea, quae est Ecclesia uniuersa, unam et eamdem fidem habeat in uniuerso mundo.

2184. De dono prophetiae. — Ἤδη δὲ τῶν προτέρων τινὲς γυναικῶν τῶν ἐχουσῶν τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ, καὶ μὴ ἐξαπατηθεισῶν, ἃς ὁμοίως ταῖς λοιπαῖς ἐπετήδευσε παραπείθειν, κελεύων αὐταῖς προφητεύειν, καὶ καταφυσήσασαι, καταθεματίσασαι αὐτὸν, ἐχωρίσθησαν τοῦ τοιουτοῦ θιάσου· ἀκριβῶς εἰδυῖαι, ὅτι προφητεύειν οὐχ ὑπὸ Μάρκου τοῦ μάγου ἐγγίνεται τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλ' οἷς ἂν ὁ Θεὸς ἄνωθεν ἐπιπέμψῃ τὴν χάριν αὐτοῦ, οὗτοι θεόσδοτον ἔχουσι τὴν προφητείαν καὶ τότε λαλοῦσιν ἔνθα· καὶ ὁπότε Θεὸς βούλεται ἀλλ' οὐχ ὅτε Μάρκος κελεύει. — I, xiii, 4.

Iam uero quaedam ex fidelissimis mulieribus, quae habent timorem Dei, et non sunt seducibiles, quas similiter ut reliquas affectauit seducere, iubens eis prophetare. exsufflantes et catathematizantes eum, separauerunt se ab huiusmodi insano, qui se diuinum spirare simulabat : pro certo scientes, quoniam prophetare non a Marco mago inditur hominibus, sed quibuscunque Deus desuper immiserit gratiam suam, hi a Deo traditam habent prophetiam, et tunc loquuntur ubi et quando Deus uult, sed non quando Marcus iubet.

2185. Confessio pvblica. — αὗται πολλάκις ἐπιστρέψασαι εἰς τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ ἐξομολογήσαντο. — I, xiii, 5.

Hae [scil. : mulieres] saepissime conuersae ad Ecclesiam Dei, confessae sunt.

2186. Diaconvs. — διάκονόν τινα, τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ τῶν ἡμετέρων ..... τῆς γυναικὸς αὐτοῦ..... — I, xiii, 5.

diaconus quidam eorum qui sunt in Asia nostri..... uxor eius.....

2187. De exomologesi. — ἔπειτα μετὰ πολλοῦ κόπου τῶν ἀδελφῶν ἐπιστρεψάντων, αὐτὴ τὸν ἅπαντα χρόνον ἐξομολογουμένη διετέλεσε πενθοῦσα καὶ θρηνοῦσα. — I, xiii, 5.

post deinde cum magno labore fratres eam conuertissent, omne tempus in exomologesi consummauit, plangens et lamentans.

2188. Item. — αἱ μὲν καὶ εἰς φανερὸν ἐξομολογοῦνται. — I, xiii, 7.

quaedam [scil. : mulieres] quidem etiam in manifesto exomologesin faciunt.

2189. Regvlae fidei fragmentvm. De exsvfflationis ritv. — Ἀσεβεῖς δὲ ὑπὲρ πᾶσαν ἀσέβειαν οὗτοι, οἱ *τὸν ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, μόνον Θεὸν παντοκράτορα*, ὑπὲρ ὃν ἄλλος Θεὸς οὐκ ἔστιν, ἐξ ὑστερήματος, καὶ αὐτοῦ ἐξ ἄλλου ὑστερήματος γεγονότος, προβεβλῆσθαι λέγοντες, ὥστε κατ' αὐτοὺς εἶναι αὐτὸν προβολὴν τρίτου ὑστερήματος. Ἣν γνώμην ὄντως καταφυσήσαντας καὶ καταθεματίσαντας. — I, xvi, 3.

Impii autem super omnem impietatem hi sunt, qui *factorem coeli et terrae, unum Deum omnipotentem*, super quem alius Deus non est, ex labe, et ipsa et altera labe facta, emissum dicunt : et sic iam, secundum eos, esse eum emissionem tertiae labis. Quam sententiam digne exsufflantes, et catathematizantes.

2190. De veritatis regvla. — Cum teneamus autem nos regulam ueritatis, id est, quia sit *unus Deus omnipotens, qui omnia condidit per uerbum suum,* et aptauit, et fecit ex eo quod non erat, ad hoc ut sint omnia quemadmodum Scriptura dicit : Verbo enim Domini coeli firmati sunt, et spiritu oris eius omnis uirtus eorum; et iterum : Omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nihil : (ex omnibus autem nihil substractum est) sed omnia per ipsum fecit Pater, siue uisibilia, siue inuisibilia, siue sensibilia, siue intelligibilia, siue

temporalia propter quamdam dispositionem, siue sempiterna et aeonia non per angelos, neque per uirtutes abscissas ab eius sententia; nihil enim omnium Deus; sed et per Verbum et Spiritum suum omnia faciens, et disponens, et gubernans, et omnibus esse praestans; hic qui mundum fecit (etenim mundus ex omnibus, hic qui hominem plasmauit, hic Deus Abraham et Deus Isaac et Deus Iacob, super quem alius Deus non est, neque Initium, neque Virtus, neque Pleroma : hic Pater Domini Nostri Iesu Christi, quemadmodum ostendemus, hanc ergo tenentes regulam, licet ualde uaria et multa dicent, facile eos deuiasse a ueritate arguimus. — I, XXII, 1.

2191. De Romana cathedra. — καὶ ἐπιδημήσας ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπὶ Ὑγεινοῦ, ἔνατον κλῆρον τῆς ἐπισκοπικῆς διαδοχῆς ἀπὸ τῶν Ἀποστόλων ἔχοντος. — I, XXVII, 1.

cum uenisset [scil. : Cerdon] Romam sub Hygino, qui octauum locum episcopatus per successionem ab apostolis habuit.

2192. Doxologia. — *cum sit solus Deus, et solus Dominus, et solus conditor, et solus Pater, et solus continens omnia et omnibus, ut sint, ipse praestans.* — II, I, 1.

2193. De exorcismo apvd Ivdaeos. — Iudaei usque nunc hac ipsa affatione daemonas effugant. — II, VI, 2.

2194. Formvla. — Dominus hunc *Patrem qui est in coelis.* — II, IX, 1.

2195. Hymni. Formvla. — Nunc autem sufficit id quod est ab eis, qui contraria nobis dicunt testimonium, omnibus hominibus ad hoc demum consentientibus, ueteribus quidem, et in primis a primoplasti traditione hanc suadelam custodientibus, et *unum Deum fabricatorem coeli et terrae* hymnizantibus. — II, IX, 1.

2196. De tempore Paschae. — ipsum autem mensem, in quo Pascha celebratur, in quo et passus est Dominus, non duodecimum sed primum esse. — II, XXII, 3.

2197. Baptismvs parvvlorvm. — Omnes enim uenit per semetipsum saluare : omnes, inquam, qui per eum renascuntur in Deum, infantes, et paruulos, et pueros, et iuuenes, et seniores. Ideo per omnem uenit aetatem, et infantibus infans factus, sanctificans infantes. — II, XXII, 4.

2198. De figvra crvcis. — Et ipse habitus crucis, fines et summitates habet quinque, duos in longitudine et duos in latitudine, et unum in medio in quo requiescit qui clauis affigitur. — II, XXIV, 4.

2199. De cantv et hymnis. Formvla. — καὶ διὰ τῆς τῶν λέξεων πολυφωνίας ἓν σύμφωνον μέλος ἐν ἡμῖν αἰσθήσεται. — II, XXVIII, 3.

et per dictionum multas uoces unam consonantem melodiam in nobis sentiet laudantem hymnis *Deum, qui fecit omnia.*

2200. De virtvte orationis sanctorvm. — καὶ ἐν τῇ ἀδελφότητι πολλάκις διὰ τὸ ἀναγκαῖον, τῆς κατὰ τόπον Ἐκκλησίας πάσης αἰτεσαμένης μετὰ νηστείας πολλῆς καὶ λιτανείας, ἐπέστρεψε τὸ πνεῦμα τοῦ τετελευτηκότος καὶ ἐχαρίσθη ὁ ἄνθρωπος ταῖς εὐχαῖς τῶν ἁγίων. — II, XXXI, 2.

et in fraternitate saepissime propter aliquid necessarium, ea, quae est in quoquo loco, Ecclesia uniuersa postulante per ieiunium et supplicationem multam, reuersus est spiritus et donatus est homo orationibus sanctorum.

2201. De mysterio gratvito. — in Ecclesia autem miseratio et misericordia, et firmitas et ueritas ad opitulationem hominum, non solum sine mercede et gratis perficiatur; sed et nobis ipsis quae sunt nostra erogantibus, pro salute hominum et ea quibus hi qui curantur, indigent, saepissime non habentes, a nobis accipiunt. — II, XXXI, 3.

2202. De donis spiritvalibvs. Manvs impositio ad cvrandvm. Formvla. — Οἱ μὲν γὰρ δαίμονας ἐλαύνουσι βεβαίως καὶ ἀληθῶς, ὥστε πολλάκις καὶ πιστεύειν αὐτοὺς ἐκείνους, τοὺς καθαρισθέντας ἀπὸ τῶν πονηρῶν πνευμάτων, καὶ εἶναι ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ. Οἱ δὲ καὶ πρόγνωσιν ἔχουσι τῶν μελλόντων, καὶ ὀπτασίας, καὶ ῥήσεις προφητικάς. Ἄλλοι δὲ τοὺς κάμνοντας διὰ τῆς τῶν χειρῶν ἐπιθέσεως ἰῶνται, καὶ ὑγιεῖς ἀποκαθιστᾶσιν. Ἤδη δέ, καθὼς ἔφαμεν, καὶ νεκροὶ ἠγέρθησαν, καὶ παρέμειναν σὺν ἡμῖν ἱκανοῖς ἔτεσι. Καὶ τί γάρ; οὐκ ἔστιν ἀριθμὸν εἰπεῖν τῶν χαρισμάτων, ὧν κατὰ παντὸς τοῦ κόσμου ἡ Ἐκκλησία παρὰ Θεοῦ λαβοῦσα, *ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ σταυρωθέντος ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου*, ἑκάστης ἡμέρας ἐπ' εὐεργεσίᾳ, τῇ τῶν ἐθνῶν ἐπιτελεῖ, μήτε ἐξαπατῶσά τινας, μήτε ἐξαργυριζομένη. Ὡς γὰρ δωρεὰν εἴληφε παρὰ Θεοῦ, δωρεὰν καὶ διακονεῖ. — II, XXXII, 4-5.

Alii enim daemones excludunt firmisse et uere, ut etiam saepissime credant ipsi, qui emundati sunt a nequissimis spiritibus et sint in Ecclesia. Alii autem et praescientiam habent futurorum, et uisiones, et dictiones propheticas. Alii autem laborantes, aliqua infirmitate per manus impositionem curant, et sanos restituunt. Iam etiam quemadmodum diximus, et mortui surrexerunt, et perseuerauerunt nobiscum annis multis. Et quid autem? Non est numerum dicere gratiarum, quas per uniuersum mundum Ecclesia a Deo accipiens *in nomine Christi Iesu, crucifixi sub Pontio Pilato*, per singulos dies in opitulationem gentium perfecit, neque seducens aliquem, nec pecuniam ei auferens. Quemadmodum enim gratis accepit a Deo, gratis et ministrat.
Nec inuocationibus angelicis facit aliquid, nec incantationibus, nec reliqua praua curiositate; sed munde, et pure, et manifeste orationes dirigens ad *Dominum, qui omnia fecit*, et *nomen Domini nostri Iesu Christi* inuocans, uirtutes ad utilitates hominum sed non ad seductionem perficit.

2203. FORMVLA (?). — *qui* [scil. : Deus] *continet omnia et omnibus ut sint praestans.* — II, XXXV, 3.

2204. DE CVSTODIA TRADITIONIS APOSTOLICAE. — Cum autem ad eam iterum Traditionem, quae est ab apostolis, quae per successiones presbyterorum in Ecclesiis custoditur. — III, II, 2.

2205. ITEM. DE ORBE CHRISTIANO. — Traditionem itaque apostolorum in toto mundo manifestatam, in omni Ecclesia adest respicere omnibus qui uera uelint uidere: et habemus annumerare eos qui ab apostolis instituti sunt episcopi, et successores eorum usque ad nos qui nihil tale docuerunt, neque cognouerunt quare ab his deliratur. Etenim si recondita mysteria scissent apostoli, quae seorsim et latenter a reliquis perfectos docebant, his uel maxime traderent ea quibus etiam ipsas Ecclesias committebant.

Valde enim perfectos et irreprehensibiles in omnibus eos uolebant esse quos et successores relinquebant, suum ipsorum locum magisterii tradentes : quibus emendate agentibus fieret magna utilitas, lapsis autem summa calamitas.

Sed quoniam ualde longum est in hoc tali uolumine omnium Ecclesiarum enumerare successiones, maximae et antiquissimae et omnibus cognitae, a gloriosissimis duobus apostolis Petro et Paulo Romae fundatae et constitutae Ecclesiae, eam quam habet ab apostolis Traditionem et annuntiatam hominibus fidem, per successiones episcoporum peruenientem usque ad nos indicantes, confundimus omnes eos, qui quoquo modo, uel per sibi placentia, uel uanam gloriam, uel per caecitatem et malam sententiam, praeterquam oportet colligunt. Ad hanc enim Ecclesiam propter potiorem principalitatem necesse est omnem conuenire Ecclesiam, hoc est, eos qui sunt undique fideles, in qua semper ab his, qui sunt undique, conseruata est ea quae est ab apostolis Traditio. —II, III, 1-2.

2206. EPISCOPI AB APOSTOLIS CONSTITVTI. — ἀλλὰ καὶ ὑπὸ ἀποστόλων κατασταθεὶς εἰς τὴν Ἀσίαν, ἐν τῇ ἐν Σμύρνῃ Ἐκκλησίᾳ, ἐπίσκοπος. — III, III. 4.

sed etiam ab apostolis in Asia, in ea quae est Smyrnis Ecclesia constitutus episcopus [scil. : Polycarpus].

2207. REGVLA FIDEI. — *in unum Deum credentes fabricatorem coeli et terrae, et omnium quae in eis sunt per Christum Iesum Dei Filium. Qui propter eminentissimam erga figmentum suum dilectionem, eam quae esset ex Virgine generationem sustinuit, ipse per se hominem adunans Deo, et passus sub Pontio Pilato, et resurgens et in claritate receptus in gloria uenturus Saluator eorum qui saluantur et iudex eorum qui iudicantur et mittens in ignem aeternum transfiguratores ueritatis et contemptores Patris sui et aduentus eius.* — III, IV, 2.

2208. DE EXOMOLOGESI FICTA ET EXCOMMVNICATIONE. — Κέρδων δὲ ὁ πρὸ Μαρκίωνος, καὶ αὐτὸς ἐπὶ Ὑγεινοῦ, ὃς ἦν ἔνατος ἐπίσκοπος, εἰς τὴν Ἐκκλησίαν ἐλθὼν καὶ ἐξομολογούμενος, οὕτως διετέλεσε, ποτὲ μὲν λαθροδιδασκαλῶν ποτὲ δὲ πάλιν ἐξομολογούμενος, ποτὲ δὲ ἐλεγχόμενος ἐφ' οἷς ἐδίδασκε κακῶς, καὶ ἀφιστάμενος τῆς τῶν ἀδελφῶν συνοδίας. — III, IV, 3.

Cerdon autem qui ante Marcionem et hic sub Hygino, qui fuit octauus episcopus [scil. : Romae] saepe in Ecclesiam ueniens, et exomologesim faciens, sic consummauit, modo quidem latenter docens, modo uero exomologesim faciens, modo uero ab aliquibus traductus in hic quae docebat male, et abstentus est a religiosorum hominum conuentu.

2209. ADPRECATIO. — *Et ego igitur inuoco te, Domine, Deus Abraham et Deus Isaac et Deus Iacob, et Israël, qui es Pater Domini nostri Iesu Christi, Deus qui per multitudinem misericordiae tuae bene sensisti in nobis, ut te cognoscamus; qui fecisti coelum et terram, qui dominaris omnium, qui es solus et uerus Deus, super quem alius Deus non est : per Dominum nostrum Iesum Christum dominationem quoque dona Spiritus sancti : da omni legenti hanc scripturam agnoscere te, quia solus Deus es, et confirmari in te, et absistere ab omni haeretica et quae est sine Deo et impia sententia.* — III, VI, 4.

2210. DE HIERARCHIA EPISC. ET PRESB. — In Mileto enim conuocatis episcopis et presbyteris qui erant ab Epheso et a reliquis proximis ciuitatibus. — III, XIV, 2.

2211. DE HYMNIS. — unde et omnibus linguis conspirantes [scil. : apostoli in die Pentecostis] hymnum dicebant Deo. — III, XVII, 2.

2212. DE LAVACRO AQVAE. — ..... ita nec nos multi unum fieri in Christo Iesu poteramus, sine aqua quae de coelo est........ sic et nos, lignum aridum exsistentes primum nunquam fructificaremus uitam sine superna uoluntaria pluuia. Corpora enim nostra per lauacrum illam, quae est ad incorruptionem, unitatem acceperunt; animae autem per Spiritum. — III, XVII, 2.

2213. DE S. S. INTERPRETATIONE APOSTOLORVM TRADITIONI CONSONA. — Firma est autem, et non ficta, et sola uera, quae secundum nos est fides, manifestam ostensionem habens ex his Scripturis, quae interpretatae sunt illo modo, quo praediximus; et Ecclesiae annuntiatio sine interpolatione. Etenim apostoli, cum sint his omnibus uetustiores consonant praedictae interpretationi et interpretatio consonat apostolorum traditioni. Etenim Petrus, et Ioannes, et Matthaeus et Paulus, et reliqui deinceps, et horum sectatores, prophetica omnia ita annuntiauerunt, quemadmodum seniorum interpretatio continet. — III, XXI, 3.

2214. ADPRECATIO. — *Nos autem precamur non perseuerare eos in fouea, quam ipsi foderunt, sed segregari ab huiusmodi Matre, et exire a Bytho et absistere a Vacuo, et Vmbram derelinquere : et legitime eos generari, conuersos ad Ecclesiam Dei, et formari Christum in eis, et cognoscere eos fabricatorem et factorem huius uniuersitatis, solum uerum Deum et Dominum omnium. Haec precamur de illis, utilius eos diligentes quam ipsi semetipsos putant diligere. Quae enim est a nobis dilectio cum sit uera, salutaris est eis, si quidem eam recipiant. Est enim austero medicamini similis, absumens impropriorem ac superfluam uulneris carnem : elationem enim illorum et inflationem euacuat. Quapropter tentantes omni uirtute manum porrigere eis,*

non taedebit nos. Prorogabimus autem super haec, quae dicta sunt, in sequenti libro Domini sermones inferre, si quos ex his per ipsam Christi doctrinam conuincentes suadere possimus cessare ab eiusmodi errore, et absistere ab ea blasphemia, quae est in fabricatorem ipsorum, qui et solus est Deus, et Pater Domini nostri Iesu Christi. Amen. — III, XXV, 7.

2215. De sacerdotvm mvnere. — Sacerdotes autem sunt omnes Domini apostoli, qui neque agros, neque domos haereditant hic, sed semper altari et Deo seruiunt. — IV, VIII, 3.

2216. De decimis. — et pro eo quod est decimare, omnia quae sunt pauperibus diuidere. — IV, XIII, 3.

2217. De sacrificio novae legis. — Sed et suis discipulis dans consilium primitias Deo offerre ex suis creaturis, non quasi indigenti, sed ut ipsi nec infructuosi, nec ingrati sint, eum qui ex creatura panis est, accepit et gratias egit, dicens : « *Hoc est corpus meum* ». Et calicem similiter, qui est ex ea creatura, quae est secundum nos, suum sanguinem confessus est et noui testamenti nouam docuit oblationem; quam Ecclesia ab apostolis accipiens, in uniuerso mundo offert Deo, ei qui alimenta nobis praestat, primitias suorum munerum in nouo testamento, de quo in duodecim prophetis Malachias sic praesignificauit : « Non est mihi uoluntas in uobis, dicit Dominus omnipotens, et sacrificium non accipiam de manibus uestris. Quoniam ab ortu solis usque ad occasum nomen meum clarificatur inter gentes, et in omni loco incensum offertur nomini meo et sacrificium purum; quoniam magnum est nomen meum in gentibus, dicit Dominus omnipotens »; manifestissime significans per haec quoniam prior quidem populus cessabit offerre Deo; omni autem loco sacrificium offeretur ei et hoc purum; nomen autem eius glorificatur in gentibus. — IV, XVII, 5.

2218. I. C. nomen glorificatvm. — Iesu Christi nomen, quod per uniuersum mundum glorificatur in Ecclesia. — IV, XVII, 6.

2219. Formvla. — nomen Filii proprium Patris est et in Deo omnipotente *per Iesum Christum* offert Ecclesia. — IV, XVII, 6.

2220. De oblatione mvnda. — Ecclesiae oblatio, quam Dominus docuit offerri in uniuerso mundo, purum sacrificium reputatum est apud Deum. — IV, XVIII, 1.

2221. De primitiis. — Offerre igitur oportet Deo primitias eius creaturae. — IV, XVIII, 1.

2222. De oblationibvs. — per oblationes ostendatur indicium libertatis. — IV, XVIII, 2.

2223. De sacrificio. — cum simplicitate Ecclesia offert, iuste munus eius purum sacrificium apud Deum deputatum est. — IV, XVIII, 4.

2224. Oblatio primitiarvm. Oblatio cvm gratiarvm actione. — Oportet enim nos oblationem Deo facere, et in omnibus gratos inueniri fabricatori Deo, in sententia pura et fide sine hypocrisi, in spe firma, in dilectione feruenti, primitias earum, quae sunt eius creaturarum offerentes. Et hanc oblationem Ecclesia sola puram offert fabricatori, offerens ei cum gratiarum actione ex creatura eius. Iudaei autem non offerunt : manus enim eorum sanguine plenae sunt : non enim receperunt Verbum quod offertur Deo. — IV, XVIII, 4.

2225. De evcharistia. — Quomodo autem constabit eis [scil. : haereticis] eum panem in quo gratiae actae sint, corpus esse Domini sui, et calicem sanguinis eius, si non ipsum fabricatoris mundi Filium dicant, id est Verbum eius. — IV, XVIII, 4.

2226. De reali praesentia. — τὴν ἀπὸ τοῦ σώματος τοῦ Κυρίου, καὶ τοῦ αἵματος αὐτοῦ τρεφομένην. — IV, XVIII, 5.

[caro] quae corpore Domini et sanguine alitur.

2227. De evcharistia. — Προσφέρομεν δὲ αὐτῷ τὰ ἴδια, ἐμμελῶς κοινωνίαν καὶ ἕνωσιν ἀπαγγέλλοντες, καὶ ὁμολογοῦντες σαρκὸς καὶ πνεύματος ἔγερσιν. Ὡς γὰρ ἀπὸ γῆς ἄρτος προσλαμβανόμενος τὴν ἔκκλησιν τοῦ Θεοῦ, οὐκέτι κοινὸς ἄρτος ἐστὶν, ἀλλ' εὐχαριστία, ἐκ δύο πραγμάτων συνεστηκυῖα, ἐπιγείου τε καὶ οὐρανίου. — IV, XVIII, 5.

Offerimus enim ei quae sunt eius, congruenter communicationem et unitatem praedicantes carnis et spiritus. Quemadmodum enim qui est a terra panis, percipiens inuocationem Dei, iam non communis panis est, sed eucharistia, ex duabus rebus constans, terrena et coelesti.

2228. De gratiarvm actione. — Offerimus enim ei, non quasi indigenti, sed *gratias agentes dominationi eius* et sanctificantes creaturam. — IV, XVIII, 6.

2229. De oblationvm obligatione. — populo praeceptum faciendarum oblationum quamuis non indigeret [scil. : Verbum] eis, ut discerent Deo seruire; sic et ideo nos quoque offerre uult munus ad altare frequenter sine intermissione. Est ergo altare in coelis (illuc enim preces nostrae et oblationes diriguntur). — IV, XVIII, 6.

2230. Dei nominis glorificatio vniversa. — nunc in Ecclesia glorificatur nomen [scil. : Dei] in omnibus gentibus. — IV, XIX, 1.

2231. De sacerdotalibvs rebvs. — aliquid uero sacerdotale, ut podere. — IV, XX, 11.

2232. Formvla. De Evangelii praecone in Aethiopia. — facile suasit ei [scil. : Philippus eunucho Candacis reginae] *credere eum, esse Christum Iesum, qui sub Pontio Pilato crucifixus est, et passus est*, et quaecunque praedixit propheta eumque esse Filium Dei qui aeternam uitam hominibus dat. Et statim ut baptizauit eum discessit ab eo. Nihil enim aliud deerat

ei qui a prophetis fuerat praecatechizatus : non Deum Patrem, non conuersationis dispositionem, sed solum aduentum ignorabat Filii Dei quem cum breuiter cognouisset agebat iter gaudens, praeco futurus in Aethiopia Christi aduentus. — IV. XXIII, 2.

2233. DE PRAEDICATIONE AD GENTES. — esse autem unum Deum, qui est super omnem principatum, et dominationem, et potestatem, et omne nomen quod nominatur : et huius Verbum naturaliter quidem inuisibilem, palpabilem et uisibilem in hominibus factum, et usque ad mortem descendisse, mortem autem crucis, et eos qui in eum credunt, incorruptibiles et impassibiles futuros, et percipere regnum coelorum. Et haec sermone praedicabantur gentibus sine Scripturis. — IV, XXIV, 2.

2234. PRESBYTERI SEV EPISCOPI. — eis qui in Ecclesia sunt, presbyteris obaudire oportet, his qui successionem habent ab apostolis, sicut ostendimus; qui cum episcopatus successione charisma ueritatis certum, secundum placitum Patris acceperunt. — IV, XXVI, 2.

2235. DE PRESBYTERORVM MVNERE DOCTORALI. — adhaerere uero his qui et apostolorum sicut praediximus, doctrinam custodiunt, et cum presbyterii ordine sermonem sanum et conseruationem sine offensa praestant, ad confirmationem et correptionem reliquorum. — IV, XXVI, 4.

2236. DE STIPENDIO PRESBYTERORVM. — Τοιούτους πρεσβυτέρους ἀνατρέφει ἡ Ἐκκλησία. — IV, XXVI, 5.

Tales presbyteros nutrit Ecclesia.

2237. DE ERVDITIONE FIDELIVM. REGVLAE FIDEI FRAGMENTVM. EXPOSITIONES S. SCRIPT. — Vbi igitur charismata Domini posita sunt, ibi discere oportet ueritatem, apud quos est ea quae est ab apostolis Ecclesiae successio, et id quod est sanum et irreprobabile conuersationis, et inadulteratum et incorruptibile sermonis constat. Hi enim et eam quae est *in unum Deum qui omnia fecit* fidem nostram custodiunt : et eam quae est in Filium Dei dilectionem adaugent, qui tantas dispositiones propter nos fecit, et Scripturas sine periculo nobis exponunt. — IV, XXVI, 5.

2238. DE PRESBYTERIS ECCLESIAE. — omni sermo ei constabit, si et Scripturas diligenter legerit apud eos qui in Ecclesia sunt presbyteri, apud quos est apostolica doctrina. — IV, XXXII, 1.

2239. DE EVCHARISTIA. — accipiens panem, suum corpus esse confitebatur et temperamentum calicis suum sanguinem confirmauit. — IV, XXXIII, 2.

2240. DE ERVDITIONE FIDELIVM. LECTIO ET EXPOSITIO S. SCRIPTVRARVM. — Γνῶσις ἀληθὴς, ἡ τῶν ἀποστόλων διδαχὴ, καὶ τὸ ἀρχαῖον τῆς Ἐκκλησίας σύστημα κατὰ παντὸς τοῦ κόσμου..... — IV, XXXIII, 8.

Agnitio uera est apostolorum doctrina, et antiquus Ecclesiae status, in uniuerso mundo, et character corporis Christi secundum successiones episcoporum, quibus illi eam, quae in unoquoque loco est, Ecclesiam tradiderunt : quae peruenit usque ad nos custoditiones sine fictione Scripturarum tractatio plenissima, neque additamentum neque ablationem recipiens : et lectio sine falsatione et secundum Scripturas expositio legitima.

2241. DE MARTYRVM MVLTITVDINE. — Quapropter Ecclesia omni in loco ob eam quam habet erga Deum dilectionem, multitudinem martyrum in omni tempore praemittit ad Patrem. — IV, XXXIII, 9.

2242. DE COMMVNIONE CORPORIS ET SANGVINIS. — τὸ ἀπὸ τῆς κτίσεως ποτήριον αἷμα ἴδιον ὡμολόγησε, ἐξ οὗ τὸ ἡμέτερον δεύει αἷμα, καὶ τὸν ἀπὸ τῆς κτίσεως ἄρτον, ἴδιον σῶμα διεβεβαιώσατο, ἀφ' οὗ τὰ ἡμέτερα αὔξει σώματα.

Ὁπότε οὖν καὶ τὸ κεκραμένον ποτήριον, καὶ ὁ γεγονὼς ἄρτος ἐπιδέχεται τὸν Λόγον τοῦ Θεοῦ, καὶ γίνεται ἡ εὐχαριστία σῶμα Χριστοῦ, ἐκ τούτων δὲ αὔξει καὶ συνίσταται ἡ τῆς σαρκὸς ἡμῶν ὑπόστασις. — V, II, 2-3.

eum calicem qui est creatura suum sanguinem qui effusus est, ex quo auget nostrum sanguinem; et eum panem qui est a creatura, suum corpus confirmauit ex quo nostra auget corpora.

Quando ergo et mistus calix, et factus panis percipit uerbum Dei, et fit eucharistia sanguinis et corporis Christi, ex quibus augetur et consistit carnis nostrae substantia.

2243. PRESBYTERORVM DIGNITAS. — Διὸ καὶ λέγουσιν οἱ πρεσβύτεροι, τῶν ἀποστόλων μαθηταί. — V, V, 1.

Quapropter dicunt presbyteri qui sunt apostolorum discipuli.

2244. DE CHARISMATIBVS IN ECCLESIA. — καθὼς καὶ πολλῶν ἀκούομεν ἀδελφῶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, προφητικὰ χαρίσματα ἐχόντων, καὶ παντοδαπαῖς λαλούντων διὰ τοῦ Πνεύματος γλώσσαις, καὶ τὰ κρύφια τῶν ἀνθρώπων εἰς φανερὸν ἀγόντων ἐπὶ τῷ συμφέροντι, καὶ τὰ μυστήρια τοῦ Θεοῦ ἐκδιηγουμένων. — V. VI, 1.

Quemadmodum et multos audiuimus fratres in Ecclesia, prophetica habentes charismata et per Spiritum uniuersis linguis loquentes, et absconsa hominum in manifestum producentes ad utilitatem, et mysteria Dei enarrantes quos et Spirituales Apostolus uocat.

2245. Intercessio B. M. V. ad Devm pro nobis. — suasa est obedire Deo, ut uirginis Euae Virgo Maria fieret aduocata. — V, xix, 1.

2246. De svccessione episcoporvm. — Omnes enim ii [scil. : apostolici uiri] posteriores sunt quam episcopi, quibus apostoli tradiderunt Ecclesias. — V, xx, 1.

2247. De regvlae fidei vnitate. — Eorum autem qui ab Ecclesia sunt, semita, circumiens mundum uniuersum quippe firmam habens ab apostolis traditionem, et uidere nobis donans omnium unam et eamdem esse fidem, omnibus unum et eumdem Deum Patrem praecipientibus, et eamdem dispositionem incarnationis Filii Dei credentibus et eamdem donationem Spiritus scientibus, et eadem meditantibus praecepta, et eamdem figuram eius quae est erga Ecclesiam, orationis custodientibus, et eumdem expectantibus aduentum Domini. et eamdem salutem totius hominis, id est animae et corporis sustinentibus. — V, xx, 1.

2248. De gvbernatione presbyterorvm. — Qui ergo relinquunt praeconium Ecclesiae imperitiam sanctorum presbyterorum arguunt. — V, xx, 2.

2249. Presbyteri docent. — Et quemadmodum presbyteri dicunt. — V, xxxvi, 1.

2250. Item. — dicunt presbyteri apostolorum discipuli. — V, xxxvi, 2.

2251. De svccessione episcoporvm. — Καὶ Πολύκαρπος...... ὑπὸ ἀποστόλων κατασταθεὶς εἰς τὴν Ἀσίαν ἐν τῇ ἐν Σμύρνῃ Ἐκκλησίᾳ ἐπίσκοπος. — Iren. ap. Evs., *H. e.*, l. IV, c. xiv.

Sed et Polycarpus, in Asia Smyrnensi Ecclesiae ab ipsis apostolis ordinatus est episcopus.

2252. Formvla (?). — τοῦτο μὲν ἐν τῷ τετάρτῳ *Πρὸς τὰς αἱρέσεις*, αὐτὰ δὴ ταῦτα ἐπιλέγοντα· « Καὶ καλῶς Ἰουστῖνος ἐν τῷ *Πρὸς Μαρκίωνα* συντάγματί φησιν, ὅτι· Αὐτῷ τῷ Κυρίῳ οὐδ' ἂν ἐπείσθην, ἄλλον Θεὸν καταγγέλλοντι παρὰ *τὸν Δημιουργόν*. » — Ibid., l. IV, c. xviii.

Nam et in libro quarto *Contra haereses* haec habet : Praeclare, inquit, a Iustino dictum est in libro *Aduersus Marcionem :* Ne ipsi quidem Domino, ait, crediturus essem, si alium Deum praedicaret quam *mundi Conditorem.*

2253. Formvlae exorcismi fragmentvm. — .... *ἐν τῷ* ἐκείνου *ὀνόματι* οἱ ἀληθῶς αὐτοῦ μαθηταί, παρ' αὐτοῦ λαβόντες τὴν χάριν, ἐπιτελοῦσιν ἐπ' εὐεργεσίᾳ τῇ τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων, καθὼς εἷς ἕκαστος αὐτῶν τὴν δωρεὰν εἴληφε παρ' αὐτοῦ. — Ibid., l. V, c. vii.

..... in eius nomine [Filii Dei scil.] quotquot ueri sunt eius discipuli, accepta ab eo gratia ad salutem atque utilitatem reliquorum omnium ea faciunt, prout unusquisque ispsorum ab eo munus acceperit. (Alii enim daemonas expellunt *et reliqua.*)

2254. Canon Scriptvrarvm Irenaei. — « Ὁ μὲν δὴ Ματθαῖος ἐν τοῖς Ἑβραίοις τῇ ἰδίᾳ αὐτῶν διαλέκτῳ καὶ γραφὴν ἐξήνεγκεν Εὐαγγελίου, τοῦ Πέτρου καὶ τοῦ Παύλου ἐν Ῥώμῃ εὐαγγελιζομένων καὶ θεμελιούντων τὴν Ἐκκλησίαν. Μετὰ δὲ τὴν τούτων ἔξοδον, Μάρκος ὁ μαθητὴς καὶ ἑρμηνευτὴς Πέτρου, καὶ αὐτὸς τὰ ὑπὸ Πέτρου κηρυσσόμενα, ἐγγράφως ἡμῖν παραδέδωκε, καὶ Λουκᾶς δὲ ὁ ἀκόλουθος Παύλου, τὸ ὑπ' ἐκείνου κηρυσσόμενον Εὐαγγέλιον, ἐν βιβλίῳ κατέθετο. Ἔπειτα Ἰωάννης ὁ μαθητὴς τοῦ Κυρίου, ὁ καὶ ἐπὶ τὸ στῆθος αὐτοῦ ἀναπεσών, καὶ αὐτὸς ἐξέδωκε τὸ Εὐαγγέλιον, ἐν Ἐφέσῳ τῆς Ἀσίας διατρίβων. » ...... Μέμνηται δὲ καὶ τῆς Ἰωάννου πρώτης ἐπιστολῆς μαρτύρια ἐξ αὐτῆς πλεῖστα εἰσφέρων· ὁμοίως δὲ καὶ τῆς Πέτρου προτέρας. Οὐ μόνον δὲ οἶδεν, ἀλλὰ καὶ ἀποδέχεται τὴν τοῦ *Ποιμένος* γραφὴν...... Καὶ ῥητοῖς δέ τισιν ἐκ τῆς Σαλομῶντος *Σοφίας* κέχρηται..... — Ibid., l. V, c. viii.

Matthaeus apud Hebraeos propria eorum lingua conscriptum Euangelium edidit dum Petrus ac Paulus Romae Christum praedicarent, et Ecclesiae fundamenta iacerent. Post horum uero interitum Marcus discipulus atque interpres Petri, quae a Petro praedicata fuerant, perscripta nobis tradidit. Lucas quoque, sectator Pauli, Euangelium a Paulo praedicatum litteris mandauit. Ioannes denique, Domini discipulus, qui etiam in eius sinu recubuerat, Euangelium edidit cum Ephesi in Asia moraretur......... Primae quoque Iohannis epistolae mentionem facit, multa ex ea proferens testimonia, et prioris item Petri. Liber quoque *Pastoris*..... utitur etiam sententiis ex Salomonis *Sapientia* depromptis.

IRENAEI

[*Adu. Haeres.*, III. xvii, 6, ed. Harvey: cod. add. Mus. Brit. 12157, fol. 201r]

2255. Regvla fidei. — Cum errent a ueritate, eo quod recedat sententia illorum ab illo qui est Deus, nesciunt huius *Verbum unigenitum,* illud quod semper generi humano adest, *unitum et configuratum plasmati suo, secundum placitum Patris carnem fuisse factum, ipsumque esse Iesum Christum, Dominum nostrum, qui et passus est pro nobis et surrexit propter nos et iterum uenturus est in gloria Patris sui ad suscitandam uniuersam carnem, ad salutem ostendendam, et ad regulam iusti iudicii extendendam super omnes qui ab ipso facti sunt.* — Fragm. VIII ex Irenaeo ap. Pitra, *Anal. sacr. Spic. Solesm. par.*, t. IV, pp. 20-295).

EIVSDEM

[Ex cod. add. 12156, fol. 1r]

2256. Regvla fidei. — Lex, Prophetae et Euangelistae praedicarunt de Christo, eum *natum esse de Virgine; passum esse super lignum; apparuisse inter mortuos; ascendisse ad coelos; a Patre glorificatum; esse regem aeternum, intellectum perfectum, Verbum Dei; qui quidem ante lucem genitus est, qui cum (Patre) factor est omnium, plasmator hominis; qui est omnia in omnibus, in patriarchis patriarcha..... Deus de Deo, Filius ex Patre, Iesus Christus, rex in saecula saeculorum. Amen.* — [Fragm. XXIX ap. Pitra, *loc. cit.*, pp. 28-30].

EX LIBRO DE OGDOADE

2257. Adivratio cvm fragmento regvlae fidei — *Ὁρκίζω σε, τὸν μεταγραψόμενον τὸ βιβλίον τοῦτο, κατὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ κατὰ τῆς ἐνδόξου παρουσίας αὐτοῦ, ἧς ἔρχεται κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς, ἵνα ἀντιβάλῃς ὃ μετεγράψω, καὶ κατορθώσῃς αὐτὸ πρὸς ἀντίγραφον τοῦτο, ὅθεν μετεγράψω, ἐπιμελῶς, καὶ τὸν ὅρκον τοῦτον ὁμοίως μετεγράψῃς, καὶ θήσεις ἐν τῷ ἀντιγράφῳ.*

Adiuro te, qui transcripseris hunc librum, per Dominum nostrum Iesum Christum et per gloriosum eius aduentum, quo ueniet ad iudicandum uiuos et mortuos, ut conferas quod transcripseris, et diligenter illud emendes ad exemplar, ex quo transcripsisti, utque adiurationem istam similiter describas, et exemplari (tuo) inseras.

EX EPISTVLA AD FLORINVM

2258. De senioribvs presbyteris et de traditione doctrinae. — ὥστε με δύνασθαι εἰπεῖν καὶ τὸν τόπον, ἐν ᾧ καθεζόμενος διελέγετο ὁ μακάριος Πολύκαρπος, καὶ τὰς προόδους αὐτοῦ, καὶ τὰς εἰσόδους, καὶ τὸν χαρακτῆρα τοῦ βίου, καὶ τὴν τοῦ σώματος ἰδέαν, καὶ τὰς διαλέξεις ἃς ἐποιεῖτο πρὸς τὸ πλῆθος, καὶ τὴν μετὰ Ἰωάννου συναναστροφὴν ὡς ἀπήγγελλε, καὶ μετὰ τῶν λοιπῶν τῶν ἑωρακότων τὸν Κύριον, καὶ ὡς ἀπεμνημόνευε τοὺς λόγους αὐτῶν· καὶ περὶ τοῦ Κυρίου τίνα ἦν ἃ παρ' ἐκείνων ἀκηκόει, καὶ περὶ τῶν δυνάμεων αὐτοῦ καὶ περὶ τῆς διδασκαλίας, ὡς παρὰ τῶν αὐτοπτῶν τῆς ζωῆς τοῦ Λόγου παρειληφὼς ὁ Πολύκαρπος, ἀπήγγελλε πάντα σύμφωνα ταῖς Γραφαῖς.

adeo ut et locum dicere possim, in quo sedens beatus Polycarpus disserebat, processus quoque eius et ingressus, uitaeque modum et corporis speciem, sermones denique quos ad multitudinem habebat; et familiarem consuetudinem quae illi cum Ioanne, ac reliquis qui Dominum uiderant, intercessit, ut narrabat, et qualiter dicta eorum commemorabat, quaeque de Domino et ex ipsis audiuerat, de miraculis illius etiam, ac de doctrina, quae ab iis, qui Verbum uitae ipsi conspexerant, acceperat Polycarpus, qualiter referebat, cuncta Scripturis consona.

EX LIBRO DE PASCHA

2259. De genvflexione et de dominica die. — Τὸ δὲ ἐν κυριακῇ μὴ κλίνειν γόνυ, σύμβολόν ἐστι τῆς ἀναστάσεως, δι' ἧς τῇ τοῦ Χριστοῦ χάριτι τῶν τε ἁμαρτημάτων καὶ τοῦ ἐπ' αὐτῶν τεθανατωμένου θανάτου ἠλευθερώθημεν. Ἐκ τῶν ἀποστολικῶν δὲ χρόνων ἡ τοιαύτη συνήθεια ἔλαβε τὴν ἀρχήν, καθώς φησιν ὁ μάκαριος Εἰρηναῖος, ὁ μάρτυρ καὶ ἐπίσκοπος Λουγδούνου ἐν τῷ *Περὶ τοῦ Πάσχα* λόγῳ ἐν ᾧ μέμνηται καὶ περὶ τῆς Πεντηκοστῆς, ἐν ᾗ οὐ κλίνομεν γόνυ, ἐπειδὴ ἰσοδυναμεῖ τῇ ἡμέρᾳ τῆς Κυριακῆς, κατὰ τὴν ῥηθεῖσαν περὶ αὐτῆς αἰτίαν.

Non flectere autem genu Dominico die, resurrectionis est significatio, qua per Christi gratiam et a peccatis, et a morte, quae in illo interfecta est liberati sumus. Haec autem consuetudo ab apostolorum temporibus coepit, quemadmodum ait beatus Irenaeus martyr et Lugdunensis episcopus, in libro *De Pascha* : in quo mentionem etiam Pentecostes facit, in qua genu non flectimus, quod autem loco habenda sit quo Dominicus dies, ob eam causam quam de eo diximus.

2260. De baptismo. — διὰ τοῦ ἁγίου ὕδατος καὶ τῆς τοῦ Κυρίου ἐπικλήσεως καθαριζόμεθα τῶν παλαιῶν παραπτωμάτων.

per aquam sacram et inuocationem Domini a prioribus uitiis libertatem nanciscimur.

FRAGMENTVM PFAFFII SECVNDVM

2261. DE SACRIFICII VARIIS RITIBVS. — Προσφέρομεν γὰρ τῷ Θεῷ τὸν ἄρτον καὶ τὸ ποτήριον τῆς εὐλογίας εὐχαριστοῦντες αὐτῷ ὅτι τῇ γῇ ἐκέλευσεν ἐκφῦσαι τοὺς καρποὺς τούτους εἰς τροφὴν ἡμετέραν, καὶ ἐνταῦθα τὴν προσφορὰν τελέσαντες ἐκκαλοῦμεν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὅπως ἀποφήνῃ τὴν θυσίαν ταυτὴν καὶ τὸν ἄρτον σῶμα τοῦ Χριστοῦ καὶ τὸ ποτήριον τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ, ἵνα οἱ μεταλαβόντες τούτων τῶν ἀντιτύπων, τῆς ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν καὶ τῆς ζωῆς αἰωνίου τύχωσεν. Οἱ οὖν ταύτας τὰς προσφορὰς ἐν τῇ ἀναμνήσει τοῦ Κυρίου ἄγοντες, οὐ τοῖς τῶν Ἰουδαίων δόγμασι προσέρχονται, ἀλλὰ πνευματικῶς λειτουργοῦντες τῆς σοφίας υἱοὶ κληθήσονται.

Offerimus enim Deo panem et poculum benedictionis, gratias agentes ipsi, quod terrae mandauerit propignere hos fructus ad nostrum nutrimentum, et postea finita oblatione, inuocamus Spiritum sanctum, ut exhibeat hanc uictimam et panem corpus Christi et poculum sanguinem Christi, ut, qui haec antitypa accipiunt, remissionem peccatorum et uitam aeternam consequantur. Illi itaque, qui has oblationes in recordatione Domini agunt, non sane Iudaeorum institutis accedunt, sed spiritualiter sacra facientes sapientiae filii uocabuntur.

ROMA

S. VICTORIS PAPAE

EX TRACTATV DE ALEATORIBVS

2262. Ordinationis episcopatvs ritvs. — Quoniam episcopium, id est, Spiritum sanctum per impositionem manus, cordis excepimus hospitio. — N. 3.

2263. De excommvnicatione ab agape et a sacrificio. — Quod si multorum testium unitate et consonante monitione docemur ne cum delinquentibus fratribus..... nec cibum quidem uesci, quanto magis debeat et ab sacrificio Christi arceri. — N. 4.

2264. Receptio evcharistiae in palmis. Elevatio manvvm in oratione. Signvm crvcis in fronte. Commvnicatio. — Quid illud est quaeso uos, fideles, ut manus quae iam ab iniuriis humanis expiata est et ad sacrificium dominicum admissa et quod ad salutem totius hominis pertinet ipsa de Dei dignatione suscipit, ipsa ad laudem Domini in oraculo exurgit ipsa per quod tuemur Christi signum in frontibus notat, ipsa diuina sacramenta consummat. — N. 5.

2265. De evcharistia in palmis recepta. — Christianus quicumque es et alea ludis, hoc primo in loco scire debes quia non es Christianus sed ethnicum tibi nomen est et illud quod ad sacrificium dominicum pertinet in uacuum sumis. Sic enim Dominus dicit : omnis immundus non tanget sacrificium sancti, et iterum : omnis uir manducans carnem sacrificii et immunditia eius super ipsum..... — N. 8.

2266. De oblationibvs. De mensa dominica. — pecuniam tuam assidente Christo, spectantibus angelis et martyribus praesentibus super mensam dominicam sparge. — N. 11.

2267. De eleemosynis. — sit tibi cum induis frequens operatio, censum et apparatus tuos omnes ad studium ecclesiae distrahe. — Ibid.

CAII ROMANI PRESBYTERI

CONTRA PROCLVM

2268. De cvltv sepvlcrorvm Petri et Pavli. — Ἐγὼ δὲ τὰ τρόπαια τῶν Ἀποστόλων ἔχω δεῖξαι. Ἐὰν γὰρ θελήσῃς ἀπελθεῖν ἐπὶ τὸν Βατικανὸν ἢ ἐπὶ τὴν ὁδὸν τὴν Ὠστίαν, εὑρήσεις τὰ τρόπαια τῶν ταύτην ἱδρυσαμένων τὴν Ἐκκλησίαν. — Fragm. I.

Ego uero apostolorum tropaea possum ostendere. Nam siue in Vaticanum, siue ad Ostiensem uiam pergere libet, occurrent tibi tropaea eorum, qui Ecclesiam illam fundauerunt.

2269. De cvltv (?) sepvlcri Philippi et eivs filiarvm. — Μετὰ τοῦτο δὲ προφήτιδες τέσσαρες αἱ Φιλίππου γεγένηνται ἐν Ἱεραπόλει τῇ κατὰ τὴν Ἀσίαν· ὁ τάφος αὐτῶν ἐστὶν ἐκεῖ, καὶ ὁ τοῦ πατρὸς αὐτῶν. — Fragm. III.

Quattuor posthaec Philippi filiae prophetides fuerunt Hierapoli Asiae ciuitate, ubi etiam earum et patris Philippi sepulcrum uisitur.

EIVSDEM

PARVVM LABYRINTHVM

2270. De psalmis et canticis. — Ψαλμοὶ δὲ ὅσοι καὶ ᾠδαὶ ἀδελφῶν ἀπαρχῆς ὑπὸ πιστῶν γραφεῖσαι τὸν Λόγον τοῦ Θεοῦ τὸν Χριστὸν ὑμνοῦσι θεολογοῦντες. — Fragm. I.

Psalmi quoque et cantica fratrum iampridem a fidelibus conscripta, Christum Verbum Dei concelebrant diuinitatem ei tribuendo.

2271. PAENITENTIAE PVBLICAE INSIGNE EXEMPLVM. — ὥστε ἕωθεν ἀναστῆναι, καὶ ἐνδυσάμενον σάκκον, καὶ σποδὸν καταπασάμενον, μετὰ πολλῆς σπουδῆς καὶ δακρύων προσπεσεῖν Ζεφυρίνῳ τῷ ἐπισκόπῳ, κυλιόμενον ὑπὸ τοὺς πόδας οὐ μόνον τῶν ἐν τῷ κλήρῳ, ἀλλὰ καὶ τῶν λαϊκῶν· συγχέαι τε τοῖς δάκρυσι τὴν εὔσπλαγχον Ἐκκλησίαν τοῦ ἐλεήμονος Χριστοῦ· πολλῇ τε τῇ δεήσει χρησάμενον...... μόλις κοίνωνηθῆναι. — Fragm. II.

adeo ut primo diliculo consurgens [scil. : paenitens] saccum induerit et cinere conspersus confestim cum lacrymis ad pedes Zephirini episcopi sese abiecerit, non solum clericorum, uerum etiam laicorum uestigiis ad-uolutus; et Christi misericordis Ecclesiam ipsam quoque misericordem fletibus suis commouerit atque concus-serit; multisque precibus usus..... uix tandem ad communionem admissus est.

S. HIPPOLYTI

DE CHRISTO ET ANTICHRISTO

2272. BAPTISMA ET CONFIRMATIO. — λίνον δὲ ὁ φέρει μεθ' ἑαυτῆς, τὸ λουτρὸν τῆς παλιγγενεσίας ἀνανεούσης τοὺς πιστεύοντας, ὅθεν δὴ ταῦτα λαμπρά· πάρεστιν ὡς πνεῦμα, τὸ ἀπ' οὐρανῶν, δι' οὗ σφραγίζονται οἱ πιστεύοντες τῷ Θεῷ. — C. LIX.

Var. λίνον = ἀντλίαν; μεθ' ἑαυτῆς [ὡς] τὸ.....; ἀνανεούσης = ἀνανεοῦσαν (cf. ed. Achelis).

linum quod secum fert [scil. : nauis Ecclesiae] lauacrum est regenerationis quae fideles renouat, unde sunt illa praeclara. Venti loco adest Spiritus ille e coelis, quo fideles consignantur Deo.

2273. DOXOLOGIA. — Ταῦτά σοι παρέστησα διὰ βραχέων ἀρυσάμενος, Θεόφιλε ὅπως φυλάσσων μετὰ πίστεως τὰ γεγραμμένα, καὶ προβλέπων τὰ ἐσόμενα, ἀπρόσκοπον ἑαυτὸν καὶ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις φυλάξῃς, προσδεχόμενος τὴν μακαρίαν ἐλπίδα καὶ ἐπιφάνειαν τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν, ἐν ᾗ ἀναστήσας τοὺς ἁγίους ἡμῶν σὺν αὐτοῖς εὐφρανθήσεται, δοξάζων Πατέρα : αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. — C. LXVII.

Var. Ταῦτά σοι διὰ βραχέων ἐξ ἀγάπης τῆς πρὸς τὸν κύριον ἀρυσάμενος ἐξ ἁγίων γραφῶν ὡς εὐόδμων, καὶ πλέξας στέφανον ἐπουράνιον προσφέρω σοί, ἀγαπητέ μου ἀδελφὲ Θεόφιλε..... (ed. Achelis); ἁγίους ἡμῶν = ἁγίους ἅμα; αὐτῷ = ᾧ; omitt. ἀτελευτήτους, τῶν αἰώνων.

Haec tibi paucis exposui, o Theophile, ex diuinis Scripturis hausta, ut seruando fide quae scripta sunt prospiciensque futura, inoffensum te Deo ac hominibus serues, expectans beatam spem, et illustrationem Dei et Saluatoris nostri, in qua suscitatis sanctis nostris, cum eis laetabitur glorificans Patrem. Ipsi gloria in sempiterna saecula saeculorum. Amen.

CONTRA HAERESIN NOETI CVIVSDAM

2274. CONCILIVM PRESBYTERORVM ET FIDELIVM. — Ταῦτα ἀκούσαντες οἱ μακάριοι πρεσβύτεροι προσκαλεσάμενοι ἐνώπιον τῆς ἐκκλησίας ἐξήταζον. — C. I.

Haec [scil. : blasphemia] cum beati presbyteri audirent, accersitum coram ecclesia, examinauerunt [scil. : Noetum].

2275. REGVLAE FIDEI RVDIMENTA. EXCOMMVNICATIO. — Ὃν πάλιν προσκαλεσάμενοι οἱ μακάριοι πρεσβύτεροι ἤλεγξαν. Ὁ δὲ ἀντίστατο, λέγων· Τί οὖν κακὸν ποιῶ δοξάζων τὸν Χριστόν; Πρὸς ὃν ἀνταποκρίνονται οἱ πρεσβύτεροι. Καὶ ἡμεῖς ἕνα Θεὸν οἴδαμεν ἀληθῶς· οἴδαμεν Χριστόν· οἴδαμεν τὸν Υἱὸν παθόντα, καθὼς ἔπαθεν, ἀποθανόντα καθὼς ἀπέθανεν, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ὄντα ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρός, καὶ ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. Καὶ ταῦτα λέγομεν ἃ ἐμάθομεν. Τότε τοῦτον ἐλέγξαντες ἐξέωσαν τῆς ἐκκλησίας· ὃς εἰς τοσοῦτο φυσίωμα ἠνέχθη, ὡς διδασκαλεῖον συστῆσαι. — Ibid.

Quem rursus accersitum presbyteri redarguerunt. Ille uero resistebat, inquiens : Quid igitur mali facio si Christum honoro? Huic presbyteri responderunt : Et nos *unum Deum* uere scimus; scimus *Christum*, scimus *Filium passum*, sicut passus est; *mortuum*, sicut mortuus est; et *suscitatum tertia die et sedentem ad dexteram Patris; uenturumque ad iudicandum uiuos et mortuos*. Atque haec dicimus, quae didicimus. Tunc istum conuictum eiecerunt ex ecclesia; qui eo inflationis uenit, ut docere institueret.

2276. DOXOLOGIA. — Οὗτος ὁ Θεός, ὁ ἄνθρωπος δι' ἡμᾶς γεγονώς, ᾧ πάντα ὑπέταξεν Πατήρ. Αὐτῷ ἡ δόξα

Hic Deus et homo propter nos factus, cui omnia subiecit Pater. Ipsi gloria et imperium cum Patre et

καὶ τὸ κράτος ἅμα Πατρὶ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι, ἐν τῇ ἁγίᾳ Ἐκκλησίᾳ καὶ νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. — C. XVIII.

Sancto Spiritu, in sancta Ecclesia et nunc et semper et in saecula saeculorum. Amen.

EXEGETICA OPERA

2277. DE PANE EVCHARISTICO. — Ὁ γὰρ Κύριός ἐστιν ἡμῶν ὁ ἄρτος. — Fragm. in Genesin XLIX, 16-20.

Noster enim panis Dominus est.

2278. DE CORPORIS CHRISTI COMMVNICATIONE. — νυνὶ δὲ πιστεύσαντες Χριστῷ, ἐποικοδομοῦμεν τοὺς ἑαυτῶν οἴκους ἐπὶ τὴν ἁγίαν σάρκα Χριστοῦ. — Fragm. in Prov. XXVII, 22.

sed nunc postquam Christo credidimus, aedificamus domos nostras super sanctam Christi carnem.

2279. DE SEPTEM ORDINIBVS. — Ἄλλοι δὲ λέγουσιν εἶναι στύλους ἑπτὰ, τὰ ἑπτὰ θεῖα τάγματα τὰ διὰ τῆς ἱερᾶς αὐτοῦ καὶ θεοπνεύστου διδασκαλίας τὴν κτίσιν βαστάζοντα, ἤγουν τοὺς προφήτας, τοὺς ἀποστόλους, τοὺς μάρτυρας, τοὺς ἱεράρχας, τοὺς ἀσκητὰς, τοὺς ὁσίους καὶ τοὺς δικαίους. — Aliud fragm. in Prov. IX, 1.

Alii septem columnas dicunt esse septem diuinos ordines quibus per sanctam atque inspiratam diuinitus eius doctrinam creatura sustentatur, hoc est prophetas, apostolos, martyres, hierarchas siue sacerdotes, ascetas, sanctos, iustosque.

2280. DE SACRIFICIO EVCHARISTICO COTTIDIANO. — Καὶ ἡτοιμάσατο τὴν ἑαυτῆς τράπεζαν, τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἁγίας Τριάδος κατεπαγγελλομένην· καὶ τὸ τίμιον καὶ ἄχραντον αὐτοῦ σῶμα καὶ αἷμα, ἅπερ ἐν τῇ μυστικῇ καὶ θείᾳ τραπέζῃ καθ' ἑκάστην ἐπιτελοῦνται θυόμενα εἰς ἀνάμνησιν τῆς ἀειμνήστου καὶ πρώτης ἐκείνης τραπέζης τοῦ μυστικοῦ θείου δείπνου. — Ibid.

Et parauit mensam suam, promissam sanctae Trinitatis cognitionem, necnon uenerandum sanctumque eius corpus ac sanguinem quae in arcana et diuina mensa cottidie perficiuntur et sacrificantur in memoriam nunquam non recolendae memoriae primae illius diuinae et arcanae coenae.

2281. DOXOLOGIA. — .... preisend den Vater, und den Sohn und den heiligen Geist welchem sei Ehre in Ewigkeit. Amen. — Εἰς το Ασμα, § XVII (ed. BONWETSCH).

2282. DE TRADITIONE DOCTRINAE. — Εὑρίσκομεν ἐν τοῖς ὑπομνηματισμοῖς τοῖς ὑπὸ τῶν πρεσβυτέρων ἀναγεγραμμένοις. — In Isaiam fragm. III.

Inuenimus in commentariis, quae sunt a senioribus edita.

2283. DE BAPTISMO IN DIE PASCHAE. — Ἐν τῷ παρατηρεῖν αὐτοὺς ἡμέραν εὔθετον. Ποίαν εὔθετον, ἀλλ' ἢ τὴν τοῦ Πάσχα, ἐν ᾗ τὸ λουτρὸν ἐν παραδείσῳ τοῖς καιομένοις ἑτοιμάζεται, καὶ Σωσάννα ἀπολουομένη, καθαρὰ νύμφη Θεῷ παρίσταται. — In Susannam, ℣. 15.

Deum obseruarent diem aptum. Quem porro nisi diem Paschae, per quem lauacrum in pomario aestuantibus paratur, et Susanna lauans, munda Deo sponsa sistitur?

2284. DE CONFIRMATIONE POST BAPTISMVM. DE CONFIRMAT. MATERIA. — τί δὲ τὸ ἔλαιον, ἀλλ' ἢ τοῦ ἁγίου Πνεύματος δύναμις; αἷς μετὰ τὸ λουτρὸν ὡς μύρου χρίονται οἱ πιστεύοντες. — Ibid., ℣. 17.

quodnam autem oleum, nisi uirtus Spiritus sancti? quibus post lauacrum tanquam unguento fideles perunguntur.

2285. DE CONVENTICVLIS LITVRGICIS. — καὶ εἰσελθόντες εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ, προσευχομένων ἐκεῖ πάντων καὶ τὸν Θεὸν ὑμνούντων. — Ibid., ℣. 22.

ingressique in domum Dei, cunctis ibi orantibus Deumque laudantibus.

IN DANIELEM

[Ed. Bonwetsch-Achelis]

2285a. MARTYRES FIDELES. — ...... μάρτυρας πιστοὺς ἐν Βαβυλῶνι δεικνυμένους. — L. I, XI, pag. 19, l. 11.

... martyres fideles in Babylone monstratos.

2285[b]. ECCLESIA. — ..... ἡ κλῆσις τῶν ἁγίων ὡς δένδρων ἐν ἐκκλησίᾳ πεφυτευμένων. — L. I, XIV, pag. 23-24.

uocatio sanctorum tanquam arborum in ecclesia plantatarum.

2285[c]. DE LAVACRO. — ποίαν « εὔθετον < ἡμέραν » > ἀλλ' ἢ τὴν τοῦ πάσχα; ἐν ᾗ τὸ λουτρὸν ἐν παραδείσῳ τοῖς καυσομένοις ἑτοιμάζεται καὶ < ἡ ἐκκλησία ὡς > Σωσάννα ἀπολουομένη καθαρὰ νύμφη θεῷ παρίσταται; < καὶ > ὡς < αἱ δύο παιδίσκαι αἱ αὐτῇ παρακολουθοῦσαι > πίστις καὶ ἀγάπη < αἱ παρακολουθοῦσαι > τὸ ἔλαιον καὶ τὰ σμήγματα τοῖς λουομένοις ἑτοιμάζουσιν. τίνα δὲ ἦν τὰ σμήγματα ἀλλ' ἢ αἱ τοῦ λόγου ἐντολαί; τί δὲ τὸ ἔλαιον ἀλλ' ἢ τοῦ ἁγίου πνεύματος δύναμις; αἷς μετὰ τὸ λουτρὸν ὡς μύρῳ χρίονται οἱ πιστεύοντες. ταῦτα πάλαι προετυποῦτο διὰ τῆς μακαρίας Σωσάννης δι' ἡμᾶς, ἵνα νῦν ἡμεῖς οἱ τῷ θεῷ πιστεύοντες μὴ ὡς ξένα τὰ νῦν γινόμενα ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ νοήσωμεν, ἀλλὰ πάλαι ταῦτα διὰ τῶν πατριαρχῶν προτετυπωμένα πιστεύσωμεν, καθὰ καὶ ὁ ἀπόστολος λέγει. — L. I, XVI, p. 21-27.

Qualem aptam (diem) nisi Paschae? In qua lauacrum in paradiso utentibus praeparatur et (ecclesia ut) Susanna lauta pura uirgo Deo se praebet (et) ut (duae puellae quae illam sequuntur) fides et dilectio (quae sequuntur) oleum et smegmata lauatis praeparant. Quaenam uero sint ista smegmata nisi uerbi praecepta? Quis sit oleum nisi Spiritus sancti uirtus? Qui post lauacrum tanquam unguento unguntur, illi qui credunt. Haec enim praeformabantur a beata Susanna propter nos, ne nunc nos qui in Deum credimus, tanquam aliena quae nunc fiunt in ecclesia concipiamus, sed credamus haec olim a patriarchis praeformata fuisse, sicut apostolus ipse dicit.

2285[d]. DE LAVACRO. — ἡνίκα γὰρ ἂν τὸ [κατὰ συνήθειαν] πνευματικὸν ἐπιθυμῇ λαβεῖν λουτρὸν ἡ ἐκκλησία, ἐξ ἀνάγκης ταύτῃ δύο παιδίσκας δεῖ παρακολουθεῖν· διὰ γὰρ τῆς πίστεως τῆς εἰς Χριστὸν καὶ διὰ τῆς ἀγάπης τῆς πρὸς τὸν θεὸν λαμβάνει τὸ λουτρὸν ὁμολογοῦσα ἡ ἐκκλησία. — Ibid., p. 27-28.

Cum uero secundum consuetudinem spirituale lauacrum capere cupit ecclesiae necessario oportet duae puellae illam sequantur. Per fidem enim in Christum et per amorem Dei, lauacrum capit confitens ecclesia.

2285[e]. HIERARCHIA. — Denn die Einmütigkeit, welche der Weg der Heiligen zur Gemeinsamkeit, dies ist die Kirche, das geistliche Haus Gottes, auf Christus wie « gegen (im) Osten » gepflantz, in welchem aber verschiedene Baüme jeder Art sich zeigen, das Geschlecht der Väter die zu Anbeginn geschieden sind, und die Werke der Propheten, welche nach dem Gesetz vollendet worden sind, und der Chor der Apostel, die durch das Wort weise gemacht worden, und der Märtyrer, welche durch das Blut Christi errettet worden, und die Berufung der Iungfrauen, welche durch das Wasser geheiligt worden, der Chor der Lehrer und die Ordnung der Bischöfe, der Priester aber und Leviten. — L. I, XVII, p. 28-49.

2285[f]. HYMNI. — Ἡνίκα γὰρ οἱ δύο λαοὶ συμφωνήσουσι διαφθεῖραί τινας τῶν ἁγίων παρατηροῦνται ἡμέραν εὐθῆ καὶ ἐπεισελθόντες εἰς τὸν οἶκον τοῦ θεοῦ, προσευχομένων ἐκεῖ πάντων καὶ τὸν θεὸν ὑμνούντων, ἐπιλαβόμενοι ἕλκουσί τινας καὶ κρατοῦσι λέγοντες. — L. I, XX, p. 32.

Cum uero duo populi conuenient ut interficiant quosdam sanctorum, insidiose obseruabunt diem rectam et superuenient inopinato in domum Dei, omnibus hic orantibus et Deum hymnis celebrantibus et captos ducent quosdam et imperabunt dicentes...

2285[g]. BAPTISMVS. VNCTIO. DOXOLOGIA. — Προσέχειν οὖν ὀφείλομεν ἐν πᾶσιν, ἀγαπητοί, φοβούμενοι μή τις ἔν τινι παραπτώματι κρατηθεὶς αὐτὸς τῆς αὐτοῦ ψυχῆς ἔνοχος γένηται, γινώσκοντες ὅτι ἔκδικος ὁ θεὸς περὶ πάντων γίνεται, αὐτὸς ὢν ὅλος ὀφθαλμός, λανθάνει δὲ τούτων τῶν ἐν κόσμῳ πραττομένων οὐδέν, διὸ ἀεὶ ἐγρήγοροι καρδίαις καὶ σωφρόνως βιοῦντες τὴν Σωσάνναν μιμήσασθε, καὶ τὸν παράδεισον ἐντρυφήσατε καὶ τοῦ ἀεννάου ὕδατους ἀπολαύσατε καὶ πάντα ῥύπον ἀποσμήξασθε καὶ ἐλαίῳ ἐπουρανίῳ ἁγιάσθητε, ἵνα σῶμα καθαρὸν θεῷ παραστήσητε καὶ τὰς λαμπάδας ἐξάψητε καὶ τὸν νυμφίον προσδοχήσητε, ἵνα κρούσαντα τοῦτον εἰσδέξησθε καὶ *θεὸν διὰ Χριστοῦ ἀνυμνήσητε, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας· ἀμήν*. — L. II, XXXIII, p. 44-45.

Debemus ergo in omnibus attendere, dilecti, timentes ne quis a lapsu quodam uictus, anima sua fiat reus, cognoscentes Deum iustum omnibus esse praesentem, cum sit ipse oculus totus, et nullum ex his quae in mundo fiunt, illum fallere. Itaque uigilantes cordibus et sapienter uiuentes Susannam imitamini et paradisi deliciis utamini et iugi aqua fruamini et omnem squalorem detergite et oleo caelesti sanctificamini, ut corpus mundum Deo praebatis et lampades accendatis et sponsum exspectetis, ut, cum pulsauerit, illum recipiatis et *Deum per Christum laudatis, cui gloria in saecula. Amen.*

2285[h]. MARTYRES. DEI CVLTVS. DOXOLOGIA. — Δεῖ οὖν ἐνορᾶν, ἀγαπητοί, πόσην χάριν παρέχει ἡ πρὸς τὸν θεὸν πίστις. ὥσπερ γὰρ αὐτὸν τὸν θεὸν ἐδόξασαν, ἑαυτοὺς τῷ θανάτῳ παράδοντες, οὕτως πάλιν καὶ αὐτοὶ οὐ μόνον

Oportet ergo intelligere, dilecti, quantam gloriam praebeat fides in Deum. Quemadmodum enim Deum ipsum glorificarunt, seipsos morti tradentes, ita iterum et ipsi non solum a Deo sed a rege glorificati sunt et

ὑπὸ θεοῦ, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἐδοξάσθησαν καὶ τὰ ἀλλόφυλα καὶ βάρβαρα ἔθνη τὸν θεὸν σέβειν ἐδίδαξαν. καὶ γάρ ἐστιν ἀληθῶς καταλαβέσθαι ἕως νῦν τοῦτο γινόμενον. ἡνίκα γὰρ ἄν τις τῶν ἁγίων ἐπὶ μαρτύριον κληθῇ καὶ μεγαλεῖά τινα ὑπὸ θεοῦ εἰς αὐτὸν γενηθῇ, εὐθέως <πάντες ἰδόντες θαυμά>ζουσιν...... πολλοὶ <δὲ δι' αὐ>τῶν πιστεύσαντες <ὡσαύτως καὶ> αὐτοὶ μάρτυρες θεοῦ γίνονται. ᾧ πιστεύσαντες καὶ ἡμεῖς ἀξίους ἑαυτοὺς θεῷ παραστήσωμεν σωφρονοῦντι σώματι καὶ ψυχῇ καὶ πνεύματι, ἵνα τὸν τῆς ἀφθαρσίας στέφανον καὶ ἡμεῖς λαβόντες ἅμα τοῖς μακαρίοις μάρτυσιν σὺν αὐτοῖς τὸν θεὸν ὑμνήσωμεν· *αὐτῷ γὰρ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.* — L. II, XXXVIII, p. 116.

alienigenas et barbaras gentes Deum colere docuerunt. Licet enim uere comprehendere usque nunc hoc factum. Cum enim sanctorum quidam ad martyrium uocatus est et magna quaedam a Deo in ipsum sunt facta, statim omnes uidentes mirantur... multi per illos credunt et similiter ipsi martyres Dei fiunt. Cui credentes et ipsi dignos nosmetipsos Deo praebeamus, casto corpore et anima et spiritu, ut immortalitatis coronam ipsi quoque recipientes una cum sanctis martyribus, cum illis Deum hymnis celebremus. *Cui enim gloria in saecula saeculorum. Amen.*

2285[i]. Doxologia. — *Αὐτῷ* [θεῷ] *γὰρ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς ἀπεράντους αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν* — L. III, XXXI, p. 180.

Illi (Deo) *enim gloria et uirtus in infinita saecula saeculorum. Amen.*

2285[k]. Item. — Δύναται δὲ ὁ θεὸς πάντας ἡμᾶς [πρὸς τὰ μέλλοντα] ἐγρηγέρους ποιῆσαι, καταρτίσαι, σῶσαι, ἐλεῆσαι, φυλάξαι, τηρῆσαι ἀπὸ παντὸς πειρασμοῦ καὶ θλίψεως, ὅπως ἐκφυγόντες τὴν ἐπερχομένην διὰ πυρὸς κρίσιν φθάσωμεν [ἀπαντῆσαι μετὰ χαρᾶς] εἰς τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ ἠγαπημένου παιδὸς αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, δοξάζοντες αὐτόν, *ὅτι αὐτῷ ἡ δόξα νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν* — L. IV, cap. ult., p. 339-340.

Potest enim Deus omnes nos (ad futura) uigilantes reddere, perficere, saluare, misereri, custodire, tueri ab omni tentatione et tribulatione, ut fugientes superueniens per ignem iudicium praeueniamus (peruenire cum gaudio) ad manifestationem dilecti filii eius Iesu Christi Domini nostri, glorificantes eum, *quia illi gloria nunc et semper in saecula saeculorum. Amen.*

EIVSDEM

EX COMMENTARIO IN CANTICVM CANTICORVM

[Cod. addit. Mus. Brit. 12144, fol. 58 r° sqq.]

2286. De evcharistia. — Esca potusque corpus Christi sunt et sanctus sanguis. — Ad. V, 1.

EX COMMENTARIO IN EZECHIELEM PROPHETAM

[Cod. add. Mus. Brit. 12144, fol. 39 r° sqq.]

2287. De signo crvcis. — Quare reiecit [Deus scil.] circumcisionem, illiusque loco introduxit signum crucis. — Ad. IX, 4.

MVRATORIANVM

[Cod. Ambros. J. 101 super. fol. 10ab,11a. VIII-IX s.]

2288. CANON SCRIPTVRARVM NOVI TESTAMENTI.

[fol. 10a]

quibus tamen interfuit et ita posuit·
tertio euangelii librum secundo lucan
lucas iste medicus post ascensum xpi.
cum eo paulus quasi ut iuris studiosum
5 secundum adsumsisset numeni suo
ex opinione conscripset dnm tamen nec ipse
duidit in carne et idē prout asequi potuit·
ita et ad natiuitate iohannis incipet dicere
quarti euangeliorum· iohannis ex decipolis
10 cohortantibus condescipulis et eps suis
dixit conieiunate mihi· odie triduo et quid
cuique fuerit reuelatum alterutrum
nobis ennarremus eadem nocte reue
latum and[reae] ex apostolis ut recognis
15 centibus cuntis iohannis suo nomine
cuncta discriberet et ideo licit uaria sin
culis euangeliorum libris principia
doceantur nihil tamen differt creden
tium fidei cum uno ac principali spū de
20 clarata sint in omnibus omnia de natiui-
tate de passione de resurrectione
de conuersatione cum decipulis suis
ac de gemino eius aduentu
primo in humilitate dispectus quod fo
25 it secundum potestate regali /// pre
clarum quod foturum est. quid ergo
mirum si iohannes tam constanter
sincula etiā in epistulis suis proferam
dicens in semeipsu quae uidimus oculis
30 nostris et auribus audiuimus et manus
nostrae palpauerunt haec scripsimus <uo>bis

[fol. 10b]

sic enim non solum uisurem sed et auditorem.
sed et scriptorē omnium mirabiliu dni perordi
nem profetetur acta autē omniū apostolorum
35 sub uno libro scribta sunt lucas obtime theofi
le conprindit quia sub praesentia eius singula
gerebantur sicut[i] et semote passione petri
euidenter declarat sed et profectionē pauli a[b]ur
be / ad spaniā proficescentis epistulae autem
40 pauli quae a quo loco uel qua ex causa directe
sint uol[e]n///tibus intellegere ipse declarant
primū omnium corintheis scysmae heresis in
terdicens deinceps b callatis circumcisione
romanis autē or//dine scripturarum sed [et]
45 principium earum// esse xpm intimans
prolexius scripsit de quibus sincolis neces
se est ad nobis desputari cum ipse beatus
apostolus paulus sequens prodecessuris sui
iohannis ordine non nisi [n]omenati· sempt/e
50 ecclesiis scribat ordine tali a corenthios
prima ad efesius seconda ad philippinses ter
tia ad colosensis quarta ad calatas quin
ta ad tensaolenecinsis sexta· ad romanos
septima uerum cor[i]ntheis et [t]hesaolecen
55 sibus licet pro correbtione iteretur una
tamen per omnem orbem terrae ecclesia
deffusa esse denoscitur et iohannis enī in a
pocalebsy licet septe eccleseis scribat
tamen omnibus dicit uerū ad filemonem una'
60 et ad titū una et ad tymotheū duas pro affec
to et dilectione in honore tamen eclesiae ca
tholice in ordinatione eclesiastice

[fol. 11a]

descepline scificate sunt. fertur etiam ad
laudecenses alia ad alexandrinos pauli no
65 mine fincte ad heresem marcionis et alia plu
ra quae in c/atholicam eclesiam recepi non
potest fel enim cum melle misceri non con
cruit epistola sane iude et superscrictio
iohannis duas in catholica habentur et sapi
70 entia ab amicis salomonis in honorē ipsius
scripta apocalapse etiam iohanis et pe
tri tantum recipimus quam quidam ex nos
tris legi in eclesia nolunt pastorem uero
nuperrim e/ temporibus nostris in urbe
75 roma herma conscripsit sedente cathe
tra urbis romae aeclesiae pio eps fratre/
eius et ideo legi eum quidē oportet se pu
plicare uero in eclesia populo neque inter
profe/tas completum numero neqe inter
80 apostolos in fine temporum potest
arsinoi autem seu ualentini. uel m[i]tia[di]s
nihil in totum recipemus· qui etiam nouū
psalmorum librum marcioni conscripse
runt una cum basilide assianom catafry
85 cum constitutorem.

MINVCII FELICIS

OCTAVIVS

2289. Synaxes nocturnae. Ieivnia. De cultus christiani forma. — nocturnis congregationibus et ieiuniis sollemnibus et inhumanis cibis, non sacro quonam sed piaculo foederantur [scil. : christiani]. Latebrosa et lucifugax natio, in publicum muta, in angulis garrula : templa ut busta despiciunt. — Cap. viii.

2290. De « fratre » vocabvlo. — se promiscue appellant fratres et sorores. — Cap. ix.

2291. De adoratione capitis asini. — eos turpissimae pecudis caput asini consecratum, inepta nescio qua persuasione uenerari. — Ibid.

2292. Genvflexio forte ante praesidem. — Alii eos ferunt ipsius antistitis ac sacerdotis colere genitalia et quasi parentis sui adorare naturam. — Ibid.

2293. De conventibvs in sollemnibvs diebvs. — de conuiuio notum est, passim omnes loquuntur, id etiam Cirtensis nostri testatur oratio : ad epulas sollemni die coeunt cum omnibus liberis, sororibus, matribus, sexus omnis hominis et omnis aetatis. — Ibid.

2294. De cvltv christianorvm. — Cur etenim occultare et abscondere quidquid illud colunt magnopere nituntur, cum honesta semper publico gaudeant, scelera secreta sint? cur nullas aras habent, templa nulla, nulla nota simulacra, nunquam palam loqui, nunquam libere congregari (sustinent). — Cap. x.

2295. De coronis et floribvs et vngventis. De fvneribvs. — Non floribus caput nectitis, non corpus odoribus honestatis : reseruatis unguenta funeribus : coronas etiam sepulchris denegatis. — Cap. xii.

2296. Exorcismi. — Haec omnia sciunt plerique, pars uestrum ipsos daemones de semetipsis confiteri, quoties a nobis tormentis uerborum et orationis incendiis de corporibus exiguntur. — Cap. xxvii.

2297. Exorcismi. — Adiurati [scil. : daemones] enim *per Deum uerum et solum* inuiti, miseri, corporibus inhorrescunt. — Ibid.

2298. De crvcis veneratione. — Cruces etiam nec etiam nec colimus, nec optamus. — Cap. xxix.

2299. De signo crvcis et elevatione manvvm. — crucis signum est et cum homo, porrectis manibus, Deum pura mente ueneratur. Ita signo crucis aut ratio naturalis innititur, aut uestra religio formatur. — Ibid.

2300. De altaribvs. — Putatis autem nos occultare quod colimus si delubra et aras non habemus? — Cap. xxxii.

2301. De sacris imaginibvs. — quem colimus Deum, nec ostendimus nec uidemus. — Ibid.

2302. De coronis. — quod caput non coronamus..... Nec mortuos coronamus. — Cap. xxxviii.

2303. De coronis in exseqviis. — nos exsequia adornamus eadem tranquillitate qua uiuimus. Nec adnectimus arescentem coronam, sed a Deo aeternis floribus uiuidam sustinemus, qui et modesti, Dei nostri liberalitate securi, spem futurae felicitatis, fide praesentis eius maiestatis animamur. — Ibid.

PRESBYTERORVM ET DIACONORVM

ROMANAE ECCLESIAE

2304. Institvtio ecclesiarvm. — Nouimus Carthaginensis Ecclesiae fidem, nouimus institutionem. — Ep. XXX, n. 3 (int. Cypr.).

MOYSI ET MAXIMI

EPISTVLA AD CYPRIANVM

2305. Doxologia. — *in Deo Patre et in Filio eius Iesu Christo Domino nostro et in Spiritu sancto salutem.* — Ep. XXVI, n. 1 (int. Cypr.).

2306. Deprecatio. — *Pete ergo ..... ut nos gratia sua Dominus magis ac magis in dies singulos quosque uberius atque propensius et armet et illustret et uiribus potentiae suae firmet ac roboret, et quasi optimus imperator, milites suos, quos usque adhuc in castris carceris exercuit et probauit, producat iam ad propositi certaminis campum. Porrigat nobis arma diuina, illa tela quae nesciunt uinci, loricam iustitiae quae nunquam solet rumpi, clypeum fidei qui non potest perforari, galeam salutis quae non potest frangi, et gladium spiritus non consueuit uulnerari.* — Ep. XXVI, n. 5 (int. Cypr.).

CELERINI EPISTVLA

AD LVCIANVM

2307. Deprecationes variae. — Peto tamen, carissime, a Domino ut, si ante cruore illo sancto laueris, si prius passus fueris pro nomine Domini nostri Iesu Christi, quam litterae meae te in hoc mundo apprehendant, mihi ad haec rescribas.

Sic coronet te cuius nomen confessus es. Credo enim quoniam, etsi in hoc mundo nos non uiderimus in futuro tamen nos coram Christo complectemur.

Pete ut sim dignus et ego coronari cum numero uestri. — Ep. XX (int. Cypr.).

S. CORNELII

EPISTVLA AD FABIVM

2308. De ordinationis episcopi ritv. — κἀκεῖθεν ἐπισκόπους τρεῖς...... διαβεβαιούμενος καὶ διισχυριζόμενος δεῖν αὐτοὺς ἐν τάχει παραγενέσθαι εἰς Ῥώμην, ὡς δῆθεν πᾶσα ἥτις δή ποτε οὖν διχοστασία γεγονυῖα σὺν καὶ ἑτέροις ἐπισκόποις καὶ αὐτῶν μεσιτευόντων διαλυθῇ. — II.

ut inde [scil. : exiguam atque uilissimam Italiae partem] adscitos episcopos tres.......... deciperet, affirmans atque constanter asseuerans, ipsos quam primum Romam proficisci oportere, ut omnis undecunque orta discordia, ipsorum una cum aliis episcopis interuentu sedaretur.

2309. De manvvm impositione pro ordinatione. Commvnio laica. Depositio episcopi. — εἰκονικῇ τινι καὶ ματαίᾳ χειρεπιθεσίᾳ ἐπισκοπὴν αὐτῷ δοῦναι· ἣν ἐνέδρᾳ καὶ πανουργίᾳ, μὴ ἐπιβάλλουσαν αὐτῷ ἐκδικεῖ· ἐξ ὧν εἷς μετ' οὐ πολὺ ἐπανῆλθεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ἀποδυρόμενος καὶ ἐξομολογούμενος τὸ ἑαυτοῦ ἁμάρτημα· ᾧ καὶ ἐκοινωνήσαμεν ὡς λαϊκῷ ὑπὲρ αὐτοῦ δεηθέντος παντὸς τοῦ παρόντος λαοῦ. Καὶ τῶν λοιπῶν δὲ ἐπισκόπων διαδόχους εἰς τοὺς τόπους ἐν οἷς ἦσαν χειροτονήσαντες, ἀπεστάλκαμεν. — Ibid.

(Qui cum aduenissent) imaginaria quadam et uana manuum impositione episcopatum sibi tradere per uim cogit. Nec multo post unus ex illis episcopis ad Ecclesiam rediit, cum lamentis et fletibus peccatum suum confitens. Quem nos, cum uniuersus populus praesens deprecatus esset, ad communionem laicam suscepimus. Reliquis etiam (duobus) episcopis successores ordinauimus, eosque in loco illorum misimus.

2310. De clero romano. — οὐκ ἠπίστατο ἕνα ἐπίσκοπον δεῖν εἶναι ἐν καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ· ἐν ᾗ οὐκ ἠγνόει, πῶς γάρ; πρεσβυτέρους εἶναι τεσσαράκοντα ἕξ, διακόνους ἑπτὰ, ὑποδιακόνους ἑπτὰ, ἀκολούθους δύο καὶ τεσσαράκοντα, ἐξορκιστὰς δὲ καὶ ἀναγνώστας ἅμα πυλωροῖς δύο καὶ πεντήκοντα, χήρας σὺν θλιβομένοις ὑπὲρ τὰς χιλίας πεντακοσίας. — III.

ignorabat [scil. : Nouatianus] unum episcopum esse oportere in Ecclesia catholica? in qua non ei latebat (quomodo enim latere posset?) presbytero esse quadraginta sex, diaconos septem, subdiaconos septem, acolythos duos et quadraginta, exorcistas autem et lectores cum ostiariis quinquaginta duos, uiduas cum thlibomenis plus mille quingenta.

2311. De clinicorvm baptismo. — Ὃς βοηθούμενος ὑπὸ τῶν ἐπορκιστῶν, νόσῳ περιπεσὼν χαλεπῇ, καὶ ἀποθανεῖσθαι ὅσον οὐδέπω νομιζόμενος ἐν αὐτῇ τῇ κλίνῃ ᾗ ἔκειτο, περιχυθεὶς ἔλαβεν· εἴ γε χρὴ λέγειν τὸν τοιοῦτον εἰληφέναι. Οὐ μὴν οὐδὲ τῶν λοιπῶν ἔτυχε, διαφυγὼν τὴν νόσον, ὧν χρὴ μεταλαμβάνειν κατὰ τὸν τῆς Ἐκκλησίας κανόνα, τοῦ ιε σφραγισθῆναι ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου. Τούτου δὲ μὴ τυχὼν πῶς ἂν τοῦ ἁγίου πνεύματος ἔτυχε; — IV.

Qui [scil. : Nouatianus] quidem, cum ei ab exorcistis subueniretur, in morbum grauissimum collapsus, ita ut iamiam moriturus existimaretur, in ipso lecto, in quo iacebat, perfusus fidem suscepit : si tamen homo huiuscemodi suscepisse dicendus esse. Sed neque postquam liberatus est a morbo, reliqua percepit, quae secundum regulam Ecclesiae percipienda sunt; neque ab episcopo consignatus est. Hoc autem signaculo minime percepto, quomodo Spiritum sanctum potuit accipere?

2312. Fit presbyter per impositionem manvvm. Clinicvs ad gradvm presbyteratvs evectvs. — πιστεύσας κατηξιώθη τοῦ πρεσβυτερίου κατὰ χάριν τοῦ ἐπισκόπου τοῦ ἐπιθέντος αὐτῷ χεῖρας εἰς πρεσβυτερίου κλῆρον· ὃς διακωλυόμενος ὑπὸ παντὸς τοῦ κλήρου, ἀλλὰ καὶ λαϊκῶν πολλῶν, ἐπεὶ μὴ ἐξὸν ἦν τὸν ἐπὶ κλίνης διὰ νόσον περιχυθέντα, ὥσπερ καὶ οὗτος, εἰς κλῆρόν τινα γένεσθαι, ἠξίωσε συγχωρηθῆναι αὐτῷ τοῦτον μόνον χειροτονῆσαι. — VI.

post susceptam fidem presbyterio cohonestatus est [scil. : Nouatianus] per gratiam et indulgentiam episcopi, qui imponens ei manum, ad presbyterii ordinem eum prouexit. Intercedebat omnis clerus, et multi ex laicis, eo quod non liceret eum, quemadmodum et ille in lectulo urgente morbo perfusus fuisset, in clerum aliquem assumi. Verum rogauit episcopus ut eum unum ordinare sibi permitteretur.

EPISTVLA AD CYPRIANVM

2313. GRATIARVM ACTIO. — Deo omnipotenti et Christo Domino nostro gratias egimus. — Ep. VI, n. 1 (inter Cornelianas); Ep. XLVI (inter Cyprianicas).

2314. NARRATIO DISCIPLINAE EXOMOLOGESEOS PROLIXIOR. — Vrbanus et Sidonius confessores ad presbyteros nostros uenerunt affirmantes Maximum confessorem et presbyterum secum pariter cupere in Ecclesiam redire . . . .
. . . .
. . . . Qui cum uenissent, et a presbyteris quae gesserant exigerentur, nouissime quod per omnes ecclesias litterae calumniis et maledictis plenae eorum nomine frequentes missae fuissent, et pene omnes Ecclesias perturbassent, circumuentos se esse affirmauerunt, neque in istis litteris qui inesset scisse : tantummodo circumductos se commisisse quoque schismatica, et haeresis auctores fuisse, ut paterentur ei manus quasi in episcopum imponi. Qui, cum haec et caetera fuissent exprobrata, ut abolerentur et de memoria tollerentur deprecati sunt.

Omni igitur actu ad me perlato placuit contrahi presbyterium (adfuerunt etiam episcopi quinque, qui et hodie praesentes fuerunt) ut firmato consilio, quid circa personam eorum obseruari deberet, consensu omnium statueretur.......... His ita gestis in presbyterium uenerunt Maximus, Vrbanus, Sidonius, et plerique fratres qui eis se adiunxerant, summis precibus desiderantes, ut ea quae ante fuerant gesta, in obliuionem cederent, nullaque eorum mentio haberetur; proinde atque si nihil esset uel commissum uel dictum, inuicem omnibus remissis, cor mundum et purum iam Deo exhiberent, sequentes euangelicam uocem dicentem, beatos esse puros corde quoniam ipsi Deum uidebunt. Quod erat consequens, omnis hic actus populo fuerat insinuandus, ut et ipsos uiderent in Ecclesia constitutos,quos errantes et palabundos iam diu uiderant et solebant. Quorum uoluntate cognita, magnus fraternitatis concursus factus est. Vna uox erat omnium gratias Deo agentium, gaudium pectoris lacrymis exprimentes, complectentes eos quasi hodie paena carceris fuissent liberati. Et ut ipsorum propria uerba designem : Nos, inquiunt, Cornelium episcopum sanctissimae catholicae Ecclesiae electum a Deo omnipotente et Christo Domino nostro scimus. Nos errorem nostrum confitemur : nos imposturam passi sumus, circumuenti sumus perfidia et loquacitate captiosa. Nam etsi uidebamur quasi quamdam communicationem cum schismatico et haeretico homine habuisse; sincera tamen mens nostra semper in Ecclesia fuit. Nec enim ignoramus unum Deum esse, unum Christum esse Dominum, quem confessi sumus, unum Spiritum sanctum, unum episcopum in catholica Ecclesia esse debere. Ista eorum professione non moueremur; ut quod apud potestatem saeculi erant confessi, in Ecclesia constituti comprobarent? Quapropter Maximum presbyterum locum suum agnoscere iussimus : caeteros cum ingenti populi suffragio recepimus. Omnia autem remisimus Deo omnipotenti in cuius potestate sunt omnia reseruata. — Ep. VI, n. 1-3 (inter Cornelianas); Ep. XLVI (inter Cyprianicas).

2315. GRATIARVM ACTIO. — *Deo omnipotenti et Christo Domino nostro gratias ageres.* — Ep. VI, 3 (XLVI).

S. STEPHANI PP.

EPISTVLA SEV DECRETVM

2316. DE PRIMATV. — Nam nec Petrus uindicauit sibi aliquid insolenter aut adroganter adsumpsit, ut diceret : « se primatum tenere et obtemperari a nouellis et posteris sibi potius oportere ». — Firmil. Caes. epist. inter Cyprian. LXXV, 17. [Ni fallor haec sunt propria Stephani uerba (quae inter uncos includo), a Firmiliano in testimonium asperrimi sui iudicii adlata].

RELLIQVIAE

EX

DECRETIS

DISCIPLINA

CONCILIA

(EX LIBELLO SYNODICO)

CONCILIVM EPHESINVM POLYCRATIS

2317. De quaestione Paschae. — Σύνοδος.......... ἀξιοῦσα καὶ ὁρίζουσα ἅπαντας, ὥστε ἐν τῇ δεκάτῃ τετάρτῃ τῆς σελήνης, Ἰουδαϊωπρεπῶς ἄγειν τὸ μυστικὸν πάσχα, ὡς τοῦτο ἀνέκαθεν παραλαβοῦσα, βεβαιούμενον παρὰ Τιμοθέου καὶ Φιλίππου τῶν ἀποστόλων........ ταῦτα δὲ Κομμόδου βασιλεύοντος, γέγονεν. — Mansi, *Conc.*, I, 725.

Synodus......... quae dignum censet et constituit ut omnes luna decima quarta Iudaeorum ritu mysticum pascha peragant : tanquam hoc ipsa iam inde a principio accepisset a sanctis apostolis, Timotheo et Philippo confirmatum......... Haec uero Commodo imperante euenerunt.

2317ᴬ. Concilium Asiaticum (seu Ephesinum) reprobatum.

Hoc concilium ob causam paschatis circa haec tempora Asiani episcopi per Polycratem Ephesinum episcopum celebrarunt, in quo putantes se euangelio et maiorum traditionibus inhaerere, a consuetudine celebrandi pascha die 14 primi mensis, etiamsi in dominicum non incederet, recedendum non esse constituerunt, idque per Polycratem ad Victorem Romanum pontificem rescripserunt. — Mansi, *Conc.*, I, 719.

CONCILIVM ROMANVM VICTORIS

2318. De Pascha. — Σύνοδος........ ἀπαγορεύουσα Ἰουδαϊκῶς τελεῖν τῇ δεκάτῃ τετάρτῃ τῆς σελήνης τὸ θεῖον καὶ μυστικὸν πάσχα· ἀλλ' ἐν μόνῃ τῇ μεγάλῃ καὶ ζωοδοτικῇ κυριακῇ. — Mansi, *Conc.*, I, 725.

Synodus........ quae uetat Iudaice celebrari luna decima quarta sanctum et mysticum pascha sed in sola magna et uitae praestatrice dominica.

2318ᴬ. — Concilium Romanum — anno 198 circiter. — Hoc concilium habitum est Romae, anno Domini 198, imperatoris Seueri quarto. Theophilus Caesariensis episcopus per Victorem uocatus huic interfuit. Victor pontifex eidem praefuit. Decretum est, pascha, non 14 luna primi mensis, sed potius die dominico post 14 lunam et uernale aequinoctium occurrente, prout ab apostolis traditum est celebrandum esse.

Actorum in hoc concilio nihil extat. — Mansi, *Conc.*, I, 709.

CONCILIVM HIEROSOLYMITANVM NARCISSI

2319. De Pascha. — Σύνοδος........ ὑπὲρ τοῦ μυστικοῦ πάσχα, ὁρίσασα κατὰ τοὺς ἁγιωτάτους Ἀνίκητον καὶ Βίκτωρα. — Mansi, *Conc.*, I, 726.

Synodus....... . super mystico pascha, secundum sanctissimum Anicetum et Victorem pronuntians.

2319ᴬ. — Concilium Palaestinum — circ. ann. 198 — ..... quando ergo intra illum terminum statutum dies dominicus et luna una ex his octo conuenerit, Pascha nobis iussum est celebrare. — Mansi, *Conc.*, I, 716.

CONCILIVM CAESARIENSE PALAESTINVM THEOPHILI

2320. De Pascha. — Σύνοδος...... ὑπὲρ τοῦ ἁγίου πάσχα ὁρίσασα ὡσαύτως. — Mansi, *Conc.*, I, 726.

Synodus.... .... quae de sancto pascha idem constituit.

2320ᴬ. Concilium palaestinum — anno 196 circiter. — Theophilus dixit : Nunc igitur agendum est de ordinatione, quomodo debeamus pascha tenere.

Episcopi dixerunt : Numquid potest dominicus dies praeteriri, ut in eo pascha minime celebretur, qui tot et talibus benedictionibus sanctificatus est. — Mansi, *Conc.*, I, 711.

2320[a]. — Concilium Palaestinum seu potius Caesariense — anno 198.

« Cum omnes Apostoli ex hoc mundo transissent, per uniuersum orbem diuersa erant ieiunia. Nam omnes Galli unum diem anniuersarium VIII kal. April. Pascha celebrant dicentes : Quid nobis est ad lunae computum cum Iudaeis facere Pascha? Sed sicut Domini natalem quocumque die uenerit, VIII kalend. Ianuarii, ita et VIII kal. Aprilis, quando resurrectio traditur Christi debemus Pascha tenere. Orientales uero, sicut historia Eusebii Caesariensis narrat, quocumque die mense Martio quartadecima luna euenisset, Pascha celebrabant. In Italia autem alii plenos quadraginta dies ieiunabant, alii XXX. Alii dicebant VII diebus, in quibus mundus concluditur sibi sufficere ieiunare. Alii quia Dominus XL diebus ieiunasset, illi horas XL deberent. Cum haec ergo talis diuersa esset obseruatio moeror erat sacerdotum quod ubi erat una fides, dissonarent ieiunia. — Mansi, *Conc.*, I, 719.

CONCILIVM LVGDVNENSE IRENAEI

2321. De Pascha. — Σύνοδος...... ὁρίσασα ὑπὲρ τοῦ θείου καὶ μυστικοῦ πάσχα ὁμοίως. — Mansi, *Conc.*, I, 726.

Synodus........ quae similiter de diuino mystico pascha constituit.

2321[b]. De ieivnio qvadragesimali. — Οὐ γὰρ μόνον περὶ τῆς ἡμέρας ἐστὶν ἡ ἀμφισβήτησις, ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ εἴδους αὐτοῦ τῆς νηστείας. Οἱ μὲν γὰρ οἴονται μίαν ἡμέραν δεῖν αὐτοὺς νηστεύειν, οἱ δὲ δύο, οἱ δὲ καὶ πλείονας, οἱ δὲ τεσσαράκοντα. Ὥρας ἡμερινάς τε καὶ νυκτερινὰς συμμετροῦσι τὴν ἡμέραν αὐτῶν. Καὶ τοιαύτη μὲν ποικιλία τῶν ἐπιτηρούντων, οὐ νῦν ἐφ' ἡμῶν γεγονυῖα, ἀλλὰ καὶ πολὺ πρότερον ἐπὶ τῶν πρὸ ἡμῶν τῶν παρὰ τὸ ἀκριβές, ὡς εἰκός, κρατούντων τὴν καθ' ἁπλότητα καὶ ἰδιωτισμὸν συνήθειαν εἰς τὸ μετέπειτα πεποιηκότων. Καὶ οὐδὲν ἔλαττον πάντες οὗτοι εἰρήνευσάν τε, καὶ εἰρηνεύομεν πρὸς ἀλλήλους· καὶ ἡ διαφωνία τῆς νηστείας τὴν ὁμόνοιαν τῆς πίστεως συνίστησι..... Καὶ οἱ πρὸ Σωτῆρος πρεσβύτεροι οἱ προστάντες τῆς Ἐκκλησίας, ἧς νῦν ἀφηγῇ, Ἀνίκητον λέγομεν καὶ Πίον, Ὑγῖνόν τε καὶ Τελεσφόρον, καὶ Ξύστον, οὔτε αὐτοὶ ἐτήρησαν, οὔτε τοῖς μετ' αὐτοὺς ἐπέτρεπον. Καὶ οὐδὲν ἔλαττον αὐτοί, μὴ τηροῦντες, εἰρήνευον τοῖς ἀπὸ τῶν παροικιῶν, ἐν αἷς ἐτηρεῖτο, ἐρχομένοις πρὸς αὐτούς, καίτοι μᾶλλον ἐναντίον ἦν τὸ τηρεῖν τοῖς μὴ τηροῦσι· καὶ οὐδέποτε διὰ τὸ εἶδος τοῦτο ἀπεβλήθησάν τινες. Ἀλλ' αὐτοὶ μὴ τηροῦντες, οἱ πρὸ σοῦ πρεσβύτεροι, τοῖς ἀπὸ τῶν παροικιῶν τηροῦσιν ἔπεμπον εὐχαριστίαν. Καὶ τοῦ μακαρίου Πολυκάρπου ἐπιδημήσαντος τῇ Ῥώμῃ ἐπὶ Ἀνικήτου, καὶ περὶ ἄλλων τινῶν μικρὰ σχόντες πρὸς ἀλλήλους, εὐθὺς εἰρήνευσαν, περὶ τούτου τοῦ κεφαλαίου μὴ φιλεριστήσαντες ἑαυτούς. Οὔτε γὰρ ὁ Ἀνίκητος τὸν Πολύκαρπον πεῖσαι ἐδύνατο μὴ τηρεῖν, ἅτε μετὰ Ἰωάννου τοῦ μαθητοῦ Κυρίου ἡμῶν καὶ λοιπῶν ἀποστόλων οἷς συνδιέτριψεν, ἀεὶ τετηρηκότα· αὔτη μὲν ὁ Πολύκαρπος τὸν Ἀνίκητον ἔπεισε τηρεῖν, λέγοντα τὴν συνήθειαν τῶν πρὸ αὐτοῦ πρεσβυτέρων ὀφείλειν κατέχειν. Καὶ τούτων οὕτως ἐχόντων, ἐκοινώνησαν ἑαυτοῖς· καὶ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ παρεχώσεν ὁ Ἀνίκητος τὴν εὐχαριστίαν τῷ Πολυκάρπῳ, κατ' ἐντροπὴν δηλονότι, καὶ μετ' εἰρήνης ἀπ' ἀλλήλων ἀπηλλάγησαν, πάσης τῆς Ἐκκλησίας εἰρήνην ἐχόντων καὶ τῶν τηρούντων, καὶ τῶν μὴ τηρούντων. — Iren. ap. Evs., *H. e.*, V, xxiv.

Neque enim de die solum controuersia est, sed etiam de forma ipsa ieiunii. Quidam enim existimant unico die sibi esse ieiunandum; alii duobus, alii pluribus, alii uero quadraginta. Diurnis pariter ac nocturnis horis computatis, diem suum commetiuntur. Atque haec quidem inter eos, qui ieiunia obseruant, uarietas non nostra primum aetate nata est, sed longe antea, apud maiores nostros ortum coepit : qui non accurate, ut uerisimile est, retinentes ieiunii formam, eam, quae ex simplicitate et imperitia ortum habuit, consuetudinem in posterum induxerunt. Atque nihilominus tamen et omnes isti pacem inter se retinuerunt, et nos inuicem retinemus. Ita ieiuniorum diuersitas consensionem fidei commendat..... Sed et presbyteri illi, qui ante Soterem, Ecclesiam, cui tunc praees, gubernarunt, Anicetum dico et Pium, et Hyginum, cum Telesphoro et Sixto, neque ipsi unquam obseruarunt; neque his, qui cum ipsis erant, ut obseruarent permiserunt.

Ipsi tamen cum hoc minime obseruarent, pacem nihilominus colebant cum iis, qui ad se uenissent ex ecclesiis, in quibus id obseruabatur. Atqui obseruantia inter eos qui minime obseruabant, tanto magis contraria uidebatur. Nec illi unquam ob eiusmodi consuetudinem reiecti sunt. Verum illi ipsi, qui te praecesserunt, presbyteri, quamuis id minime obseruarent, ecclesiarum presbyteris, qui id obseruabant, eucharistiam transmiserunt. Et cum beatissimus Polycarpus Aniceti tempo ribus Romam uenisset, atque inter illos de quibusdam aliis rebus modica esset controuersia, statim mutuo pacis osculo se complexi sunt : de hoc capite non magnopere inter se contendentes. Neque enim Anicetus Polycarpo persuadere unquam potuerat ut obseruare desineret; quippe qui cum Ioanne Domini discipulo et cum reliquis apostolis quibuscum familiariter uixerat, eum morem perpetuo obseruasset. Neque item Polycarpus Aniceto persuadere potuit, ut obseruaret; cum Anicetus, eorum, qui ante se fuerant, presbyterorum morem sibi retinendum esse diceret. Quae cum ita se haberent, communicarunt sibi inuicem : et Anicetus in Ecclesia consecrandi munus Polycarpo honoris causa concessit, tandemque cum pace a se inuicem discesserunt : tam ii qui obseruabant, quam illis qui minime obseruabant, pacem communionemque totius Ecclesiae retinentibus.

CONCILIVM CORINTHIACVM BACCHYLIDIS

2322. De Pascha. — Σύνοδος...... ὁρίσασα περὶ τοῦ μακαρίου πάσχα ὡσαύτως. — Mansi, *Conc.*, I, 726.

Synodus........ quae idem de beato paschate constituit.

CONCILIVM ASIATICVM PLASMAE

2323. De Pascha. — Σύνοδος...... περὶ τοῦ ἁγίου πάσχα ὁρίσασα ὁμοίως. — Mansi, *Conc.*, I, 727.

Synodus......... quae similiter de sancto pascha constituit.

2323ᴬ. — Concilium Ponticum — circiter anno 198 — eodem tempore et ob eamdem causam in Ponto a Palma hoc concilium prouinciale celebratum est, et de paschatis obseruatione idem quod praecedentia (id est Palaestinum seu potius Caesariense) definiuit. — Mansi, *Conc.*, I, p. 715.
Acta non extant.

CONCILIVM OSROENVM

2324. De Pascha. — Σύνοδος...... περὶ τοῦ θείου πάσχα ὡσαύτως ὁρίσασα. — Mansi, *Conc.*, I, 727.

Synodus......... de sancto pascha idem statuens.

2324ᴬ. — Concilium Osroenum et Corinthiacum — circiter ann. 198.
« Aliud porro ecclesiarum [scil. : concilium] quae Osroenum........ de illius festi [scil. : paschatis] sententiam. »
Neque horum quidquam extat. — Mansi, *Conc.*, I, 719.

CONCILIVM MESOPOTAMICVM

2325. De Pascha. — Σύνοδος...... περὶ τοῦ ἁγίου πάσχα ὁμοίως ὁρίσασα. — Mansi, *Conc.*, I, 727.

Synodus......... quae de sancto pascha similiter constituit.

CONCILIVM ASIATICVM HABITVM CIRCA ANN. 245 CONTRA NOETVM

2326. Regvlae fidei fragmenta. — Ὅτι *ἕνα Θεὸν* δοξάζομεν καὶ αὐτοί, ἀλλ' ὡς οἴδαμεν δικαίως δοξάζειν· καὶ *ἕνα Χριστὸν* ἔχομεν, ἀλλ' ὡς οἴδαμεν ἕνα Χριστὸν *υἱὸν Θεοῦ, παθόντα* καθὼς ἔπαθεν, *ἀποθανόντα* καθὼς ἀπέθανεν, *ἀναστάντα, ἀνελθόντα εἰς τὸν οὐρανόν, ὄντα ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρός, ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς.* Ταῦτα λέγομεν μεμαθηκότες ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν, ἃ καὶ ἐπιστάμεθα. — Mansi, *Conc.*, I, 789.

[dixerunt episcopi :] Et nos, *unum* quoque *Deum* colimus, sed quemadmodum legitime illum colere nouimus. Itidemque *Christum* habemus *unum*, sed quemadmodum nouimus unum Christum *Dei filium, passum* quomodo passus est, *mortuum* quomodo mortuus est; *qui et resurrexit, et in coelum ascendit, et ad Patris dexteram manet, et uenturus est iudicare uiuos et mortuos.* Haec nos ab scripturis sanctis accepta profitemur, quae et nouimus.

CONCILIVM CARTHAGINENSE SVB CYPRIANO PRIMVM, ANNO DOMINI 251 (252?)

2327. De lapsis recipiendis. — Decretum est in hoc concilio, ut lapsi paenitentiam agentes in Ecclesiae communionem quidem recipiantur sed non citra urgentem necessitatem ante satisfactionis tempus impletum admittantur. Haec Cyprianus epist. 52, ad Antonianum scribens his uerbis scribat : .... copiosus episcoporum numerus, quos integros et incolumes fides sua et Domini tutela protexit, in unum conuenimus : et scripturis diu ex utraque parte prolatis, temperamentum salubri moderatione librauimus, ut nec in totum spes communicationis et pacis lapsis denegaretur, ne plus desperatione deficerent, et eo quod sibi Ecclesia clauderetur, secuti saeculum, gentiliter uiuerent : nec tamen rursus censura euangelica solueretur ut ad communicationem temere prosilirent, sed traheretur diu paenitentia, et rogaretur dolenter paterna clementia, et examinarentur causae et uoluntates et necessitates singulorum. — Labbe-Mansi, *Conc.*, I.

CONCILIVM CARTHAGINENSE SVB CYPRIANO SECVNDVM, ANNO DOMINI 252

2328. De lapsis in extremo morbo positis. — Statueremus........ (ut qui lapsi fuissent) agerent diu paenitentiam plenam et si periculum infirmitatis urgeret pacem sub ictu mortis acciperent. Nec enim fas erat aut permittebat paterna pietas et diuina clementia, Ecclesiam pulsantibus cludi, et dolentibus ac deprecantibus spei salutaris subsidium denegari, ut de saeculo recedentes sine communione et pace ad Dominum dimitterentur. — Can. 1.

2328ᴬ. De lapsis recipiendis ante persecvtionem. — [appropinquante nouae persecutionis die] necessitate cogente censuimus, eis qui de Ecclesia Domini non recesserunt et paenitentiam agere et lamentari ac Dominum deprecari a primo lapsus sui die non destiterunt, pacem dandam esse. — Can. I.

2329. Commvnio confessores roborat. — At uero nunc non infirmis sed fortibus pax necessaria est : nec morientibus, sed uiuentibus communicatio a nobis danda est : ut quos excitamus et exhortamur ad praelium non inermes et nudos relinquamus : sed protectione sanguinis et corporis Christi muniamus : et cum ad hoc fiat Eucharistia ut possit accipientibus esse tutela; quos tutos esse contra aduersarium uolumus munimento Dominicae saturitatis armemus. Nam quomodo docemus aut prouocamus eos in confessione nominis sanguinem suum fundere, si eis militaturis Christi sanguinem denegamus? aut quomodo ad martyrii poculum idoneos facimus, si non eos prius ad bibendum in ecclesia poculum Domini iure communicationis admittimus? — Can. II.

2329ᴬ. Sacrificivm cottidie oblatvm. — ut sacerdotes, qui sacrificia Dei cottidie celebramus, hostias Deo et uictimas praeparemus. — Can. III.

2330. De baptismo sangvinis. — Nec quisquam dicat : Qui martyrium tollit sanguine suo baptizatur : nec pax illi ab episcopo necessaria est, habituro gloriae suae pacem et accepturo maiorem de Domini dignatione mercedem. Primo idoneus esse non potest ad martyrium qui ab Ecclesia non armatur ad praelium : et mens deficit, quam non recepta Eucharistia erigit et accendit. — Can. III.

2331. Evcharistia roborat martyres. — De cuius [scil. : Domini] ope et pietate, qui in eum confidimus possumus esse securi : quia qui in pace militibus suis futuram praemuniat pugnam dabit militantibus in congressione uictoriam. — Can. V.

CONCILIVM CARTHAGINENSE SVB CYPRIANO TERTIVM, ANNO DOMINI 253

2332. De baptismo parvvlorvm. — Quantum uero ad causam infantium pertinet, quos dixisti intra secundum uel tertium diem quo nati sint constitutos baptizari non oportere et considerandam esse legem circumcisionis antiquae, ut intra octauum diem eum qui natus est baptizandum et sanctificandum non putares, longe aliud in concilio nostro omnibus uisum est. — Can. II.

2333. Oscvlvm neophyto dandvm. — Nam et quod uestigium infantis in primis partus sui diebus constituti mundum non esse dixisti, quod unusquisque nostrum adhuc horreat exosculari. — Can. IV.

2334. Baptismi parvvlorvm ritvs. — Et idcirco, f. c., haec fuit in concilio nostra sententia, a Baptismo atque a gratia Dei, qui omnibus misericors et benignus et pius est, neminem per nos debere prohiberi. Quod cum circa uniuersos obseruandum sit atque retinendum tum magis circa infantes ipsos et recens natos obseruandum putamus. — Can. VI.

CONCILIVM CARTHAGINENSE SVB CYPRIANO QVARTVM, ANNO DOMINI 254

2335. Qvalis debeat episcopvs esse. — non nisi immaculatos et integros antistites eligere debemus, qui sancte et digne sacrificia Deo offerentes, audiri in precibus possint quas faciunt pro plebis dominicae incolumitate. — Can. II.

2336. De electione presbyteri. — ut sacerdos plebe praesente sub omnium oculis deligatur et dignus atque idoneus publico iudicio ac testimonio comprobetur. — Can. IV.

2337. De electione episc., sacerd. et diaconorvm. — Nec hoc in episcoporum tantum et sacerdotum, sed et in diaconorum ordinationibus obseruasse apostolos animaduertimus de quo et ipso in Actis eorum scriptum est : Et conuocauerunt, inquit, illi duodecim totam plebem discipulorum (Act., vi, 2). — Ibid.

2338. De ordinationis ritv. — Propter quod diligenter de traditione diuina et apostolica obseruatione seruandum est et tenendum quod apud nos quoque et fere per prouincias uniuersas tenetur, ut ad ordinationes rite celebrandas ad eam plebem cui praepositus ordinatur, episcopi eiusdem prouinciae proximi quique conueniant et episcopus deligatur plebe praesente. — Can. V.

2339. Episcopvs ad commvnionem laicam. — se blasphemasse [scil. : Basilides episcopus lapsus] confessus sit, et episcopatum pro conscientiae suae uulnere sponte deponens ad agendam paenitentiam conuersus sit, Deum deprecans, et satis gratulans si sibi uel laico communicare contingeret. — Can. VI.

CONCILIVM CARTHAGINENSE SVB CYPRIANO QVINTVM, ANNO DOMINI 255

2340. De aqva baptismi benedicenda. — Oportet ergo mundari et sanctificari aquam prius a sacerdote, ut possit Baptismo suo peccata hominis qui baptizatur abluere. — Can. I.

2341. Ritvs interrogationis. Formvla. — Sed et ipsa interrogatio quae fit in baptismo testis est ueritatis. Nam cum dicimus : *Credis in uitam aeternam et remissionem peccatorum per sanctam Ecclesiam.* — Can. II.

2342. Baptismvs. Confirmatio. Evcharistia. — Vngi quoque necesse est eum qui baptizatus sit, ut accepto chrismate, id est, Vnctione, esse unctus Dei et habere in se gratiam Christi possit. Porro autem Eucharistia est unde baptizati unguntur oleo in altari sanctificatur. — Ibid.

CONCILIVM CARTHAGINENSE SVB CYPRIANO SEXTVM, ANNO DOMINI 256

2343. De receptione haereticorvm et rebaptismate. — eos qui sunt foris extra Ecclesiam tincti, et apud haereticos et schismaticos profanae aquae labe maculati, quando ad nos atque ad Ecclesiam, quae una est, uenerint, baptizari oportere; eo quod parum sit eis manum imponere ad accipiendum Spiritum sanctum, nisi accipiant et Ecclesiae Baptismum. — Can. I.

CONCILIVM CARTHAGINENSE SVB CYPRIANO SEPTIMVM, ANNO DOMINI 256

2344. Conciliorvm disciplina. — Cum in unum Carthaginem conuenissent kalendis Septembribus episcopi plurimi ex prouincia Africa, Numidia, Mauritania, cum presbyteris et diaconibus, praesentibus etiam plebis maxima parte, et lectae essent litterae Iubaiani ad Cyprianum factae, item Cypriani ad Iubaianum rescriptae de haereticis baptizandis quidque postmodum Cypriano Iubaianus idem rescripserit, Cyprianus dixit ..... — Prolog.

2345. De exorcismo. — *Cecilius a Bilta* dixit : ..... (apud haereticos) omnia per mendacium geruntur, ubi exorcizat daemoniacus, sacramentum interrogat, cuius os et uerba cancer mittunt, fidem dat infidelis, ueniam delictorum tribuit sceleratus, et *in nomine Christi* tinguit antichristus, benedicit *a Deo* maledictus, uitam pollicetur mortuus, pacem dat impacificus, *Deum* inuocat blasphemus, sacerdotium administrat profanus, ponit altare sacrilegus. Ad haec omnia accedit etiam illud malum, ut antistes diaboli audeat eucharistiam facere. — Sent. 1.

2346. De salis ritv in baptismo. — *Lucius a Castra Galbae* dixit : ..... Cum ergo manifestum sit haereticos, id est hostes Christi, non integram Sacramenti confessionem habere, item schismaticos non posse condire sapientia spiritali. — Sent. 7.

2347. De receptione et reconciliatione venientivm ad Ecclesiam. — *Crescens a Cirta* dixit : ..... censeo omnes haereticos et schismaticos qui ad catholicam Ecclesiam uoluerint uenire non ante ingredi nisi exorcizati et baptizati prius fuerint, exceptis his sane qui in Ecclesia (catholica) fuerint ante baptizati : ii tamen per manus impositionem in paenitentia Ecclesiae reconcilientur. — Sent. 8.

2348. Formvla baptismi. — *Monnulus a Girba* dixit : *Ecclesiae* (*catholicae*) *matris nostrae* ueritas (semper) apud nos, fratres, et mansit et manet, eo quod in Baptismate est trinitas, Domino nostro dicente : Ite, et baptizate gentes *in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti.* — Sent. 10.

2349. De aqva baptismi benedicta. — *Sedatus a Thuburbo* dixit : In quantum aqua sacerdotis prece in Ecclesia sanctificata abluit delicta..... — Sent. 18.

2350. Impositio manvvm. — *Cassius a Macomadibus* dixit : ..... sed eos [scil. : fideles in haeresin lapsos] per manus impositionem restituendos. — Sent. 22.

2351. Formvla baptismi. — *Euchratius a Thenis* dixit : Fidem nostram et Baptismatis gratiam et legis ecclesiasticae regulam Dominus et Deus noster Iesus Christus suo ore apostolos docens perimpleuit dicens : « Ite, et docete omnes gentes, baptizantes eos *in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti.* » — Sent. 29.

2352. Exorcismvs ante baptismvm. — *Lucius a Thebeste* dixit : ..... exorcizandos et baptizandos esse [scil. : haereticos]. — Sent. 31.

2353. Ritvs receptionis haereticorvm. — *Vicentius a Thibari* dixit : ...... primo per manus impositionem in exorcismo, secundo per baptismi regenerationem, tunc [scil. : haeretici] ad Christi pollicitationem peruenire. — Sent. 37.

2354. De baptismo vnico. — alius *Lucius ab Ausafa* dixit : ..... cum sit unus Deus Pater Domini Iesu Christi, et unus Christus, et una spes, et unus Spiritus in Ecclesia, unum debet esse et baptisma. — Sent. 73.

CONCILIVM ICONIENSE ANNO DOMINI 258

2355. Gratiarvm actiones. — *gratias Domino maximas egimus quod contingerit ut qui corpore ab inuicem separamur, sic spiritu adnuemur quasi non unam tantum regionem tenentes, sed in ipsa atque in eadem domo simul inhabitantes.* — Num. I.

2356. De consvetvdinibvs apostolicis in Romana Ecclesia. — Eos autem qui Romae sunt non ea in omnibus obseruare quae sint ab origine tradita : et frustra apostolorum auctoritatem praetendere scire quis etiam inde potest, quod circa celebrandos dies Paschae et circa multa alia diuinae rei sacramenta uideat esse apud illos aliquas diuersitates, nec obseruari illic omnia aequaliter quae Hierosolymis obseruantur, secundum quod in caeteris quoque plurimis prouinciis multa pro locorum et nominum diuersitate uariantur, nec tamen propter hoc ab Ecclesiae catholicae pace atque unitate aliquando discessum est. — N. VI.

2357. De mvnere praesidis. — quando omnis potestas et gratia in Ecclesia constituta sit, ubi praesident maiores natu, qui et baptizandi et manum imponendi et ordinandi possident potestatem. — N. VII.

2358. Formvla (pro confirmatione?). — eo quod qui baptizatus sit gratiam consequi poterit inuocata Trinitate nominum *Patris et Filii et Spiritus sancti.* — N. IX.

2359. Mvlier qvae decipiebat fideles ministrando

SACRAMENTA. — nam subito apparuit illi [scil. : pseudoprophetissae] unus de exorcistis...... ille exorcista, inspiratus, Dei gratia fortiter restitit, et esse illum nequissimum spiritum qui prius sanctus putabatur, ostendit. Atque illa mulier quae prius per praestigias et fallacias daemonis multa ad deceptionem fidelium moliebatur, inter caetera quibus plurimos ceperat, etiam hoc frequenter ausa est, ut et inuocatione non contemptibili sanctificare se panem et Eucharistiam facere simularet et sacrificium Domino sine sacramento solitae praedicationis offerret, baptizaret quoque multos usitata et legitima uerba interrogationis usurpans, ut nil discrepare ab ecclesiastica regula uideretur. — N. X.

2360. RITVS INTERROGATIONIS IN BAPTISMO. — Quid igitur de huius baptismo dicemus..... cui nec symbolum Trinitatis nec interrogatio legitima et ecclesiastica defuit? — N. XI.

2361. FORMVLA BAPTISMI. — *in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti* gratiam baptismi dedisse contendunt qui haereticorum baptisma defendunt. — Ibid.

2362. SALVTATIO. — Bene te ualere omnibus nobis cum uniuersis qui in Africa sunt episcopis et cunctis clericis, et omni fraternitate uniuersi optamus..... — N. XXV.

CONCILIVM ILLIBERITANVM

2363. EXCOMMVNICATIO CLERICORVM PRO MOECHIA. — Episcopi, presbyteri et diaconi si in ministerio positi, detecti fuerint quod sint moechati : placuit, et propter scandalum et propter profanum crimen nec in fine eos communionem accipere debere. — Can. XIX.

2364. DE ABSENTIA A SYNAXI DOMINICALI TER REPETITA. — Si quis in ciuitate positus tres dominicas ad ecclesiam non accesserit, pauco tempore abstineat ut correptus esse uideatur. — Can. XXI.

2365. DE SVPERPOSITIONE IEIVNIORVM. — Ieiuniorum superpositiones per singulos menses placuit celebrari, exceptis diebus duorum mensium Iulii et Augusti ob quorumdam infirmitatem. — Can. XXIII.

2366. DE SVPERPOSITIONE SABBATINA. — Errorem placuit corrigi ut omni sabbati die superpositiones celebremus. — Can. XXVI.

2367. DE QVAESTV SEV SPORTVLA. — Episcopos placuit ab eo qui non communicat, munera accipere non debere. — Can. XXVIII.

2368. DE DIPTYCHIS. DE MINISTRIS. — Energumenus qui ab erratico spiritu exagitatur, huius nomen neque ad altare cum oblatione, recitandum; neque permittendum ut sua manu in ecclesia ministret. — Can. XXIX.

2369. DE CEREORVM VSV IN COEMETERIIS. — Cereos per diem placuit in coemeterio non incendi, inquietandi enim Spiritus sanctorum non sunt. Qui haec non obseruauerint, arceantur ab ecclesiae communione. — Can. XXXIV.

2370. DE VIGILIIS NOCTVRNIS. — Placuit prohiberi, ne feminae in coemeterio peruigilent; eo quod saepe sub obtentu orationis latenter scelera committant. — Can. XXXV.

2371. DE SACRIS IMAGINIBVS. — Placuit picturas in ecclesia esse non debere; ne quod colitur et adoratur in parietibus depingetur. — Can. XXXVI.

2372. DE PENTECOSTIS CELEBRATIONE. — Prauam institutionem emendari placuit iuxta auctoritatem scripturarum ut cuncti diem Pentecostes post Pascha celebremus non quadragesimam nisi quinquagesimam. Qui non fecerit nouam haeresin induxisse notetur. — Can. XLIII.

2373. DE SACERDOTIBVS IDOLORVM CONVERSIS AD XPM. — Sacerdotes qui tantum coronam portant nec sacrificant, nec de suis sumptibus aliquid ad idola praestant, placuit post biennium accipere communionem. — Can. LV.

2374. DE MVNERE DIACONORVM. — Si quis diaconus regens plebem, siue episcopo, uel presbytero aliquos baptizauerit episcopus eos per benedictionem perficere debebit. Quod si ante de saeculo recesserunt, sub fide, qua quis credidit poterit esse iustus. — Can. LXXVII.

CONSTITVTIONES APOSTOLICAE

2375. FORMVLA BENEDICTIONIS. — *χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ τοῦ παντοκράτορος Θεοῦ διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ...* — Lib. I, cap. I.

gratia uobis et pax ab omnipotente Deo per Dominum nostrum Iesum Christum.....

2376. DOXOLOGIA. — *... ὑπὸ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ ἡ δόξα τῷ Θεῷ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.* — Lib. I, cap. I.

... a Domino nostro Iesu Christo, per quem gloria Deo in saecula. Amen.

2377. CONCLVSIO ET DOXOLOGIA. — *τῇ τοῦ Κυρίου ἡμῶν ἐγγίσαι βασιλείᾳ εὐαρέστως, καὶ ἀναπαύσεσθαι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.* — Lib. I, cap. X.

... ad Domini nostri regnum gratia illius peruenire et requiescere in saecula saeculorum. Amen.

2378. Qualis debeat esse episcopvs. — Ἔστω οὖν, εἰ δυνατὸν, πεπαιδευμένος· εἰ δὲ ᾖ ἀγράμματος, ἀλλ' οὖν ἔμπειρος τοῦ λόγου, καθήκων τῇ ἡλικίᾳ. — Lib. II, c. I.

Sit igitur pro uiribus eruditus [episcopus scil.]; sin litterarum fuerit expers, saltem uerbo sit exercitatus, ut ea fert aetas.

2379. De episcopo. — ... πολυδίδακτος, μελετῶν καὶ σπουδάζων ἐν ταῖς κυριακαῖς βίβλοις, πολὺς ἐν ἀναγνώσμασιν, ἵνα τὰς γραφὰς ἐπιμελῶς ἑρμενεύῃ· ὁμοστοίχως τοῖς προφήταις καὶ τῷ νόμῳ τὸ εὐαγγέλιον, ὁμοίως τῷ εὐαγγελίῳ στοιχείτωσαν αἱ ἐκ νόμου καὶ προφητῶν ἑρμενεῖαι. — Lib. II, c. V.

..... doctrinae uberrimus [episcopus scil.] studiosus sacrorum librorum meditator et lector assiduus, multus in legendo, ut copia interpretandi diligenter Scripturas polleat, unanimoque sensu cum prophetis et lege euangelium conciliet, ac similiter euangelio accomodet legis et prophetarum interpretationes.

2380. De episcopo. — Ἐπιμελοῦ οὖν τοῦ λόγου, ἐπίσκοπε, ἵνα ᾖ δυνατόν σοι πάντα κατὰ λέξιν ἑρμηνεύειν, καὶ ἐν πολλῇ διδαχῇ πλουσίως τρέφῃς καὶ φωτίζῃς τὸν λαόν σου τὸν φωτισμὸν τοῦ νόμου. — Ibid.

Habe igitur curam uerbi, episcope! Vt possis omnia in tempore interpretari, utque populum multa doctrina ubertius nutrias ac legis illumines illustratione.

2381. De paenitentia post baptismvm. — ὁ δὲ ἁμαρτήσας μετὰ τὸ βάπτισμα, οὗτος, ἐὰν μὴ μεταγνῷ καὶ παύσηται τοῦ πλημμελεῖν, εἰς γέενναν κατακριθήσεται. — Lib. II, c. VII.

qui autem post baptismum deliquerit, hic nisi resipiscat desinatque peccare, ad gehennam damnabitur.

2382. Excommvnicatio. — Ὅθεν τοὺς τοιούτους ἐλεγχθέντας ἀληθῶς παραιτήσεται μετὰ παῤῥησίας ὁ ἐπίσκοπος, εἰ μὴ μεταβάλωνται τὸν τρόπον. — Lib. II, c. VIII.

Quocirca tales [peccatores scil.] postquam uere conuicti fuerint, confidenter episcopus, nisi mores mutauerint, expellet.

2383. De cathedra episcopali et exomologesi. — καὶ οὕτως ἐν ἐκκλησίᾳ καθεζοῦ τὸν λόγον ποιούμενος, ὡς ἐξουσίαν ἔχων κρίνειν τοὺς ἡμαρτηκότας. — Lib. II, c. XI.

atque ita in ecclesiae cathedra sede, uerbum faciens quasi potestate potitus iudicandi delinquentes.

2384. Paenitentia pvblica. — μετανοήσωσιν ἐκ καρδίας ἐξευμενισάμενοι αὐτὸν. — Lib. II, c. XII.

defleant (paenitentes) coram Deo peccata.

2385. Doxologia. — ... *τὴν τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς τῶν ὅλων τὴν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμων, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμην.* — Lib. II, c. XIV.

quae Dei Patrisque omnium per Christum Dominum [nostrum, *Cotel.*] *cui gloria in saecula saeculorum. Amen.*

2386. Ritvs exomologeseos. — Ἰδὼν δὲ σὺ τὸν ἡμαρτηκότα, πικρανθεὶς κέλευσον αὐτὸν ἔξω βληθῆναι· καὶ ἐξελθόντος αὐτοῦ πικραινέσθωσαν οἱ διάκονοι, καὶ ἐπιζητοῦντες κατεχέτωσαν αὐτὸν ἔξω τῆς ἐκκλησίας, καὶ εἰσελθόντες ὑπὲρ αὐτοῦ σε ἐρωτάτωσαν ...... Τότε σὺ κελεύσεις εἰσελθεῖν αὐτόν· καὶ ἀνακρίνας εἰ μετανοεῖ καὶ ἄξιός ἐστιν εἰς ἐκκλησίαν ὅλως παραδεχθῆναι, στιβώσας αὐτὸν ἡμέρας νηστειῶν κατὰ τὸ ἁμάρτημα, ἑβδομάδας δύο ἢ τρεῖς ἢ πέντε ἢ ἑπτά, οὕτως αὐτὸν ἀπόλυσον, εἰπὼν αὐτῷ ὅσα ἁρμόζει ἡμαρτηκότι εἰς νουθεσίαν, ἐπιπλήσσοντα δὲ διδάσκειν καὶ παραινεῖν, ὅπως μείνῃ παρ' ἑαυτῷ ταπεινοφρονῶν καὶ δεόμενος τοῦ Θεοῦ τυχεῖν αὐτοῦ εὐμενοῦς καὶ λέγων· « *Ἐὰν ἀνομίας παρατηρήσῃ, Κύριε, Κύριε, τίς ὑποστήσεται; ὅτι παρὰ σοὶ ὁ ἱλασμός ἐστι.* » — Lib. II, c. XVI.

Cum uero uideris aliquem deliquisse, acerbe id ferens iube eum eiici foras : quo exeunte, diaconi acerbe doleant, obseruent eum et teneant extra ecclesiam ; postea ingressi, pro eo rogent te........... Tunc iubebis eum intrare, et examine facto, an ducatur paenitentia, dignusque sit qui in ecclesiam omnino admittatur, afflictum ieiuniis per dies hebdomadarum aut duarum, aut trium, aut quinque, aut septem pro ratione delicti, ita illum dimittes, ea locutus quibus decet a castigatore peccatorem moneri, doceri et increpari, ut apud se humiliter maneat, Deum sibi propitium esse deprecatus et dicens : « *Si iniquitatem obseruaueris, Domine, Domine, quis sustinebit? Quoniam apud te propitiatio est.* »

2387. De mvnere episcopali. — Πάντων οὖν φροντιζέτω ὁ ἐπίσκοπος, καὶ τῶν μὴ ἡμαρτηκότων, ἵνα μείνωσιν ἀναμάρτητοι, καὶ τῶν ἁμαρτανόντων, ἵνα μετανοῶσιν. — Lib. II, c. XVIII.

Omnium itaque curam habeat episcopus, tam eorum qui non peccarunt ut permaneant peccati immunes, quam eorum qui deliquerunt ut eos paeniteat.

2388. Formvlae exomologeseos. — Καὶ τοῖς μετανοοῦσιν ἄφεσιν διδόναι χρή· ἅμα γὰρ τῷ εἰπεῖν τινα τῶν πλημμελησάντων γνησίᾳ διαθέσει· « *Ἡμάρτηκα τῷ Κυρίῳ,* » ἀποκρίνεται τὸ ἅγιον Πνεῦμα· « *Καὶ Κύριος ἀφῆκέ σοι τὴν ἁμαρτίαν· θάρσει, οὐ μὴ ἀποθάνῃς.* » — Lib. II, c. XVIII.

Paenitentibus autem uenia concedenda est. Nam simul ac peccator dixit ex animo sincero : « *Peccaui Domino,* » respondet Spiritus sanctus : « *Et Dominus remisit tibi peccatum, confide, non morieris.* »

2389. LECTIONES VET. TEST. — τῶν προγεγενημένων δικαίων τε καὶ πατριαρχῶν οἱ βίοι καὶ αἱ ἀναστροφαὶ ἀνεγράφησαν· οὐχ ἵνα ἐκείνους ὀνειδίζωμεν ἀναγινώσκοντες. — Ibid.

iustorum et patriarcharum qui olim floruerunt, actus et mores conscripti sunt, non quidem ut cum id legimus, exprobreremus.....

2390. DE PAENITENTIA PVBLICA ET RECEPTIONIS RITV. — τοὺς δὲ ἡμαρτηκότας νουθέτει, καὶ στιβῶν ἐν τῇ ἀφέσει ἐλάφρυνον καὶ προσκλαύσαντα εἰσδέχου, πάσης τῆς ἐκκλησίας ὑπὲρ αὐτοῦ δεομένης, καὶ χειροτεθήσας αὐτὸν ἔα λοιπὸν εἶναι ἐν τῷ ποιμνίῳ. — Ibid.

eos uero qui peccauerunt, increpa, ieiunioque adtritos subleua in remissione, et eum qui luget, uniuersa pro eo deprecante ecclesia, post manuum impositionem, permitte deinceps cum grege manere.

2391. DEPRECATIO. — *Κύριε παντοκράτορ ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν, τοῦ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ, καὶ τοῦ σπέρματος αὐτῶν τοῦ δικαίου, ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν σὺν παντὶ τῷ κόσμῳ αὐτῶν, ὁ πεδήσας τὴν θάλασσαν τῷ λόγῳ τοῦ προστάγματός σου, ὁ κλείσας τὴν ἄβυσσον, καὶ σφραγισάμενος αὐτὴν τῷ φοβερῷ καὶ ἐνδόξῳ ὀνόματί σου· ὃν πάντα φρίσσει καὶ τρέμει ἀπὸ προσώπου τῆς δυνάμεώς σου, ὅτι ἄστεκτος ἡ μεγαλοπρέπεια τῆς δόξης σου καὶ ἀνυπόστατος ἡ ὀργὴ τῆς ἐπὶ ἁμαρτωλοὺς ἀπειλῆς σου, ἀμέτρητόν τε καὶ ἀνεξιχνίαστον τὸ ἔλεος τῆς ἐπαγγελίας σου· ὅτι σὺ εἶ Κύριος εὔσπλαγχνος, μακρόθυμος, πολυέλεος καὶ μετανοῶν ἐπὶ ταῖς κακίαις τῶν ἀνθρώπων· ὅτι σὺ, ὁ Θεὸς, κατὰ τὴν χρηστότητα τῆς ἀγαθωσύνης σου ἐπηγγείλω μετανοίας ἄφεσιν τοῖς ἡμαρτηκόσι, καὶ τῷ πλήθει τῶν οἰκτιρμῶν σου ὥρισας μετάνοιαν ἁμαρτωλοῖς εἰς σωτηρίαν· σὺ οὖν, Κύριε ὁ Θεὸς τῶν δικαίων, οὐκ ἔθου μετάνοιαν δικαίοις, τῷ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ, τοῖς οὐχ ἡμαρτηκόσι σοι, ἀλλ' ἔθου μετάνοιαν ἐπ' ἐμοὶ τῷ ἁμαρτωλῷ, διότι ἥμαρτον ὑπὲρ ἀριθμὸν ψάμμου θαλάσσης. Ἐπλήθυναν αἱ ἀνομίαι μου, Κύριε, ἐπλήθυναν αἱ ἀνομίαι μου, καὶ οὐκέτι εἰμὶ ἄξιος ἀτενίσαι καὶ ἰδεῖν τὸ ὕψος τοῦ οὐρανοῦ ἀπὸ πλήθους τῶν ἀδικιῶν μου, κατακαμπτόμενος πολλῷ δεσμῷ σιδήρου, διότι παρώργισα τὸν θυμόν σου, καὶ τὸ πονηρὸν ἐνώπιόν σου ἐποίησα στήσας βδελύγματα καὶ πληθύνας προσοχθίσματα. Καὶ νῦν κλίνω γόνυ καρδίας μου, δεόμενος τῆς παρὰ σοῦ χρηστότητος. Ἡμάρτηκα, Κύριε, ἡμάρτηκα, καὶ τὰς ἀνομίας μου ἐγὼ γινώσκω· ἀλλ' αἰτοῦμαι δεόμενός σου· Ἄνες μοι, Κύριε, ἄνες μοι, καὶ μὴ συναπολέσῃς με ταῖς ἀνομίαις μου, μηδὲ εἰς τὸν αἰῶνα μηνίσας τηρήσῃς τὰ κακά μοι, μηδὲ καταδικάσῃς με ἐν τοῖς κατωτάτοις τῆς γῆς. Ὅτι σὺ, Θεὸς, Θεὸς τῶν μετανοούντων, καὶ ἐπ' ἐμοὶ δείξεις τὴν ἀγαθωσύνην σου, ὅτι ἀνάξιον ὄντα σώσεις κατὰ τὸ πολὺ ἔλεός σου· καὶ αἰνέσω σε διαπαντὸς ἐν πάσαις ταῖς ἡμέραις τῆς ζωῆς μου, ὅτι σε ὑμνεῖ πᾶσα ἡ δύναμις τῶν οὐρανῶν καὶ σοῦ ἐστιν ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.* — Lib. II, c. XXII (22).

Domine omnipotens Deus patrum nostrorum Abraham, Isaac et Iacob, et seminis eorum iusti, qui fecisti coelum et terram cum uniuerso ornatu eorum, qui ligasti mare uerbo praecepti tui, qui clausisti abyssum et signasti eam terribili et glorioso nomine tuo; quem omnia pauent, et tremunt a facie potentiae tuae, qui non potest ferri magnificentia gloriae tuae neque tolerari comminationis tuae ira in peccatores, immensa uero imperuestigabilis misericordia promissionis tuae; quoniam tu es Dominus altissimus, benignus, longanimis, multae misericordiae et paenitens in afflictionibus hominum; quoniam tu, Deus, secundum benignitatem bonitatis tuae promisisti remissionem paenitentiae iis qui peccauerunt, et secundum multitudinem miserationum tuarum decreuisti paenitentiam peccatoribus in salutem : Tu igitur, Domine Deus iustorum, non posuisti paenitentiam iustis Abrahae, Isaac et Iacob, qui non peccauerunt tibi, sed posuisti paenitentia mihi peccatori, quia peccaui supra numerum arenae maris. Multiplicatae sunt nequitiae meae, Domine, multiplicatae sunt nequitiae et non sum dignus intueri et adspicere in altitudinem coeli prae multitudine iniquitatum mearum, incuruatus multis uinculis ferreis, quoniam irritaui iram tuam et malum coram te feci, qui posui abominanda idola et multiplicaui offensiones. Et nunc flecto genua cordis, deprecans benignitatem tuam : peccaui, Domine, peccaui et iniquitates meas ego cognosco. Sed peto rogans te : remitte mihi, Domine, remitte, et ne perdas me cum iniquitatibus meis, neque in aeternum iratus serues mala mihi, neque condemnes me in profundissimis terrae, quoniam tu es Deus, Deus paenitentium et in me ostendes bonitatem tuam, quia me indignum seruabis secundum misericordiam tuam et laudabo te semper cunctis diebus uitae meae, quoniam te laudat omnis uirtus coelorum, et tua est gloria in saecula saeculorum. Amen.

2392. DE VSV DECIMARVM ET PRIMITIARVM. — ἀλλὰ μόνων τῶν πρὸς σύστασιν ἐφιέμενος τὰ διδόμενα κατ' ἐντολὴν Θεοῦ τῶν δεκάτων καὶ τῶν ἀπαρχῶν ὡς Θεοῦ ἄνθρωπος ἀναλισκέτω· τὰ εἰσφερόμενα ἐπὶ προφάσει πενήτων ἐχούσια καλῶς οἰκονομείτω ὀρφανοῖς καὶ χήραις καὶ θλιβομένοις καὶ ξένοις ἀπορουμένοις. — Lib. II, c. XXV (25).

sed ea tantum quibus sustentetur, appetens [episcopus scil.] decimas et primitias, quae iuxta Dei mandatum erogantur, consumat, ut hominem Dei decet; quae causa pauperum sponte offeruntur, probe in pupillos, uiduas, afflictos et peregrinos inopes dispenset.

2393. DE SACRIFICIO. HIERARCHIA. — Αἱ τότε θυσίαι νῦν εὐχαὶ καὶ δεήσεις καὶ εὐχαριστίαι· αἱ τότε ἀπαρχαὶ καὶ

Quae olim uictimae, nunc preces sunt et obsecrationes et gratiarum actiones; quae olim primitiae, et

δεκάται καὶ ἀφαιρέματα καὶ δῶρα προσφοραὶ αἱ διὰ τῶν ὁσίων ἐπισκόπων προσφερόμεναι Κυρίῳ τῷ Θεῷ *διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ* τοῦ ὑπὲρ αὐτῶν ἀποθανόντος. Οὗτοι γάρ εἰσιν ὑμῶν οἱ ἀρχιερεῖς· οἱ δὲ ἱερεῖς ὑμῶν οἱ νῦν διάκονοι καὶ ἀναγινώσκοντες ὑμῖν καὶ οἱ ᾠδοὶ καὶ οἱ πυλωροὶ, αἱ διάκονοι ὑμῶν καὶ αἱ χῆραι καὶ αἱ παρθένοι καὶ οἱ ὀρφανοὶ ὑμῶν. — Ib., (26).

decimae et partes demptae et dona, nunc oblationes sunt quas sancti episcopi Domino Deo offerunt *per Iesum Christum*, qui pro offerentibus mortuus est. Hi namque sunt uestri pontifices; sacerdotes uero uestri sunt presbyteri; leuitae autem uestri, qui nunc sunt diaconi, qui lectores uestri et cantores et ianitores, item et diaconissae et uestrae uiduae et uirgines et orphani.

2394. De episcopo praeside. Totivs hierarchiae conspectvs. — Ὁ γὰρ ἐπίσκοπος προκαθεζέσθω ὑμῶν ὡς Θεοῦ ἀξίᾳ τετιμημένος, ᾗ κρατεῖ τοῦ κλήρου καὶ τοῦ λαοῦ παντὸς ἄρχει. Ὁ δὲ διάκονος τούτῳ παριστάσθω ὡς ὁ Χριστὸς τῷ Πατρὶ, καὶ λειτουργείτω αὐτῷ ἐν πᾶσιν ἀμέμπτως. . . . .
Ἡ δὲ διάκονος εἰς τύπον τοῦ ἁγίου Πνεύματος τετιμήσθω ὑμῖν, μηδὲν ἄνευ τοῦ διακόνου πράττουσα ἢ φθεγγομένη, ὡς οὐδὲ ὁ Παράκλητος ἀφ' ἑαυτοῦ τι λαλεῖ ἢ ποιεῖ, ἀλλὰ δοξάζων τὸν Χριστὸν περιμένει τὸ ἐκείνου θέλημα· καὶ ὡς οὐκ ἔστι εἰς τὸν Χριστὸν πιστεῦσαι ἄνευ τῆς τοῦ Πνεύματος διδασκαλίας, οὕτως ἄνευ τῆς διακόνου μηδεμία προσίτω γυνὴ τῷ διακόνῳ ἢ τῷ ἐπισκόπῳ. Οἵ τε πρεσβύτεροι εἰς τύπον ἡμῶν τῶν ἀποστόλων ὑμῖν νενομίσθωσαν· διδάσκαλοι ἔστωσαν θεογνωσίας, ἐπειδὴ καὶ ὁ Κύριος ἡμᾶς ἀποστέλλων ἔλεγε· « Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν πάντα ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν. » Αἵ τε χῆραι καὶ ὀρφανοὶ εἰς τύπον τοῦ θυσιαστηρίου λελογίσθωσαν ὑμῖν· αἵ τε παρθένοι εἰς τύπον τοῦ θυμιατηρίου τετιμήσθωσαν καὶ τοῦ θυμιάματος. — Lib. II, c. xxvi (26).

Episcopus igitur uobis praesideat tanquam Dei dignitate cohonestatus, qua clerum sub potestate sua tenet et tot populo praeest. Diaconus uero assistat episcopo, ut Christus Patri, ac ministret ei sancte in omnibus. . . . . Diaconissa uero a uobis in figuram sancti Spiritus honoretur, quae absque diacono nihil agat aut loquatur, sicut nec Paracletus a se quidquam loquitur aut facit, sed Christum glorificans, exspectat illius uoluntatem. Atque ut in Christum non creditur nisi per Spiritus doctrinam, sic nulla mulier nisi per diaconissam ad diaconum aut episcopum accedat. Presbyteri uero nos apostolos repraesentare existimentur, sintque doctores cognitionis Dei; quandoquidem Dominus quum nos mitteret : « Euntes, dixit, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, docentes eos seruare omnia quaecumque mandaui uobis. » Viduae etiam et orphani in formam altaris a uobis reputentur, denique uirgines ad instar thuribuli et incensi suffitus honorentur.

2395. Nihil sine episcopo agatvr. — Ὡς οὖν ἦν ἐξὸν ἀλλογενῆ, μὴ ὄντα λευίτην, προσενέγκαι τι ἢ προσελθεῖν εἰς τὸ θυσιαστήριον ἄνευ τοῦ ἱερέως, οὕτω καὶ ὑμεῖς ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου μηδὲν ποιεῖτε. — Lib. II, c. xxvii (27).

Quemadmodum igitur alienigenae, qui non erat de tribu leuitica, non licebat offerre aliquid aut ad aram ascendere sine sacerdote, ita et uos sine episcopo nihil agite.

2396. De disciplina oblationis. — Προσήκει οὖν καὶ ἡμᾶς, ἀδελφοί, τὰς θυσίας ὑμῶν ἤτοι προσφορὰς τῷ ἐπισκόπῳ προσφέρειν ὡς ἀρχιερεῖ, ἢ δι' ἑαυτῶν ἢ διὰ τῶν διακόνων. Οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ τὰς ἀπαρχὰς καὶ τὰς δεκάτας καὶ τὰ ἑκούσια αὐτῷ πφοσάγετε· αὐτὸς γὰρ γινώσκει τοὺς θλιβομένους καὶ ἑκάστῳ δίδωσι πρὸς τὸ ἁρμόζον, ὅπως μὴ δὶς ἢ πλειστάκις τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἢ τῇ αὐτῇ ἑβδομάδι λαμβάνῃ εἷς, ἕτερος δὲ οὐδὲ ὅλως· δίκαιον γάρ ἐστι μᾶλλον τοῖς θλιβομένοις κατ' ἀλήθειαν ἐπαρκεῖν, ἢ τοῖς νομιζομένοις θλίβεσθαι. — Lib. II, c. xxvii (27).

Debetis ergo, fratres, sacrificia uestra et oblationes episcopo uelut pontifici, aut per uos ipsi, aut per diaconos offerre; quin etiam primitias quoque et decimas et spontanea dona ei afferte, is enim probe nouit afflictos et unicuique largitur et congruit, ne quis eodem die aut eadem hebdomade bis aut saepius accipiat, alius uero nihil penitus; aequitas enim postulat ut uere afflictis potius subministretur quam iis qui tales uidentur esse.

2397. De sportvla in agapis. De presbyterorvm et lectorvm sportvla necnon et aliorvm. — Τοῖς εἰς ἀγάπην ἤτοι δοχὴν, ὡς ὁ Κύριος ὠνόμασε, προαιρουμένοις καλεῖν πρεσβυτέρας, ἣν ἐπίστανται οἱ διάκονοι θλιβομένην, αὐτὴν πλειστάκις πεμπέτωσαν. Ἀφοριζέσθω δὲ ἐν τῇ δοχῇ τὸ τῷ ποιμένι ἔθιμον, λέγω δὲ τὸ τῆς ἀπαρχῆς, ὡς ἱερεῖ, κἂν μὴ παρῇ τῇ δοχῇ, εἰς τιμὴν Θεοῦ τοῦ τὴν ἱερατείαν αὐτῷ ἐγχειρίσαντος. Ὅσον δὲ ἑκάστῃ τῶν πρεσβυτίδων δίδοται, διπλοῦν διδόσθω τοῖς διακόνοις εἰς γέρας Χριστοῦ. Τοῖς δὲ πρεσβυτέροις, ὡς ἂν κάμνουσι περὶ τὸν τῆς διδασκαλίας λόγον διηνεχῶς, διπλῆ καὶ αὐτοῖς ἀφοριζέσθω ἡ μοῖρα εἰς χάριν τῶν τοῦ Κυρίου ἀποστόλων, ὧν

Ad agapen, siue conuiuium, ut Dominus appellauit, si uetulas inuitare uoluerint, ei quam inopem diaconi esse sciunt, pluries portionem mittant. Verum in conuiuio, pastori, etiamsi abfuerit, illud quod solitum est dari, primitias epuli dico, separetur, tanquam sacerdoti, in honorem Dei, a quo sacerdotium accepit. Quantum autem unicuique uetulae tribuitur, altero tanto plus diaconis, in Christi reuerentiam, concedatur. Presbyteris uero, si assidue in studio docendi uerbum laborant, dupla etiam portio seponatur in gratiam apostolorum Domini, quorum et locum tenent, tanquam consiliarii episcopi et ecclesiae corona; sunt enim ec-

καὶ τὸν τόπον φυλάσσουσιν ὡς σύμβουλοι τοῦ ἐπισκόπου καὶ τῆς ἐκκλησίας στέφανος· εἰσὶ γὰρ συνέδριον καὶ βουλὴ τῆς ἐκκλησίας. Εἰ δὲ καὶ ἀναγνώστης ἐστὶ, λαμβανέτω καὶ αὐτὸς μοῖραν μίαν εἰς τιμὴν τῶν προφητῶν· ὡσαύτως καὶ ψαλμῳδὸς καὶ πυλωρός. — Lib. II, c. XXVIII (28).

clesiae consessus senatusque. Si autem et lector est, ipse quoque partem ferat unam, prophetarum ad honorem; parique modo cantor et ostiarius.

2398. DE DIACONO. — Ὡς γὰρ ὁ Χριστὸς ἄνευ τοῦ Πατρὸς οὐδὲν ποιεῖ, οὕτως οὐδὲ ὁ διάκονος ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου..... Διὸ καὶ πάντα τὰ ἐπιτελούμενα ὑπ' αὐτοῦ εἰς τινα ἐμφανῆ τῷ ἐπισκόπῳ γενέσθω καὶ δι' αὐτοῦ τελειούσθω· μηδὲν δὲ ποιείτω τὸ σύνολον ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου μηδέ τινι διδότω τι ἄνευ τῆς ἐκείνου γνώμης. — Lib. II, c. XXX (30).

Vt enim Christus sine Patre nihil agit, si neque diaconus sine episcopo.......... Quare, quaecumque is cuipiam facit, manifesta fiant episcopo, et per eum perficiantur. Nihil uero prorsus sine episcopo faciat, neque ulli quidpiam, inscio episcopo, largiatur; si enim clam episcopo dederit alicui, quasi egenti, in episcopi contumeliam tribuet quem de socordia erga calamitosos insimulat.

2399. DE EPISCOPALI MVNERE. FORMVLA (?). — τί ἄν τις κατ' ἐπισκόπου εἴπῃ; δι' οὗ τὸ ἅγιον Πνεῦμα ὁ Κύριος ἐν ὑμῖν ἔδωκεν ἐν τῇ χειροθεσίᾳ, δι' οὗ ἅγια δόγματα μεμαθήκατε καὶ Θεὸν ἐγνώκατε καὶ εἰς Χριστὸν πεπιστεύκατε, δι' οὗ ἐγνώσθητε ὑπὸ Θεοῦ, δι' οὗ ἐσφραγίσθητε ἐλαίῳ ἀγαλλιάσεως καὶ μύρῳ συνέσεως, δι' οὗ υἱοὶ φωτὸς ἀνεδείχθητε, δι' οὗ Κύριος ἐν τῷ φωτισμῷ ὑμῶν, τῇ τοῦ ἐπισκόπου χειροθεσίᾳ μαρτυρῶν, ἐφ' ἕκαστον ὑμῶν τὴν ἱερὰν ἐξέτεινε φωνὴν λέγων· « *Υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε.* » — Lib. II, c. XXXII (31).

quid si episcopo aliquis maledixerit? per quem Spiritum sanctum Dominus uobis in manuum impositione dedit, per quem sancta dogmata didicistis, cognouistis Deum et in Christum credidistis; per quem a Deo cogniti estis, per quem signati estis oleo exsultationis et unguento intelligentiae, per quem filii lucis apparuistis, per quem Dominus illuminando uos testimonium episcopo manus imponenti dedit, sacra super unumquemque uestrum in baptismo expansa uoce illa : « *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* »

2400. BAPTISMVS. CONFIRMATIO. DIDASCALAE. EVCHARISTIA. PAENITENTIA. PRAESIDVM MVNVS. — τοὺς δι' ὕδατος ὑμᾶς ἀναγεννήσαντας, τοὺς τῷ ἁγίῳ Πνεύματι πληρώσαντας, τοὺς τῷ λόγῳ γαλακτοτροφήσαντας, τοὺς ἐν τῇ διδασκαλίᾳ ἀναθρεψαμένους, τοὺς ἐν ταῖς νουθεσίαις στηρίξαντας, τοὺς τοῦ σωτηρίου σώματος καὶ τοῦ τιμίου αἵματος ἀξιώσαντας ὑμᾶς, τοὺς τῶν ἁμαρτιῶν λύσαντας καὶ τῆς ἁγίας καὶ ἱερᾶς εὐχαριστίας μετόχους ποιήσαντας καὶ τῆς ἐπαγγελίας τοῦ Θεοῦ κοινωνοὺς καὶ συγκληρονόμους θεμένους ὑμᾶς..... Τούτους ἄρχοντας ὑμῶν. — Lib. II, c. XXXIII (32).

eos [episcopos scil.] qui per aquam uos iterum generarunt, spiritu repleuerunt, uerbo lactarunt, in doctrina educauerunt, salutari corpore et pretioso sanguine dignos fecerunt absolutosque a peccatis et sacrosanctae Eucharistiae participes, uos denique promissionis Dei consortes et cohaeredes instituerunt. . . . . Hos existimate uestros praesides.

2401. DE PRIMITIARVM MATERIA ET CVI OFFERRI DEBENTVR. — Διὸ τὸν ἐπίσκοπον στέργειν ὀφείλετε ὡς πατέρα, φοβεῖσθαι ὡς βασιλέα, τιμᾶν ὡς κύριον, τοὺς καρποὺς ὑμῶν καὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν ὑμῶν εἰς εὐλογίαν ὑμῶν προσφέροντες αὐτῷ, τὰς ἀπαρχὰς ὑμῶν καὶ τὰς δεκάτας ὑμῶν καὶ τὰ ἀφαιρέματα ὑμῶν καὶ τὰ δῶρα ὑμῶν διδόντες αὐτῷ ὡς ἱερεῖ Θεοῦ, ἀπαρχὴν σίτου, οἴνου, ἐλαίου, ὀπώρας, ἐρέας καὶ πάντων ὧν Κύριος ὁ Θεὸς ἐπιχορηγεῖ ὑμῖν. — Lib. II, c. XXXIV (32).

Quare oportet eum [scil. : episcopum] ut patrem diligere, uereri ut regem, honorare ut Dominum, oblatis eis in benedictionem uestram fructibus et operibus manuum uestrarum, ipsi tanquam Dei sacerdoti concessis fructuum primitiis et decimis, selectisque portionibus et muneribus, primitiis frumenti, uini, olei, pomorum, lanae, omnium denique rerum quas Deus uobis largitur.

2402. DE OPERIBVS IN DIE DOMINICO. — σαββατισμὸν μελέτης νόμων, οὐ χειρῶν ἀργίαν. — Lib. II, c. XXXVI.

(sabbatizare) in meditatione legum, non uacatione manuum.

2403. DE OBLATIONIBVS. — Μὴ ὀφθῇς παρὰ τοῖς ἱερεῦσι κενὸς, καὶ τὰ ἑκούσιά σου ἐνδελεχίζων πρόσφερε. — Ibid.

Ne cernaris a sacerdotibus uacuus, sed sponte et iugiter offer dona.

2404. FREQVENTANDA EST ECCLESIA. — Καὶ τῆς Χριστοῦ ἐκκλησίας μὴ ἀπολίπου, ὀρθρίζων εἰς αὐτὴν πρὸ παντὸς ἔργου, καὶ πάλιν ἑσπέρας εἰς αὐτὴν ἅπαντα εὐχαριστῶν *Θεῷ ὑπὲρ ὧν σοι τὴν ζωὴν κεχάρισται.* — Ibid.

Et ab ecclesia Christi ne abesto, surge ad eam mane ante omne opus, et rursus uespere ibidem age gratias *Deo uitae tuae largitori.*

2405. De arcvla pro eleemosynis. — Εἰς τὸν κορβανᾶν ὃ δύνασαι βάλλων. — Ibid.

In corbonam mittere si quid uales.

2406. De disciplina pro paenitentia. — Εἰ δὲ βούλοιτο μετανοεῖν, προσλαμβάνου· οὐδὲ γὰρ τὸν ἐθνικὸν ἢ τὸν τελώνην εἰς κοινωνίαν παραδέχεται ἡ ἐκκλησία πρὶν ἢ μεταγνῷ ἕκαστος αὐτῶν ἐκ τῶν προτέρων ἀσεβημάτων. — Lib. II, c. xxxviii.

Si autem agere uult paenitentiam, suscipe. Neque enim ethnicum aut publicanum in communione recipit Ecclesia priusquam singulos priorum iniquitatum paeniteat.

2407. Disciplina pro gentilibvs paenitentibvs. Conventvs cottidiani. — ..... καὶ τοὺς ἐθνικοὺς ὁπόταν θέλουσι μετανοεῖν, εἰς ἐκκλησίαν προσδεχόμεθα, ὅπως τοῦ λόγου ἀκούωσιν, οὐ μὴν κοινωνοῦμεν αὐτοῖς, μέχρις οὗ τὴν σφραγῖδα λαβόντες τελειωθῶσιν· οὕτω καὶ τοῖς τοιούτοις, μέχρις οὗ μετανοίας καρπὸν ἐπιδείξωσιν, ἐπιτρέπομεν εἰσέρχεσθαι, ὅπως τοῦ λόγου ἀκούοντες μὴ τελέως ἄρδην ἀπόλωνται· μὴ κοινωνείτωσαν δὲ ἐν τῇ προσευχῇ, ἀλλ' ἐξερχέσθωσαν μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν καὶ τοῦ εὐαγγελίου, ὅπως διὰ τοῦ ἐξιέναι βελτιωθῶσι τὴν ἀναστροφὴν τοῦ βίου σπουδάζοντες περὶ τὰς συνάξεις ἀπαντᾶν ὁσημέροι καὶ τῇ δεήσει σχολάζειν, ὅπως καὶ αὐτοὶ δυνηθῶσιν εἰσδεχθῆναι, καὶ οἱ θεώμενοι αὐτοὺς κατανυγῶσι καὶ ἀσφαλέστεροι γένωνται, εὐλαβούμενοι τοῖς ὁμοίοις περιπεσεῖν. — Lib. II, c. xxxix.

..... gentiles quando paenitentiam agere uolunt in ecclesiam ad audiendum uerbum admittimus, non tamen cum iis communicamus, donec per baptismi sigillum consummationem accipiant; ita inquam, ad meliora conuersis, donec paenitentiae fructus ostendant, in ecclesiam ingredi permittimus; ut Dei doctrinam audientes non statim ac funditus intereant : hi tamen in oratione non communicent; sed post legis, prophetarum ac Euangelii lectionem egrediantur, ut exeundo uitam et mores emendent; studentes occurrere cottidie ad sacros conuentus, et orationi uacare; quo et ipsi possint admitti, et qui nos uiderint compungantur, metuque similis calamitatis cautiores euadant.

2408. Peccator non a lectionibvs arcendvs. — Οὐ μέντοι γε βδελύξῃ τὸν περιπεσόντα ἑνὶ καὶ δευτέρῳ σφάλματι, ὦ ἐπίσκοπε, οὐδὲ κωλύσεις αὐτὸν τοῦ Κυριακοῦ λόγου, οὐδὲ κοινῆς διαίτης αὐτὸν ἐξώσεις. — Lib. II, c. xl.

Caeterum, episcope, eum qui in unum et alterum prolapsus fuerit peccatum, noli exsecrari; nec ab auditione Dominici sermonis illum arceas nec a fratrum conuictu pellas.

2409. De lavacro ethnicorvm et receptione peccatorvm. — Εἰ δέ τις ἐπιστραφεὶς μετανοίας καρπὸν ἐπιδείξηται, τότε καὶ εἰς προσευχὴν εἰσδέξασθε αὐτὸν..... ὦ ἐπίσκοπε· ἀλλ' ὥσπερ τὸν ἐθνικὸν λούσας εἰσδέχῃ μετὰ τὴν διδασκαλίαν, οὕτω καὶ τοῦτον χειροθετήσας, ὡς ἂν μετανοίᾳ κεκαθαρισμένον, πάντων ὑπὲρ αὐτοῦ προσευχομένων, ἀποκαταστήσεις αὐτὸν εἰς τὴν ἀρχαίαν αὐτοῦ νομήν· καὶ ἔσται αὐτῷ ἀντὶ τοῦ λούματος ἡ χειροθεσία. — Ibid.

Iam si quis conuersus, fructus paenitentiae ediderit, tunc ad orationem admitte..... o episcope : ac quemadmodum ethnicum sacro lauacro tinctum, in Ecclesiam inducis post institutionem, utpote paenitentia purgatum, cunctis pro eo deprecantibus, restitue in antiqua pascua; eritque in loco baptismi, impositio manuum.

2410. Formvla damnationis falsorvm accvsatorvm. — Εἰ οὖν ἀπροσωπολήπτως κρίνετε, ἐπιγνώσεσθε τὸν κατηγοροῦντα κατὰ τοῦ πλησίον αὐτοῦ μαρτυρήσαντα ψευδῆ, καὶ ἐπιδείξαντα αὐτὸν *συκοφάντην, βάσκανον, φονέα, ταράσσοντα ὡς κακὸν ἀντιλογίαις, ἄστατον ἐν τοῖς λόγοις ἑαυτῷ ἐναντίον ἐφ' οἷς φθέγγεται, καὶ ἁλισκόμενον ῥήμασιν ἰδίου στόματος· παγὶς γὰρ αὐτῷ ἰσχυρὰ ἐφέστηκε, τὰ ἴδια χείλη*. — L. II, c. xlii.

Si absque personarum acceptione iudicatis, agnoscetis accusatorem, qui aduersus proximum suum falsum fert testimonium, et declarabitis eum *delatorem, inuidum, homicidam, malignis altercationibus et criminationibus cuncta turbantem, in uerbis instabilem, sibimet in dictis suis contrarium, et proprii oris uerbis captum: ipsi quippe fortis laqueus incumbit, labia sua.*

2411. Calvmniatoris paenitentia. — Ποιήσεις οὖν αὐτὸν ἀποσυνάγωγον, ὡς φονέα ἀδελφοῦ. Ἔπειτα χρόνου διαστάντος, ἐάν, λέγῃ μετανοεῖν, στιβώσατε αὐτὸν νηστείαις· καὶ μετὰ ταῦτα χειροθετήσαντες αὐτὸν προσδέξασθε, ἀσφαλισάμενοι μέντοι αὐτόν, *μή τινα ταράξῃ πάλιν*. Εἰ δὲ πάλιν εἰσελθών, ὁμοίως στασιάζει... ἐκβάλετε αὐτόν. — L. II, c. xliii.

Hunc [calumniatorem scil.] igitur Ecclesia exterrem efficies, uelut fratricidam. Interiecto dein tempore, si paenitere se profiteatur, ieiunia ipsi infligite; et postea manibus impositis admittite, praemunitum tamen ac edoctum *molestiam iterum alteri non creare*. Quodsi rursum in Ecclesiam ingressus, similem concitat seditionem..... eiicite eum.

2412. Calvmniatoris excommvnicatio. — Οὗτος οὖν δεύτερον ἔξω τῆς Ἐκκλησίας βληθείς, ἀξίως ἀπετμήθη τῆς τοῦ Κυρίου συναγωγῆς. — Ibid.

Is igitur extra Ecclesiam iterum proiectus, merito a Domini coetu abscissus est.

2413. DE MVNERE DIACONI. — πάντα μὲν ὁ διάκονος τῷ ἐπισκόπῳ ἀναφερέτω..... ἵνα μὴ ᾖ τὰ πολλὰ μεριμνῶν ὁ ἐπίσκοπος, ἀλλὰ μόνα τὰ κυριώτερα. — L. II, c. XLIV.

diaconus quidem cuncta ad episcopum referat..... ut episcopus in pluribus quam par est ac minutioribus negotiis non occupetur, sed in solis grauioribus.

2414. QVOD OPORTEAT IN SECVNDA SABBATORVM FORVM AGERE. — Τὰ δικαστήρια ἡμῶν γινέσθω δευτέρᾳ Σαββάτων, ὅπως ἐὰν ἀντιλογία τῇ ἀποφάσει ὑμῶν γένηται, ἕως Σαββάτου ἔχοντες ἄδειαν, δυνηθῆτε εὐθῦναι τὴν ἀντιλογίαν, καὶ εἰρηνεῦσαι εἰς τὴν Κυριακὴν τοὺς διαφερομένους πρὸς ἀλλήλους. Συμπαρέστωσαν δὲ τῷ δικαστηρίῳ καὶ οἱ διάκονοι καὶ οἱ πρεσβύτεροι ἀπροσωπολήπτως κρίνοντες, ὡς Θεοῦ ἄνθρωποι, μετὰ δικαιοσύνης. Παραγενομένων οὖν ἑκατέρων τῶν προσώπων, καθὼς καὶ ὁ νόμος λέγει, στήσονται ἑκάτεροι ἐν μέσῳ τῷ κριτηρίῳ, οἷς ἐστιν ἡ ἀντιλογία· καὶ ἀκούσαντες αὐτῶν, ὁσίως ἀνενέγκατε τὰς ψήφους, σπουδάζοντες αὐτοὺς φίλους ἀμφοτέρους ποιῆσαι, πρὶν ἀποφάσεως τῆς τοῦ ἐπισκόπου, ὅπως μὴ ἐξέλθοι ἐπὶ γῆς κρίσις μετὰ τοῦ ἁμαρτήσαντος· καθότι καὶ ἐν τῷ δικαστηρίῳ σύμψηφον ἔχει καὶ συνίστορα τῆς δίκης τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ. — L. II, c. XLVII.

Fiant iudicia uestra secunda post Sabbatum die; ut si uestrae sententiae contradicatur, uacantes usque ad Sabbatum, possitis contradictionem expendere et inter se dissentientes, in diem Dominicum pacificare. Assistant autem tribunali diaconi et presbyteri, cum iustitia ac citra personarum acceptionem iudicantes, tanquam homines Dei. Cum igitur utraque persona, sicut et dicit lex, aduenerit, stabunt partes aduersae in medio foro : et auditis iis sancte ferte suffragia, conantes inter ambos conciliare amicitiam, ante episcopi decretum, ne in publicum prodeat sententia aduersus eum qui deliquit; quia episcopus in tribunali approbatorem et conscium iudicii habet Christum Dei.

2415. DE VARIIS PAENIS. — καὶ τοὺς μὲν ὑποβαλεῖς μόναις ἀπειλαῖς, τοὺς δὲ πενήτων χορηγίας, ἄλλους δὲ νηστείαις στιβώσεις, καὶ ἑτέρους ἀφορίσεις, πρὸς τὸ μέγεθος τοῦ ἐγκλήματος αὐτῶν. — L. II, c. XLVIII.

et quidem ex peccatoribus hos solis minis subiicies; illos eleemosynis erga pauperes; alios uero ieiuniis comprimes, et alios pro grauitate criminis sui a fidelibus separabis.

2416. DE VOC. « FRATRE ». — Καθίσαντες οὖν ἐπὶ τὸ κριτήριον, παρόντων ἑκατέρων τῶν προσώπων, οὐ γὰρ ἐροῦμεν ἀδελφῶν, μέχρις οὗ ἑαυτοὺς ἐν εἰρήνῃ ἀπολάβωσιν. — L. II, c. XLIX.

Sedentes igitur in tribunali, praesentibus utrisque personis (non enim eos appellabimus fratres donec cum pace se in beneuolentiam susceperint).

2417. DE VENIA POST EXCOMMVNICATIONEM. — ἐὰν μετὰ τὸν ἀφορισμὸν συγγνώμην αἰτῇ, καὶ προσπέσῃ τῷ ἐπισκόπῳ, καὶ ἡμαρτηκέναι ὁμολογῇ, προσδέξασθε αὐτόν. — L. II, c. L.

si post excommunicationem, ueniam petat [reus scil.] et ad pedes episcopi procidat et peccasse se fateatur, recipite eum.

2418. DIACONVS PACEM SVGGERIT. — Διὰ τοῦτο, ὦ ἐπίσκοποι, μελλόντων ὑμῶν εἰς προσευχὴν ἀπαντᾶν, μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν καὶ τὴν ψαλμῳδίαν, καὶ τὴν ἐπὶ ταῖς γραφαῖς διδασκαλίαν, ὁ διάκονος ἑστὼς πλησίον ὑμῶν, μετὰ ὑψηλῆς φωνῆς λεγέτω· « *Μή τις κατά τινος· μή τις ἐν ὑποκρίσει.* » — L. II, c. LIV.

Idcirco, o episcopi, cum ad orationem procedetis, post lectionem et psalmorum cantum, post enarratas scripturas; diaconus iuxta uos stans, proclamet : « *Ne quis contra aliquem: ne quis in hypocrisi.* »

2419. FORMVLA. — Εἰ γὰρ τοὺς ἐν οἰκίᾳ τινὸς εἰσερχομένους, πρὸ πάντων δεῖ λέγειν· « *Εἰρήνη τῷ οἴκῳ τούτῳ* »..... πολὺ μᾶλλον τοὺς ἐν ἐκκλησίᾳ Θεοῦ εἰσερχομένους χρὴ πρὸ πάντων ἐπεύχεσθαι τὴν τοῦ Θεοῦ εἰρήνην. — Ibid.

Si enim qui cuiuspiam domum ingrediuntur, ante omnia dicere debent : « *Pax huic domui* »..... multo magis qui ecclesiam Dei ingrediuntur debent ante omnia pacem Dei postulare.

2420. DE LAVDATIONE CONSONA VOCE DEO OBLATA. — Τοῦτο γάρ ἐστιν ὃ ἐδίδαξεν ἡμᾶς ὁ Κύριος προσευχομένους λέγειν τῷ Πατρὶ αὐτοῦ· « *Γενηθήτω τὸ θέλημά σου ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς* »· ὅπως ὡς αἱ ἐπουράνιοι φύσεις τῶν ἀσωμάτων δυνάμεων πᾶσαι δοξάζουσι τὸν Θεὸν συμφώνως, οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς γῆς πάντες οἱ ἄνθρωποι ἐν ἑνὶ στόματι καὶ μιᾷ διαθέσει δοξάζωσι τὸν μόνον Θεόν, τὸν ἕνα καὶ ἀληθινόν, *διὰ τοῦ μονογενοῦς Χριστοῦ*. Θέλημα οὖν αὐτοῦ ἐστιν αἰνεῖν αὐτὸν ὁμοφρόνως, καὶ προσκυνεῖν αὐτὸν συμφώνως. — L. II, c. LVI.

Hoc enim est, quod nos docuit Dominus dicere Patri suo, dum oramus : « *Fiat uoluntas tua sicut in coelo et in terra* », ut sicut coelestes naturae incorporearum uirtutum, cunctae una sententia Deum concelebrant; sic et in terra cuncti homines uno ore, unoque affectu, laudes in solum Deum, unum et uerum conferant, *per unigenitum Christum*. Voluntas ergo Dei est, ut ipsum concordi mente laudemus, et uoce consona adoremus.

2421. DE VNITATE ECCLESIAE. — Καὶ ἡμεῖς συναγωγοὶ ἐκ διαφόρων ἐθνῶν καὶ γλωσσῶν. — Ibid.

2422. DESCRIPTIO ECCLESIAE ET CLERI; ET QVID FACERE DEBEAT VNVSQVISQVE CLERICVS VEL LAICVS IN SYNAXI. — Σὺ δὲ ὁ ἐπίσκοπος, ἔσο ἅγιος, ἄμωμος, μὴ πλήκτης, μὴ ὀργίλος, μὴ ἀπηνὴς, ἀλλ' οἰκοδόμος, ἐπιστροφεὺς, διδακτικὸς, ἀνεξίκακος, ἠπιόθυμος, πρᾷος, μακρόθυμος, παραινετικὸς, παρακλητικὸς, ὡς Θεοῦ ἄνθρωπος. Ὅταν δὲ συναθροίζῃς τὴν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν, ὡς ἂν κυβερνήτης νηὸς μεγάλης, μετ' ἐπιστήμης πάσης κέλευε ποιεῖσθαι τὰς συνόδους, παραγγέλλων τοῖς διακόνοις ὡσανεὶ ναύταις, τοὺς τόπους ἐκτάσσειν τοῖς ἀδελφοῖς, καθάπερ ἐπιβάταις μετὰ πάσης ἐπιμελείας καὶ σεμνότητος. Καὶ πρῶτον μὲν ὁ οἶκος ἔστω ἐπιμήκης, κατ' ἀνατολὰς τετραμμένος, ἐξ ἑκατέρων τῶν μερῶν τὰ παστοφόρια πρὸς ἀνατολὴν, ὅς τις ἔοικε νηΐ. Κείσθω δὲ μέσος ὁ τοῦ ἐπισκόπου θρόνος, παρ' ἑκάτερα δὲ αὐτοῦ καθεζέσθω τὸ πρεσβυτέριον καὶ οἱ διάκονοι παριστάσθωσαν εὐσταλεῖς τῆς πλείονος ἐσθῆτος· ἐοικασὶ γὰρ ναύταις καὶ τοιχάρχοις. Προνοίᾳ δὲ τούτων εἰς τὸ ἕτερον μέρος οἱ λαϊκοὶ καθεζέσθωσαν μετὰ πάσης ἡσυχίας καὶ εὐταξίας· καὶ αἱ γυναῖκες κεχωρισμένως καὶ αὐταὶ καθεζέσθωσαν, σιωπὴν ἄγουσαι. Μέσος δ' ὁ ἀναγνώστης ἐφ' ὑψηλοῦ τινος ἑστὼς, ἀναγινωσκέτω τὰ Μωσέως καὶ Ἰησοῦ τοῦ Ναυὴ, τὰ τῶν Κριτῶν καὶ τῶν Βασιλειῶν, τὰ τῶν Παραλειπομένων καὶ τὰ τῆς ἐπανόδου· πρὸς τούτοις τὰ τοῦ Ἰὼβ καὶ τοῦ Σολομῶνος, καὶ τὰ τῶν ἑκκαίδεκα προφητῶν. Ἀνὰ δύο δὲ γενομένων ἀναγνωσμάτων, ἕτερός τις τοὺς τοῦ Δαβὶδ ψαλλέτω ὕμνους, καὶ ὁ λαὸς τὰ ἀκροστίχια ὑποψαλλέτω. Μετὰ τοῦτο αἱ Πράξεις αἱ ἡμέτεραι ἀναγινωσκέσθωσαν, καὶ Ἐπιστολαὶ Παύλου τοῦ συνεργοῦ ἡμῶν, ἃς ἐπέστειλε ταῖς Ἐκκλησίαις καθ' ὑφήγησιν τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Καὶ μετὰ ταῦτα διάκονος ἢ πρεσβύτερος ἀναγινωσκέτω τὰ Εὐαγγέλια, ἃ ἐγὼ Ματθαῖος, καὶ Ἰωάννης παρεδώκαμεν ὑμῖν, καὶ ἃ οἱ συνεργοὶ Παύλου παρειληφότες κατέλειψαν ὑμῖν Λουκᾶς καὶ Μάρκος. Καὶ ὅταν ἀναγινωσκόμενον ᾖ τὸ Εὐαγγέλιον, πάντες οἱ πρεσβύτεροι, καὶ οἱ διάκονοι, καὶ πᾶς ὁ λαὸς στηκέτωσαν μετὰ πολλῆς ἡσυχίας, γέγραπται γάρ· « Σιώπα, καὶ ἄκουε, Ἰσραήλ »· καὶ πάλιν· « Σὺ δὲ αὐτοῦ στῆθι, καὶ ἀκούσῃ. » Καὶ ἑξῆς παρακαλείτωσαν οἱ πρεσβύτεροι τὸν λαὸν, ὁ καθεὶς αὐτῶν, ἀλλὰ μὴ ἅπαντες· καὶ τελευταῖος πάντων ὁ ἐπίσκοπος, ὃς ἔοικε κυβερνήτῃ. Στηκέτωσαν δὲ οἱ μὲν πυλωροὶ εἰς τὰς εἰσόδους τῶν ἀνδρῶν, φυλάσσοντες αὐτὰς, αἱ δὲ διάκονοι εἰς τὰς τῶν γυναικῶν, δίκην ναυστολόγων. Καὶ γὰρ καὶ ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου, ὁ αὐτὸς παρηκολούθει λόγος καὶ τύπος, καὶ ἐν τῷ ναῷ τοῦ Θεοῦ. Εἰ δέ τις εὑρεθῇ παρὰ τόπον καθεζόμενος, ἐπιπλησσέσθω ὑπὸ τοῦ διακόνου, ὡς πρωρέως, καὶ εἰς τὸν καθήκοντα αὐτῷ τόπον μεταγέσθω· οὐ μόνον γὰρ νηΐ, ἀλλὰ καὶ μάνδρῃ ὡμοίωται ἡ Ἐκκλησία. Ὡς γὰρ οἱ ποιμένες ἕκαστον τῶν ἀλόγων, αἰγῶν, φημι, καὶ προβάτων, κατὰ συγγένειαν καὶ ἡλικίαν ἱστῶσι, καὶ ἕκαστον αὐτῶν τὸ ὅμοιον τῷ ὁμοίον συντρέχει· οὕτω καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, οἱ μὲν νεώτεροι ἰδίᾳ καθεζέσθωσαν, ἐὰν ᾖ τόπος, εἰ δὲ μὴ, στηκέτωσαν ὀρθοί· οἱ δὲ τῇ ἡλικίᾳ ἤδη προβεβηκότες, καθεζέσθωσαν ἐν τάξει. Τὰ δὲ παιδία ἑστῶτα προσλαμβανέσθωσαν αὐτῶν οἱ πατέρες καὶ μητέρες· αἱ δὲ νεώτεραι πάλιν ἰδίᾳ, ἐὰν ᾖ τόπος, εἰ δὲ μήγε, ὄπισθεν τῶν γυναικῶν ἱστάσθωσαν· αἱ δὲ ἤδη γεγαμηκυῖαι, καὶ τέκνα ἔχουσαι, ἰδίᾳ ἱστάσθωσαν· αἱ παρθένοι δὲ καὶ αἱ χῆραι καὶ πρεσβύτιδες, πρῶται πασῶν στηκέτωσαν, ἢ

Et nos ex uariis gentibus et linguis congregationem fecimus.

Tu uero, episcope, sis sanctus, inculpatus, non percussor, non iracundus, non immitis; sed aedificandi, conuertendi, ac docendi seu constituendi auidus, malorum tolerans, animo leni, mansuetus, longanimis, ad hortandum et consolandum idoneus tanquam homo Dei. Cum autem Ecclesiam Dei congregaueris, uelut magnae nauis gubernator, cum omni prudentia et disciplina iube fieri conuentus, praecipiens diaconis, sicut nautis, ut loca fratribus, quasi uectoribus, adhibita omni cura et decentia, disponant. Ac primo quidem aedes sit oblonga, ad orientem uersa, ex utraque parte pastophoria uersus orientem habens, et quae naui sit similis. In medio autem situm sit episcopi solium; et utrinque sedeat presbyterium, et adstent diaconi expedito ac leuiter induti; assimilantur enim nautis, ac iis qui lateribus nauis praesunt. Eorum cura ad alteram ecclesiae partem laici omnino quiete et ordinatim sedeant; mulieres quoque separatim et ipsae sedeant, a sermone abstinentes. Medius autem lector, in quodam loco excelso stans, legat libros Mosis et Iesu filii Naue, Iudicum et Regnorum, item Paralipomenon, et quae de populi reditu conscripta sunt; ad haec Iobi et Salomonis uolumina, simulque sexdecim prophetarum. Peractisque per binos lectionibus, quidam alius Dauidis hymnos psallat et populus extrema uersuum succinat. Deinde Acta nostra recitentur et Epistolae Pauli adiutoris nostri, quas Spiritus sancti ductu ad Ecclesias misit. Postea diaconus uel presbyter qui legat Euangelia, quae ego Matthaeus et Ioannes uobis tradidimus, et quae adiutores Pauli, Lucas et Marcus, accepta reliquerunt nobis. Cumque recitabitur Euangelium, omnes presbyteri ac diaconi, uniuersusque populus magno cum silentio stent: scriptum est enim : « Tace, et audi Israël. Et iterum : « Tu autem hic sta, et audies. » Post haec presbyteri exhortentur populum, singuli nimirum, non autem omnes; et cunctorum postremus episcopus, qui similis est rectori nauis. At ostiarii stent ad uirorum introitus, quos custodiant; diaconissae uero ad mulierum; instar eorum qui naulum a uectoribus exigunt. Etenim in tabernaculo testimonii, et in templo Dei, eadem ratio ac forma idemque ordo seruabatur. Quod si quis extra locum suum sedens reperiatur, increpetur a diacono, qui uice proretae fungitur, et ad locum conuenientem traducatur. Ecclesia enim non solum naui, sed etiam caulae comparatur. Nam sicut pastores singulas pecudes, capras dico et oues, secundum genus et aetatem collocant atque inter eas similis simili concurrit; sic et in ecclesia; iuniores quidem, seorsum sedeant, modo sit locus, alioquin adrecti stent; aetate uero iam prouecti, ordine sedeant; at stantes pueros, recipiant eorum patres et matres; rursus adolescentulae separatim maneant, si locus fuerit, sin secus, pone mulieres statuantur; quae iam nupserunt et liberos quibus imperent habent, priuatim etiam locentur; et uirgines et uiduae, et anus, primae omnium

καθεζέσθωσαν. Ἔστω δὲ τῶν τόπων προνοῶν ὁ διάκονος, ἵν' ἕκαστος τῶν εἰσερχομένον εἰς τὸν ἴδιον τόπον ὁρμᾷ, καὶ μὴ παρὰ τὸ ἰντροῖτον καθέζωνται. Ὁμοίως ὁ διάκονος ἐπισκοπείτω τὸν λαὸν, ὅπως μήτις ψιθυρίσῃ, ἢ νυστάξῃ, ἢ γελάσῃ, ἢ νεύσῃ· χρὴ γὰρ ἐν ἐκκλησίᾳ ἐπιστημόνως, καὶ νηφαλέως, καὶ ἐγρηγορότως ἑστάναι, ἐκτεταμένην ἔχοντα τὴν ἀκοὴν ἐπὶ τὸν τοῦ Κυρίου λόγον. Καὶ μετὰ τοῦτο συμφώνος ἅπαντες ἐξαναστάντες, καὶ ἐπ' ἀνατολὰς κατανοήσαντες, μετὰ τὴν τῶν κατηχουμένων καὶ τὴν τῶν μετανοούντων ἔξοδον, προσευξάσθωσαν τῷ Θεῷ, « τῷ ἐπιβεβηκότι ἐπὶ τὸν οὐρανὸν τοῦ οὐρανοῦ, κατ' ἀνατολὰς », ὑπομιμνησκόμενοι καὶ τῆς ἀρχαίας νομῆς τοῦ κατ' ἀνατολὰς παραδείσου, ὅθεν ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἀθετήσας τὴν ἐντολὴν, ὄφεως συμβουλίᾳ πεισθεὶς, ἀπεβλήθη. Οἱ δὲ διάκονοι μετὰ τὴν προσευχὴν, οἱ μὲν τῇ προσφορᾷ τῆς εὐχαριστίας σχολαζέτωσαν, ὑπηρετούμενοι τῷ τοῦ Κυρίου σώματι μετὰ φόβου, οἱ δὲ τοὺς ὄχλους διασκοπείτωσαν, καὶ ἡσυχίαν αὐτοῖς ἐμποιείτωσαν· Λεγέτω δὲ ὁ παρεστὼς τῷ ἀρχιερεῖ διάκονος τῷ λαῷ· *Μή τις κατά τινος· μή τις ἐν ὑποκρίσει.* Εἶτα καὶ ἀσπαζέσθωσαν ἀλλήλους οἱ ἄνδρες, καὶ ἀλλήλας αἱ γυναῖκες, τὸ ἐν Κυρίῳ φίλημα· ἀλλὰ μή τις δολίως, ὡς Ἰούδας τὸν Κύριον φιλήματι παρέδωκε. Χαὶ μετὰ τοῦτο προσευχέσθω ὁ διάκονος ὑπὲρ τῆς Ἐκκλησίας ἁπάσης, καὶ παντὸς τοῦ κόσμου, καὶ τῶν ἐν αὐτῷ μερῶν, καὶ ἐκφοριῶν, ὑπὲρ τῶν ἱερέων καὶ τῶν ἀρχόντων ὑπὲρ τοῦ ἀρχιερέως καὶ τοῦ βασιλέως, καὶ τῆς καθόλου εἰρήνης. Καὶ μετὰ τοῦτο ὁ ἀρχιερεὺς ἐπευχόμενος τῷ λαῷ εἰρήνην, εὐλογείτω τοῦτον· ὡς καὶ Μωσῆς ἐνετείλατο ἱερεῦσιν εὐλογεῖν τὸν λαὸν τούτοις τοῖς ῥήμασιν· « *Εὐλογήσαι σε Κύριος, καὶ φυλάξαι σε· ἐπιφάναι Κύριος τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐπὶ σὲ, καὶ δώη σοι εἰρήνην.* » Ἐπευχέσθω οὖν καὶ ὁ ἐπίσκοπος, καὶ λεγέτω· « *Σῶσον τὸν λαόν σου, Κύριε, καὶ εὐλόγησον τὴν κληρονομίαν σου, ἣν ἐκτήσω, καὶ περιεποιήσω τῷ τιμίῳ αἵματι τοῦ Χριστοῦ σοῦ, καὶ ἐκάλεσας βασίλειον ἱράτευμα, καὶ ἔθνος ἅγιον.* » Μετὰ δὲ ταῦτα γινέσθω ἡ θυσία, ἑστῶτος παντὸς τοῦ λαοῦ, καὶ προσευχομένου ἡσύχως· καὶ ὅταν ἀνενεχθῇ, μεταλαμβανέτω ἑκάστη τάξις καθ' ἑαυτὴν τοῦ Κυριακοῦ σώματος καὶ τοῦ τιμίου αἵματος, ἐν τάξει, μετὰ αἰδοῦς καὶ εὐλαβείας, ὡς βασιλέως προσερχόμενοι σώματι· καὶ αἱ γυναῖκες κατακεκαλυμμέναι τὴν κεφαλὴν, ὡς ἁρμόζει γυναικῶν τάξει, προσερχέσθωσαν. Φυλαττέσθωσαν δὲ αἱ θύραι, μή τις ἄπιστος εἰσέλθοι, ἢ ἀμύητος. — L. II, C. LVII.

stent, aut sedeant. Diaconus autem locis prouideat, ut ingredientium quisque locum suum petat et nemo in introitu resideat. Similiter diaconus inspiciat populum, ut nemo susurret, aut dormitet, aut rideat, aut nutus faciat. Oportet enim in ecclesia sapienter, sobrie ac uigilanter stare, auribus ad uerbum Domini intentis. Deinde cuncti pariter consurgentes et in orientem contemplantes, egressis catechumenis et paenitentibus, orent Deum, « qui ascendit super coelum coeli, ad orientem », ac recordantes antiquam possessionem paradisi, ad orientem siti; unde primus homo, Dei mandato neglecto, persuasus consilio serpentis, eiectus fuit. Atque diaconi post orationem, alii quidem oblationi Eucharistiae uacent, corpori Domini cum timore ministrantes; alii turbam circumspectent, eique silentia faciant. Qui autem pontifici assistit diaconus plebi dicat : « *Ne quis contra aliquem; ne quis in hypocrisi.* » His transactis, mutuo se salutent uiri, mutuo se mulieres, osculo in Domino; nemo tamen dolose id agat, quemadmodum Iudas Dominum osculo tradidit. Et post hoc precetur diaconus pro uniuersa Ecclesia, pro toto mundo, et eius partibus, et frugibus terrae, pro sacerdotibus et principibus, pro pontifice ac rege, pro pace uniuersali. Deinde episcopus, populo pacem precatus, benedicat ei; sicut et Moyses sacerdotibus praecepit, ut populo his uerbis benedicerent : « *Benedicat tibi Dominus, et custodiat te; ostendat Dominus faciem suam super te, et det tibi pacem.* » Precetur ergo episcopus, et dicat : « *Saluum fac populum tuum, Domine; et benedic hereditati tuae; quam acquisiuisti ac possedisti, pretioso sanguine Christi tui, et appellasti regale sacerdotium ac gentem sanctam.* » Post illa sacrificium fiat, stante omni populo, et tacite precante, cumque oblatum fuerit, unusquisque ordo seorsum, Dominicum corpus, ac pretiosum sanguinem sumat, accedentes ordinate ac cum reuerentia et timore, utpote ad corpus regis : mulieres etiam uelato capite, uti feminarum ordinem decet, accedant. Portae autem custodiantur, ne quis infidelis, aut nondum baptismo initiatus, ingrediatur.

2423. DE HOMINIBVS COMMENDATIS, PEREGRINIS SCIL. LAICIS, CLERICIS AVT EPISCOPIS; ET QVOD SINE DIFFERENTIA SINT RECIPIENDI QVI ECCLESIAM INGREDIVNTVR. — Εἰ δέ τις ἀπὸ παροικίας ἀδελφὸς ἢ ἀδελφὴ ἐπέλθῃ, σύστασιν ἐπικομιζόμενοι· διάκονος ἐπικρινέτω τὰ κατ' αὐτοὺς, ἀνακρίνων εἰ πιστοὶ, εἰ ἐκκλησιαστικοὶ, εἰ μὴ ἀπὸ αἱρέσεώς εἰσι μεμολυσμένοι· καὶ πάλιν, εἰ ὕπανδρος, ἢ χήρα· καὶ οὕτω γνοὺς τὰ κατ' αὐτοὺς, ὥς εἰσιν ἀληθῶς πιστοὶ καὶ ὁμογνώμονες ἐν τοῖς Κυριακοῖς, ἀπαγέτω ἕκαστον εἰς τὸν προσήκοντα αὐτῷ τόπον· εἰ δὲ καὶ πρεσβύτερος ἀπὸ παροικίας ἐπέλθοι, προσδεχέσθω ὑπὸ τῶν πρεσβυτέρων κοινωνικός· εἰ δὲ διάκονος, ὑπὸ τῶν διακόνων· εἰ δὲ ἐπίσκοπος, σὺν τῷ ἐπισκόπῳ καθεζέσθω, τῆς αὐτῆς ἀξιούμενος ὑπ' αὐτοῦ τιμῆς· καὶ ἐρωτήσεις αὐτὸν, ὦ ἐπίσκοπε, προσλαλῆσαι τῷ λαῷ λόγους διδακτικούς; ἡ γὰρ τῶν ξένων παράκλησις καὶ νουθεσία εὐπαράδεκτος καὶ ὠφελιμωτάτη σφόδρα· « Οὐδεὶς γὰρ προφήτης, φησὶν, δεκτὸς ἐν τῇ ἰδίᾳ

Quod si frater aut soror ex alia paroecia aduenerit, qui commendatitias afferant, diaconus quae ad eos spectant probet, inquirens, an fideles sint, an Ecclesiae filii, an a nulla haeresi contaminati; et rursum an illa nupta uel uidua sit, atque ita, cognito eorum statu, quod uere credant, et in Domini religione cum Ecclesia concordent, deducat singulos ad congruum eis locum. Si autem presbyter ex paroecia aduenerit, excipiatur a presbyteris in communitatem : et si diaconus a diaconis, si uero episcopus, cum episcopo sedeat, a quo parem honorem obtinebit; rogabisque eum, o episcope, ut populum alloquatur in sermone doctrinae; peregrinorum enim cohortatio et admonitio acceptissima et utilissima est : « Nullus quippe propheta, ait Dominus,

πατρίδι. » Ἐπιτρέψεις δ' αὐτῷ καὶ τὴν εὐχαριστίαν ἀνοῖσαι· ἐὰν δὲ δι' εὐλάβειαν, ὡς σοφὸς, τὴν τιμήν σοι τηρῶν, μὴ θελήσῃ ἀνενέγκαι, κἂν εἰς τὸν λαὸν εὐλογίαν αὐτὸν ποιήσασθαι καταναγκάσῃς. Εἰ δὲ ἐν τῷ καθέζεσθαι, ἕτερός τις ἐπέλθοι εὐσχήμων καὶ ἔνδοξος ἐν τῷ βίῳ, ἢ ξένος, ἢ ἐγχώριος· σὺ ὁ ἐπίσκοπος ὁ προσλαλῶν τὸν περὶ Θεοῦ λόγον, ἢ ὁ ἀκούων τοῦ ψάλλοντος, ἢ τοῦ ἀναγινώσκοντος, μὴ προσωποληπτῶν καταλίπῃς τὴν διακονίαν τοῦ λόγου, ἵνα διατάξῃ αὐτῷ προεδρίαν· ἀλλὰ μένε ἡσύχιος, μὴ διακόπτων σου τὸν λόγον, ἢ τὴν ἀκοήν· οἱ δὲ ἀδελφοὶ διὰ τῶν διακόνων παραδεχέσθωσαν αὐτόν· εἰ δὲ τόπος οὐκ ἔστιν, ὁ διάκονος τὸν μᾶλλον νεώτερον ἐγείρας, μετὰ λόγου, ἀλλὰ μὴ μετ' ὀργῆς, ἐκεῖνον καθισάτω· δίκαιον δὲ τοῦτο καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ τὸν φιλάδελφον ποιῆσαι· ἐὰν δὲ ἀνανεύῃ ἐγείρας αὐτὸν ἀναγκαστῶς, ὀπίσω παντῶν στῆσον ἵνα παιδευθῶσι καὶ οἱ λοιποὶ ἀντιπαραχωρεῖν τοῖς ἐντιμοτέροις. Εἰ δὲ πτωχὸς, ἢ ἀγενὲς, ἢ ξένος ἐπέλθοι, πρεσβύτης ἢ νέος τῇ ἡλικίᾳ, καὶ τόπος οὐχ ὑπάρχει, καὶ τούτοις τόπον ποιήσει ἐξ ὅλης τῆς καρδίας αὐτοῦ ὁ διάκονος, ἵνα μὴ πρὸς ἄνθρωπον αὐτοῦ γένηται ἡ προσωποληψις, ἀλλὰ πρὸς Θεὸν διακονία εὐάρεστος. Τῷ δ' αὐτῷ ποιείτω καὶ ἡ διάκονος, ταῖς ἐπερχομέναις γυναιξὶ, πτωχαῖς ἤτοι πλουσίαις. — L. II, c. LVIII.

acceptus est in patria sua. » Permittes etiam arbitrio illius, ut offerat eucharistiam : quam si, tanquam sapiens, propter reuerentiam et honorem tibi habitum, offerre noluerit, coges ut saltem populo benedicat. Quod si, dum sedetur, uia quispiam superueniat honestus, et in saeculo clarus, siue alterius siue eiusdem regionis : tu, episcope, dum de Deo sermonem habes ad plebem, aut dum audis eum qui psallit uel legit; ne per acceptionem personae relinquas uerbi ministerium, ut illi locum inter primas sedes constituas; uerum quietus mane, nec interrumpe sermonem tuum, uel auditionem; fratres uero eum per diaconos recipiant; atque si locus desit, diaconus, omnium iuniorem, prudenter, non autem praefracte loco mouens, honoratum illum sedere faciat; cui aequum est ut alter fraternae caritatis studiosus cedat sponte; quod renuerit, ui motum, post omnes colloca, quo etiam caeteri discant honoratioribus concedere. Cum autem pauper, uel ignobilis, uel peregrinus, isque senex, aut iuuenis interuenerit, sedibus occupatis, iis quoque diaconus ex toto corde locum faciet, ut non gratificatio eius homines spectet, sed Deo acceptum fiat ministerium eius. Idem et seruet diaconissa, in aduenientibus mulieribus, siue pauperibus siue diuitibus.

2424. Conventvs cottidiani mane et vespere. — Διδάσκων δὲ, ὦ ἐπίσκοπε, κέλευε καὶ παραίνει τῷ λαῷ, εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἐνδελεχίζειν ὄρθρου καὶ ἑσπέρας ἑκάστης ἡμέρας. — L. II, c. LIX.

Cum autem doces, episcope, iube et persuade populo, ut singulis diebus mane et uespere ecclesiam frequentet.

2425. De psalmis matvt. et vespert. De Sabbati et Dominici diei divinis officiis. — ... ἀλλ' ἑκάστης ἡμέρας συναθροίζεσθε ὄρθρου καὶ ἑσπέρας, ψάλλοντες καὶ προσευχόμενοι ἐν τοῖς Κυριακοῖς· ὄρθρου μὲν λέγοντες ψαλμὸν τὸν ξβ', ἑσπέρας δὲ τὸν ρμ'. Μάλιστα δὲ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Σαββάτου, καὶ ἐν τῇ τοῦ Κυρίου ἀναστασίμῳ, τῇ Κυριακῇ, σπουδαιστέρως ἀπαντᾶτε, αἶνον ἀναπέμποντες τῷ Θεῷ *τῷ ποιήσαντι τὰ ὅλα διὰ Ἰησοῦ*, καὶ αὐτὸν εἰς ἡμᾶς ἐξαποστείλαντι, καὶ συγχωρήσαντι παθεῖν, καὶ ἐκ νεκρῶν ἀναστήσαντι. Ἐπεὶ τί ἀπολογήσεται τῷ Θεῷ ὁ μὴ συνερχόμενος ἐν τῇδε τῇ ἡμέρᾳ ἀκούειν τοῦ σωτηρίου περὶ τῆς ἀναστάσεως λόγου; ἐν ᾗ καὶ τρὶς εὐχὰς ἑστῶτες ἐπιτελοῦμεν, μνήμης χάριν τοῦ διὰ τριῶν ἀναστάντος ἡμερῶν· ἐν ᾗ προφητῶν ἀνάγνωσις, καὶ Εὐαγγελίου κηρυκεία, καὶ θυσίας ἀναφορὰ, καὶ τροφῆς ἱερᾶς δωρεά. — Ibid.

... singulis diebus congregemini, mane et uespere, psallentes et orantes in aedibus Dominicis, mane quidem dicentes psalmum sexagesimum secundum, uespere uero centesimum quadragesimum.

Praecipue autem die Sabbati, et die qua Dominus resurrexit, hoc est Dominica, studiosius ad Ecclesiam occurrite, ut laudibus prosequamini Deum, *qui condidit omnia per Iesum,* eumque ad nos amandauit, pati permisit, ac ex mortuis suscitauit. Qua enim expurgatione apud Deum utetur, qui ad audiendum salutarem de resurrectione sermonem non conuenit in die Dominico? in quo et tres precationes stando peragimus, ad memoriam illius, qui in triduo resurrexit : et in quo habentur lectio prophetarum, Euangelii praedicatio, sacrificii oblatio, et sacri cibi donum.

2426. De ordine vidvarvm. — Χήρας δὲ καθιστᾶτε μὴ ἔλαττον ἐτῶν τῶν ἑξήκοντα. — L. III, c. I.

Viduas autem constitui te non minores annis sexaginta.

2427. Item. — Αἱ δὲ νεώτεραι χῆραι εἰς χηρικὸν μὲν μὴ ἐντασσέσθωσαν. — L. III, c. II.

Adolescentiores uero uiduae in ordinem uidualem non cooptentur.

2428. Taceant mvlieres in ecclesia. — Οὐκ ἐπιτρέπομεν οὖν γυναῖκας διδάσκειν ἐν ἐκκλησίᾳ, ἀλλὰ μόνον προσεύχεσθαι, καὶ τῶν διδασκάλων ἐπακούειν. — L. III, c. VI.

Non igitur licere uolumus mulieribus, ut in ecclesia doceant; precentur duntaxat, et doctores audiant.

2429. Vidva et virgo non circvmambvlare debent. De altari. — Γνωριζέτω οὖν ἡ χήρα, ὅτι θυσιαστήριόν ἐστι Θεοῦ, καὶ καθίσθω ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτῆς· μὴ μετά τινος

Sciat ergo uidua se Dei altare esse et domi suae sedeat, nec ullo pretextu in domos fidelium aliquid acceptura ingrediatur; nunquam enim altare Dei circum-

προφάσεως ἐν ταῖς τῶν πιστῶν οἰκίαις ἐπὶ τῷ λαμβάνειν εἰσπορευομένη· οὐδὲ γάρ ποτε τὸ θυσιαστήριον τοῦ Θεοῦ περιτρέχει, ἀλλ' ἐν ἑνὶ τόπῳ ἵδρυται· ὑπαρχέτω οὖν καὶ ἡ παρθένος καὶ ἡ χήρα μὴ περιτρέχουσα, ἢ ῥεμβομένη κατὰ τὰς τῶν ἀλλοτρίων οἰκίας. — Ibid.

ambulat, sed uno loco fingitur. Itaque et uirgo et uidua ne circumcursent, aut per alienas domos uagentur.

2430. De sportvla vidvarvm. — δέον γὰρ αὐτὰς ἀρκεῖσθαι τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς διὰ μετριότητα γνώμης. — L. III, c. vii.

cumque oporteret, ut per animi moderationem contentae essent [uiduae scil.] ecclesiasticis subsidiis.

2431. Vigiliae noctvrnae. — ἡ δὲ Θεῷ βουλομένη προσανέχειν, καθημένη ἔνδον, φρονεῖ τὰ τοῦ Κυρίου, νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἀκαταπαύστῳ στόματι δέησιν προσφέρουσα εἰλικρινῆ. — Ibid.

Quae (uidua) autem Deo animum intendere desiderat, intra priuatos parietes sedens, cogitat quae ad Dominum pertinent, per noctem ac diem ore nunquam cessante precem sinceram Deo deferens.

2432. De stvdio vidvarvm. — ... καθημένη ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτῆς, ψάλλουσα, προσευχομένη, ἀναγινώσκουσα, ἀγρυπνοῦσα, νηστεύουσα, Θεῷ πάντοτε προσομιλοῦσα ᾠδαῖς καὶ ὕμνοις. — Ibid.

(Vidua sit) sedens domi suae, psallens, orans, legens, uigilans, ieiunans, cum Deo semper colloquens canticis et hymnis.

2433. De ordine hierarchico vidvarvm. — ... πειθομένας τοῖς ἐπισκόποις καὶ τοῖς πρεσβυτέροις καὶ τοῖς διακόνοις, ἔτι μὴν καὶ ταῖς διακόναις..... μήτε παρὰ τὴν διαταγήν τι ποιεῖν θελούσας δίχα γνώμης τοῦ διακόνου, οἷον τὸ πρός τινα ἀπελθεῖν ἐπὶ τὸ φαγεῖν παρ' αὐτῷ καὶ πιεῖν, ἢ λαβεῖν τι παρά τινος. Εἰ δὲ μὴ κελευσθεῖσα ποιήσῃ ἕν τι τούτων, ἐπιτιμάσθω νηστείᾳ, ἢ ἀφοριζέσθω, ὡς προπετής. — Ibid.

... obedientes episcopis, presbyteris et diaconis, insuperque et diaconissis ..... neque citra praescriptum uolentes quidquam facere sine diaconi uoluntate; exempli causa, si pergendum sit ad aliquem, ut cum eo manducent et bibant, uel aliquid ab aliquo accipiant. Sin uero iniussa horum quidquam perpetrarit, ieiunio punietur aut segregetur.

2434. De oblationibvs reiiciendis. — Οὐ δεῖ οὖν δέχεσθαι παρὰ τῶν τοιούτων, οὔτε μὴν παρὰ ἀφωρισμένων. — L. III, c. viii.

A talibus [meretricibus scil.] igitur capiendum non est [de oblatione loquitur] neque etiam ab excommunicatis.

2435. Mvlieres non baptizent. — Περὶ δὲ τοῦ γυναῖκας βαπτίζειν, γνωρίζομεν ὑμῖν ὅτι κίνδυνος οὐ μικρὸς ταῖς τοῦτο ἐπιχειρούσαις. Διὸ οὐ συμβουλεύομεν· ἐπισφαλὲς γάρ, μᾶλλον δὲ παράνομον καὶ ἀσεβές. — L. III, c. ix.

An autem baptizare ad mulieres pertineat; notum uobis facimus, non mediocri in periculo uersari eas quae hoc praesumunt. Quare non tale consilium damus: periculosa quippe res est, imo uero illicita et impia.

2435ᵃ. Laicvs non debet opvs sacerdotale facere. — Ἀλλ' οὔτε λαϊκοῖς ἐπιτρέπομεν ποιεῖν τι τῶν ἱερατικῶν ἔργων· οἷον θυσίαν, ἢ βάπτισμα, ἢ χειροθεσίαν, ἢ εὐλογίαν μικρὰν ἢ μεγάλην..... Διὰ γὰρ τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν τοῦ ἐπισκόπου δίδοται ἡ τοιαύτη ἀξία. — L. III, c. x.

Sed nec laicis permittimus quamlibet sacerdotalium functionum usurpare; ut sacrificium, uel baptisma, uel impositionem manus, uel benedictionem tum paruam, tum magnam..... Nam per impositionem manuum episcopi datur haec dignitas.

2436. Laico non licet qvae svnt sacerdotvm exercere. Solo episcopo ordinare convenit. — Ἀλλ' οὔτε τοῖς λοιποῖς κληρικοῖς ἐπιτρέπομεν βαπτίζειν· οἷον ἀναγνώσταις, ἢ ψάλταις, ἢ πυλωροῖς, ἢ ὑπηρέταις· ἢ μόνοις ἐπισκόποις, καὶ πρεσβυτέροις, ἐξυπηρετουμένων αὐτοῖς τῶν διακόνων..... Οὐχ ἐπιτρέπομεν δὲ πρεσβυτέροις χειροτονεῖν διακόνους, ἢ διακονίσσας, ἢ ἀναγνώστας, ἢ ὑπηρέτας, ἢ ᾠδούς, ἢ πυλωρούς, ἀλλὰ μόνοις τοῖς ἐπισκόποις. — L. III, c. xi.

Sed neque reliquos clericos baptismum conferre uolumus; ueluti lectores, aut psaltes, aut ianitores, aut ministros; nisi solos episcopos et presbyteros, ministrantibus diaconis..... Non etiam potestatem damus presbyteris, ordinandi diaconos, uel diaconissas, uel lectores, uel ministros, uel cantores, uel ianitores; sed episcopis solis.

2437. Deprecatio vidvae pro iis qvi necessaria tribvvnt. — Δέον γὰρ αὐτάς, ἐνδυθείσης αὐτῶν συγχήρας ὑπό τινος, ἢ λαβούσης ἀργύρια, ἢ τροφήν, ἢ πόμα, ἢ ὑπόδεσιν, θεασαμένας τὴν ἀδελφὴν αὐτῶν ἀναψύξασαν, εἰπεῖν·

Siquidem, cum aliqua pariter uidua a quopiam induta fuit, aut accepit uel pecuniam, uel cibum, uel potum, uel calceos; oportuisset eas, recreatam sororem suam intuitas, dicere :

Εὐλογητὸς εἶ, ὁ Θεὸς, ἀναψύξας τὴν συγχήραν· εὐλόγησον, Κύριε, καὶ δόξασον τὸν διακονήσαντα αὐτῇ, καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ ἀναβῆναι ἐν ἀληθείᾳ πρός σε καὶ μνησθήσῃ αὐτοῦ εἰς ἀγαθὸν ἐν ἡμέρᾳ ἐπισκοπῆς αὐτοῦ. Καὶ τὸν ἐπίσκοπόν μου τὸν καλῶς σοι λειτουργήσαντα, καὶ διδάξαντα εὔκαιρον ἐλεημοσύνην γυμνῇ οὔσῃ τῇ συγχήρᾳ μου γενέσθαι· προσθείης αὐτῷ δόξαν, καὶ δώσῃς αὐτῷ στέφανον καυχήσεως ἐν ἡμέρᾳ ἀποκαλύψεως ἐπισκοπῆς σου.

Benedictus es, Deus, qui conuiduam recreasti; benedic, Domine, et clarifica eum, qui illi subministrauit; ut opus eius in ueritate ascendat ad te : et memineris illius, in bonum, die uisitationis eius. Sed et benedic episcopo meo, qui recte tibi ministrauit, et opportunam eleemosynam conuetulae meae nudae fieri docuit : addas ei gloriam et des ei coronam exsultationis in die quo reuelabitur uisitatio tua.

Ὁμοίως καὶ ἡ λαβοῦσα χήρα τὸ ἔλεος, συμπροσευχέσθω τῷ διδόντι αὐτῇ τὴν διακονίαν. — L. III, c. XII-XIII.

Similiter et uidua, quae misericordiam accepit, compreceturo pro eo, qui illi praebuit ministerium.

2438. De mvnere diaconissarvm. — Ἔστι γὰρ ὁπόταν ἐν τισὶν οἰκίαις ἄνδρα διάκονον γυναιξὶν οὐ δύνασαι πέμπειν, διὰ τοὺς ἀπίστους· ἀποστελεῖς οὖν γυναῖκα διάκονον, διὰ τὰς τῶν φαύλων διανοίας. Καὶ γὰρ εἰς πολλὰς χρείας, γυναικὸς χρῄζομεν διακόνου. Καὶ πρῶτον μὲν ἐν τῷ φωτίζεσθαι γυναῖκας, ὁ διάκονος χρίσει μὲν μόνον τὸ μέτωπον αὐτῶν τῷ ἁγίῳ ἐλαίῳ, καὶ μετ' αὐτὸν ἡ διάκονος ἀλείψει αὐτάς. — L. III, c. XV.

Fit enim nonnunquam, ut in quibusdam domibus, uirum diaconum ad mulieres non possis (o episcope) mittere, propter infideles : destinabis igitur mulierem diaconissam, ob improborum cogitationes. Diaconissa siquidem femina ad multos usus indigemus. Ac in primis quidem cum baptizantur mulieres, diaconus tantum earum frontem unget oleo sancto, et post diaconissa illinet.

2439. De divina sancti baptismi initiatione. — Σὺ οὖν, ὦ ἐπίσκοπε, ἐκείνῳ τῷ τύπῳ χρίσῃς τὴν κεφαλὴν τῶν βαπτιζομένων, εἴτε ἀνδρῶν εἴτε γυναικῶν, τῷ ἁγίῳ ἐλαίῳ, εἰς τύπον τοῦ πνευματικοῦ βαπτίσματος· ἔπειτα ἢ σὺ ὁ ἐπίσκοπος, ἢ ὁ ὑπὸ σὲ πρεσβύτερος τὴν ἱερὰν ἐπ' αὐτοῖς εἰπὼν καὶ ἐπονομάσας ἐπίκλησιν *Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος*, βαπτίσεις αὐτοὺς ἐν τῷ ὕδατι· καὶ τὸν μὲν ἄνδρα ὑποδεχέσθω ὁ διάκονος· τὴν δὲ γυναῖκα ἡ διάκονος· ὅπως σεμνοπρεπῶς ἡ μετάδοσις τῆς ἀθραύστου σφραγῖδος γένηται. Καὶ μετὰ τοῦτο ὁ ἐπίσκοπος χριέτω τοὺς βαπτισθέντας τῷ μύρῳ. — L. III, c. XVI.

Tu igitur, episcope, ad illam formam caput eorum qui baptizantur, siue uiri sint, siue mulieres, unges oleo sancto, in figuram spiritualis baptismi. Deinde aut tu, episcope, aut tibi subiectus presbyter, sacram super eos proferens nominatim inuocationem *Patris et Filii et Spiritus sancti*, baptizabis eos in aqua. Ac uirum quidem suscipiat diaconus; mulierem uero diaconissa : ut cum decenti grauitate collatio sigilli infragilis peragatur. Et postea episcopus baptizatos ungat chrismate.

2440. Oratio dominica. — *Πάτερ ἡμῶν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου· ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου· γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς· τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον· καὶ ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν, καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμὸν, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ· ὅτι σού ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα, εἰς τοὺς αἰῶνας.*

Ἀμήν. — L. III, c. XVIII.

Pater noster, qui es in coelis, sanctificetur nomen tuum, adueniat regnum tuum, fiat uoluntas tua, sicut in coelo et in terra; panem nostrum cottidianum da nobis hodie et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris, et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo : quia tuum est regnum, et potentia, et gloria, in saecula. Amen.

2441. Ordinatio episcopi. — Ἐπίσκοπον δὲ προστάσσομεν χειροτονεῖσθαι ὑπὸ τριῶν ἐπισκόπων· ἢ τὸ γοῦν ἔλαττον, ὑπὸ δύο, μὴ ἐξεῖναι δὲ ὑπὸ ἑνὸς ὑμῖν καθίστασθαι. — L. III, c. XX.

Episcopum uero praecipimus ordinari a tribus episcopis; aut ut minimum a duobus; non licere autem uobis ab uno constitui.

2442. De mvnere presbyteri et diaconi. — Πρεσβύτερον δὲ καὶ διάκονον ὑπὸ ἑνὸς ἐπισκόπου, καὶ τῶν λοιπῶν κληρικῶν· μήτε δὲ καὶ πρεσβύτερον, μήτε διάκονον, χειροτονεῖν ἐκ λαϊκῶν κληρικούς· ἀλλὰ μόνον, τὸν μὲν πρεσβύτερον διδάσκειν, ἀναφέρειν, βαπτίζειν, εὐλογεῖν τὸν λαόν· τὸν δὲ διάκονον ἐξυπηρετεῖσθαι τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τοῖς πρεσβυτέροις· τουτέστι, διακονεῖν· οὐ μὴν καὶ τὰ λοιπὰ διενεργεῖν. — Ibid.

Item iubemus ut presbyter et diaconus ab uno episcopo ordinetur; et reliqui clerici; atque nec presbyter, nec diaconus clericos ex laicis ordinent; sed solummodo, presbyter quidem doceat, offerat, baptizet, benedicat populo; diaconus uero ministret episcopo, ac presbyteris : hoc est, ministerium seu diaconatum exerceat, sed non peragat caetera.

2443. Doxologia. — ..... παντοκράτορι Θεῷ, διὰ τοῦ ἠγαπημένου Υἱοῦ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου

..... debetis in omnipotentem Deum... conferre laudes per dilectum Filium eius, Iesum Christum Dominum

ἡμῶν, δι' οὗ ἡ δόξα τῷ Θεῷ, ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμην. — L. IV, c. v.

nostrum; per quem gloria Deo, in spiritu et ueritate, in saecula. Amen.

2444. Qvorvm oblationes reiiciendae. — Φυλακταῖοι γὰρ αὐτῷ πρὸς δόσιν κάπηλοι... Φευκταῖοι δ' αὐτῷ καὶ πόρνοι... καὶ ἅρπαγες, καὶ τῶν ἀλλοτρίων ἐπιθυμηταὶ, καὶ μοιχοί... Ἀλλὰ καὶ οἱ ἐκθλίβοντες χήραν, καὶ ὀρφανὸν καταδυναστεύοντες καὶ τὰς φυλακὰς πληροῦντες ἀναιτίων, ἢ καὶ τοῖς ἑαυτῶν οἰκέταις πονηρῶς χρώμενοι, πληγαῖς φημι καὶ λιμῷ καὶ κακοδουλίᾳ, ἢ καὶ πόλεις ὅλας λυμαινόμενοι..... Παραιτήσῃ δὲ καὶ ῥᾳδιουργοὺς, καὶ ῥήτορας ἀδικίᾳ συναγωνιζομένους, καὶ εἰδωλοποιοὺς, καὶ κλέπτας, καὶ τελώνας ἀδίκους, καὶ ζυγοκρούστας, καὶ δολομέτρας· καὶ στρατιώτην συκοφάντην, μὴ ἀρκούμενον τοῖς ὀψωνίοις, ἀλλὰ τοὺς πένητας διασείοντα· φονέα τε καὶ δήμιον, καὶ δικάστην παράνομον, πραγμάτων ἀνατροπέα, ἀνθρώπων ἐπίβουλον, μιαρῶν ἐργάτην, μέθυσον, βλάσφημον, κίναιδον τοκογλύφον· καὶ πάντα ὀντινοῦν πονηρὸν καὶ τῇ γνώμῃ τοῦ Θεοῦ διαμαχόμενον. — L. IV, c. vi.

Ad dandum non admittet [episcopus scil.] caupones; fugiendi etiam ei scortatores, item rapaces, alienarumque rerum cupitores et adulteri. Sed et qui uiduam affligunt et pupillam potentia sua opprimunt, et carceres innocentibus replent, aut famulos suos male tractant, uerberibus dico, et fame, et dura seruitute; uel qui totas urbes deuastant. Repudiabis etiam adulteratores, et oratores patrocinantes iniustitiae, et fabricatores idolorum, et fures, et publicanos iniustos, et in ponderando stateram ad alterum latus impellentes, et mensores fraudulentos; atque militem calumniatorem, non contentum stipendiis, sed pauperes concutientem; item homicidam et carnificem; ad haec iniustum iudicem, rerum euersorem, insidiatorem hominum, scelerum ac impuritatis operarium, uinolentum, blasphemum, cinaedum, feneratorem, nec non quemlibet inprobum et cum uoluntate pugnantem.

2445. De eleemosynae obligatione. — ἅπαντες οἱ πιστοὶ, διὰ τοῦ ἐπισκόπου ὑμῶν, ἐκ τῶν ὑπαρχόντων ὑμῶν καὶ ἐκ τοῦ κόπου διακονήσατε τοῖς ἁγίοις. Εἰ δὲ οὐκ ἔχει τις νηστεύσας, τὸ τῆς ἡμέρας καὶ μερίσας, τοῦτο ἐκταξάτω τοῖς ἁγίοις. — L. V, c. i.

omnes fideles, per episcopum uestrum, ex uestris bonis et laboribus, subministrate sanctis. Quod si quis non habeat, ieiunet et cibum eius diei portibus, destinet sanctis.

2446. Orandvmne ingrediamvr in tentationem. — Δεῖ γὰρ προσεύχεσθαι μὲν ἡμᾶς, *ἵνα μὴ εἰσέλθωμεν εἰς πειρασμόν*. — L. V, c. vi.

Orare debemus, *ne ingrediamur in tentationem.*

2447. Doxologia. — ... *τῷ ἑνὶ καὶ μόνῳ ἀληθινῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ μεγάλου ἀρχιερέως, καὶ λυτρωτοῦ τῶν ψυχῶν, καὶ μισθαποδότου τῶν ἄθλων· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.* — Ibid.

... *uni et soli uero Deo ac Patri, per Iesum Christum, magnum pontificem, et redemptorem animarum, certaminumque remuneratorem; cui gloria in saecula. Amen.*

2448. Cvltvs martyrvm. — Περὶ δὲ τῶν μαρτύρων λέγομεν ὅπως ἐν πάσῃ τιμῇ ὦσι παρ' ὑμῖν. — L. V, c. viii.

de martyribus uero praecipimus uobis ut in omni honore sint apud uos.

2449. De festo die natalis Dni, Epiphaniae; de observantia Qvadragesimae et hebdomadae magnae. — Τὰς ἡμέρας τῶν ἑορτῶν φυλάσσητε, ἀδελφοὶ, καὶ πρώτην γε τὴν γενέθλιον, ἥτις ὑμῖν ἐπιτελείσθω εἰκάδι πέμπτῃ τοῦ ἐνάτου μηνός· μεθ' ἣν ἡ ἐπιφανειῶν ὑμῖν ἔστω τιμιωτάτη, καθ' ἣν ὁ Κύριος ἀνάδειξιν ὑμῖν τῆς οἰκείας θεότητος ἐποιήσατο· γινέσθω δὲ καὶ αὕτη ἕκτῃ τοῦ δεκάτου μηνός. Μεθ' ἃς ὑμῖν φυλακτέα ἡ νηστεία τῆς Τεσσαρακοστῆς, μνήμην περιέχουσα τῆς τοῦ Κυρίου πολιτείας τε καὶ νομοθεσίας· ἐπιτελείσθω δὲ ἡ νηστεία αὕτη πρὸ τῆς νηστείας τοῦ Πάσχα, ἀρχομένη μὲν ἀπὸ δευτέρας, πληρουμένη δὲ εἰς παρασκευήν· μεθ' ἃς ἀπονηστεύσαντες, ἄρξασθε τῆς ἁγίας τοῦ Πάσχα ἑβδομάδος, νηστεύοντες αὐτὴν πάντες μετὰ φόβου καὶ τρόμου, προσευχόμενοι ἐν αὐταῖς περὶ τῶν ἀπολλυμένων. — L. V, c. xiii.

Dies festos obseruate, fratres, ac primum quidem diem Domini Natalem; qui a uobis celebretur uigesima quinta noni mensis. Post hunc diem, dies Epiphaniae sit uobis maxime honorabilis, in quo Dominus diuinitatem suam patefecit; is autem agatur sexta decimi mensis. Post quos dies seruandum uobis est ieiunium Quadragesimae, continens recordationem conuersationis Dominicae, et legis latae; celebretur uero ieiunium hoc ante ieiunium Paschae; incipiatque a secunda die, ac desinat in Parasceuen : post quos dies finito ieiunio, incipite sanctam Paschae hebdomadam, cuncti per eam ieiunantes cum timore et tremore, orantes in iis diebus pro pereuntibus.

2450. De magna hebdomada. — Παρήγγειλεν οὖν ἡμῖν αὐτὸς νηστεύειν ἓξ ἡμέρας ταύτας, διὰ τὴν τῶν Ἰουδαίων δυσσέβειαν καὶ παρανομίαν. — L. V, c. xv.

Christus ergo praecepit nobis ieiunare his sex diebus propter Iudaeorum impietatem et scelus.

2451. De stationvm diebvs. — Τετράδα δὲ καὶ παρασκευὴν προσέταξεν ἡμῖν νηστεύειν· τὴν μὲν διὰ τὴν προδοσίαν, τὴν δὲ διὰ τὸ πάθος. — Ibid.

In quarta uero feria et in Parasceue iussit (Christus) nos ieiunare; in illa quidem propter proditionem, in hac uero propter passionem.

2452. De sabbatino ieivnio. — ἀπονηστεῦσαι προσέταξε τῇ ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ, ἀλέκτρος φωνήσαντος αὐτὸ δὲ νηστεῦσαι τὸ Σάββατον· οὐχ ὅτι δεῖ τὸ Σάββατον νηστεύειν, κατάπαυσις δημιουργίας ὑπάρχον, ἀλλ' ὅτι ἐκεῖνο μόνον χρὴ νηστεύειν, τοῦ δημιουργοῦ ἐν αὐτῷ ἔτι ὑπὸ γῆν ὄντος. — Ibid.

mandauit soluere ieiunium septima die ad galli cantum : et per ipsum Sabbatum ieiunare; non quod ieiunandum sit Sabbato, die quo a creatione est cessatum, sed quod illo solo ieiunari oporteat, in quo scilicet Creator adhuc sub terra erat.

2453. Qvomodo Pascha debeat celebrari. — Δεῖ ..... τὰς ἡμέρας τοῦ Πάσχα ἀκριβῶς ποιεῖσθαι, μετὰ πάσης ἐπιμελείας, μετὰ τροπὴν ἰσημερινήν ..... ὑμεῖς δὲ φυλάσσεσθε ἀκριβῶς τὴν ἰσημέριον τροπὴν τῆς ἐαρινῆς ὥρας, ἥτις γίνεται δευτέρᾳ καὶ εἰκάδι τοῦ δωδεκάτου μηνός, ὅς ἐστι Δύστρος· ἐπιτηροῦντες ἕως εἰκάδος πρώτης τῆς σελήνης, ὅπως μὴ ἐν ἑτέρᾳ ἑβδομάδι ἐμπέσοι ἡ τεσσαρεσκαιδεκάτη τῆς σελήνης· καὶ πλάνης γινομένης, ἀγνοίᾳ δὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐπιτελέσωμεν τὸ Πάσχα· ἢ ἐν ἄλλῃ ἡμέρᾳ ἑορτάσωμεν τὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ ἀναστάσιμον ἡμέραν, ἀλλ' ἐν Κυριακῇ μόνῃ. — L. V, c. xvii.

Oportet... ut dies Paschae accurate et cum omni diligentia celebretis, post aequinoctium;...... obseruate diligenter conuersionem aequinoctialem uerni temporis, quae contigit uicesima secunda die mensis duodecimi, hoc est Dystri, notantes usque ad uigesimam primam lunam, ne in aliam hebdomadam incidat dies lunae quartus decimus; et errore oborto, per ignorantiam bis in anno Pascha peragamus; aut diem resurrectionis Domini nostri Iesu in alio die celebremus praeterquam in Dominico solo.

2454. De magnae hebdomadae ieivnio. — Ἐν ταῖς ἡμέραις οὖν τοῦ Πάσχα νηστεύετε, ἀρχόμενοι ἀπὸ δευτέρας μέχρι τῆς παρασκευῆς, καὶ Σαββάτου, ἓξ ἡμέρας, μόνῳ χρώμενοι ἄρτῳ καὶ ἁλὶ καὶ λαχάνοις, καὶ ποτῷ ὕδατι· οἴνου δὲ καὶ κρεῶν ἀπέχεσθε ἐν ταύταις· ἡμέραι γάρ εἰσι πένθους, ἀλλ' οὐχ ἑορτῆς. Τὴν μέντοι παρασκευὴν καὶ τὸ Σάββατον ὁλόκληρον νηστεύσατε, οἷς δύναμις πρόσεστι τοιαύτη, μηδενὸς γευόμενοι μέχρις ἀλεκτοροφωνίας νυκτός· εἰ δέ τις ἀδυνατεῖ τὰς δύω συνάπτειν ὁμοῦ, φυλασσέσθω κἂν τὸ Σάββατον. — L. V, c. xviii.

In diebus ergo Paschae ieiunate, incipientes a feria secunda, usque ad Parasceuen et Sabbatum, per sex dies, solo utentes pane, sale, oleribus et aquae potu; abstinete autem tunc uino et carne : dies enim sunt luctus et non festi. Et quidem in Parasceue ac Sabbato ex parte omni ieiunate, quibus sat uirum suppetit, nihil penitus gustantes usque ad nocturnum galli cantum : si quis uero duos dies continuare non ualet, saltem Sabbatum seruet.

2455. De pervigilio magni Sabbati et de die Resvrrectionis. — Διὸ παραινοῦμεν καὶ ὑμῖν νηστεύειν ταύτας, ὡς καὶ ἡμεῖς ἐνηστεύσαμεν ἐν τῷ ἀναληφθῆναι αὐτὸν ἀφ' ἡμῶν, μέχρις ἑσπέρας, ἐν δὲ ταῖς λοιπαῖς ταῖς πρὸ τῆς παρασκευῆς, ἐνάτῃ ὥραν ἢ ἑσπέραν ἕκαστος ἐσθιέτω, ἢ ὅπως ἄν τις δύναιτο· τῷ δὲ σαββάτῳ μέχρις ἀλεκτοροφωνίας παρατείνοντες, ἀπονηστίζεσθε ἐπιφωσκούσης μιᾶς σαββάτων, ἥτις ἐστὶ κυριακή, ἀπὸ ἑσπέρας ἕως ἀλεκτοροφωνίας ἀγρυπνοῦντες, καὶ ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ συναθροιζόμενοι, γρηγορεῖτε, προσευχόμενοι, καὶ δεόμενοι τοῦ Θεοῦ, ἐν τῇ διανυχτερεύσει ὑμῶν, ἀναγινώσκοντες τὸν νόμον, τοὺς προφήτας, τοὺς ψαλμούς, μέχρις ἀλεκτρυόνων κραυγῆς, καὶ βαπτίσαντες ὑμῶν τοὺς κατηχουμένους, καὶ ἀναγνόντες τὸ Εὐαγγέλιον ἐν φόβῳ καὶ τρόμῳ, καὶ προσλαλήσαντες τῷ λαῷ τὰ πρὸς σωτηρίαν, παύσασθε τοῦ πένθους ὑμῶν, καὶ δεήθητε τοῦ Θεοῦ, ἐπιστραφῆναι τὸν Ἰσραήλ, καὶ λαβεῖν αὐτὸν τόπον μετανοίας καὶ τῆς ἀσεβείας ἄφεσιν. — L. V, c. xix.

Quare monemus uos, ut in his diebus ieiunetis usque ad uesperam, quemadmodum ieiunauimus, quando nobis ereptus est : reliquis uero diebus ante Parasceuen, hora nona, uel uespere unusquisque comedat, uel prout quilibet poterit : at Sabbato usque ad gallicinium permanentes : illucescente una Sabbatorum, quae est dies Dominica, ieiunium soluite; a uespera usque ad galli cantum uigilantes; et in ecclesia congregati in unum, uigiliis, orationibus et ad Deum precibus uacate in pernoctatione uestra, legem, prophetas ac psalmos legite usque ad gallorum cantum, et baptismum conferte uestris catechumenis; et recitate Euangelio in timore ac tremore, habitaque ad populum allocutione de rebus ad salutem pertinentibus, luctui uestro finem imponite; et orate Deum ut conuertatur Israel, locumque paenitentiae accipiat cum uenia impietatis.

2456. Diei Paschae observantia. — ... ἀναστάντος τοῦ Κυρίου, προσενέγκατε τὴν θυσίαν ὑμῶν, περὶ ἧς ὑμῖν διετάξατο δι' ἡμῶν, λέγων· « Τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. » Καὶ λοιπὸν ἀπονηστεύετε, εὐφραινόμενοι καὶ ἑορτάζοντες. — Ibid.

resurgente Domino, offerte sacrificium uestrum, de quo uobis constituit per nos, dicens : « *Hoc facite in meam commemorationem.* » Postea ieiunium dimittite, laetantes et diem festum agentes.

2457. DE DIE OCTAVA PASCHAE. — μετὰ δὲ ὀκτὼ ἡμέρας ἔστω ὑμῖν πάλιν ἑορτὴ τιμία. — Ibid.

post dies uero octo, sit uobis rursus festum honorandum octauus dies.

2458. FESTVM ASCENSIONIS. — Καὶ πάλιν, ἀπὸ τῆς πρώτης Κυριακῆς ἀριθμήσαντες τεσσαράκοντα ἡμέρας, ἀπὸ Κυριακῆς μέχρι πέμπτης, ἑορτάσατε τὴν ἑορτὴν τῆς Ἀναλήψεως τοῦ Κυρίου. — Ibid.

Et iterum, a prima Dominica numeratis quadraginta diebus, post Dominicum diem seu hebdomadae feria quinta celebrate festum Assumptionis Domini.

2459. FESTVM PENTECOSTES. — Μετὰ δὲ δέκα ἡμέρας τῆς Ἀναλήψεως ἥτις ἀπὸ τῆς πρώτης Κυριακῆς πεντεκοστὴ γίνεται, ἑορτὴ μεγάλη ὑμῖν ἔστω. — L. V, c. XX.

post decem dies ab Ascensione, seu quinquagesimo post primam Dominicam die, magnum sit uobis festum Pentecostes.

2460. DE IEIVNIO POST PENTECOSTEN. — Μετὰ οὖν τὸ ἑορτάσαι ὑμᾶς τὴν Πεντηκοστὴν, ἑορτάσατε μίαν ἑβδομάδα· καὶ μετ' ἐκείνην, νηστεύσατε μίαν. — Ibid.

Itaque postquam celebraueritis Pentecosten, celebrate hebdomadam unam; et post illam ieiunate eam quae sequitur.

2461. DIES STATIONVM. — Μετὰ δὲ τὴν ἑβδομάδα τῆς νηστείας, πᾶσαν τετράδα καὶ παρασκευὴν προστάσσομεν ὑμῖν νηστεύειν, καὶ τὴν περισσείαν ὑμῶν τῆς νηστείας πένησιν ἐπιχορηγεῖν. Πᾶν μέντοι Σάββατον, ἄνευ τοῦ ἑνὸς, καὶ πᾶσαν Κυριακὴν, ἐπιτελοῦντες συνόδους, εὐφραίνεσθε· ἔνοχος γὰρ ἁμαρτίας ἔσται ὁ τὴν Κυριακὴν νηστεύων ἡμέραν ἀναστάσεως οὖσαν, ἢ τὴν Πεντηκοστὴν, ἢ ὅλως ἡμέρας Κυρίου κατηφῶν· εὐφρανθῆναι γὰρ δεῖ ἐν αὐταῖς, ἀλλ' οὐ πενθῆσαι. — Ibid.

Post hanc autem hebdomadam ieiunii, in omnibus quartis et sextis uobis praecipimus ieiunare; ac quod ob ieiunium uestrum superfluit, pauperibus elargiri. Et quidem in omni Sabbato, praeter unum, atque in omni Dominica laetos conuentus celebrate : erit enim reus peccati, qui per Dominicam, utpote diem resurrectionis, ieiunauerit, aut qui Pentecosten, uel quemlibet festum diem tristitia funestauerit : tunc enim laetari oportet, non autem lugere.

2462. DE VNO SOLO BAPTISMO. — Ὁμοίως καὶ βαπτίσματι ἑνὶ ἀρκεῖσθαι μόνῳ, τῷ εἰς τὸν τοῦ Κυρίου θάνατον δεδομένῳ· οὐ τῷ παρὰ τῶν δυσωνύμων αἱρετικῶν, ἀλλὰ τῷ παρὰ τῶν ἀμέμπτων ἱερέων δεδομένῳ *εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος*. — L. VI, c. XV.

Itidem contentos esse debere uno baptismo solo, in mortem Domini traditos, non illo quem infausti haeretici, sed quem irreprehensi sacerdotes conferunt *in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti.*

2463. DE CLERICIS CONIVGALIA PRAECEPTA. — Ἐπίσκοπον καὶ πρεσβύτερον καὶ διάκονον εἴπομεν μονογάμους καθίστασθαι, κἂν ζῶσιν αὐτῶν αἱ γαμεταὶ, κἂν τεθνᾶσι· μὴ ἐξεῖναι δὲ αὐτοῖς μετὰ χειροτονίαν ἀγάμοις οὖσιν, ἔτι ἐπὶ γάμον ἔρχεσθαι, ἢ γεγαμηκόσιν, ἑτέραις συμπλέκεσθαι, ἀλλ' ἀρκεῖσθαι, ᾗ ἔχοντες ἦλθον ἐπὶ τὴν χειροτονίαν. Ὑπηρέτας δὲ, καὶ ψαλτῳδοὺς, καὶ ἀναγνώστας, καὶ πυλωροὺς, καὶ αὐτοὺς μονογάμους εἶναι κελεύομεν· εἰ δὲ πρὸ γάμου εἰς κλῆρον παρέλθωσιν, ἐπιτρέπομεν αὐτοῖς γαμεῖν, εἴγε πρὸς τοῦτο πρόσθεσιν ἔχουσιν, ἵνα μὴ ἁμαρτήσαντες, κολάσεως τύχωσιν. Οὐδενὶ δὲ τῶν ἐν τῷ κλήρῳ κελεύομεν ἢ ἑταίραν, ἢ οἰκέτιν, ἢ χήραν, καὶ ἐκβεβλημένην λαμβάνειν, ὡς καὶ ὁ νόμος λέγει. Διακόνισσα δὲ γινέσθω παρθένος ἁγνή· εἰ δὲ μήγε, κἂν χήρα μονόγαμος, πιστὴ καὶ τιμία. — L. VI, c. XVII.

In episcopum, presbyterum et diaconum constitui praecipimus uiros unius matrimonii, siue uiuant eorum uxores, siue obierint; non licere autem illis post ordinationem, si uxores non habeant, matrimonium contrahere, aut si uxores habeant cum aliis copulari; sed contentos esse ea, quam habentes, ad ordinationem uenerunt. Ministros uero, cantores, lectores et ostiarios, ipsos quoque monogamos esse iubemus : quod si ante coniugium ad clerum accesserint, permittimus eis uxores accipere, si quidem ad id propensionem habent, ne, cum deliquerint, in castigationem incurrant. Nulli autem clerico permittimus ducere aut meretricem, aut ancillam, aut uiduam, aut repudiatam, sicut enim lex ait. Diaconissa uero eligatur uirgo pudica, sin minus, saltem uidua, unius quondam uiri uxor, fidelis et digna honore.

2464. DE MVNERE CLERICORVM. — Τοὺς δὲ μετανοοῦντας προσδέχεσθε· τοῦτο γὰρ θέλημα Θεοῦ ἐν Χριστῷ· τοὺς κατηχουμένους στοιχειώσαντες βαπτίσατε. Τοὺς ἀθέους αἱρεσιώτας ἀμετανοήτως ἔχοντας διαστείλαντες, ἀφορίσατε ἀπὸ τῶν πιστῶν, καὶ τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ ἐκκηρύκτους ποιήσατε, καὶ παραγγείλατε τοῖς πιστοῖς παντοίως αὐτῶν ἀπέχεσθαι, καὶ μήτε λόγοις, μήτε προσευχαῖς κοινωνεῖν αὐτοῖς. — L. VI, c. XVIII.

Porro suscipite paenitentes : haec est enim uoluntas Dei in Christo. Catechumenos elementa religionis docete ac postea baptizate. Impios haereticos resipiscere nolentes diducite, et a fidelibus separate, et Ecclesia Dei palam expellite, simulque denuntiate fidelibus, ut eos deuitent, neue eum eis uel in sermone, uel in precibus habeant communionem.

2465. DE CVRA PRO MORTVIS ET DE EXSEQVIIS. — συναθροίζεσθε ἐν τοῖς κοιμητηρίοις, τὴν ἀνάγνωσιν τῶν ἱε-

congregamini in coemeteriis, lectionem sacrorum librorum facientes, atque psallentes pro defunctis mar-

ρῶν βιβλίων ποιούμενοι, καὶ ψάλλοντες ὑπὲρ τῶν κεκοιμημένων μαρτύρων καὶ πάντων τῶν ἀπ' αἰῶνος ἁγίων, καὶ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν τῶν ἐν Κυρίῳ κεκοιμημένων· καὶ τὴν ἀντίτυπον τοῦ βασιλείου σώματος Χριστοῦ δεκτὴν εὐχαριστίαν προσφέρετε ἔν τε ταῖς ἐκκλησίαις ὑμῶν, καὶ ἐν τοῖς κοιμητηρίοις· καὶ ἐν ταῖς ἐξόδοις τῶν κεκοιμημένων, ψάλλοντες προπέμπετε αὐτούς, ἐὰν ὦσι πιστοὶ ἐν Κυρίῳ·

« *Τίμιος γὰρ ἐναντίον Κυρίου ὁ θάνατος τῶν ὁσίων αὐτοῦ* »,

καὶ πάλιν·

« *Ἐπίστρεψον ἡ ψυχή μου εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου, ὅτι Κύριος εὐηργέτησέ με* »,

καὶ ἐν ἄλλοις·

« *Μνήμη δικαίων μετ' ἐγκωμίων* »,

καί·

« *Δικαίων ψυχαὶ ἐν χειρὶ Θεοῦ* ». — L. VI, c. xxx.

tyribus et omnibus a saeculo sanctis, et pro fratribus uestris qui in Domino dormierunt : item antitypam regalis corporis Christi et acceptam seu gratam eucharistiam offerte in ecclesiis uestris, et in coemeteriis; atque in funeribus mortuorum, cum psalmis deducite eos, si fuerint fideles in Domino :

« *Pretiosa enim in conspectu Domini mors sanctorum eius* »,

et iterum :

« *Conuertere anima mea, in requiem tuam; quia Dominus benefecit mihi* »,

et alio in loco :

« *Memoria iustorum cum laudibus* »,

et :

« *Iustorum animae in manu Dei* ».

2466. Cvltvs sanctorvm. — Οὔκουν τῶν παρὰ Θεῷ ζώντων οὐδὲ τὰ λείψανα ἄτιμα. — Ibid.

Igitur eorum qui apud Deum uiuunt nec relliquiae pretio ac honore carent.

2467. Regvlae fidei fragmenta. — ..... *Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Ναζωραίου, τοῦ σταυρωθέντος ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου καὶ Ἡρώδου, καὶ κοιμηθέντος καὶ ἀναστάντος ἐκ νεκρῶν, καὶ πάλιν ἐρχομένου ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος μετὰ δόξης καὶ δυνάμεως πολλῆς, καὶ τοὺς μὲν νεκροὺς ἀνεγείροντος, τῷ κόσμῳ δὲ τέλος ἐπάγοντος, ἑκάστῳ δὲ τὰ πρὸς ἀξίαν ἀπονέμοντος.* — Ibid.

..... *Iesu Christi Nazareni, sub Pontio Pilato ac Herode crucifixi, mortui atque a mortuis excitati, iterum uenturi cum gloria et uirtute multa in saeculi consummatione suscitari mortuos inducturi finem mundo, et retributuri unicuique pro meritis.*

2468. Doxologia. — *δι' οὗ τὸ σέβας, καὶ ἡ μεγαλωσύνη, καὶ ἡ δόξα τῷ παντοκράτορι Θεῷ, καὶ νῦν, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.* — Ibid.

per quem (Christum) *adoratio, et magnificentia, et gloria omnipotenti Deo, et nunc, et in saecula. Amen.*

2469. Qvomodo oporteat baptizare. — 1) Περὶ δὲ βαπτίσματος, ὦ ἐπίσκοπε ἢ πρεσβύτερε, ἤδη μὲν καὶ πρότερον διεταξάμεθα, καὶ νῦν δέ φαμεν ὅτι οὕτω βαπτίσεις, ὡς ὁ Κύριος διετάξατο ἡμῖν λέγων· « Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς *εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος*, διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν πάντα ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν », τοῦ ἀποστείλαντος Πατρός, τοῦ ἐλθόντος Χριστοῦ, τοῦ μαρτυρήσαντος Παρακλήτου. — Χρίσεις δὲ πρῶτον ἐλαίῳ ἁγίῳ, ἔπειτα βαπτίσεις ὕδατι καὶ τὸ τελευταῖον σφραγίσεις μύρῳ· ἵνα τὸ μὲν χρίσμα μετοχὴ ᾖ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τὸ δὲ ὕδωρ σύμβολον τοῦ θανάτου, τὸ δὲ μύρον σφραγὶς τῶν συνθηκῶν. Εἰ δὲ μήτε ἔλαιον, ἢ μήτε μύρον, ἀρκεῖ ὕδωρ καὶ πρὸς χρῖσιν καὶ πρὸς σφραγῖδα καὶ πρὸς ὁμολογίαν τοῦ ἀποθανόντος ἤτοι συναποθνήσκοντος.

1) *Baptismus.* De baptismo, o episcope et presbyter, iam antea praecepimus, ac nunc quoque dicimus, quod baptizare debes quemadmodum Dominus praecepit uobis dicens : « Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos *in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti*, docentes eos seruare omnia quae praecepi uobis », Patris qui misit, Christi qui uenit, Paracleti qui testimonium dedit. — Vnges autem prius oleo sancto, deinde baptizabis aqua, postremo consignabis unguento, ut unctio sit participatio Spiritus sancti; aqua sit symbolum mortis, unguentum uero sigillum pactionum. Si desit oleum uel unguentum, sufficit aqua et ad unctionem et ad confessionem morientis (in Christo), siue commorientis.

2) Πρὸ δὲ τοῦ βαπτίσματος νηστευέτω ὁ βαπτιζόμενος· καὶ γὰρ ὁ Κύριος πρῶτον βαπτισθεὶς ὑπὸ Ἰωάννου καὶ εἰς τὴν ἔρημον αὐλισθείς, μετέπειτα ἐνήστευσε τεσσαράκοντα ἡμέρας καὶ τεσσαράκοντα νύκτας. Ἐβαπτίσθη δὲ καὶ ἐνήστευσεν οὐχ αὐτὸς ἀπορυπώσεως ἢ νηστείας χρείαν ἔχων ἢ καθάρσεως ὁ τῇ φύσει καθαρὸς καὶ ἅγιος, ἀλλ' ἵνα καὶ Ἰωάννῃ ἀλήθειαν προσμαρτυρήσῃ καὶ ἡμῖν ὑπογραμμὸν παράσχηται. Οὔκουν ὁ μὲν Κύριος οὐκ εἰς ἑαυτοῦ πάθος ἐβαπτίσατο ἢ θάνατον ἢ ἀνάστασιν, (οὐδέπω γὰρ οὐδὲν τούτων ἐγεγόνει), ἀλλ' εἰς διάταξιν ἑτέραν, διὸ καὶ ἀπ'

2) *Ieiunium.* Ante baptismum ieiunet qui est baptizandus. Etenim Dominus prius baptizatus a Ioanne et in desertum ductus, postea ieiunauit quadraginta diebus et quadraginta noctibus. Baptizatus autem et ieiunauit, non quod ipsi opus erat ablutione sordium aut ieiunio uel purgatione, qui natura purus ac sanctus erat, sed ut Ioanni ueritatem comprobaret, et nobis regulam praescriberet. Dominus igitur in suam passionem non est baptizatus, neque in mortem, neque in resurrectionem; nihil enim horum adhuc uenerat, sed ad aliorum institutionem. Ideoque ex potestate ieiunat

ἐξουσίας μετὰ τὸ βάπτισμα νηστεύει ὡς Κύριος Ἰωάννου· ὁ δὲ εἰς τὸν αὐτοῦ θάνατον μυούμενος πρότερον ὀφείλει νηστεῦσαι καὶ τότε βαπτίσασθαι· οὐ γὰρ δίκαιον τὸν συνταφέντα καὶ συναναστάντα παρ' αὐτὴν τὴν ἀνάστασιν κατηφεῖν, οὐ γὰρ κύριος ὁ ἄνθρωπος τῆς διατάξεως τῆς τοῦ σωτῆρος· ἐπείπερ ὁ μὲν δεσπότης, ὁ δὲ ὑπήκοος. — L. VII, c. XXII.

post baptismum, ut Dominus Ioannis. Qui uero in eius mortem initiatur, primum ieiunare debet et postea baptizari; non enim aequum est ut qui sepultus est cum eo et surrexit, in ipsa resurrectione lugeat, penes namque hominem non est institutio Saluatoris, hic enim Dominus est, ille famulus.

2470. Qvibvs diebvs hebdomadis ieivnandvm sit, et qvibvs non ieivnandvm. — Αἱ δὲ νηστεῖαι ὑμῶν μὴ ἔστωσαν μετὰ τῶν ὑποκριτῶν, νηστεύουσι γὰρ δευτέρᾳ σαββάτων καὶ πέμπτῃ. Ὑμεῖς δὲ ἢ τὰς πέντε νηστεύσατε ἡμέρας, ἢ τετράδα καὶ παρασκευήν· ὅτι τῇ μὲν τετράδι ἡ κρίσις ἐξῆλθεν ἡ κατὰ τοῦ Κυρίου, Ἰούδα χρήμασιν ἐπαγγειλαμένου τὴν προδοσίαν· τὴν δὲ παρασκευήν, ὅτι ἔπαθε Κύριος ἐν αὐτῇ πάθος τὸ διὰ σταυροῦ ὑπὸ Ποντίου Πιλάτου. Τὸ σάββατον μέντοι καὶ τὴν κυριακὴν ἑορτάζετε, ὅτι τὸ μὲν δημιουργίας ἐστὶν ὑπόμνημα, ἡ δὲ ἀναστάσεως. Ἓν δὲ μόνον σάββατον ὑμῖν φυλακτέον ἐν ὅλῳ τῷ ἐνιαυτῷ τὸ τῆς τοῦ Κυρίου ταφῆς, ὅπερ νηστεύειν προσῆκεν, ἀλλ' οὐχ ἑορτάζειν· ἐν ὅσῳ γὰρ ὁ δημιουργὸς ὑπὸ γῆν τυγχάνει, ἰσχυρότερον τὸ περὶ αὐτοῦ πένθος τῆς κατὰ τὴν δημιουργίαν χαρᾶς, ὅτι ὁ δημιουργὸς τῶν ἑαυτοῦ δημιουργημάτων φύσει τε καὶ ἀξίᾳ τιμιώτερος. — L. VII, c. XXIII.

Sed ieiunia uestra non sint cum hypocritis; ieiunant enim in secunda et quinta sabbatorum; uos uero uel per hos quinque dies ieiunate, uel quarta feria aut parasceue; quoniam quidem quarta hebdomadis die iudicium contra Dominum prodiit, cum Iudas, pecunia accepta, proditionem pollicitus est; parasceue autem, quod illa die Dominus passus est crucis supplicium sub Pontio Pilato. Sabbatum interim Dominicamque diem celebrate, quoniam illud creationis monimentum est, haec resurrectionis. Vnum autem sabbatum seruandum uobis est in toto anno, quod pertinet ad sepulturam Domini, in quo ieiunare decet, non festum agere : quamdiu enim naturae auctor sub terra degit, ualidior de eo luctus est, quam ob naturam conditam laetitia, cum opifex natura et dignitate sit operibus suis praestantior.

2471. Oratio dominica. Ter in die orandvm. — Ὅταν δὲ προσεύχησθε, μὴ γίνεσθε ὡς οἱ ὑποκριταί, ἀλλ' ὡς ὁ Κύριος ἡμῖν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ διετάξατο, οὕτω προσεύχεσθε· « *Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου· ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου· γενηθήτω τὸ θέλημά σου ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς· τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον· καὶ ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν· καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ, ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία εἰς τοὺς αἰῶνας· ἀμήν.* »

Cum autem oraueritis, ne sitis quemadmodum hypocritae; sed, sicut Dominus nobis in Euangelio praecepit, ita orate : « *Pater noster qui es in coelis, sanctificetur nomen tuum; adueniat regnum tuum; fiat uoluntas tua, sicut in coelo et in terra; panem nostrum cottidianum da nobis hodie; et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris : et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo : quia tuum est regnum in saecula. Amen.* »

Τρὶς τῆς ἡμέρας οὕτω προσεύχεσθε, προπαρασκευάζοντες ἑαυτοὺς ἀξίους τῆς υἱοθεσίας τοῦ Πατρός, ἵνα μὴ ἀναξίως ὑμῶν αὐτὸν Πατέρα καλούντων, ὀνειδισθῆτε ὑπ' αὐτοῦ, ὡς καὶ ὁ Ἰσραὴλ ὅ ποτε πρωτότοκος υἱὸς ἤκουσεν ὅτι « Εἰ πατήρ εἰμι, ποῦ ἐστιν ἡ δόξα μου; καὶ εἰ κύριός εἰμι, ποῦ ἐστιν ὁ φόβος μου; » δόξα γὰρ πατέρων ὁσιότης παίδων καὶ τιμὴ δεσποτῶν οἰκετῶν φόβος, ὥσπερ οὖν τὸ ἐναντίον ἀδοξία καὶ ἀναρχία· « Δι' ὑμᾶς γάρ, φησί, τὸ ὄνομά μου βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσιν. » — L. VII, c. XXIV.

Ter in die sic orate : et praeparate uos, ut sitis digni adoptione Patris; ne, cum eum indigne Patrem appellabitis, probrum ab eo referatis : sicut et Israël, qui olim erat primogenitus filius, audiuit : « Si pater ego sum, ubi est honor meus? et si dominus sum, ubi est timor meus? » Honor enim patrum est sanctitas filiorum; et honor herorum, famulorum metus : quemadmodum utique quod contrarium est, despectio et imperii abiectio censetur. « Propter uos enim, inquit, nomen meum blasphematur in gentibus. »

2472. Gratiarvm actio mystica. — Γίνεσθε δὲ πάντοτε εὐχάριστοι, ὡς πιστοὶ καὶ εὐγνώμονες δοῦλοι· περὶ μὲν τῆς εὐχαριστίας οὕτω λέγοντες·

Εὐχαριστοῦμέν σοι, Πάτερ ἡμῶν, ὑπὲρ ζωῆς ἧς ἐγνώρισας ἡμῖν διὰ Ἰησοῦ τοῦ παιδός σου, δι' οὗ καὶ τὰ πάντα ἐποίησας καὶ τῶν ὅλων προνοεῖς, ὃν καὶ ἀπέστειλας ἐπὶ σωτηρίᾳ τῇ ἡμετέρᾳ γενέσθαι ἄνθρωπον, ὃν καὶ συνεχώρησας παθεῖν καὶ ἀποθανεῖν, ὃν καὶ ἀναστήσας ηὐδόκησας δοξάσαι καὶ ἐκάθισας ἐκ δεξιῶν σου, δι' οὗ καὶ ἐπηγγείλω ἡμῖν τὴν ἀνάστασιν τῶν νεκρῶν. Σὺ δέσποτα παντοκράτορ, Θεὲ αἰώνιε, ὥσπερ ἦν τοῦτο διεσκορπισμένον καὶ συναχθὲν ἐγένετο εἷς ἄρτος, οὕτω συνάγαγέ σου τὴν ἐκκλησίαν ἀπὸ τῶν περάτων τῆς γῆς εἰς τὴν σὴν βασιλείαν. Ἔτι εὐχαρι-

Estote autem semper ad gratias agendas intenti, ut fideles et graui serui : et de eucharistia quidem ita dicite :

Gratias agimus tibi, Pater noster, pro uita quam manifestasti nobis per Iesum Filium tuum; per quem tum omnia creasti, tum uniuersis prouides; quem et misisti, ut ad salutem nostram homo fieret; quem etiam permisisti pati et mori; quem et resuscitans glorificare uoluisti et sedere fecisti ad dexteram tuam : per quem et promisisti nobis resurrectionem mortuorum. Tu, Domine omnipotens, Deus aeterne : quemadmodum hoc erat dispersum, et cum fuit congregatum, factus est unus panis, ita congrega Ecclesiam tuam a finibus terrae in regnum. Adhuc gratias agimus, Pater noster, pro pretioso

στοῦμεν, Πάτερ ἡμῶν, ὑπὲρ τοῦ τιμίου αἵματος Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἐκχυθέντος ὑπὲρ ἡμῶν καὶ τοῦ τιμίου σώματος οὗ καὶ ἀντίτυπα ταῦτα ἐπιτελοῦμεν, αὐτοῦ διαταξαμένου ἡμῖν καταγγέλλειν τὸν αὐτοῦ θάνατον· δι' αὐτοῦ γάρ σοι καὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας· ἀμήν.

Μηδεὶς δὲ ἐσθιέτω ἐξ αὐτῶν τῶν ἀμυήτων, ἀλλὰ μόνοι οἱ βεβαπτισμένοι εἰς τὸν τοῦ Κυρίου θάνατον. Εἰ δέ τις ἀμύητος κρύψας ἑαυτὸν μεταλάβῃ, κρίμα αἰώνιον φάγεται, ὅτι μὴ ὢν τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως μετέλαβεν ὧν οὐ θέμις, εἰς τιμωρίαν ἑαυτοῦ· εἰ δέ τις κατὰ ἄγνοιαν μετελάβοι, τοῦτον τάχιον στοιχειώσαντες μυήσατε, ὅπως μὴ καταφρονητὴς ἐξέλθοι. — L. VII, c. XXV.

sanguine Iesu Christi effuso nostra causa; et pro pretioso corpore, cuius et haec antitypa celebramus, cum ipse nobis constituerit mortem illius annuntiare : per ipsum enim tibi gloria in saecula. Amen.

Nullus porro ex iis qui initiati seu baptizati non sunt, ex eis comedat; sed soli ii qui baptizati fuerunt in Domini mortem. Si quis uero non initiatus, celauerit se ipsum, et sic communicauerit, iudicium aeternum manducabit; quod non addictus fidei in Christum, quae fas non erat sumpsit, in supplicium suum. Si quis autem per ignorantiam participauerit, hunc cito instruite, ac baptismo initiate, ne contemptor exeat.

2473. GRATIARVM ACTIO POST DIVINAM COMMVNIONEM. — Μετὰ δὲ τὴν μετάληψιν οὕτως εὐχαριστήσατε·

Εὐχαριστοῦμέν σοι, ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ Ἰησοῦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, ὑπὲρ τοῦ ἁγίου οὗ κατεσκήνωσας ἐν ἡμῖν, καὶ ὑπὲρ τῆς γνώσεως καὶ πίστεως καὶ ἀγάπης καὶ ἀθανασίας ἧς ἔδωκας ἡμῖν διὰ Ἰησοῦ τοῦ παιδός σου. Σὺ δέσποτα παντοκράτορ, ὁ Θεὸς τῶν ὅλων, ἐκτίσας τὸν κόσμον καὶ τὰ ἐν αὐτῷ δι' αὐτοῦ, καὶ νόμον κατεφύτευσας ἐν ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν καὶ τὰ πρὸς μετάληψιν προευτρέπισας ἀνθρώποις· ὁ Θεὸς τῶν ἁγίων καὶ ἀμέμπτων πατέρων ἡμῶν, Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ, τῶν πιστῶν δούλων σου· ὁ δυνατὸς Θεὸς, ὁ πιστὸς καὶ ἀληθινὸς καὶ ἀψευδὴς ἐν ταῖς ἐπαγγελίαις· ὁ ἀποστείλας ἐπὶ γῆς Ἰησοῦν τὸν Χριστόν σου ἀνθρώποις συναναστραφῆναι ὡς ἄνθρωπον, Θεὸν ὄντα Λόγον καὶ ἄνθρωπον, καὶ τὴν πλάνην πρόῤῥιζον ἀνελεῖν· αὐτὸς καὶ νῦν δι' αὐτοῦ μνήσθητι τῆς ἁγίας σου ἐκκλησίας ταύτης, ἣν περιεποιήσω τῷ τιμίῳ αἵματι τοῦ Χριστοῦ σου, καὶ ῥῦσαι αὐτὴν ἀπὸ παντὸς πονηροῦ καὶ τελείωσον αὐτὴν ἐν τῇ ἀγάπῃ σου καὶ τῇ ἀληθείᾳ σου, καὶ συνάγαγε πάντας ἡμᾶς εἰς τὴν σὴν βασιλείαν, ἣν ἡτοίμασας αὐτήν. Μαραναθά· ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβὶδ, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου, Θεὸς Κύριος, ὁ ἐπιφανεὶς ἡμῖν ἐν σαρκί. Εἴ τις ἅγιος, προσερχέσθω· εἰ δέ τις οὐκ ἔστι, γινέσθω διὰ μετανοίας. Ἐπιτρέπετε δὲ καὶ τοῖς πρεσβυτέροις ὑμῶν, εὐχαριστεῖν. — L. VII, c. XXVI.

Post communionem uero sic gratias agite :

Gratias agimus tibi, Deus et Pater Iesu saluatoris nostri, pro sancto nomine tuo, quod habitare fecisti in nobis; et pro cognitione, fide, charitate et immortalitate, quae dedisti nobis per Iesum Filium tuum. Tu, Domine omnipotens, Deus uniuersorum, creasti mundum et quae sunt in eo, per ipsum; et legem inseruisti in animabus nostris; uictui accommoda praeparasti hominibus. Deus sanctorum et inculpatorum patrum nostrorum, Abrahami, Isaaci, et Iacobi, fidelium seruorum tuorum. Deus potens, fidelis et uerax, et in promissis non mendax : qui misisti in terram Iesum Christum tuum, ut cum hominibus conuersaretur tanquam homo, cum sit et Deus Verbum, et homo, utque errorem radicitus euelleret. Ipse et nunc per eum memento huiusce sanctae Ecclesiae tuae, quam acquisiisti pretioso sanguine Christi tui; atque eam ab omni malo libera; et perfice illam in charitate tua, et ueritate tua; nosque omnes congrega in regnum tuum, quod praeparasti : hoc Maranatha. Hosanna filio Dauid. Benedictus qui uenit in nomine Domini : Deus Dominus, qui apparuit nobis in carne. Si quis sanctus est, accedat : si quis uero talis non est, fiat per paenitentiam. Committite autem et presbyteris uestris, ut gratias agant.

2474. GRATIARVM ACTIO PRO MYSTICO VNGVENTO. — Περὶ δὲ τοῦ μύρου οὕτως εὐχαριστήσατε· *Εὐχαριστοῦμέν σοι, Θεὲ δημιουργὲ τῶν ὅλων, καὶ ὑπὲρ τῆς εὐωδίας τοῦ μύρου, καὶ ὑπὲρ τοῦ ἀθανάτου αἰῶνος, οὗ ἐγνώρισας ἡμῖν διὰ Ἰησοῦ τοῦ παιδός σου. Ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ δόξα, καὶ ἡ δύναμις, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.* — L. VII, c. XXVII.

Pro unguento autem, hunc in modum gratias agite: *Gratias agimus tibi, Deus creator omnium, etiam pro fragrantia unguenti; et pro immortali saeculo, quod notificasti nobis per Iesum Filium tuum. Quoniam ad te pertinet gloria, et potestas in saecula. Amen.*

2475. DE OBLATIONIBVS. — Πᾶσαν ἀπαρχὴν γεννημάτων ληνοῦ, ἅλωνος, βοῶν τε καὶ προβάτων, δώσεις τοῖς ἱερεῦσιν, ἵνα εὐλογηθῶσιν αἱ ἀποθῆκαι τῶν ταμείων σου, καὶ τὰ ἐκφόρια τῆς γῆς σου, καὶ στηριχθῇς σίτῳ καὶ οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ καὶ αὐξηθῇ τὰ βουκόλια τῶν βοῶν σου, καὶ τὰ ποίμνια τῶν προβάτων σου. Πᾶσαν δεκάτην δώσεις τῷ ὀρφανῷ καὶ τῇ χήρᾳ τῷ πτωχῷ καὶ τῷ προσηλύτῳ· πᾶσαν ἀπαρχὴν ἄρτων, θερμῶν, κεραμίου οἴνου, ἢ ἐλαίου, ἢ μέλιτος, ἢ ἀκροδρύων σταφυλῆς, ἢ τῶν ἄλλων τὴν ἀπαρχὴν δώσεις τοῖς ἱερεῦσιν, ἀργυρίου δὲ καὶ ἱματισμοῦ καὶ παντὸς κτήματος, τῷ ὀρφανῷ καὶ τῇ χήρᾳ. — L. VII, c. XXIX.

Omnes primitias prouenientes e torculari, area et bobus atque ouibus, sacerdotibus dabis, ut benedicantur reposita in cellariis tuis, et fructus terrae tuae; utque innitaris frumento, uino et oleo, augeanturque armenta boum tuorum, et greges ouium tuarum. Omnem decimam dabis pupillo ac uiduae, pauperi et aduenae, omnes primitias panum calidorum, uini e dolio, aut olei, aut mellis, aut fructuum, uuae, aut aliorum primitias dabis sacerdotibus; argenti uero et uestimenti, omnisque possessionis, orphano ac uiduae.

2476. De diei Dominicae celebratione. — Τὴν ἀναστάσιμον τοῦ Κυρίου ἡμέραν, τὴν Κυριακήν φαμεν, συνέρχεσθε ἀδιαλείπτως, εὐχαριστοῦντες τῷ Θεῷ καὶ ἐξομολογούμενοι ἐφ' οἷς εὐηργέτησεν ὑμᾶς ὁ Θεὸς διὰ Χριστοῦ. — L. VII, c. xxx.

Die resurrectionis Domini, hoc est Dominica, conuenite assidue, gratias agentes Deo et confitentes de beneficiis quae in uos contulit Deus per Christum.

2477. Ministrorvm electio. — Προχειρίσασθε δὲ ἐπισκόπους ἀξίους τοῦ Κυρίου, καὶ πρεσβυτέρους, καὶ διακόνους. — L. VII, c. xxxi.

Eligite autem episcopos dignos Domino et presbyteros ac diaconos.

2478. Deprecatio. — *Αἰώνιε Σῶτερ ἡμῶν, ὁ βασιλεὺς τῶν θεῶν· ὁ ὢν μόνος παντοκράτωρ καὶ Κύριος· ὁ Θεὸς πάντων τῶν ὄντων, καὶ Θεὸς τῶν ἁγίων καὶ ἀμέμπτων πατέρων ἡμῶν καὶ τῶν πρὸ ἡμῶν, ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακώβ· ὁ ἐλεήμων καὶ οἰκτίρμων, ὁ μακρόθυμος καὶ πολυέλεος· ᾧ πᾶσα γυμνοφανὴς βλέπεται καρδία, καὶ πᾶν κρύφιον ἐνθύμημα ἀποκαλύπτεται· πρὸς σὲ βοῶσι ψυχαὶ δικαίων· ἐπὶ σοὶ πεποίθασιν ἐλπίδες ὁσίων. Ὁ τῶν ἀμέμπτων Πατὴρ, ὁ τῶν μετ' εὐθύτητος ἐπικαλουμένων σε ἐπήκοος, ὁ καὶ σιωπωμένας ἐπιστάμενος ἐντεύξεις· χωρεῖ γὰρ μέχρι σπλάγχνων ἀνθρωπίνων ἡ σὴ πρόνοια, καὶ διὰ συνειδήσεως ἐρευνᾷς ἑκάστου τὴν γνώμην. Καὶ κατὰ πᾶν κλίμα τῆς οἰκουμένης τὸ διὰ προσευχῆς καὶ λόγων ἀναπέμπεταί σοι θυμίαμα. Ὁ τὸν παρόντα αἰῶνα, στάδιον δικαιοσύνης ἐνστησάμενος, πᾶσι δὲ ἀνοίξας πύλην ἐλεημοσύνης· ὑποδείξας δὲ ἑκάστῳ τῶν ἀνθρώπων, διὰ τῆς ἐμφύτου γνώσεως καὶ φυσικῆς κρίσεως, καὶ ἐκ τῆς τοῦ νόμου ὑποφωνήσεως, ὡς πλούτου μὲν οὐκ ἀΐδιον τὸ κτῆμα, εὐπρεπείας οὐκ ἀέναον τὸ κάλλος· δυνάμεως εὐδιάλυτος ἡ ἰσχύς· καὶ ἀτμὸς μὲν καὶ ματαιότης τὰ σύνολα, μόνη δὲ συνείδησις πίστεως ἀνύπουλος διαβαίνει, διὰ μέσον οὐρανῶν μετ' ἀληθείας ἀνερχομένη, τῆς μελλούσης τροφῆς δεξιὰν ἀπολαμβάνει· ἅμα καὶ πρὸ τοῦ παραστῆναι ὑπόσχεσιν τῆς παλιγγενεσίας, αὐτὴ ἡ ψυχὴ τῇ ἐλπίδι γαυρουμένη εὐφραίνεται. Ἐξ ἀρχῆς γὰρ, τοῦ προπάτορος ἡμῶν Ἀβραὰμ μεταπονουμένου τὴν ὁδὸν τῆς ἀληθείας, ὁραματισμῷ ὡδήγησας, διδάξας, ὅ τι ποτέ ἐστιν ὁ αἰὼν οὗτος· καὶ τῆς μὲν πίστεως αὐτοῦ προώδευσεν ἡ γνῶσις, τῆς δὲ γνώσεως ἀκόλουθος γέγονεν ἡ πίστις, τῆς δὲ πίστεως ἦν ἀκόλουθος ἡ διαθήκη· εἶπας γάρ· « Ποιήσω τὸ σπέρμα σου ὡς τοὺς ἀστέρας τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ὡς τὴν ἄμμον τὴν παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης. » Ἀλλὰ μὴν καὶ τὸν Ἰσαὰκ αὐτῷ δωρησάμενος, καὶ ὅμοιον αὐτὸν εἰδὼς ἐκείνου τῷ τρόπῳ, καὶ αὐτοῦ ἐπεκλήθης Θεὸς, εἰπών· « Ἔσομαί σου Θεὸς, καὶ τοῦ σπέρματός σου μετὰ σέ. » Καὶ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἰακὼβ ἐπὶ Μεσοποταμίαν στελλομένου, δείξας τὸν Χριστὸν, δι' αὐτοῦ ἐλάλησας, εἰπών· « Ἰδοὺ ἐγώ εἰμι μετὰ σοῦ, καὶ αὐξανῶ σε, καὶ πληθυνῶ σε σφόδρα. » Καὶ οὕτως εἶπας πρὸς Μωϋσῆν τὸν πιστὸν καὶ ἅγιόν σου θεράποντα, ἐπὶ τῆς ὀπτασίας τῆς βάτου· « Ἐγώ εἰμι ὁ ὤν· τοῦτό μοι ὄνομά ἐστιν αἰώνιον, καὶ μνημόσυνον γενεαῖς γενεῶν. » Ὑπέρμαχε γένους Ἀβραὰμ, εὐλογητὸς εἶ εἰς τοὺς αἰῶνας.* — L. VII, c. xxxiii.

Aeterne saluator noster, Rex deorum; qui solus omnipotens es ac Dominus; Deus omnium rerum, et Deus sanctorum ac inculpatorum patrum nostrorum ac maiorum; Deus Abraham et Isaac et Iacob, misericors et miserator, longanimis et multae misericordiae, cui omne cor patet nudum et omnis occulta cogitatio apparet : ad te clamant animae iustorum, in te spes sanctorum nituntur. Pater irreprehensorum, te recte inuocantium auditor, qui etiam tacitos appellatione intelligis : pertingit enim usque ad humana uiscera prouidentia tua et per conscientiam scrutaris unius cuiusque uoluntatem. Atque per omnem regionem orbis mittitur tibi thymiama precationis ac sermonum. Qui saeculum praesens, studium iustitiae instituisti, omnibus autem aperuisti ianuam misericordiae; singulis uero hominibus, per insitam cognitionem ac naturale iudicium, et ex legis instigatione, ostendisti quod diuitiarum non est perpetua possessio, uenustatis non perenne decus; quod uirium facile dissoluitur firmitudo; quodque cuncta quidem sunt uapor ac uanitas, sola uero conscientia fidei non subdolae euadit per medios coelos cum ueritate ascendens, futurarum deliciarum dexteram prehendit; simul et antequam promissum iteratae per resurrectionem natiuitatis praestetur, ipsa anima spe exsultans laetatur. Ab initio enim, progenitore nostro Abrahamo uiam ueritatis capessente, eum apparendo duxisti, docens quidnam esset hoc saeculum : et illius quidem fidei praeiuit cognitio, cogitationis autem consequens fuit fides, fidei uero consequentia exstitit pactum, dixisti enim : « Faciam semen tuum sicut stellas coeli, et sicut arenam quae est in littore maris. » Sed et Isaac illi donans, sciensque eum illi moribus similem, eius quoque Deus appellatus es dicens : » Ero Deus tuus et seminis tui post te. « Atqui cum pater noster Iacobus in Mesopotamiam iret, per Christum quem ei ostendisti, locutus es, dicens : « Ecce ego sum tecum, et augebo te et multiplicabo te ualde. » Et Moysi fideli ac sancto famulo tuo sic dixisti, in rubi uiso : « Ego sum qui sum. Hoc mihi nomen est aeternum et memoriale generationibus generationum. » Propugnator generis Abrahami, benedictus est in saecula.

2479. Deprecatio. — *Εὐλογητὸς εἶ, Κύριε βασιλεῦ τῶν αἰώνων· ὁ διὰ Χριστοῦ ποιήσας τὰ ὅλα, καὶ δι' αὐτοῦ ἐν ἀρχῇ κοσμήσας τὰ ἀκατασκεύαστα· ὁ διαχωρίσας ὕδατα ὑδάτων στερεώματι, καὶ πνεῦμα*

Benedictus es, Domine, rex saeculorum; qui per Christum fecisti uniuersa, et per eum in principio ornasti informia; qui aquas ab aquis firmamento separasti, et his spiritum uitalem indidisti; qui terram stabilisti,

ζωτικὸν τούτοις ἐμβαλών· ὁ γῆν ἑδράσας, καὶ οὐρανὸν ἐκτείνας, καὶ τὴν ἑκάστου τῶν κτισμάτων ἀκριβῆ διάταξιν κοσμήσας. Σῇ γὰρ ἐνθυμήσει, Δέσποτα, κόσμος πεφαίδρυνται· οὐρανὸς δὲ ὡς καμάρα πεπηγμένος, ἠγλάϊσται ἄστροις, ἕνεκεν παραμυθίας τοῦ σκότους· φῶς δὲ καὶ ἥλιος εἰς ἡμέρας καὶ καρπῶν γονὰς γεγέννηνται· σελήνη δὲ εἰς καιρῶν τροπὴν, αὔξουσα καὶ μειουμένη· καὶ νὺξ ὠνομάζετο, καὶ ἡμέρα προσηγορεύετο, στερέωμα δὲ διὰ μέσον τῶν ἀβύσσων ἐδείκνυτο· καὶ εἶπας συναχθῆναι τὰ ὕδατα, καὶ ὀφθῆναι τὴν ξηράν. Αὐτὴν δὲ τὴν θάλασσαν πῶς ἄν τις ἐκφράσειεν; ἥτις ἄρχεται μὲν ἀπὸ πελάγους μαινομένη· παλινδρομεῖ δὲ, ἀπὸ ψάμμου τῇ σῇ προσταγῇ κωλυομένη· εἶπες γὰρ, ἐν αὐτῇ συντριβήσεσθαι αὐτῆς τὰ κύματα· ζώοις δὲ μικροῖς καὶ μεγάλοις, καὶ πλοίοις πορευτὴν αὐτὴν ἐποίησας. Εἶτ' ἐχλοαίνετο γῆ, παντοίοις ἄνθεσι καταγραφομένη, καὶ ποικιλίᾳ δένδρων διαφόρων· παμφαεῖς τε φωστῆρες τούτων τιθηνοὶ ἀπαράβατον σώζοντες τὸν δολιχὸν, καὶ κατ' οὐδὲν παραλλάσσοντες τῆς σῆς προσταγῆς· ἀλλ' ὅπη ἂν κελεύσῃς, ταύτῃ ἀνίσχουσι καὶ δύουσιν, εἰς σημεῖα καιρῶν καὶ ἐνιαυτῶν, ἀμειβόμενοι τὴν τῶν ἀνθρώπων ὑπηρεσίαν. Ἔπειτα διαφόρων ζώων κατεσκευάζετο γένη, χερσαίων, ἐνύδρων, ἀεροπόρων, ἀμφιβίων· καὶ τῆς σῆς προνοίας ἡ ἔντεχνος σοφία τὴν κατάλληλον ἑκάστῳ πρόνοιαν δωρεῖται· ὥσπερ γὰρ διάφορα γένη οὐκ ἠτόνησε παραγαγεῖν, οὕτως οὐδὲ διάφορον πρόνοιαν ἑκάστου ποιήσασθαι κατωλιγώρησεν. Καὶ τέλος τῆς δημιουργίας, τὸ λογικὸν ζῶον, τὸν κοσμοπολίτην, τῇ σῇ σοφίᾳ διαταξάμενος, κατασκευάσας, εἰπών· « Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἡμετέραν », κόσμου κόσμον αὐτὸν ἀναδείξας· ἐκ μὲν τῶν τεσσάρων στοιχείων, πρώτων σωμάτων, διαπλάσας αὐτῷ σῶμα, κατασκευάσας δ' αὐτῷ τὴν ψυχὴν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος, αἴσθησιν δ' αὐτῷ πένταθλον χαρισάμενος, καὶ νοῦν τὸν τῆς ψυχῆς ἡνίοχον ταῖς αἰσθήσεσιν ἐπιστήσας. Καὶ ἐπὶ πᾶσι τούτοις, Δέσποτα Κύριε, τίς ἐπαξίως διηγήσεθαι νεφῶν ὀμβροτόκων φορὰν, ἀστραπῆς ἔκλαμψιν, βροντῶν πάταγον, εἰς τροφῆς καταλλήλου χορηγίαν, καὶ κρᾶσιν ἀέρων παναρμόνιον; Παρακούσαντα δὲ τὸν ἄνθρωπον, ἐμμίσθου ζωῆς ἐστέρησας· οὐκ εἰς τὸ παντελὲς ἀφανίσας, ἀλλὰ χρόνῳ πρὸς ὀλίγον κοιμίσας, ὅρκῳ εἰς παλιγγενεσίαν ἐκάλεσας. Ὅρον θανάτου ἔλυσας, ὁ ζωοποιὸς τῶν νεκρῶν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῆς ἐλπίδος ἡμῶν. — L. VII, c. XXXIV.

et coelum extendisti, et singulas creaturas exacta dispositione ornasti. Tua enim potentia, Domine, mundus in hunc nitorem constitutus est; coelum uero instar camerae compactum, astris illustratum est, ad solatium in tenebris, lumen autem et sol propter dies et fructuum generationes prodierunt; luna, in conuersionem temporum, dum crescit ac decrescit : et nox uocabatur, et dies appellabatur, firmamentum uero in medio abyssorum patebat. Et dixisti, ut congregarentur aquae, et appareret arida. Ipsum autem mare quomodo quis enarraret? quod quidem uenit a pelago furens, recurrit autem, ab arena iussu tuo prohibitum; dixisti enim, quod in ipsa confringentur fluctus eius : animabus uero paruis et magnis, item nauigatis illud fecisti peruium. Postea germinabat terra, omnigenis floribus, ac uarietate arborum multiplicium depicta; et cunctis lucentia luminaria horum nutritii, eundem semper cursum tenent nec ullatenus a tuo mandato uariant; sed quacunque iusseris. Hi oriuntur ac occidunt, in signa annorum atque temporum et hominum ministerium alternant. Deinde animalium diuersorum conficiebantur genera, terrestrium, aquatilium, uolucrum, amphibiorum : tuaeque prouidentiae artificiosa sapientia idoneam unicuique prouisionem largitur : sicut enim ad uaria genera producenda non fuit inualida, sic neque diuersam uniuscuiusque curam suscipere neglexit. Atque ad extremum creationis, mandans tuae Sapientiae, condidisti rationale animal, mundi ciuem, dicens : « Faciamus hominem ad imaginem et ad similitudinem nostram » ; mundi mundum seu ornamenti ornatum, constituens illam; ex quattuor quidem elementis, primis corporibus, formando corpus illius, creando autem ei animam ex nihilo, et donando ei quinquertium sensuum, mentemque aurigam animae praeficiendo sensibus. Iam ad haec omnia, dominator Domine, quia condigne explicabit nubium imbribus feracium motum, fulguris splendorem, tonitruum fragorem; ad conuenientis alimenti suppeditationem et ad aeris temperationem maxime concinnam? Hominem uero inobsequentem factum, uita ad mercedem proposita priuasti; nec ex toto exstinxisti illum, sed breui tempore morte soporatum, iureiurando ad secundam natiuitatem uocasti. Decretum mortis soluisti, qui mortuos ad uitam reducis per Iesum Christum, spem nostram.

2480. Oratio de sollicitvdine Dei erga creatvras. — Μέγας εἶ, Κύριε παντόκρατωρ, καὶ μεγάλη ἡ ἰσχύς σου, καὶ τῆς συνέσεώς σου οὐκ ἔστιν ἀριθμός· κτίστα, σωτὴρ, πλούσιε ἐν χάρισι, μακρόθυμε, καὶ ἐλέους χορηγέ· ὁ μὴ ἀφιστῶν τῶν σῶν κτισμάτων τὴν σωτηρίαν· (φύσει γὰρ ἀγαθὸς ὑπάρχεις)· φείδῃ δὲ ἁμαρτανόντων, εἰς μετάνοιαν προσκαλούμενος· οἰκτιρμῶν γάρ σου ἡ νουθέτησις. Πῶς γὰρ ἂν ὑποστῶμεν, ἐπειγομένην ἀπαιτούμενοι κρίσιν, ὁπότε μακροθυμούμενοι, μόλις ἀνανεύομεν τῆς ἀσθενείας; Σοῦ τὸ κράτος ἀνήγγειλαν οἱ οὐρανοὶ, καὶ γῆ κραδαινομένη τὴν ἀσφάλειαν, ἐπ' οὐδενὸς κεκρέμασται· Θάλασσα κυμαινομένη, καὶ μυρίαν βόσκουσα ζώων ἀγέλην, πεπέδηται ἄμμῳ, τὴν σὴν βούλησιν πεφρικυῖα· καὶ πάντας ἀναγκάζει βοᾷν· « Ὡς ἐμε-

Magnus es, Domine omnipotens, et magna uirtus tua, et sapientiae tuae non est numerus; creator, saluator, diues in gratiis, longanimis, et misericordiae largitor; qui creaturarum tuarum salutem non deseris; natura enim bonus es : parcis autem delinquentibus, eos ad paenitentiam prouocans : tuarum quippe miserationum effectus est admonitio. Etenim quomodo sustineremus, si ad causam dicendam statim repeteremur, quando longa patientia exspectasti, uix ab infirmitate respiramus? Tuam potentiam annuntiauerunt coeli; et terra concussa, firmata ac suspensa super nihilum. Mare fluctibus agitatum, ac innumerabiles nutriens animalium copias, arena constringitur, tuam uoluntatem ueritum; omnesque cogit uociferari : « Quam ma-

γαλύνθη τὰ ἔργα του, Κύριε. Πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας· ἐπληρώθη ἡ γῆ τῆς κτίσεώς σου. » Καὶ στρατὸς ἀγγέλων φλεγόμενος, καὶ πνεύματα νοερὰ, λέγουσιν· « Εἷς ἅγιος τῷ Φελμονεί »· καὶ σεραφὶμ ἅγια ἅμα τοῖς χερουβὶμ, τοῖς ἑξαπτερύγοις, σοὶ τὴν ἐπινίκιον ᾠδὴν ψάλλοντα, ἀσιγήτοις φωναῖς βοῶσιν· « Ἅγιος, ἅγιος ἅγιος, Κύριος Σαβαώθ· πλήρης ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ τῆς δόξης σου »· καὶ τὰ ἕτερα τῶν ταγμάτων πλήθη, ἄγγελοι, ἀρχάγγελοι, θρόνοι, κυριότητες, ἀρχαὶ, ἐξουσίαι, δυνάμεις ἐπιβοῶντα λέγουσιν· « Εὐλογημένη ἡ δόξα Κυρίου ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ. » Ἰσραὴλ δὲ, ἡ ἐπίγειός σου Ἐκκλησία, ἡ ἐξ ἐθνῶν, ταῖς κατ' οὐρανὸν δυνάμεσιν ἁμιλλωμένη, νυκτὶ καὶ ἡμέρᾳ, ἐν καρδίᾳ πλήρει καὶ ψυχῇ θελούσῃ, ψάλλει· « Τὸ ἅρμα τοῦ Θεοῦ μυριοπλάσιον, χιλιάδες εὐθηνούντων, Κύριος ἐν αὐτοῖς, ἐν Σιναΐ, ἐν τῷ ἁγίῳ. » Οἶδεν οὐρανὸς τὸν ἐπὶ μηδενὸς αὐτὸν καμαρώσαντα, ὡς λιθόκυβον· καὶ γῆν καὶ ὕδωρ ἑαυτοῖς ἑνώσαντα· καὶ ἀέρα διαχέαντα, ζωοτρόφον, καὶ τούτῳ πῦρ συμπλέξαντα, εἰς θάλπος, καὶ σκότους παραμυθίαν. Ἐκπλήσσει χορὸς ἀστέρων, τὸν ἀριθμήσαντα σημαίνων, καὶ τὸν ὀνομάσαντα δεικνύων· ζῶα τὸν ψυχώσαντα· δένδρα τὸν ἐκφύσαντα. Ἅπερ ἅπαντα, τῷ σῷ λόγῳ γενόμενα, παριστᾷ τῆς σῆς δυνάμεως τὸ κράτος· διὸ καὶ ὀφείλει πᾶς ἄνθρωπος, ἐξ αὐτῶν στέρνων, σοὶ διὰ Χριστοῦ τῶν ὑπὲρ πάντων ὕμνον ἀναπέμπειν, διὰ σὲ τῶν ἁπάντων κρατῶν. Σὺ γὰρ εἶ ὁ χρηστὸς ἐν εὐεργεσίαις, καὶ φιλόδωρος ἐν οἰκτιρμοῖς· ὁ μόνος παντοκράτωρ· ὅτε γὰρ θέλεις, πάρεστί σοι τὸ δύνασθαι· τὸ γὰρ σὸν αἰώνιον κράτος καὶ φλόγα καταψύχει, καὶ λέοντας φιμοῖ, καὶ κήτη καταπραΰνει, καὶ νοσοῦντας ἐγείρει, καὶ δυνάμεις μετατρέπει· καὶ στρατὸν ἐχθρῶν, καὶ λαὸν ἀριθμούμενον, ἐν τῷ ὑπερηφανεῖσθαι, καταστρώννυσιν. Σὺ εἶ ὁ ἐν οὐρανῷ, ὁ ἐπὶ γῆς, ὁ ἐν θαλάσσῃ, ὁ ἐν περατουμένοις, ὑπὸ μηδενὸς περατούμενος· τῆς γὰρ μεγαλωσύνης σου οὐκ ἔστι πέρας. Μὴ γὰρ ἡμέτερόν ἐστι τοῦτο, Δέσποτα· τοῦ θεράποντός σού ἐστι λόγιον, φάσκοντος· « Καὶ γνώσῃ τῇ καρδίᾳ σου, ὅτι ὁ Κύριος ὁ Θεός σου, Θεὸς ἐν οὐρανῷ ἄνω, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς κάτω, καὶ οὐκ ἔστιν ἔτι πλὴν αὐτοῦ. » Οὐδὲ γάρ ἐστι θεὸς πλὴν σοῦ μόνου· ἅγιος οὐκ ἔστι πλὴν σοῦ, Κύριος Θεὸς γνώσεων, θεὸς ἁγίων, ἅγιος ὑπὲρ πάντας ἁγίους· οἱ γὰρ ἡγιασμένοι, ὑπὸ τὰς χεῖράς σού εἰσιν. Ἔνδοξος καὶ ὑπεροψούμενος, ἀόρατος τῇ φύσει, ἀνεξιχνίαστος κρίμασιν· οὗ ἀνενδεὴς ἡ ζωὴ, ἄτρεπτος καὶ ἀνελλειπὴς ἡ διαμονὴ, ἀκάματος ἡ ἐνέργεια, ἀπερίγραπτος ἡ μεγαλειότης, ἀέναος ἡ εὐπρέπεια, ἀπρόσιτος ἡ κατοικία, ἀμετανάστευτος ἡ κατασκήνωσις, ἄναρχος ἡ γνῶσις, ἀναλλοίωτος ἡ ἀλήθεια, ἀμεσίτευτον τὸ ἔργον, ἀνεπιβούλευτον τὸ κράτος, ἀδιάδοχος ἡ μοναρχία, ἀτελεύτητος ἡ βασιλεία, ἀνανταγώνιστος ἡ ἰσχὺς, πολυάριθμος ἡ στρατία. Σὺ γὰρ εἶ ὁ Σοφίας Πατὴρ, ὁ δημιουργίας τῆς διὰ μεσίτου κτίστης, ὡς αἴτιος· ὁ προνοίας χορηγὸς, ὁ νόμων δοτὴρ, ὁ ἐνδείας πληρωτής· ὁ τῶν ἀσεβῶν τιμωρὸς καὶ τῶν δικαίων μισθαποδότης· ὁ τοῦ Χριστοῦ Θεὸς καὶ Πατὴρ, καὶ τῶν εἰς αὐτὸν εὐσεβούντων Κύριος· οὗ ἀδιάψευστος ἡ ἐπαγγελία, ἀδωροδόκητος ἡ κρίσις, ἀμετάπιστος ἡ γνώμη, ἄπαυστος ἡ εὐσέβεια, ἀΐδιος ἡ εὐχαριστία· δι' οὗ σοι καὶ ἡ ἐπάξιος προσκύνησις ὀφείλεται παρὰ πάσης λογικῆς καὶ ἁγίας φύσεως. — L. VII, c. XXXV.

gnificata sunt opera tua, Domine! omnia in sapientia fecisti; impleta est terra creatura tua. « Et exercitus angelorum ardens, ac intelligentes spiritus dicunt : « Vnus sanctus, Phelmoni » ; et sancti seraphini, una cum cherubinis, sex alas habentibus, tibi uictoriae canticum psallentes, uocibus nunquam cessantibus, clamant : « Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Sabaoth; pleni sunt coeli et terra gloria tua » ; et aliae ordinum multitudines, angeli, archangeli, throni, dominationes, principatus, potestates, uirtutes, exclamantes dicunt : « Benedicta gloria Domini de loco suo. » Israel uero terrena Ecclesia tua, ex gentibus congregata, certans cum coelestibus uirtutibus, nocte ac die, in corde pleno et anima uolente, canit : « Currus Dei decem millibus multiplex, millia laetantium, Dominus in eis, in Sinaï, in sancto. » Nouit coelum eum, qui super nihilum camerauit illud, tanquam lapideum cubum; qui terram et aquam inter se adunauit, qui aerem, animalium nutritium, diffudit, eique ignem connexuit, ad calorem, et ad solatium de tenebris. Obstupefacit chorus stellarum, qui numerantem eas significat, et nominantem ostendit; ut animalia demonstrant eum a quo animata sunt, et arbores eum qui illas produxit. Quae omnia, uerbo tuo facta, potestatis tuae uim repraesentant. Atque ideo debet omnis homo, utpote per te dominus uniuersorum, ex pectore tibi laudem pro cunctis mittere per Christum. Tu enim es facilis in beneficentiis et munificus in commiserationibus; qui solus es omnipotens : cum enim uis, adest tibi potestas; nam aeternum tuum robur etiam flamma refrigerat, et leonibus os constringit et cetos demulcet, et aegrotantes erigit, et facultates rerum conuertit; et hostium copias, populumque numeratum, dum superbia exoritur, prosternit. Tu es qui in coelo exsistis, qui in terra, qui in mari, qui in terminatis a nullo terminatus : magnitudinis enim tuae non est terminus. Neque uero nostrum est illud, Domine, famuli tui oraculum est, dicentis : « Et cognosces corde tuo, quod Dominus Deus tuus, Deus in coelo sursum, et in terra deorsum, et non est amplius praeter eum. » Neque enim est deus praeter te solum; sanctus non est praeter te, Dominus Deus scientiarum, Deus sanctorum, sanctus supra omnes sanctos : nam sanctificati sub manibus tuis sunt. Gloriosus et superexaltatus, natura inuisibilis, imperuestigabilis in indiciis; cuius uita non indiga, duratio immutabilis ac indeficiens, operatio infatigabilis, incircumscripta magnitudo, perennis decor, inaccessa habitatio, intransmigrabilis mansio, cognitio aeterna, ueritas permanens, opus nullo interuentu factum, potentia nullis insidiis exposita, monarchia sine successione, regnum sine fine, robur inexpugnabile, exercitus numerosissimus. Tu enim es sapientiae Pater, creationis per mediatorem factae conditor, tanquam causa; prouidentiae largitor, legum dator, indigentiae expletor, ultor impiorum et iustorum remunerator; Christi Deus et Pater, atque pie erga eum se gerentium Dominus : cuius Christi non fallit promissio, numeribus non corrumpitur iudicium, nulla persuasione mutatur sententia, nunquam cessat pietas, gratiarum actio non finitur : per quem tibi adoratio condigna debetur ab omni rationali et sancta natura.

2481. Oratio de festis et sabbato et regvla fidei. — Κύριε παντόκρατορ, κόσμον ἔκτισας διὰ Χριστοῦ, καὶ Σάββατον ὥρισας εἰς μνήμην τούτου· ὅτι ἐν

Domine omnipotens, mundum creasti per Christum, et Sabbatum in huius rei memoriam sanxisti : quia in eo ab operibus quiescere fecisti, ad meditationem legum

αὐτῷ κατέπαυσας ἀπὸ τῶν ἔργων, εἰς μελέτην τῶν σῶν νόμων· καὶ ἑορτὰς διετάξω, εἰς εὐφροσύνην τῶν ἡμετέρων ψυχῶν, ὅπως εἰς μνήμην ἐρχώμεθα τῆς ὑπὸ σοῦ κτιθείσης σοφίας· ὡς δι' ἡμᾶς γένεσιν ὑπέστη τὴν διὰ γυναικός· ἐπεφάνη τῷ βίῳ, ἀναδεικνὺς ἑαυτὸν ἐν τῷ βαπτίσματι, ὡς Θεός ἐστι καὶ ἄνθρωπος ὁ φανείς· ἔπαθε δι' ἡμᾶς σῇ συγχωρήσει, καὶ ἀπέθανε, καὶ ἀνέστη σῷ κράτει· διὸ καὶ τὴν ἀναστάσιμον ἑορτὴν πανηγυρίζοντες τῇ Κυριακῇ, χαίρομεν ἐπὶ τῷ νικήσαντι μὲν τὸν θάνατον, φωτίσαντι δὲ ζωὴν καὶ ἀφθαρσίαν· δι' αὐτοῦ γὰρ προσήγαγου τὰ ἔθνη σεαυτῷ, εἰς λαὸν περιούσιον, τὸν ἀληθινὸν Ἰσραὴλ, τὸν θεοφιλῆ, τὸν ὁρῶντα Θεόν. Σὺ γὰρ, Κύριε, καὶ τοὺς πατέρας ἡμῶν ἐξήγαγες ἐκ γῆς Αἰγύπτου, καὶ ἐῤῥύσω ἐκ καμίνου σιδηρᾶς, καὶ ἐκ πηλοῦ, καὶ πλινθουργίας· ἐλυτρώσω ἐκ χειρὸς Φαραὼ καὶ τῶν ὑπ' αὐτὸν, καὶ διὰ θαλάσσης ὡς διὰ ξηρᾶς αὐτοὺς παρήγαγες· καὶ ἐτροποφόρησας αὐτοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ παντοίοις ἀγαθοῖς· νόμον αὐτοῖς ἐδωρήσω, ἢ δέκα λογία, σῇ φωνῇ φθεγχθέντα, καὶ χειρὶ καταγραφέντα· Σαββατίζειν ἐνετείλω οὐ πρόφασιν ἀργίας διδοὺς, ἀλλ' ἀφορμὴν εὐσεβείας, εἰς γνῶσιν τῆς σῆς δυνάμεως, εἰς κώλυσιν κακῶν ὡς ἐν ἱερῷ καθείρξας περιβόλῳ, διδασκαλίας χάριν, εἰς ἀγαλλίαμα ἑβδομάδος· διὰ τοῦτο ἑβδομὰς μία, καὶ ἑβδομάδες ἑπτὰ, καὶ μὴν ἕβδομος· καὶ ἐνιαυτὸς ἕβδομος· καὶ τούτου κατανακύκλησις, ἰοβηλαῖος, ὅ ἐστιν ἔτος πεντηκοστὸν, εἰς ἄφεσιν· ὅπως μηδεμίαν ἔχωσι πρόφασιν οἱ ἄνθρωποι ἄγνοιαν σκήψασθαι, τούτου χάριν πᾶν Σάββατον ἐπέτρεψεν ἀργεῖν, ὅπως μηδὲ λόγον τις ἐν ὀργῇ ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ προέσθαι θελήσῃ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῶν Σαββάτων. Σάββατον γάρ ἐστι κατάπαυσις δημιουργίας, τελείωσις κόσμου, νόμων ζήτησις, αἶνος εἰς Θεὸν εὐχαρίστος ὑπὲρ ὧν ἀνθρώποις ἐδωρήσατο. Ὧν ἁπάντων ἡ Κυριακὴ προὔχουσα, αὐτὸν τὸν μεσίτην, τὸν προνοητὴν, τὸν νομοθέτην, τὸν ἀναστάσεως αἴτιον, τὸν πρωτότοκον πάσης κτίσεως, τὸν Θεὸν Λόγον, καὶ ἄνθρωπον, τὸν ἐκ Μαρίας γεννηθέντα μόνον δίχα ἀνδρὸς, τὸν πολιτευσάμενον ὁσίως, τὸν σταυρωθέντα ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, καὶ ἀποθανόντα, καὶ ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν ὑποδεικνύουσα. Ὡς Κυριακῇ παρακελεύεταί, σοι, Δέσποτα, τὴν ὑπὲρ πάντων εὐχαριστίαν προσφέρειν· αὕτη γὰρ ἡ ὑπὸ σοῦ παρασχεθεῖσα χάρις, ἥτις διὰ μέγεθος πᾶσαν εὐεργεσίαν ἐκάλυψεν. — L. VII, c. XXXVI.

tuarum : et festos dies constituisti, in laetitiam animarum nostrarum, ut in recordationem ueniremus Sapientiae a te conditae : quomodo propter nos nasci ex muliere sustinuit; apparuit in uita hac, ostendens in baptismo suo quod ipse qui apparebat, esset Deus ac homo; passus est propter nos permissione tua, et mortuus est, ac potestate tua resurrexit; ideoque festum Resurrectionis, Dominica die celebrantes laetamur de eo qui uicit quidem mortem, patefecit autem uitam ac immortalitatem : per ipsum enim gentes ad te adduxisti, in populum peculiarem, uerum Israelem, Deo carum, quique Deum uidet. Nam tu, Domine, etiam patres nostros eduxisti de terra Aegypti, et eripuisti ex fornace ferrea, atque ex luto, et laterum confectione : liberasti de manu Pharaonis et subiectorum ei; ac per mare quasi per aridam eos deduxisti; et morem gessisti eis in deserto per multiplicia bona : legem, scilicet Decalogi, tua uoce pronunciatam, ac manu tua descriptam donasti; Sabbatum seruare praecepisti, non dans occasionem uocationis, sed opportunitatem pietatis, ad cognitionem potentiae tuae, atque eos tanquam in sacro septo concludens, ut male agere prohiberentur, et ut docerentur, utque de septenario exsultarent : propter hoc una hebdomada, et hebdomades septem, et mensis septimus, et annus septimus; et huius anni septimi reciproca seu septima reuolutio, iubilaeus, hoc est, annus quinquagesimus, qui remissionis : ut nullam haberent homines occasionem excusandi ignorantiam, idcirco in omni Sabbato feriari uoluit, quo ne uerbum quidem irate quisquam ex ore suo uellet emittere in die Sabbatorum. Sabbatum enim est requies a creatione, mundi absolutio, legum inquisitio; laus Dei grata, pro iis quae hominibus donauit. Supra quae omnia enim et Dominicus dies; utpote qui repraesentet ipsum mediatorem, prouisorem, legislatorem, auctorem resurrectionis, primogenitum omnis creaturae; Deum Verbum, ac hominem, ex Maria natum solum sine uiro, sancte in uita uersatum, crucifixum sub Pontio Pilato, mortuum et a mortuis excitatum. Quare Dominica dies, tibi, Domine, gratiarum actionem pro cunctis offerre suadet : haec quippe est a te exhibita gratia, quae magnitudine sua omne beneficium obtexit.

2482. Oratio de beneficiis Dei. — Ὁ τὰς ἐπαγγελίας τὰς διὰ τῶν προφητῶν πληρώσας, καὶ ἐλεήσας τὴν Σιὼν, καὶ οἰκτειρήσας τὴν Ἱερουσαλὴμ, τῷ τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ παιδός σου ἀνυψῶσαι ἐν μέσῳ αὐτῆς, τῇ γενέσει τοῦ Χριστοῦ, τοῦ ἐκ σπέρματος αὐτοῦ τὸ κατὰ σάρκα γεννηθέντος ἐκ μόνης παρθένου. Αὐτὸς καὶ νῦν, Δέσποτα ὁ Θεὸς, πρόσδεξαι τὰς διὰ χειλέων δεήσεις τοῦ λαοῦ σου τοῦ ἐξ ἐθνῶν, τῶν ἐπικαλουμένων σε ἐν ἀληθείᾳ, καθὼς προσεδέξω τὰ δῶρα τῶν δικαίων ἐν ταῖς γενεαῖς αὐτῶν. Ἄβελ ἐν πρώτοις τὴν θυσίαν ἐπείδες καὶ προσεδέξω. Νῶε ἐξελθόντος τῆς κιβωτοῦ, Ἀβραὰμ μετὰ τὸ ἐξελθεῖν αὐτὸν ἐκ γῆς Χαλδαίων, Ἰσαὰκ ἐν τῷ φρέατι τοῦ ὅρκου, Ἰακὼβ ἐν Βηθὴλ, Μωσέως ἐν τῇ ἐρήμῳ, Ἀαρὼν ἀνὰ μέσον τῶν ζώντων καὶ τῶν τεθνεώτων, Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ ἐν Γαλγάλοις, Γεδεὼν ἐπὶ τῆς πέτρας καὶ τῶν πόκων πρὸ τῆς ἁμαρτίας, Μανωὲ καὶ τῆς αὐτοῦ γυναικὸς ἐν τῷ πεδίῳ, Σαμψὼν ἐν τῷ δίψει πρὸ τῆς πλημμελείας, Ἰεφθαὲ ἐν τῷ πολέμῳ πρὸ

Qui promissa per Prophetas impleuisti, et miseratus es Sion, et Hierosolymae misertus es, extollendo solium Dauidis pueri tui in medio eius, per natiuitatem Christi, qui ex genere Dauidis secundum carnem natus est ex sola uirgine. Tu, Domine Deus, nunc quoque suscipe preces labiis prolatas populi tui congregati ex gentibus, quae te in ueritate inuocant; sicut suscepisti munera iustorum in eorum saeculis. Abelis imprimis respexisti ac suscepisti sacrificium, et Noae ex arca egressi, Abrahami postquam exiisset ex terra Chaldaeorum, Isaaci in puteo iuramenti, Iacobi in Bethel, Mosis in solitudine, Aaronis inter uiuentes ac mortuos, Iesu Naue in Galgalis, Gedeonis in petra et uelleribus ante peccatum, Manue et uxoris eius in campo, Samsonis in siti ante delictum, Iephte in bello ante inconsideratam promissionem, Baraci et Deborae in Sisara, Samuelis in Maspha, Dauidis in area Ornan Iebusaei,

τῆς ἀκρίτου ἐπαγγελίας, Βαρὰκ καὶ Δεϐϐόρας ἐπὶ τοῦ Σισάρα, Σαμουὴλ ἐν Μασσηφᾷ, Δαϐὶδ ἐν ἅλῳ Ὀρνᾶ τοῦ Ἰεϐουσαίου, Σολομῶντος ἐν Γαϐαὼν καὶ ἐν Ἱερουσαλὴμ, Ἠλία ἐν τῷ ὄρει τῷ Καρμηλίῳ, Ἐλισσαίου ἐπὶ τῆς ἀτεκνούσης πηγῆς, Ἰωσαφὰτ ἐν πολέμῳ, Ἐζεκία ἐν ἀῤῥωστίᾳ καὶ ἐπὶ τοῦ Σεναχηρεὶμ, Μανασσῆ ἐν γῇ Χαλδαίων μετὰ τὴν πλημμέλειαν, Ἰωσία ἐν τῷ πάσχα, Ἔσδρα ἐν τῇ ἐπανόδῳ, Δανιὴλ ἐν τῷ λάκκῳ τῶν λεόντων, Ἰωνᾶ ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κήτους, τῶν τριῶν παίδων ἐν τῇ καμίνῳ τοῦ πυρὸς, Ἄννης ἐν τῇ σκηνῇ ἐνώπιον τῆς κιϐωτοῦ, Νεεμία ἐπὶ τῇ ἀνεγέρσει τῶν τειχῶν καὶ τοῦ Ζοροϐάϐελ, Ματταθία καὶ τῶν υἱῶν αὐτοῦ ἐν τῷ ζήλῳ σου, Ἰαὴλ ἐν εὐλογίαις. Καὶ νῦν οὖν πρόσδεξαι τὰς τοῦ λαοῦ σου προσευχὰς, μετ' ἐπιγνώσεώς σοι διὰ Χριστοῦ προσφερομένας ἐν τῷ Πνεύματι. — L. VII. c. XXXVII.

Salomonis in Gabaone et in Hierosolymis, Eliae in monte Carmelo, Elisaei in fonte sterili, Iosaphati in bello, Ezechiae in morbo et in Senacheribo, Manassis in terra Chaldaeorum post delictum, Iosiae in Pascha, Esdrae in reditu, Danielis in lacu leonum, Ionae in uentre ceti, trium puerorum in fornace ignis, Annae in tabernaculo coram arca, Nehemiae ac Zorobabelis in extructione murorum, Mattathiae et filiorum eius in zelo tuo, Iaelis in benedictionibus. Et nunc ergo suscipe populi tui preces, tibi cum scientia, per Christum in Spiritu oblatas.

2483. ORATIO ET GRATIARVM ACTIO. — Εὐχαριστοῦμέν σοι περὶ πάντων, Δέσποτα παντόκρατορ· ὅτι οὐκ ἐγκατέλιπες τὰ ἐλέη σου καὶ τοὺς οἰκτιρμούς σου ἀφ' ἡμῶν· ἀλλὰ καθ' ἑκάστην γενεὰν καὶ γενεὰν σώζεις, ῥύῃ, ἀντιλαμϐάνῃ, σκεπάζεις. Ἀντελάϐου γὰρ ἐν ἡμέραις Ἐνὼς καὶ Ἐνὼχ, ἐν ἡμέραις Μωσῆ καὶ Ἰησοῦ, ἐν ἡμέραις τῶν κριτῶν, ἐν ἡμέραις Δαυὶδ καὶ τῶν βασιλέων, ἐν ἡμέραις Σαμουὴλ καὶ Ἠλία καὶ τῶν προφητῶν, ἐν ἡμέραις Ἐσθὴρ καὶ Μαρδοχαίου, ἐν ἡμέραις Ἰουδεὶθ, ἐν ἡμέραις Ἰούδα Μακκαϐαίου καὶ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ. Καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις ἡμῶν ἀντελάϐου ἡμῶν διὰ τοῦ μεγάλου σου ἀρχιερέως Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ παιδός σου. Καὶ ἀπὸ μαχαίρας γὰρ ἐῤῥύσατο, καὶ ἐν λιμοῦ ἐξείλατο διαθρέψας, ἐκ νόσου ἰάσατο, ἐκ γλώσσης πονηρᾶς ἐσκέπασε. Περὶ πάντων σοι διὰ Χριστοῦ εὐχαριστοῦμεν. Ὁ καὶ φωνὴν ἔναρθρον εἰς ἐξομολόγησιν δωρησάμενος· καὶ γλῶσσαν εὐάρμοστον, δίκην πλήκτρου, ὡς ὄργανον ὑποθείς. Καὶ γεῦσιν πρόσφορον, καὶ ἀφὴν κατάλληλον, καὶ ὅρασιν θέας, καὶ ἀκοὴν φωνῆς, καὶ ὄσφρησιν ἀτμῶν, καὶ χεῖρας εἰς ἔργον, καὶ πόδας πρὸς ὁδοιπορίαν. Καὶ ταῦτα πάντα ἐκ μικρᾶς σταγόνος διαπλάττεις ἐν μήτρᾳ, καὶ ψυχὴν ἀθάνατον μετὰ τὴν μόρφωσιν χαρίζῃ, καὶ προάγεις εἰς φῶς. Τὸ λογικὸν ζῶον, τὸν ἄνθρωπον, νόμοις ἐπαίδευσας, δικαιώμασιν ἐφαίδρυνας· πρὸς ὀλίγον ἐπάγων διάλυσιν, τὴν ἀνάστασιν ἐπηγγείλω. Ποῖος τοιγαροῦν αὐτάρκης βίος, αἰώνων δὲ μῆκος πόσον διαρκέσει ἀνθρώποις πρὸς εὐχαριστίαν; ἢ τὸ μὲν πρὸς ἀξίαν ἀδύνατον, τὸ δὲ κατὰ δύναμιν εὐαγές. Ἐῤῥύσω γὰρ ἀσεϐείας πολυθέων, καὶ χριστοκτόνων αἱρέσεως ἐξείλου πεπλανημένης ἀγνοίας ἠλευθέρωσας· τὸν Χριστὸν ἀπέστειλας εἰς ἀνθρώπους ὡς ἄνθρωπον, Θεὸν ὄντα μονογενῆ· τὸν Παράκλητον ἐνῴκισας ἡμῖν· ἀγγέλους ἐπέστησας, τὸν διάϐολον ᾔσχυνας· οὐκ ὄντας ἐποίησας, γενομένους φυλάσσεις· ζωὴν ἐπιμετρεῖς, χορηγεῖς τροφήν· μετάνοιαν ἐπηγγείλω. Ὑπὲρ ἁπάντων σοι ἡ δόξα καὶ τὸ σέϐας, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Ταῦτα μελετᾶτε, ἀδελφοὶ, καὶ εἴη ὁ Κύριος μεθ' ὑμῶν ἐπὶ γῆς καὶ ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ, τοῦ καὶ αὐτὸν ἀποστείλαντος, καὶ ἡμᾶς δι' αὐτοῦ ἐλευθερώσαντος, ἐκ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης, καὶ ζωὴν ἐπαγγειλαμένου τοῖς δι' αὐτοῦ πιστεύσασιν εἰς τὸν τῶν ὅλων Θεόν. Ὅπως μὲν οὖν ὀφείλουσι ζῆν οἱ κατὰ Χριστὸν μεμυημένοι, καὶ οἵας εὐχαριστίας ἀναπέμπειν τῷ θεῷ διὰ Χριστοῦ, εἴρηται διὰ τῶν προλαϐόντων· δίκαιον δὲ, μηδὲ τοὺς ἀμυήτους καταλιπεῖν ἀϐοηθήτους. — L. VII, c. XXXVIII.

Agimus tibi gratias de uniuersis, Domine omnipotens; quod misericordias tuas et miserationes non remouisti a nobis; sed per singulas aetates ac generationes seruas, eripis, opitularis, protegis. Opem enim tulisti in diebus Enos et Henoch, in diebus Moysi ac Iesu, in diebus iudicum, in diebus Samuelis et Eliae atque prophetarum, in diebus Dauidis ac regum, in diebus Esther et Mardochaei, in diebus Iudith, in diebus Iudae Maccabaei et fratrum eius. Etiam in diebus nostris auxilium nobis tulisti, per magnum tuum pontificem Iesum Christum Filium tuum. Etenim ex gladio liberauit, et alendo eripuit a fame, ex morbo sanauit, a lingua male protexit. De omnibus tibi per Christum gratias agimus. Qui et uocem articulatam dedisti ad confessionem; et linguam aptam, plectri similem, tanquam organum subiecisti; et gustum commodum, et tactum conuenientem, et uisum ad spectandum, et auditum ad percipiendam uocem, et odoratum ad odores hauriendos, et manus ad opus, et pedes ad ambulationem. Atque haec omnia ex parua gutta formas in utero, ac post figurationem animam immortalem donas, et in lucem producis. Animal rationale, hominem, legibus erudiuisti, iustificationibus illustrasti: inducens dissolutionem ad breue tempus, resurrectionem promisisti. Quae igitur uita sufficiens et saeculorum quanta longinquitas hominibus satis erit ad gratiarum actionem? Sed id quidem pro dignitate agere impossibile est; pro uiribus autem praestare, sanctum ac pium. Nam exemisti nos ex impietate eorum qui plures deos colunt, et eripuisti a secta eorum qui Christum occiderunt, liberasti ab ignorantiae errore; Christum ad homines, quasi hominem misisti, qui etiam Deus unigenitus: Paracletum in nobis fecisti habitare; angelos nobis praefecisti; diabolum dedecore aspersisti; nos, cum non essemus, fecisti, factos conseruas; uitam admetiris, suppeditas nutrimentum; paenitentiam pollicitus es. Pro omnibus tibi gloria et ueneratio per Iesum Christum, nunc, et semper, et in saecula. Amen. Haec meditamini, fratres, et sit Dominus uobiscum in terra, et in regno Patris eius, qui et illum misit, et nos per eum liberauit ex seruitute corruptionis in libertatem gloriae, ac promisit uitam iis qui per eundem in Deum uniuersitatis crediderunt. Quemadmodum igitur uiuere debeant qui in Christi religione sunt initiati, et quas gratiarum actiones Deo per Christum destinare, dictum est in superioribus: aequum uero est, ut et eos, qui initiati non sunt, auxilio destitutos non relinquamus.

2484. Qvomodo oporteat catechvmenos instrvere. — Ὁ μέλλων τοίνυν κατηχεῖσθαι τὸν λόγον τῆς εὐσεβείας, παιδευέσθω πρὸ τοῦ βαπτίσματος τὴν περὶ τοῦ ἀγεννήτου γνῶσιν, τὴν περὶ τοῦ Υἱοῦ Μονογενοῦς ἐπίγνωσιν, τὴν περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος πληροφορίαν. Μανθανέτω δημιουργίας διαφόρου τάξιν, προνοίας εἱρμὸν, νομοθεσίας διαφόρου δικαιοτήρια. Παιδευέσθω διὰ τί κόσμος γέγονε, καὶ διὸ κοσμοπολίτης ὁ ἄνθρωπος κατέστη. Ἐπιγινωσκέτω τὴν ἑαυτοῦ φύσιν, οἵα τις ὑπάρχει. Παιδευέσθω ὅπως ὁ Θεὸς τοὺς πονηροὺς ἐκόλασεν ὕδατι καὶ πυρὶ, τοὺς δ' ἁγίους ἐδόξασε καθ' ἑκάστην γενεάν· λέγω δὴ τὸν Σὴθ, τὸν Ἐνὼς, τὸν Ἐνὼχ, τὸν Νῶε, τὸν Ἀβραὰμ, καὶ τοὺς ἐκγόνους αὐτοῦ, τὸν Μελχισεδὲκ, καὶ τὸν Ἰὼβ, καὶ τὸν Μωσέα, Ἰησοῦν τε, καὶ Καλὲβ, καὶ Φινεὲς τὸν ἱερέα, καὶ τοὺς καθ' ἑκάστην γενεὰν ὁσίους. Ὅπως τε προνοούμενος οὐκ ἀπεστράφη ὁ Θεὸς τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος· ἀλλὰ ἀπὸ πλάνης καὶ ματαιότητος εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐκάλει κατὰ διαφόρους καιροὺς, ἀπὸ τῆς δουλείας καὶ ἀσεβείας εἰς ἐλευθερίαν καὶ εὐσέβειαν ἐπανάγων, ἀπὸ ἀδικίας εἰς δικαιοσύνην, ἀπὸ θανάτου αἰωνίου εἰς ζωὴν ἀΐδιον. Ταῦτα καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα μανθανέτω ἐν τῇ κατηχήσει ὁ προσιών. Προσκυνείτω δὲ ὁ χειροθετῶν αὐτὸν, τὸν Θεὸν τὸν τῶν ὅλων Δεσπότην, εὐχαριστῶν ὑπὲρ τοῦ πλάσματος· ὅτι κατέπεμψε τὸν Υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ Χριστὸν, ἵνα σώσῃ τὸν ἄνθρωπον, ἐξαλείψας τὰς ἀνομίας, καὶ ἵνα ἀφῇ τὰς ἀσεβείας καὶ τὰς ἁμαρτίας, καὶ καθαρίσῃ ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος· ἁγιάσῃ δὲ τὸν ἄνθρωπον κατ' εὐδοκίαν τῆς χρηστότητος αὐτοῦ, συνετίσῃ δὲ τὸ θέλημα αὐτοῦ, καὶ φωτίσῃ τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς καρδίας αὐτοῦ εἰς κατανόησιν τῶν θαυμασίων αὐτοῦ· γνωρίσῃ αὐτῷ τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης, ὅπως ἂν μισήσῃ πᾶσαν ὁδὸν ἀδικίας, πορεύηται δὲ τὴν ὁδὸν τῆς ἀληθείας· εἰς τὸ καταξιωθῆναι αὐτὸν τοῦ λουτροῦ τῆς παλιγγενεσίας, εἰς υἱοθεσίαν τὴν ἐν Χριστῷ· ἵνα σύμφυτος γενόμενος τῇ ὁμοιότητι τοῦ θανάτου τοῦ Χριστοῦ, ἐπ' ἐλπίδι τῆς ἐνδόξου κοινωνίας, νεκρωθῇ μὲν τῇ ἁμαρτίᾳ, ζήσῃ δὲ τῷ Θεῷ κατὰ νοῦν καὶ λόγον καὶ πρᾶξιν, καὶ ἐν τῇ βίβλῳ τῶν ζώντων συναριθμηθῇ. Καὶ μετὰ τὴν εὐχαριστίαν ταύτην, παιδευσάτω αὐτὸν τὰ περὶ τῆς τοῦ Κυρίου ἐνανθρωπήσεως, τά τε περὶ τοῦ πάθους αὐτοῦ, καὶ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως, καὶ ἀναλήψεως. — L. VII, c. xxxix.

2484ᵃ. De catechvmenis. — Καὶ ὅταν ᾖ πρὸς αὐτὸ λοιπὸν τὸ βαπτισθῆναι ὁ κατηχηθεὶς, μανθανέτω τὰ περὶ τῆς ἀποταγῆς τοῦ διαβόλου, καὶ τὰ περὶ τῆς συνταγῆς τοῦ Χριστοῦ. Δεῖ γὰρ αὐτὸν πρῶτον μὲν ἀποσχέσθαι τῶν ἐναντίων· καὶ τότε ἐντὸς γενέσθαι τῶν μυστηρίων, προκαθάραντα ἑαυτοῦ τὴν καρδίαν πάσης κακοηθείας, σπίλου τε καὶ ῥυτίδος· καὶ τότε τῶν ἁγίων μεταλαχεῖν· ὡς γὰρ γεωργὸς ἄριστος ἐκκαθαίρει τὴν ἄρουραν πρότερον τῶν ὑπερφυουσῶν ἐν αὐτῇ ἀκανθῶν, καὶ τότε σπείρει τὸν πυρόν· οὕτω δεῖ καὶ ὑμᾶς πρότερον πᾶσαν ἀσέβειαν ἐξελόντας ἀπ' αὐτῶν, τότε τὴν εὐσέβειαν αὐτοῖς ἐγκαταβάλλεσθαι, καὶ τοῦ βαπτίσματος ἀξιῶσαι. Καὶ γὰρ καὶ ὁ Κύριος ὑμῶν οὕτως ὑμῖν παρῄνεσεν, εἰπών· « Μαθητεύσατε πρότερον πάντα τὰ ἔθνη »· καὶ τότε ἐπήγαγε τό· « Καὶ βαπτίσατε αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. » Ἀπαγγελλέτω οὖν ὁ βαπτιζόμενος ἐν τῷ ἀποτάσσεσθαι. — L. VII, c. xl.

2485. Renvntiatio catechvmenorvm. — *Ἀποτάσσομαι τῷ Σατανᾷ, καὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ, καὶ ταῖς πομπαῖς*

Qui ergo ad doctrinam pietatis instruendus est, erudiatur ante baptismum in scientia de Ingenito, in cognitione de Filio unigenito, in persuasione certa de Spiritu sancto. Discat creationis diuersae ordinem, prouidentiae seriem, uariae legislationis tribunalia. Erudiatur quare mundus sit factus et cur mundi ciuis homo constitutus sit. Agnoscat naturam suam, quaenam sit. Doceatur quomodo Deus improbos aqua et igne punierit; sanctos uero, per singulas aetates, honore ac gloria decorauerit : Sethum dico, Enosum, Henochum, Noam, Abrahamum et posteros eius, Melchisedecum, Iobum, Mosem, Iesum, Calebum et Phineem sacerdotem, sanctosque singularum aetatum. Item edoceatur quemadmodum per prouidentiam, Deus humanum genus non auersatus fuerit; imo ab errore ac uanitate ad agnitionem ueritatis diuersis temporibus uocarit, reducens a seruitute ac impietate ad libertatem et pietatem, ab iniustitia ad iustitiam, a morte aeterna ad uitam perpetuam.

Haec et his consentanea discat in catechesi, qui accedit. Qui autem manus ei imponit, adoret Deum, uniuersorum Dominum, gratias agens pro creatura eius; quod miserit Filium suum unigenitum Christum, ut saluet hominem, deletis iniquitatibus, utque remittat impietates ac peccata et purget ab omni inquinamento carnis et spiritus, hominemque sanctificet, secundum beneplacitum bonitatis suae, atque indicet uoluntatem suam, ac illuminet oculos cordis eius ad consideranda mirabilia eius; necnon manifestet ei iudicia iustitiae, ut odio habeat omnem uiam iniustitiae, ambulet autem uiam ueritatis : quo ille dignus habeatur regenerationis lauacro, in adoptionem in Christo; ut complantatus similitudini mortis Christi, in spe gloriosae societatis, necetur quidem peccato uiuat autem Deo secundum mentem, sermonem, et actionem, atque adnumeretur in libro uiuentium.

Post uero gratiarum actionem hanc, doceat eum de Domini incarnatione, et de passione eius, resurrectione ex mortuis, et assumptione.

Cumque iamiam erit baptizandus catechumenus, discat quae ad renuntiandum diabolo et quae ad se adscribendum Christo pertinent. Oportet enim illum primo quidem abstinere a contrariis; et deinde ingredi ad mysteria, cum prius cor suum purgauerit ab omni peruersitate, macula et ruga; atque tunc demum ad sacramenta percipienda accedere. Nam ut optimus agricola repurgat prius aruum a supercrescentibus in eo spinis, tuncque serit triticum; ita oportet etiam uos, prius omni impietate ab eis extracta, tunc pietatem inseminare et baptismo donare. Sic etenim Dominus noster nobis praecepit, dicens : « Docete, prius, omnes gentes » : post quod subiunxit illud : « Et baptizate eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. » Cum ergo renuntiat qui baptizatur, ita recitet.

Renuntio Satanae, et operibus eius, et pompis eius, et cultibus eius, et angelis eius, et inuentis eius, ac

αὐτοῦ, καὶ ταῖς λατρείαις αὐτοῦ, καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ, καὶ ταῖς ἐφευρέσεσιν αὐτοῦ, καὶ πᾶσι τοῖς ὑπ' αὐτόν. Μετὰ δὲ τὴν ἀποταγὴν, συντασσόμενος λεγέτω, ὅτι καὶ συντάσσομαι τῷ Χριστῷ, καὶ πιστεύω, καὶ βαπτίζομαι εἰς ἕνα ἀγέννητον, μόνον ἀληθινὸν Θεὸν παντοκράτορα, τὸν Πατέρα τοῦ Χριστοῦ, κτίστην καὶ δημιουργὸν τῶν ἁπάντων, ἐξ οὗ τὰ πάντα· καὶ εἰς τὸν Κύριον Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν, τὸν μονογενῆ αὐτοῦ Υἱὸν, τὸν πρωτότοκον πάσης κτίσεως, τὸν πρὸ αἰώνων εὐδοκίᾳ τοῦ Πατρὸς γεννηθέντα [οὐ κτισθέντα], δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο τὰ ἐν οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ γῆς, ὁρατά τε καὶ ἀόρατα, τὸν ἐπ' ἐσχάτων ἡμερῶν κατελθόντα ἐξ οὐρανῶν, καὶ σάρκα ἀναλαβόντα, καὶ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου Μαρίας γεννηθέντα, καὶ πολιτευσάμενον ὁσίως μετὰ τοὺς νόμους τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς αὐτοῦ, καὶ σταυρωθέντα ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, καὶ ἀποθανόντα ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν μετὰ τὸ παθεῖν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ καθεσθέντα ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς, καὶ πάλιν ἐρχόμενον ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος μετὰ δόξης κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσται τέλος· βαπτίζομαι καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τουτέστι τὸν Παράκλητον, τὸ ἐνεργῆσαν εἰς πᾶσι τοῖς ἀπ' αἰῶνος ἁγίοις, ὕστερον δὲ ἀποσταλὲν καὶ τοῖς ἀποστόλοις παρὰ τοῦ Πατρὸς κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ μετὰ τοὺς ἀποστόλους δὲ πᾶσι τοῖς πιστεύουσιν, ἐν τῇ ἁγίᾳ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ, εἰς σαρκὸς ἀνάστασιν, καὶ εἰς ἄφεσιν, ἁμαρτιῶν, καὶ εἰς βασιλείαν οὐρανῶν, καὶ εἰς ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. Καὶ μετὰ τὴν ἐπαγγελίαν ταύτην, κατ' ἀκολουθίαν ἔρχεται καὶ εἰς τὴν τοῦ ἐλαίου χρίσιν. — L. VII, c. XLI.

omnibus quae sub eo sunt. Post renuntiationem uero, dum adscribit se, dicat : Et adscribor Christo, et credo, et baptizor in unum Ingenitum, solum uerum Deum omnipotentem, Patrem Christi creatorem atque opificem uniuersorum, ex quo omnia; et in Dominum Iesum Christum, unigenitum illius Filium, primogenitum omnis creaturae, qui ante saecula beneplacito Patris genitus est [non creatus], per quem omnia facta sunt quae in coelis et in terra, uisibilia et inuisibilia; qui in nouissimis diebus descendit de coelis, et carnem assumpsit, ac ex sancta Virgine Maria natus est, sancteque se gessit in uita secundum leges Dei ac Patris sui, et crucifixus est sub Pontio Pilato, et mortuus est pro nobis, et postquam passus est, tertia die resurrexit a mortuis; ascendit ad coelos, et sedet ad dexteram Patris, et iterum uenturus est in consummatione saeculi cum gloria, ad iudicandos uiuos ac mortuos, cuius regni non erit finis : baptizor etiam in Spiritum sanctum, id est Paracletum, qui Spiritus operatus est in omnibus ab initio mundi sanctis, postea uero missus quoque est apostolis a Patre, secundum promissionem Saluatoris nostri Domini Iesu Christi, et post apostolos etiam omnibus, qui in sancta catholica Ecclesia credunt in carnis resurrectionem, in remissionem peccatorum, in regnum coelorum, et in uitam futuri saeculi. Post autem hanc professionem, ordine uenit ad olei unctionem.

2486. De olei vnctione mystici. — Εὐλογεῖται δὲ τοῦτο παρὰ τοῦ ἀρχιερέως εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ προκατασκευὴν τοῦ βαπτίσματος. Ἐπικαλεῖται γὰρ οὗτος τὸν ἀγέννητον Θεὸν, τὸν Πατέρα τοῦ Χριστοῦ, τὸν βασιλέα πάσης αἰσθητῆς καὶ νοητῆς φύσεως, ἵνα ἁγιάσῃ τὸ ἔλαιον τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, καὶ δώσῃ χάριν πνευματικὴν, καὶ δύναμιν ἐνεργητικὴν, ἄφεσίν τε ἁμαρτιῶν, καὶ προπαρασκευὴν ὁμολογίας βαπτίσματος, ὥστε τὸν χριόμενον, ἀπολυθέντα πάσης ἀσεβείας, ἄξιον γενέσθαι τῆς μυήσεως κατ' ἐντολὴν τοῦ Μονογενοῦς. — L. VII, c. XLII.

Benedicitur autem hoc a Pontifice in remissionem peccatorum et praeparationem baptismi. Sic enim inuocat ingenitum Deum, Patrem Christi, regem omnis naturae in sensum ac intelligentiam cadentis; ut sanctificet oleum nomine Domini Iesu, et det gratiam spiritalem, et uim efficacem, ac remissionem delictorum, atque praeparationem confessionis baptismi; ut is qui ungitur, solutus omni impietate, fiat dignus initiatione secundum Vnigeniti praeceptum.

2487. De mystica aqva. — Εἶτα ἔρχεται εἰς τὸ ὕδωρ. Εὐλογεῖ καὶ δοξάζει τὸν Δεσπότην Θεὸν τὸν παντοκράτορα, τὸν Πατέρα τοῦ Μονογενοῦς Θεοῦ, εὐχαριστῶν, ὁ ἱερεύς· ὅτι ἀπέστειλεν ἐνανθρωπῆσαι τὸν Υἱὸν αὐτοῦ δι' ἡμᾶς, ἵνα ἡμᾶς σώσῃ· ὅτι ἠνέσχετο τῆς ἐνανθρωπήσεως ὑπήκοον αὐτὸν γενέσθαι ἐν πᾶσι, κηρύξαι βασιλείαν οὐρανῶν, ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, νεκρῶν ἀνάστασιν. Ἐπὶ τούτοις προσκυνεῖ αὐτὸν τὸν μονογενῆ Θεὸν μετ' αὐτὸν, καὶ δι' αὐτὸν εὐχαριστῶν αὐτῷ, τῷ ἀναδέξασθαι αὐτὸν τὸν ὑπὲρ πάντων θάνατον διὰ τοῦ σταυροῦ, οὗ τύπον ἔδωκε τὸ βάπτισμα τῆς παλιγγενεσίας. Δοξάζει τε ὅτι ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ, Θεὸς ὁ τῶν ὅλων Κύριος, ἐν ἁγίῳ Πνεύματι, οὐκ ἀπέρριψε τὸν τῶν ἀνθρώπων γένος, ἀλλὰ διαφόροις καιροῖς διαφόρους προνοίας ἐποιήσατο· τῷ δὲ Ἀδὰμ αὐτῷ ἐν παραδείσῳ, πρῶτον μὲν τρυφῆς λόγῳ τὸν παράδεισον οἰκητήριον δοὺς, ἔπειτα προνοίας λόγῳ ἐντολὴν ποιησάμενος· ἁμαρτόντα δὲ δικαιοσύνῃ ἐξώσας, ἀγαθότητι δὲ μὴ ἀπορρίψας εἰς τὸ παντελὲς, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐξ αὐτοῦ κατὰ διαδοχὴν διαφόρως παιδεύσας· δι' ὃν ἐπὶ τὸ τέρμα τοῦ αἰῶνος ἀπέστειλε τὸν Υἱὸν αὐτοῦ ἄνθρωπον γενέσθαι δι'

Deinde uenit ad aquam. Sacerdos autem benedicit ac laudat Dominum Deum omnipotentem, Patrem Vnigeniti Dei, et gratias agit; quia misit Filium suum, qui homo fieret propter nos, ut nos saluaret; quia sustinuit ut ille in Incarnatione fieret per omnia obediens, praedicaret regnum coelorum, remissionem peccatorum, mortuorum resurrectionem. Ad haec adorat ipsum unigenitum Deum post eum et per illum gratias huic agens, quod ille mortem pro omnibus per crucem subierit, cuius mortis figuram dedit baptismum regenerationis. Laudat etiam quia in nomine Christi, Deus cunctorum Dominus, in Spiritu sancto non abiecit humanum gens; sed uariis temporibus uariam prouidentiam adhibuit : tunc ipsi Adamo in paradiso; primum quidem ratione deliciarum dedit illi paradisum in habitationem; deinde ratione prouidentiae mandatum tradidit; post peccatum autem, per iustitiam eum expulit, per bonitatem uero non ex toto abiecit, sed et posteros eius uicissim erudiuit diuersis modis : propter quem in extremo saeculi misit Filium suum, ut homo fieret hominum causa, et omnes humanos affectus,

ἀνθρώπους, καὶ πάντα τὰ ἀνθρώπινα πάθη ἀναδέξασθαι, χωρὶς ἁμαρτίας. Αὐτὸν οὖν καὶ νῦν παρακαλείτω ὁ ἱερεὺς πρὸς τῷ βαπτίσματι, καὶ λεγέτω ὅτι· Κάτιδε ἐξ οὐρανοῦ καὶ ἁγίασον τὸ ὕδωρ τοῦτο· δὸς δὲ χάριν καὶ δύναμιν, ὥστε τὸν βαπτιζόμενον, κατ' ἐντολὴν τοῦ Χριστοῦ σου, αὐτῷ συσταυρωθῆναι, καὶ συναποθανεῖν, καὶ συνταφῆναι, καὶ συναναστῆναι εἰς υἱοθεσίαν τὴν ἐν αὐτῷ τῷ νεκρωθῆναι μὲν τῇ ἁμαρτίᾳ, ζῆσαι δὲ τῇ δικαιοσύνῃ. Καὶ μετὰ τοῦτο, βαπτίσας αὐτὸν ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, χρισάτω μύρῳ, ἐπιλέγων... — L. VII, c. XLIII.

2487ᵃ. Actio gratiarvm de mystico vngvento. — Κύριε ὁ Θεὸς, ὁ ἀγέννητος, καὶ ἀδέσποτος, ὁ τῶν ὅλων Κύριος, ὁ τὴν ὀσμὴν τῆς γνώσεως τοῦ Εὐαγγελίου ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν εὔοσμον παρασχόμενος· σὺ καὶ νῦν τοῦτο τὸ μύρον δὸς ἐνεργὲς γενέσθαι ἐπὶ τῷ βαπτιζομένῳ, ὥστε βεβαίαν καὶ πάγιον ἐν αὐτῷ τὴν εὐωδίαν μεῖναι τοῦ Χριστοῦ σου, καὶ συναποθανόντα αὐτὸν συναναστῆναι καὶ συζῆσαι αὐτῷ. Ταῦτα καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα λεγέτω. Ἑκάστου γὰρ ἡ δύναμις τῆς χειροθεσίας ἐστὶν αὕτη· ἐὰν γὰρ μὴ εἰς ἕκαστον τούτων ἐπίκλησις γένηται παρὰ τοῦ εὐσεβοῦς ἱερέως τοιαύτη τις, εἰς ὕδωρ μόνον καταβαίνει ὁ βαπτιζόμενος, ὡς Ἰουδαῖοι, καὶ ἀποτίθεται μόνον τὸν ῥύπον τοῦ σώματος οὐ τὸν ῥύπον τῆς ψυχῆς. Μετὰ τοῦτο, ἑστὼς προσευχέσθω τὴν εὐχὴν ἣν ἐδίδαξεν ἡμᾶς ὁ Κύριος· ἀναγκαίως δὲ τὸν ἀναστάντα δεῖ ἑστάναι καὶ προσεύχεσθαι, διὰ τὸ τὸν ἐγειρόμενον ὄρθιον εἶναι· καὶ αὐτὸς οὖν συναποθανὼν τῷ Χριστῷ καὶ συνεγερθεὶς, στηκέτω. Προσευχέσθω δὲ κατὰ ἀνατολάς· καὶ γὰρ καὶ τοῦτο γέγραπται ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν Παραλειπομένων, ὅτι μετὰ τὸ συντελεσθῆναι τὸν ναὸν τοῦ Κυρίου ὑπὸ τοῦ βασιλέως Σολομῶντος, ἐν αὐτῷ τῷ ἐγκαινισμῷ οἱ ἱερεῖς, καὶ οἱ Λευῖται, καὶ οἱ ψαλτῳδοὶ, μετὰ κυμβάλων, καὶ ψαλτηρίων εἱστήκεισαν κατὰ ἀνατολὰς, αἰνοῦντες καὶ ἐξομολογούμενοι, καὶ λέγοντες· « Αἰνεῖτε τὸν Κύριον ὅτι ἀγαθὸς, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. » — L. VII, c. XLIV.

2488. Oratio recenter initiatorvm. — Προσευχέσθω δὲ ταῦτα μετὰ τὴν προτέραν εὐχὴν, λέγων· Ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ὁ Πατὴρ τοῦ Χριστοῦ σου, τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ σου, δός μοι σῶμα ἄσπιλον, καρδίαν καθαρὰν, νοῦν ἐγρηγορότα, γνῶσιν ἀπλανῆ, Πνεύματος ἁγίου ἐπιφοίτησιν πρὸς κτῆσιν καὶ πληροφορίαν τῆς ἀληθείας, διὰ τοῦ Χριστοῦ σου· δι' οὗ σοι δόξα ἐν ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Ταῦτα καὶ περὶ τῶν κατηχουμένων δίκαιον ἡγησάμεθα διατάξασθαι. — L. VII, c. XLV.

2489. Qvosnam sancti apostoli miservnt et ordinarvnt. — Περὶ δὲ ὑφ' ἡμῶν χειροτονηθέντων ἐπισκόπων ἐν τῇ ζωῇ ἡμετέρᾳ, γνωρίζομεν ὑμῖν, ὅτι εἰσὶν οὗτοι· Ἱεροσολύμων μὲν Ἰάκωβος, ὁ τοῦ Κυρίου ἀδελφὸς, οὗ τελευτήσαντος, δεύτερος Συμεὼν ὁ τοῦ Κλεόπα, μεθ' ὃν τρίτος Ἰούδας Ἰακώβου· Καισαρείας δὲ τῆς Παλαιστίνης πρότερον μὲν Ζακχαῖος, ὅς ποτε τελώνης, μεθ' ὃν Κορνήλιος καὶ τρίτος Θεόφιλος· Ἀντιοχείας δὲ Εὐόδιος μὲν ὑπ' ἐμοῦ Πέτρου, Ἰγνάτιος δὲ ὑπὸ Παύλου. Τῆς δὲ Ἀλεξανδρέων Ἀννιανὸς πρῶτος ἀπὸ Μάρκου τοῦ εὐαγγελιστοῦ κεχειροτόνηται, δεύτερος δὲ Ἀβίλλιος ὑπὸ Λουκᾶ καὶ αὐτοῦ εὐαγγελιστοῦ. Τῆς δὲ Ῥωμαίων Ἐκκλησίας Λῖνος μὲν ὁ Κλαυδίας πρῶτος ὑπὸ Παύλου, Κλήμης δὲ μετὰ τὸν Λίνου θάνατον ὑπ' ἐμοῦ Πέτρου, δεύτερος κεχειροτόνηται, τῆς δὲ Ἐφέσου Τιμόθεος μὲν ὑπὸ

excepto peccato, susciperet. Ipsum ergo et nunc inuocet sacerdos sub baptismum, ac dicat : Respice de coelo, et sanctifica hanc aquam; da uero gratiam et uirtutem, ut qui baptizatur, secundum mandatum Christi tui, cum eodem crucifigatur, et commoriatur, et consepeliatur, et consuscitetur in adoptionem quae in eo fit, ut perimatur quidem peccato, uiuat autem iustitiae. Et post hoc, cum baptizauerit eum in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, lineat unguento ac dicat...

Domine Deus, qui ingenitus es, et dominum non habes, ipse omnium Dominus; qui odorem cognitionis Euangelii in omnibus gentibus suauem praebuisti : tu et nunc praesta ut hoc unguentum efficax fiat in baptizato; quo firma et stabilis maneat in ipso fragrantia Christi tui, cui ipse commortuus, consuscitetur ac conuiuat. Haec et his consentanea proferat. Nam haec est potestas impositionis manuum unicuique factae : nisi enim in unumquodque eorum talis quaepiam inuocatio a pio sacerdote adhibeatur, qui baptizatur, in aquam tantum descendit, ut Iudaei, et corporis tantum sordes, non autem animae deponit.

Post hoc, stans dicat orationem, quam docuit nos Dominus : scilicet, qui resurrexit, necessario debet stare ac orare, quoniam qui exsurgit, erectus est : et ipse igitur, qui una cum Christo mortuus est ac resurrexit, stet. Precetur uero ad orientem : etenim hoc quoque scriptum est in secundo Paralipomenon, quod, postquam templum Dominis a rege Salomone consummatum fuit, in ipsa dedicatione sacerdotes et leuitae, et cantores, cum cymbalis et psalteriis steterunt ad orientem, laudantes, et confitentes, ac dicentes : « Laudate Dominum, quoniam bonus, quoniam in saeculum misericordia eius. »

Precetur uero haec, post priorem orationem, dicens : Deus omnipotens, Pater Christi tui, unigeniti Filii tui; da mihi corpus immaculatum, cor mundum, mentem uigilem, cognitionem non errantem, Spiritus sancti aduentum ad possessionem et certam fidem ueritatis, per Christum tuum, per quem tibi gloria in sancto Spiritu, in saecula. Amen. Atque haec de catechumenis constituere aequum duximus.

De episcopis uero, qui a nobis in uita nostra ordinati sunt, indicamus uobis, quod hi sunt : Hierosolymorum quidem Iacobus frater Domini, quo mortuo secundus fuit Simeon Cleophae filius, post quem tertius Iudas Iacobi; Caesareae autem Palaestinae primum quidem Zacchaeus olim publicanus, post quem Cornelius, et tertius Theophilus; Antiochiae uero Euodius quidem a me Petro, Ignatius autem a Paulo. At urbis Alexandrinorum Annianus primus a Marco Euangelista ordinatus est, secundus uero Auillius a Luca et ipso Euangelista. Romanorum Ecclesiae primus quidem Linus Claudiae filius a Paulo ; secundus autem, a me Petro post mortem Lini ordinatus fuit Clemens : et Ephesi Timotheus

Παύλου, Ἰωάννης δὲ ὑπ' ἐμοῦ Ἰωάννου. Σμύρνης δὲ Ἀρίστων πρῶτος, μεθ' ὃν Στραταίας ὁ Λωΐδος, καὶ τρίτος Ἀρίστων· Περγάμου δὲ Γάϊος, καὶ Φιλαδελφίας Δημήτριος ὑπ' ἐμοῦ· ὑπὸ δὲ Παύλου Λούκιος Κεγχρεῶν· καὶ τῆς Κρήτης Τίτος· Διονύσιος δὲ ἐν Ἀθήναις· τῆς δὲ ἐν Φοινίκῃ Τριπόλεως Μαρώνης, τῆς δὲ ἐν Φρυγίᾳ Λαοδικείας Ἄρχιππος· Κολοσσαέων δὲ Φιλήμων· Βεροίας δὲ τῆς κατὰ Μακεδονίαν Ὀνήσιμος ὁ Φιλήμονος· Κρήσκης δὲ τῶν κατὰ Γαλατίαν ἐκκλησιῶν. Ἀκύλας δὲ καὶ Νικήτης τῶν κατὰ Ἀσίαν παροικιῶν, Κρίσπος δὲ τῆς κατὰ Αἴγιναν Ἐκκλησίας· οὗτοι οἱ ὑφ' ἡμῶν ἐμπιστευθέντες τὰς ἐν Κυρίῳ παροικίας· ὧν τῆς διδασκαλίας μνημεύοντες πάντοτε παραφυλάσσεσθε τοὺς ἡμετέρους λόγους· καὶ εἴη ὁ Κύριος μεθ' ὑμῶν, νῦν τε καὶ εἰς τοὺς ἀτελευτήτους χρόνους· ὡς αὐτὸς εἴρηκεν ἡμῖν, μέλλων ἀναλαμβάνεσθαι πρὸς τὸν ἑαυτοῦ Θεὸν καὶ Πατέρα· « Ἰδοὺ γάρ, φησίν, ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. Ἀμήν. » — L. VII, c. XLVI.

a Paulo. Ioannes a me Ioanne; Smyrnae Aristo primus, post quem Strataeas Loidis filius, et tertius Aristo : Pergami Gaius, Philadelphiae Demetrius a me : a Paulo autem Lucius, Cencharum : Cretae Titus; Dionysius Athenis; Tripoleos in Phoenicia Maroones : Laodiceae in Phrygia Archippus : Colossensium Philemon : Beroeae apud Macedoniam Onesimus Philemonis : Ecclesiarum Galatiae Crescens : Asiae paroeciarum Aquila et Nicetas : et Ecclesiae Aeginensis Crispus. Hi sunt quibus paroeciarum cura a nobis concredita est : quorum doctrinae memores, semper obseruate sermones nostros : et sit Dominus uobiscum, nunc et in tempora infinita; quemadmodum ipse nobis dixit cum esset ad suum Deum ac Patrem assumendus : « Ecce enim, inquit, ego uobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem saeculi. Amen. »

2490. De officio vespertino. — Κἀγὼ Ἰάκωβος, ἀδελφὸς μὲν κατὰ σάρκα τοῦ Χριστοῦ, δοῦλος δὲ ὡς Θεοῦ μονογενοῦς, ἐπίσκοπος δὲ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Κυρίου καὶ τῶν ἀποστόλων Ἱεροσολύμων χειροτονηθείς, τάδε φημί· Ἑσπέρας γενομένης, συναθροίσεις τὴν ἐκκλησίαν, ὦ ἐπίσκοπε, καὶ μετὰ τὸ ῥηθῆναι τὴν ἐπιλύχνιον ψαλμόν, προσφωνήσει ὁ διάκονος ὑπὲρ τῶν κατηχουμένων, καὶ χειμαζομένων, καὶ τῶν φωτιζομένων, καὶ τῶν ἐν μετανοίᾳ, ὡς προείπομεν. Μετὰ δὲ τὸ ἀπολυθῆναι αὐτούς, ὁ διάκονος ἐρεῖ· Ὅσοι πιστοί, δεηθῶμεν τοῦ Κυρίου. Καὶ μετὰ τὸ προσφωνῆσαι αὐτὸν τὰ τῆς πρώτης εὐχῆς, ἐρεῖ· — L. VIII, c. XXXV.

Et ego Iacobus, frater quidem Christi secundum carnem, seruus autem eius ut Dei unigeniti episcopus uero Hierosolymorum ab ipso Domino et ab apostolis ordinatus, haec dico : Cum fuerit uespera congregabis ecclesiam, o episcope, et postquam fuerit dictus psalmus lucernalis, recitabit diaconus orationes pro catechumenis, energumenis, competentibus et paenitentibus, ut supra diximus. Cumque ii dimissi fuerint, diaconus dicet : Qui fideles sumus, oremus Dominum. Et postquam recitauerit illa, quae in prima oratione, dicet :

2491. Oratio lvcernalis. — Σῶσον καὶ ἀνάστησον ἡμᾶς, ὁ Θεός, διὰ Χριστοῦ σου. Ἀναστάντες αἰτησώμεθα τὰ ἐλέη τοῦ Κυρίου καὶ τοὺς οἰκτιρμοὺς αὐτοῦ, τὸν ἄγγελον τὸν ἐπὶ τῆς εἰρήνης, τὰ καλὰ καὶ τὰ συμφέροντα, Χριστιανὰ τὰ τέλη. Τὴν ἑσπέραν καὶ τὴν νύκτα εἰρηνικὴν καὶ ἀναμάρτητον, καὶ πάντα τὸν χρόνον τῆς ζωῆς ἡμῶν ἀκατάγνωστον αἰτησώμεθα. Ἑαυτοὺς δὲ καὶ ἀλλήλους τῷ ζῶντι Θεῷ, διὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ παραθώμεθα, καὶ ὁ ἐπίσκοπος ἐπευχόμενος, λεγέτω· — L. VIII, c. XXXVI.

Serua et suscita nos, Deus, per Christum tuum. Suscitati, postulemus misericordias Domini, atque miserationes eius, angelum paci praepositum, bona et conducibilia, finem uitae Christianum. Vesperam noctemque pacatam ac peccato uacuam, cunctumque uitae nostrae tempus irreprehensum postulemus. Nos ipsos, atque inuicem uiuenti Deo, per Christum eius commendemus. Ac episcopus orans dicat :

2492. Gratiarvm actio lvcernalis. — Ὁ ἄναρχος Θεὸς καὶ ἀτελεύτητος, ὁ τῶν ὅλων ποιητὴς διὰ Χριστοῦ, καὶ κηδεμών, πρὸ δὲ πάντων αὐτοῦ Θεὸς καὶ Πατήρ, ὁ τοῦ Πνεύματος Κύριος, καὶ τῶν νοητῶν καὶ αἰσθητῶν βασιλεύς, ποιήσας ἡμέραν πρὸς ἔργα φωτός, καὶ νύκτα εἰς ἀνάπαυσιν τῆς ἀσθενείας ἡμῶν· « Σὴ γάρ ἐστιν ἡμέρα, καὶ σή ἐστιν ἡ νύξ, σὺ κατηρτίσω φαῦσιν καὶ ἥλιον »· αὐτὸς νῦν, δέσποτα, φιλάνθρωπε καὶ πανάγαθε, εὐμενῶς πρόσδεξαι τὴν ἑσπερινὴν εὐχαριστίαν ἡμῶν ταύτην. Ὁ διαγαγὼν ἡμᾶς τὸ μῆκος τῆς ἡμέρας, καὶ ἀγαγὼν ἐπὶ τὰς ἀρχὰς τῆς νυκτός, φύλαξον ἡμᾶς διὰ τοῦ Χριστοῦ σου, εἰρηνικὴν παράσχου τὴν ἑσπέραν, καὶ τὴν νύκτα ἀναμάρτητον, καὶ καταξίωσον ἡμᾶς τῆς αἰωνίου ζωῆς, διὰ τοῦ Χριστοῦ σου· δι' οὗ σοι δόξα, τιμὴ καὶ σέβας, ἐν ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Καὶ ὁ διάκονος λεγέτω· Κλίνατε τῇ χειροθεσίᾳ. Καὶ ὁ ἐπίσκοπος λεγέτω· Θεὲ πατέρων, καὶ Κύριε τοῦ ἐλέους, ὁ τῇ σοφίᾳ σου κατασκευάσας ἄνθρωπον τὸ λογικὸν ζῶον, τὸ θεοφιλὲς τῶν ἐπὶ γῆς, καὶ δοὺς αὐτῷ τῶν ἐπὶ τῆς χθονὸς ἄρχειν, καὶ καταστήσας γνώμῃ σῇ ἄρχοντας καὶ ἱερεῖς, τοὺς μὲν πρὸς ἀσφάλειαν τῆς ζωῆς, τοὺς δὲ πρὸς λατρείαν ἔννομον·

Deus, principii expers ac fine carens, omnium per Christum opifex et rector, ante cuncta uero illius Deus ac Pater, Spiritus Dominus, et eorum quae intelligi ac sentiri possunt rex : qui fecisti diem ad opera lucis, et noctem ad requiem infirmitatis nostrae : « Tuus enim est dies, et tua est nox, tu aptasti lucem et solem », ipse et nunc, Domine, hominum amator, ac optime, suscipe clementer hanc nostram gratiarum actionem uespertinam. Qui traduxisti nos per diei longitudinem, et duxisti ad noctis initia; custodi nos, per Christum tuum; tranquillam praebe uesperam, et noctem peccato liberam; atque nos uita aeterna dignare, per Christum tuum; per quem tibi gloria, honor ac ueneratio in sancto Spiritu. in saecula. Amen.

Et diaconus dicat : Inclinate ad manuum impositionem. Ac dicat episcopus : Deus Patrum ac Domine misericordiae, qui sapientia tua fabricatus es hominem, animal ratione praeditum, maxime ex iis quae in terra sunt carum Deo; et tribuisti ei ut imperaret rebus terrestribus; quique uoluntate tua principes ac sacerdotes constituisti; illos quidem ad uitae securitatem; hos uero

αὐτὸς καὶ νῦν ἐπικάμφθητι, Κύριε παντόκρατορ, καὶ ἐπίφανον τὸν πρόσωπόν σου ἐπὶ τὸν λαόν σου, τοὺς κάμψαντας αὐχένα καρδίας αὐτῶν, καὶ εὐλόγησον αὐτοὺς διὰ Χριστοῦ, δι' οὗ ἐφώτισας ἡμᾶς φῶς γνώσεως, καὶ ἀπεκάλυψας ἡμῖν σαυτόν· μεθ' οὗ σοι καὶ ἡ ἐπάξιος ὀφείλεται προσκύνησις παρὰ πάσης λογικῆς, καὶ ἁγίας φύσεως, καὶ Πνεύματι τῷ Παρακλήτῳ, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Καὶ ὁ διάκονος λεγέτω· Προέλθετε ἐν εἰρήνῃ. Ὡσαύτως ὄρθρου, ὁ διάκονος, μετὰ τὸ ῥηθῆναι τὸ ὀρθρινὸν, καὶ ἀπολῦσαι αὐτὸν τοὺς κατηχουμένους, καὶ χειμαζομένους, καὶ βαπτιζομένους, καὶ τοὺς ἐν μετανοίᾳ καὶ τὴν ὀφειλομένην ποιήσασθαι προσφώνησιν, ἵνα μὴ πάλιν λέγωμεν τὰ αὐτά, ἐπιφερέτω μετὰ τό· Σῶσον αὐτοὺς ὁ Θεὸς, καὶ ἀνάστησον ἐν τῇ χάριτί σου· Αἰτησώμεθα παρὰ Κυρίου τὰ ἐλέη αὐτοῦ καὶ τοὺς οἰκτιρμοὺς, τὸν ὄρθρον τοῦτον καὶ τὴν ἡμέραν, εἰρηνικὴν καὶ ἀναμάρτητον, καὶ πάντα τὸν χρόνον τῆς παρεπιδημίας ἡμῶν, τὸν ἄγγελον τὸν ἐπὶ τῆς εἰρήνης, Χριστιανὰ τὰ τέλη, ἵλεων καὶ εὐμενῆ τὸν Θεόν· ἑαυτοὺς καὶ ἀλλήλους τῷ ζῶντι Θεῷ διὰ τοῦ Μονογενοῦς αὐτοῦ παραθώμετα. Καὶ ὁ ἐπίσκοπος ἐπευχόμενος λεγέτω· — L. VIII, c. XXXVII.

ad legitimum cultum : ipse nunc etiam inflectere, Domine omnipotens, et ostende faciem tuam super populum tuum, eos qui ceruicem cordis sui incuruarunt; et benedic eis per Christum, per quem illustrasti nos lumine cognitionis, ac reuelasti nobis teipsum; cum quo ab omni rationali et sancta natura debentur tibi adoratio condigna et Spiritui Paracleto in saecula. Amen. Et diaconus dicat : Exite in pace. Similem in modum mane, diaconus, cum dictus fuerit psalmus matutinus, cumque ipse dimiserit catechumenos, energumenos, competentes ac paenitentes, feceritque sollemnem precationem (ne iterum eadem referamus); post illud : Serua nos, Deus, et suscita in gratia tua; subiungat : Postulemus a Domino misericordias eius atque miserationes, hoc matutinum et hunc diem, cunctumque peregrinationis nostrae tempus pacatum ac peccato uacuum, angelum paci praepositum, finem uitae Christianum, Deum propitium et clementem.

Nos ipsos, et mutuo, uiuenti Deo commendemus per Vnigenitum eius. Ac episcopus orans, dicat :

2493. GRATIARVM ACTIO MATVTINA. — Ὁ Θεὸς ὁ τῶν πνευμάτων καὶ πάσης σαρκὸς, ὁ ἀσύγκριτος καὶ ἀπροσδεὴς, ὁ δοὺς τὸν ἥλιον εἰς ἐξουσίαν τῆς ἡμέρας, τὴν δὲ σελήνην καὶ τὰ ἄστρα εἰς ἐξουσίαν τῆς νυκτός· αὐτὸς καὶ νῦν ἔπιδε ἐφ' ἡμᾶς εὐμενέσιν ὀφθαλμοῖς, καὶ πρόσδεξαι τὰς ἑωθινὰς ἡμῶν εὐχαριστίας, καὶ ἐλέησον ἡμᾶς· οὐ γὰρ διεπετάσαμεν τὰς χεῖρας ἡμῶν πρὸς θεὸν ἀλλότριον· οὐ γάρ ἐστιν ἐν ἡμῖν θεὸς πρόσφατος, ἀλλὰ σὺ ὁ αἰώνιος καὶ ἀτελεύτητος. Ὁ τὸ εἶναι ἡμῖν διὰ Χριστοῦ παρασχόμενος, καὶ τὸ εὖ εἶναι δι' αὐτοῦ δωρησάμενος· αὐτὸς ἡμᾶς δι' αὐτοῦ καταξίωσον καὶ τῆς αἰωνίου ζωῆς· μεθ' οὗ σοι δόξα, καὶ τιμὴ, καὶ σέβας, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Καὶ ὁ διάκονος λεγέτω· Κλίνατε τῇ χειροθεσίᾳ. Καὶ ὁ ἐπίσκοπος ἐπευχέσθω, λέγων· — L. VIII, c. XXXVIII.

Spirituum et omnis carnis Deus, incomparabilis ac nullius rei indigus; qui dedisti solem, ut praeesset diei, lunam uero et stellas, ut praeessent nocti, ipse et nunc respice super nos oculis beneuolis; ac suscipe matutinas nostras gratiarum actiones, et miserere nostri : non enim expandimus manus nostras ad deum alienum; siquidem non est in nobis deus recens, sed tu aeternus ac immortalis. Qui nobis per Christum praebuisti ut essemus, quippe per eundem donasti ut bene essemus, ipse nos per eum dignare uita aeterna, cum quo tibi gloria, honor, ueneratio, et sancto Spiritui, in saecula. Amen. Tum diaconus dicat : Inclinate ad manus impositionem. Ac episcopus oret, his uerbis :

2494. BENEDICTIO MATVTINA. — Ὁ Θεὸς ὁ πιστὸς καὶ ἀληθινὸς, ὁ ποιῶν ἔλεος εἰς χιλιάδας καὶ μυριάδας τοῖς ἀγαπῶσί σε, ὁ φίλος ταπεινῶν, καὶ πενήτων προστάτης, οὗ πάντα ἐν χρείᾳ καθέστηκεν, ὅτι τὰ σύμπαντα δοῦλά σου· ἔπιδε τὸν λαόν σου τουτὸν, τοὺς κεκλικότας σοι τὰς ἑαυτῶν κεφαλὰς, καὶ εὐλόγησον αὐτοὺς εὐλογίαν πνευματικὴν, φύλαξον αὐτοὺς ὡς κόρην ὀφθαλμοῦ, διατήρησον αὐτοὺς ἐν εὐσεβείᾳ καὶ δικαιοσύνῃ, καὶ καταξίωσον αὐτοὺς τῆς αἰωνίου ζωῆς, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ ἠγαπημένῳ σου Παιδί· μεθ' οὗ σοι δόξα, τιμὴ καὶ σέβας, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. Καὶ ὁ διάκονος λεγέτω· Προέλθετε ἐν εἰρήνῃ. Ἐπὶ δὲ ταῖς προσφερομέναις ἀπαρχαῖς, οὕτως εὐχαριστεῖ ὁ ἐπίσκοπος. — L. VIII, c. XXXIX.

Deus fidelis et uerax, qui facis misericordiam in millia, et dena millia, diligentibus te; amicus humilium et pauperum defensor; quo uniuersa opus habent, quia cuncta tibi serua sunt : respice in populum tuum hunc, in hos qui inclinarunt tibi capita sua, et benedic eis benedictione spirituali; custodi eos, ut pupillam oculi; conserua eos in pietate ac iustitia; et eos uita aeterna dignare; in Christo Iesu dilecto Filio tuo; cum quo tibi gloria, honor, atque cultus, et sancto Spiritui, nunc, et semper, et in saecula saeculorum. Amen. Et diaconus dicat : Exite in pace. Caeterum pro primitiis quae offeruntur, episcopus gratias agit hunc in modum.

2495. INVOCATIO PRO PRIMITIIS. — Εὐχαριστοῦμέν σοι, Κύριε παντόκρατορ, δημιουργὲ τῶν ὅλων καὶ προνοητὰ, διὰ τοῦ μονογενοῦς σου Παιδὸς Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν, ἐπὶ ταῖς προσενεχθείσαις σοι ἀπαρχαῖς, οὐχ ὅσον ὀφείλομεν, ἀλλ' ὅσον δυνάμεθα. Τίς γὰρ ἀνθρώπων ἐπαξίως εὐχαριστῆσαί σοι δύναται, ὑπὲρ ὧν δέδωκας αὐτοῖς εἰς μετάληψιν· ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, καὶ πάντων τῶν ἁγίων· ὁ πάντα τελεσφορήσας διὰ τοῦ Λόγου σου καὶ κελεύσας τῇ γῇ παντοδαποὺς ἐκφῦσαι καρποὺς εἰς

Gratias agimus tibi, Domine omnipotens, omnium opifex ac prouisor, per unigenitum Filium tuum Iesum Christum Dominum nostrum, pro oblatis tibi primitiis; non quantum debemus, sed quantum possumus. Quis enim hominum condigne potest gratias tibi agere, pro iis quae dedisti ipsis ad participandum? Deus Abrahami et Isaaci et Iacobi, omniumque sanctorum; qui cuncta ad perfectionem ac maturitatem perduxisti, per Verbum tuum et terrae iussisti progignere omnis generis fructus ad laetitiam et alimoniam nostram : qui dedisti

εὐφροσύνην καὶ τροφὴν ἡμετέραν· ὁ δοὺς τοῖς νωθεσθέροις καὶ βληχώδεσι χυλὸν, χλοηφάγοις χλόην, καὶ τοῖς μὲν κρέα, τοῖς δὲ σπέρματα, ἡμῖν δὲ σῖτον πρὸς τροφὴν πρόσφορον καὶ κατάλληλον, καὶ ἕτερα διάφορα, τὰ μὲν πρὸς χρῆσιν, τὸ δὲ πρὸς ὑγίειαν, τὰ δὲ πρὸς τέρψιν. Ἐπὶ τούτοις οὖν ἅπασιν ὑπερύμνητος ὑπάρχεις, τῆς εἰς πάντας εὐεργεσίας διὰ Χριστοῦ· δι' οὗ σοι δόξα, τιμὴ καὶ σέβας ἐν ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας· Ἀμήν. Εἶδε τῶν ἐν Χριστῷ ἀναπαυσαμένων, μετὰ τὸ προσφωνῆσαι τὰ τῆς πρώτης εὐχῆς, ἵνα μὴ πάλιν λέγωμεν, ὁ διάκονος προσθήσει καὶ ταῦτα· — L. VIII, c. XL.

hebetioribus et stupidioribus pabulum feni, herbiuoris herbam : et aliis quidem carnes; alii uero semina, nobis autem frumentum ad cibum aptum ac conuenientem; item diuersa alia partim ad usum, partim ad sanitatem, partim ad oblectionem. Pro his igitur omnibus summe laudandus es, da tua erga omnes beneficentia, per Christum; per quem tibi gloria, honor et ueneratio, in sancto Spiritu, in saecula. Amen. Porro de his qui in Christo requieuerunt, postquam diaconus clara uoce protulerit ea quae oratio complectitur (ne eadem repetamus), adiiciet etiam haec :

2496. ORATIO PRO MORTVIS. — Ὑπὲρ ἀναπαυσαμένων ἐν Χριστῷ ἀδελφῶ ἡμῶν δεηθῶμεν· ὅπως ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς, ὁ προσδεξάμενος αὐτοῦ τὴν ψυχὴν παρίδῃ αὐτοῦ πᾶν ἁμάρτημα ἑκούσιον, καὶ ἀκούσιον, καὶ ἵλεως καὶ εὐμενὴς γενόμενος, κατατάξῃ, εἰς χώρας εὐσεβῶν, ἀνειμένων εἰς κόλπον Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ, μετὰ πάντων τῶν ἀπ' αἰῶνος εὐαρεστησάντων τῷ Θεῷ καὶ ποιησάντων τὸ θέλημα αὐτοῦ· ἔνθα ἀπέδρα ὀδύνη καὶ λύπη καὶ στεναγμός. Ἐγειρώμεθα. Ἑαυτοὺς καὶ ἀλλήλους τῷ ἀϊδίῳ Θεῷ διὰ τοῦ ἐν ἀρχῇ Λόγου παραθώμεθα. Καὶ ὁ ἐπίσκοπος λεγέτω· Ὁ τῇ φύσει ἀθάνατος καὶ ἀτελεύτητος, παρ' οὗ πᾶν ἀθάνατον καὶ θνητὸν γέγονεν· ὁ τὸ λογικὸν ζῶον τὸν ἄνθρωπον τὸν κοσμοπολίτην, θνητὸν ἐν κατασκευῇ ποιήσας, καὶ ἀναστασὶν ἐπαγγειλάμενος· ὁ τὸν Ἐνὼχ καὶ τὸν Ἠλίαν θανάτου πεῖραν μὴ ἐάσας λαβεῖν· ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, ὁ Θεὸς Ἰσαὰκ καὶ ὁ Θεὸς Ἰακὼβ, οὐχ ὡς νεκρῶν ἀλλ' ὡς ζώντων Θεὸς εἶ· ὅτι πάντων αἱ ψυχαι παρὰ σοὶ ζῶσι, καὶ τῶν δικαίων τὰ πνεύματα ἐν τῇ χειρί σού εἰσιν, ὧν οὐ μὴ ἅψηται βάσανος· πάντες γὰρ ἡγιασμένοι ὑπὸ τὰς χεῖράς σού εἰσιν· αὐτὸς καὶ νῦν ἔπιδε ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου τόνδε, ὃν ἐξελέξω καὶ προσελάβου εἰς ἑτέραν λῆξιν, καὶ συγχώρησον αὐτῷ εἴ τι ἑκὼν ἢ ἄκων ἐξήμαρτεν, ἀγγέλους εὐμενεῖς παράστησον αὐτῷ, καὶ κατάταξον αὐτὸν ἐν τῷ κόλπῳ τῶν πατριαρχῶν καὶ τῶν προφητῶν καὶ τῶν ἀποστόλων καὶ πάντων τῶν ἀπ' αἰῶνός σοι εὐαρεστησάντων, ὅπου οὐκ ἔνι λύπη, ὀδύνη καὶ στεναγμὸς, ἀλλὰ χῶρος εὐσεβῶν ἀνημένος, καὶ γῆ εὐθείων συνανημένη, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ ὁρώντων τὴν δόξαν τοῦ Χριστοῦ σου· δι' οὗ σοι δόξα, τιμὴ καὶ σέβας, εὐχαριστία, προσκύνησις, ἐν ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Καὶ ὁ διάκονος λεγέτω· Κλίνατε καὶ εὐλογεῖσθε. Καὶ ὁ ἐπίσκοπος εὐχαριστείτω ὑπὲρ αὐτῶν, λέγων τοιάδε· Σῶσον, Κύριε, τὸν λαόν σου, καὶ εὐλόγησον τὴν κληρονομίαν σου, ἣν περιεποιήσω τῷ τιμίῳ αἵματι τοῦ Χριστοῦ σου· ποίμανον αὐτοὺς ὑπὸ τὴν δεξιάν σου, καὶ σκέπασον αὐτοὺς ὑπὸ τὰς πτέρυγάς σου, καὶ δὸς αὐτοῖς τὸν ἀγῶνα ἀγωνίσασθαι καλὸν, τὸν δρόμον τελέσαι, τὴν πίστιν τηρῆσαι ἀτρέπτως, ἀμέμπτως, ἀνεγκλήτως, διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἀγαπητοῦ σου Παιδὸς, μεθ' οὗ σοι δόξα, τιμὴ καὶ σέβας, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. — L. VIII, c. XLI.

Pro fratribus nostris, qui in Christo requieuerunt, oremus; ut hominum amans Deus, qui animam defuncti suscepit, ei remittat omne peccatum uoluntarium ac non uoluntarium, et propitius clemensque factus collocet eum in regione piorum quiescentium in sinu Abrahami, Isaaci et Iacobi, cum omnibus qui a saeculo placuerunt Deo, ac eius uoluntatem fecerunt; unde aufugit dolor, tristitia et gemitus. Surgamus. Nos ipsos, et inuicem, aeterno Deo commendemus, per Verbum quod erat in principio. Ac episcopus dicat : Qui natura es immortalis ac fine carens; a quo cuncta immortalia et mortalia orta sunt; qui animal rationale hominem, ciuem mundi, in fabricatione effecisti mortalem, et resurrectionem promisisti; qui Henochum ac Eliam non siuisti mortis experimentum capere : Deus Abraham, Deus Isaac et Deus Iacob; non tanquam mortuorum sed tanquam uiuentium es Deus; quia cunctarum animae apud te uiuunt; et spiritus iustorum in manu tua sunt, quos non tanget cruciatus; omnes enim sanctificati, sub manibus tuis sunt : ipse et nunc respice super seruum tuum hunc, quem elegisti, et assumpsisti in aliam sortem; et condona ei, si quid uolens aut inuitus deliquit; atque angelos ei exhibe placidos; atque colloca eum in sinu patriarcarum, prophetarum, apostolorum, omniumque qui tibi a saeculo placuerunt; ubi non est tristitia, dolor, gemitus, imo locus piorum sedatus, et pariter quieta terra rectorum, eorumque qui in ea uident gloriam Christi tui; per quem tibi gloria, honor, cultus, actio gratiarum, adoratio, in sancto Spiritu, in saecula. Amen. Et diaconus dicat : Inclinate et accipite benedictionem. At episcopus gratias pro eis agat, dicens : Saluum fac, Domine, populum tuum et benedic haereditati tuae, quam acquisiisti pretioso Christi tui sanguine, pasce illos sub dextera tua, protege illos sub alis tuis; et tribue illis, ut certamen bonum certent, cursum consumment, fidem seruent, absque mutatione, culpa et crimine; per Dominum nostrum Iesum Christum dilectum Filium tuum; cum quo gloria, honor, et ueneratio, atque sancto Spiritui, in saecula. Amen.

In *Iuris ecclesiastici Graecorum historia et monumentis* « primo post Apostolorum canones loco poni antiquas illas de sacris arcanisque ueterum Christianorum disciplinis constitutiones » recte I. B. Pitra noster indicauit et de opusculo non ignobili ita scripsit : « Sunt Διατάξεις περὶ μυστικῆς Λατρείας, siue *Statuta de mystico ministerio,* quae inter altaris cancellos orta primitus fuisse ut censeam, facit ipse princeps canonicorum codicum barberinianus, ubi ab octauo saeculo et titulo inscribuntur quo superius, et uetustissimi Euchologii iam partem efficiunt et appendicem. Vehementius suadet aliud barberinianum Horologium saec. XVI (*Cod.* III, 109), in quo, ut in prisca didascalia, ordinationes fiunt ritu et nomine SS. Thomae, Philippi et Iohannis Φιλουμένου. Quid quod ipsum continuum libelli argumentum exponit uetustissimam hierarchiae formam, singula cleri classes instruit, haud omissa ad tertium locum post episcopos diaconissa, et ad sextum posito martyre non consummato, ad nonum uero exorcista sola uirtute Dei insignito, addita etiam inuocatione septemplici aureae uetustatis lepore ornata? Haec sane uel apostolicis canonibus et iis qui priores habentur antiquiora esse facile credam : horum quippe illa quasi semina habebis, non surculos neque propagines (uid. capp. XI, XIII, XVI); nondum enim primitiua Spiritus charismata uacant (c. X); nondum catechumenorum classes diuiduntur (cap. XV); rari qui docere possunt (XVI); frequentes, qui patiuntur (VII); a furore ethnicorum, uel in orationis hora et loco, nulla securitas (XVIII). Omnia uero eiusdem esse antiquitatis nemo credet : ipsi quidem nos, pene missas fecimus scenicae fabulae personas, uariis apostolis ex arbitrio assignatas. Praeterea, quis tulerit quae iidem de suis festis diebus statuere dicuntur? » Hactenus Pitra u. cl. Libelli ordo cum numeratione uulgari constitutionum apostolicarum (quarum textus parum differt), heic afferre uolui. Inter monumentorum liturgicarum relliquias, cum constitutiones apostolicas ederem, μυστικῆς λατρείας textum seruaui integrum.

	DE MYSTICO MINISTERIO		*CONSTITVTIONES APOSTOLICAE* Cotelerii (ed. 1724).	Bunsenii *Analecta*, 1854, t. II.
I.	de ordinatione episcopi....	Ἅμα τοίνυν ὑπάρχοντες ἡμεῖς οἱ κ. τ. λ Ὁ ὤν, δέσποτα Κύριε ὁ Θεός, ὁ παντοκράτωρ, ὁ μόνος κ. τ. λ. . . .	Ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ κ. τ. λ. . . . . ἅπας ὁ λαός. . . . . | αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.	Lib. VIII, cap. IV .... — v. Ὁ ὤν, δέσποτα, κ. τ. λ.	Lib. VIII, cap. IV, fol. 376. — v. Ὁ ὤν, δέσποτα, 376. Ὁ Θεός, καὶ, 377.
II.	de ordinatione presbyteri..	Περὶ δὲ χειροτονίας πρεσβυτέρων ἐγὼ ὁ κ. τ. λ.	Lib. VIII, c. XVI	Lib. VIII, c. XVI, fol. 425.
III.	de ordinatione diaconorum.	Περὶ χειροτονίας διακόνων ἐγὼ Φίλιππος κ. τ. λ.	Lib. VIII, c. XVII-XVIII	Lib. VIII, c. XVII-XVIII, fol. 426.
IV.	de ordinatione diaconissae.	Περὶ δὲ διακονίσσης Βαρθολομαῖος κ. τ. λ.	Lib. VIII, c. XIX-XX..........	Lib. VIII, c. XIX-XX, fol. 427.
V.	de ordinatione subdiaconi..	Περὶ δὲ ὑποδιακόνων ἐγὼ Θωμᾶς κ. τ. λ.	Lib. VIII, c. XXI	Lib. VIII, c. XXI, fol. 427.
VI.	de lectoribus.............	Περὶ δὲ ἀναγνωστῶν ἐγὼ Ματθαῖος κ. τ. λ.	Lib. VIII, c. XXII............	Lib. VIII, c. XXII, fol. 428, addit.: ἀναγνώστης καθίσταται ἐπιδιδόντας αὐτῷ Βιβλίον τοῦ ἐπισκόπου, οὐδὲ γὰρ χειροτεθεῖται.
VII.	de confessoribus	Ἰάκωβος δὲ ὁ Ἀλφαίου κἀγὼ διατάσσομαι κ. τ. λ.	Lib. VIII, c. XXIII	Lib. VIII, c. XXIII, fol. 428.
VIII.	de uirginibus............	Ὁ αὐτὸς περὶ παρθένων διατάσσομαι κ. τ. λ.	Lib. VIII, c. XXIV	Lib. VIII, c. XXIV, fol. 429.
IX.	de uiduis................	Κἀγὼ Λεββαῖος ὁ ἐπικληθεὶς Θαδδαῖος κ. τ. λ.	Lib. VIII, c. XXV............	Lib. VIII, c. XXV, fol. 429.
X.	de exorcista	Ὁ αὐτὸς περὶ ἐξορκιστοῦ διατάσσομαι κ. τ. λ.	Lib. VIII, c. XXVI	Lib. VIII, c. XXVI, fol. 429.
XI.	de clero..................	1. Σίμων δὲ ὁ Κανανίτης κἀγὼ διατάσσομαι κ. τ. λ.	Lib. VIII, c. XXVII...........	Lib. VIII, c. XXVII, fol. 430.
	de canonibus	2. Ἐπίσκοπος εὐλογεῖ οὐκ εὐλογεῖται κ. τ. λ.	Lib. VIII, c. XXVIII	Lib. VIII, c. XXVIII, fol. 430.
		3. Πρεσβύτερος εὐλογεῖ, οὐκ εὐλογεῖται κ. τ. λ.	— —	— — —
		4. Διάκονος οὐκ εὐλογεῖ, οὐ δίδωσιν κ. τ. λ.	— —	— — —
		5. Διακόνισσα οὐκ εὐλογεῖ, ἀλλ' οὐδὲ κ. τ. λ.	— —	— — 431.
		6. Διάκονος ἀφορίζει ὑποδιάκονον κ. τ. λ.	— —	— — —
		7. Ὑποδιακόνῳ οὐκ ἔξεστιν ἀφορίσαι κ. τ. λ.	— —	— — —
XII.	de benedictione aquae et olei.	Περὶ δὲ ὕδατος καὶ ἐλαίου ἐγὼ Ματθίας κ. τ. λ.	Lib. VIII, c. XXIX	desideratur.
XIII.	de primitiis et decimis.....	Ὁ αὐτὸς περὶ ἀπαρχῶν καὶ δεκατῶν κ. τ. λ.	Lib. VIII, c. XXX............	Lib. VIII, c. XXX, fol. 431.
XIV.	de eulogiis...............	Ὁ αὐτὸς περὶ περισσευμάτων διατάσσομαι κ. τ. λ.	Lib. VIII, c. XXXI...........	Lib. VIII, c. XXXI, fol. 432.
Diaconum efficies, o episcope, imponendo ei manus, adstante tibi uniuerso presbyterio una cum diaconis, precatusque dices :

Oratio. Deus omnipotens qui verax es, neque mentiris, diues in omnibus qui te inuocant in ueritate, in consiliis pertimescendus, sapiens cogitatione, fortis et magnus, exaudi orationem nostram, Domine, et auribus percipe deprecationem nostram, et ostende faciem tuam super seruum tuum hunc, electum tibi in ministerium, et imple eum Spiritu Sancto et uirtute, sicut Stephanum martyrem et imitatorem passionum Christi tui impleuisti, et concede ei, ut ministerio sibi commisso sine culpa, sine uitio, sine crimine functus, maiore gradu dignus habeatur per mediatorem unigenitum Filium tuum, cum quo tibi et sancto Spiritui gloria, honor ac ueneratio in saecula. Amen.

IV. DE ORDINATIONE DIACONISSAE

2501. CAP. XIX. — Περὶ δὲ διακονίσσης Βαρθολομαῖος διατάσσομαι.

IV. De Diaconissa uero Bartholomaeus constituo.

Ὦ ἐπίσκοπε, ἐπιθήσεις αὐτῇ τὰς χεῖρας, παρεστῶτος τοῦ πρεσβυτερίου καὶ τῶν διακόνων καὶ τῶν διακονισσῶν, καὶ ἐρεῖς·

Cap. xx. — Εὐχή. Θεὸς ὁ αἰώνιος, ὁ Πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς δημιουργός, ὁ πληρώσας πνεύματος Μαριὰμ καὶ Δεβόῤῥαν καὶ Ἄνναν καὶ Ὀλδάν, ὁ μὴ ἀπαξιώσας τὸν μονογενῆ σου Υἱὸν γεννηθῆναι ἐκ γυναικός, ὁ καὶ ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου καὶ ἐν τῷ ναῷ προχειρισάμενος τὰς φρουροὺς τῶν ἁγίων σου πυλῶν· αὐτὸς καὶ νῦν ἔπιδε ἐπὶ τὴν δούλην σου τήνδε τὴν προχειριζομένην εἰς διακονίαν, καὶ δὸς αὐτῇ Πνεῦμα ἅγιον, καὶ καθάρισον αὐτὴν ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος πρὸς τὸ ἐπαξίως ἐπιτελεῖν αὐτὴν τὸ ἐγχειρισθὲν αὐτῇ ἔργον εἰς δόξαν σὴν καὶ ἔπαινον τοῦ Χριστοῦ σου, μεθ' οὗ σοι δόξα καὶ προσκύνησις καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

O episcope, impones ei manus, adstante presbyterio una cum diaconis et diaconissis, et dices:

Oratio. Deus aeterne, Pater Domini nostri Iesu Christi, qui uiri et mulieris auctor es, qui spiritu impleuisti Mariam, Debboram et Annam et Oldam, cui indignum non fuit unigenitum tuum Filium nasci ex muliere, qui in tabernaculo testimonii tui et in templo praefecisti ianuis tuis sanctis feminas custodes, ipse nunc quoque respice super hanc famulam tuam, electam ad diaconatum, et da ei Spiritum sanctum, et puram eam effice ab omni immunditia carnis et spiritus ut condigne perficiat opus sibi commissum in gloriam tuam et laudem Christi tui, cum quo tibi et Spiritui Sancto gloria et adoratio in saecula. Amen.

V. DE ORDINATIONE SVBDIACONI

2502. Cap. xxi. — Περὶ δὲ ὑποδιακόνων ἐγὼ Θωμᾶς διατάσσομαι ὑμῖν τοῖς ἐπισκόποις.

Ὑποδιάκονον χειροτονῶν, ὦ ἐπίσκοπε, ἐπιθήσεις ἐπ' αὐτῷ τὰς χεῖρας καὶ ἐρεῖς·

Εὐχή. Δέσποτα Θεέ, οὐρανοῦ καὶ γῆς δημιουργὲ καὶ πάντων τῶν ἐν αὐτοῖς, ὁ καὶ ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου τοὺς νεωκόρους ἀναδείξας τῶν ἁγίων σου σκευῶν φύλακας· αὐτὸς καὶ νῦν ἐπίβλεψον ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου τόνδε τὸν προχειρισθέντα ὑποδιάκονον, καὶ δὸς αὐτῷ Πνεῦμα ἅγιον πρὸς τὸ ἐπαξίως ἐφάπτεσθαι τῶν λειτουργικῶν σου σκευῶν καὶ ποιεῖν τὸ θέλημά σου διαπαντός· διὰ τοῦ Χριστοῦ σου, μεθ' οὗ σοι δόξα, τιμὴ καὶ σέβας καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

V. De subdiaconis autem ego Thomas uobis episcopis constituo.

Quando subdiaconum ordinas, o episcope, impones super eum manus et dices :

Oratio. Dominator Deus, conditor coeli et terrae et omnium quae coelo terraque continentur, qui in tabernaculo testimonii aedituos designasti sanctorum uasorum tuorum custodes, ipse nunc etiam respice super famulum huncce tuum, qui subdiaconus creatus est, et tribue ei Spiritum sanctum ut pro dignitate attrectet uasa ministerio tuo dicata, semperque tuam faciat uoluntatem : per Christum tuum, cum quo tibi et sancto Spiritui gloria, honor ac ueneratio in saecula. Amen.

VI. DE LECTORIBVS

2503. Cap. xxii. — Περὶ δὲ ἀναγνωστῶν ἐγὼ Ματθαῖος ὁ καὶ Λευὶς ὅ ποτε τελώνης διατάσσομαι.

Ἀναγνώστην προχείρισαι ἐπιθεὶς αὐτῷ τὴν χεῖρα, καὶ ἐπευξάμενος πρὸς τὸν Θεὸν λέγε·

Εὐχή. Ὁ Θεὸς ὁ αἰώνιος, ὁ πολὺς ἐν ἐλέει καὶ οἰκτιρμοῖς, ὁ τὴν τοῦ κόσμου σύστασιν διὰ τῶν ἐνεργουμένων φανεροποιήσας καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐκλεκτῶν σου διαφυλάττων· αὐτὸς καὶ νῦν ἔπιδε ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου τὸν ἐγχειριζόμενον τὰς ἁγίας σου γραφὰς ἀναγινώσκειν τῷ λαῷ σου, καὶ δὸς αὐτῷ Πνεῦμα ἅγιον, Πνεῦμα προφητικόν· ὁ σοφίσας Ἔσδραν τὸν θεράποντά σου ἐπὶ τὸ ἀναγινώσκειν τοὺς νόμους σου τῷ λαῷ σου, καὶ νῦν παρακαλούμενος ὑφ' ἡμῶν σόφισον τὸν δοῦλόν σου καὶ δὸς αὐτῷ, ἔργον ἀκατάγνωστον διανύσαντα τὸ ἐγχειρισθὲν αὐτῷ, ἄξιον ἀναδειχθῆναι μείζονος βαθμοῦ· διὰ Χριστοῦ, μεθ' οὗ σοι ἡ δόξα καὶ τὸ σέβας καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

VI. De lectoribus uero ego Matthaeus qui et Leuis, olim publicanus, constituo.

Lectorem assume, imponens ei manum, et Deum orans dicito :

Oratio. Deus aeterne, qui multus in misericordia et miserationibus es, qui mundi structuram per ea quae fiunt, manifestasti, et numerum electorum tuorum conseruas, ipse et nunc respice super famulum tuum cui committitur sanctas tuas scripturas legere populo tuo, et da ei Spiritum sanctum, Spiritum propheticum; qui sapientem effecisti Esdram famulum tuum, ad recitandum leges tuas tuo populo, et nunc rogatus a nobis, instrue famulum tuum et tribue ei ut sine reprehensione functus munere sibi commisso, ad maiora scandere dignus declaretur : per Christum cum quo et sancto Spiritu tibi gloria in saecula. Amen.

VII. DE CONFESSORIBVS

2504. Cap. xxiii. — Ἰάκωβος δὲ ὁ Ἀλφαίου κἀγὼ διατάσσομαι περὶ ὁμολογητῶν.

Ὁμολογητὴς οὐ χειροτονεῖται· γνώμης γὰρ τοῦτο καὶ ὑπομονῆς· τιμῆς δὲ μεγάλης ἐπάξιος, ὡς ὁμολογήσας τὸ ὄνομα

VII. Ego uero Iacobus Alphaei constituo de confessoribus.

Confessor non fit ordinatione : uoluntatis quippe res est et tolerantiae. Magno autem honore dignus est, ut

τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ ἐνώπιον ἐθνῶν καὶ βασιλέων. Ἐὰν δὲ χρεία αὐτοῦ ᾖ εἰς ἐπίσκοπον ἢ πρεσβύτερον ἢ διάκονον, χειροτονεῖται· εἰ δέ τις ὁμολογητὴς μὴ χειροτονηθεὶς ἁρπάσῃ ἑαυτῷ ἀξίωμά τι τοιοῦτον ὡς διὰ τὴν ὁμολογίαν, οὗτος καθαιρείσθω καὶ ἀποβαλλέσθω· οὐ γάρ ἐστιν, ἐπείπερ ἤρνηται τὴν Χριστοῦ διάταξιν καὶ ἔστιν ἀπίστου χείρων.

qui confessus est nomen Dei et Christi coram gentibus et regibus. Si autem opus eo fuerit, in episcopum aut presbyterum aut diaconum ordinetur. Quod si aliquis confessor non ordinatus arrogauerit sibi huiusmodi dignitatem, confessionis praetextu, is deponatur et eiiciatur. Non enim est confessor, utpote qui negauerit Christi constitutionem estque infideli deterior.

VIII. DE VIRGINIBVS

2505. CAP. XXIV. — Ὁ αὐτὸς περὶ παρθένων διατάσσομαι.

Παρθένος οὐ χειροτονεῖται· ἐπιταγὴν γὰρ Κυρίου οὐκ ἔχομεν· γνώμης γάρ ἐστι τὸ ἔπαθλον, οὐκ ἐπὶ διαβολῇ τοῦ γάμου, ἀλλ' ἐπὶ σχολῇ τῆς εὐσεβείας.

VIII. Ipse ego de uirginibus constituo.

Non ordinatur uirgo; praeceptum enim Domini non habemus, uoluntatis quippe est huius laudis certamen, non coniugii tamen in criminationem, sed pietati ut indulgeatur.

IX. DE VIDVIS

2505ᵃ. CAP. XXV. — Κἀγὼ Λεββαῖος ὁ ἐπικληθεὶς Θαδδαῖος τάδε περὶ χηρῶν διατάσσομαι.

Χήρα οὐ χειροτονεῖται, ἀλλ' εἰ μὲν ἐκ πολλοῦ ἀπέβαλε τὸν ἄνδρα καὶ σωφρόνως καὶ ἀκαταγνώστως ἔζησε καὶ τῶν οἰκείων ἄριστα ἐπεμελήθη, ὡς Ἰουδὶθ καὶ Ἄννα αἱ σεμνόταται, κατατασσέσθω εἰς τὸ χηρικόν· εἰ δὲ νεωστὶ ἀπέβαλε τὸν ὁμόζυγον, μὴ πιστευέσθω, ἀλλὰ χρόνῳ νεότης κρινέσθω· τὰ γὰρ πάθη ἔσθ' ὅτε καὶ συγγηρᾷ ἀνθρώποις, μὴ ὑπὸ κρείττονος χαλινοῦ εἰργόμενα.

IX. Et ego Lebbaeus, cognomine Thaddaeus, haec de uiduis constituo.

Vidua non ordinatur, sed si iam diu amisit uirum, et caste et laudate uixit ac diligentem domesticorum curam gessit, ut Iudith et Anna, honestissimae illae feminae, cooptetur in gradum uidualem. Quod si nuper amisit maritum, ne illi credatur; sed tempore nouitas diiudicetur. Passiones enim interdum cum hominibus consenescunt, nisi fortiori freno cohibeantur.

X. DE EXORCISTA

2506. CAP. XXVI. — Ὁ αὐτὸς περὶ ἐπορκιστοῦ διατάσσομαι.

Ἐπορκιστὴς οὐ χειροτονεῖται· εὐνοίας γὰρ ἑκουσίου τὸ ἔπαθλον καὶ χάριτος Θεοῦ διὰ Χριστοῦ ἐπιφοιτήσει τοῦ ἁγίου Πνεύματος· ὁ γὰρ λαβὼν χάρισμα ἰαμάτων δι' ἀποκαλύψεως ὑπὸ Θεοῦ ἀναδείκνυται, φανερᾶς οὔσης πᾶσι τῆς ἐν αὐτῷ χάριτος. Ἐὰν δὲ χρεία αὐτοῦ γένηται εἰς ἐπίσκοπον ἢ πρεσβύτερον ἢ διάκονον χειροτονεῖται.

X. Ipse egomet de exorcista constituo.

Exorcista non ordinatur; uoluntatis quippe liberae est haec certaminis laus et a gratia Dei pendet per Christum, in aduentu sancti Spiritus. Qui enim donum accepit sanitatum, per reuelationem a Deo declaratur, cunctis quum manifesta sit gratia ipsi impertita. Si autem opus eo fuerit, in episcopum uel presbyterum uel diaconum ordinatur.

XI. CANONES ECCLESIASTICI DE CLERO

2507. CAP. XXVII. — Σίμων δὲ ὁ Κανανίτης κἀγὼ διατάσσομαι ὑπὸ πόσων ὀφείλει χειροτονεῖσθαι ὁ ἐπίσκοπος.

α'. Ἐπίσκοπος ὑπὸ τριῶν ἢ δύο ἐπισκόπων χειροτονείσθω· ἐὰν δέ τις ὑπὸ ἑνὸς χειροτονηθῇ ἐπισκόπου, καθαιρείσθω καὶ αὐτὸς καὶ ὁ χειροτονήσας αὐτόν· ἐὰν δὲ ἀνάγκη καταλάβῃ ὑπὸ ἑνὸς χειροτονηθῆναι διὰ τὸ μὴ δύνασθαι πλείονας παραγενέσθαι, διωγμοῦ ὄντος ἢ ἄλλης τοιαύτης αἰτίας, ψήφισμα νομιζέσθω τῆς ἐπιτροπῆς πλειόνων ἐπισκόπων.

CAP. XXVIII. — Ὁ αὐτὸς διατάσσομαι περὶ κανόνων.

β'. Ἐπίσκοπος εὐλογεῖ οὐκ εὐλογεῖται· χειροθετεῖ, χειροτονεῖ, προσφέρει· εὐλογίαν παρὰ ἐπισκόπων λαμβάνει, παρὰ δὲ πρεσβυτέρων οὐδαμῶς. Ἐπίσκοπος καθαιρεῖ πάντα κληρικὸν ἄξιον ὄντα καθαιρέσεως, πλὴν ἐπισκόπου· μόνος γὰρ οὐχ οἷός τε.

γ'. Πρεσβύτερος εὐλογεῖ, οὐκ εὐλογεῖται· εὐλογίας δέχεται παρὰ ἐπισκόπου καὶ συμπρεσβυτέρου, ὡσαύτως ἐπιδίδωσι

XI. Et ego Simon Cananaeus constituo quot ab episcopis ordinari debeat episcopus.

1. Episcopus a tribus aut duobus episcopis ordinetur. Sin aliquis ab uno episcopo ordinatus fuerit, deponatur et ipse et is qui ordinauit eum. Quod si necessitas coegerit ab uno ordinari, propterea quod ex persecutione aut simili alia causa plures interesse non possint, afferatur decretum commissionis plurium episcoporum.

Idem ipse constituo de canonibus.

2. Episcopus benedicit, non benedicitur. Manus imponit, ordinat, offert. Benedictionem ab episcopis accipit, a presbyteris uero, minime. Episcopus deponit omnem clericum dignum qui deponatur, praeter episcopum. Id enim solus non potest.

3. Presbyter benedicit, non benedicitur. Benedictionem recipit ab episcopo, et a compresbytero, itemque

συμπρεσβυτέρῳ· χειροθετεῖ, οὐ χειροτονεῖ, οὐ καθαιρεῖ· ἀφορίζει δὲ τοὺς ὑποβεβηκότας, ἐὰν ὑπεύθυνοι τῇ τοιαύτῃ τιμωρίᾳ.

δ'. Διάκονος οὐκ εὐλογεῖ· οὐ δίδωσιν εὐλογίαν, λαμβάνει δὲ παρὰ ἐπισκόπου καὶ πρεσβυτέρου· οὐ βαπτίζει, οὐ προσφέρει· τοῦ δὲ ἐπισκόπου προσενεγκόντος ἢ τοῦ πρεσβυτέρου, αὐτὸς ἐπιδίδωσι τῷ λαῷ οὐχ ὡς ἱερεύς, ἀλλ' ὡς διακονούμενος ἱερεῦσι. Τῶν δὲ ἄλλων κληρικῶν τὸ τοῦ διακόνου ἔργον ποιῆσαι οὐδενὶ ἐξόν.

ε'. Διακόνισσα οὐκ εὐλογεῖ, ἀλλ' οὐδέ τι ὧν ποιοῦσιν οἱ πρεσβύτεροι ἢ οἱ διάκονοι ἐπιτελεῖ, ἀλλ' ἢ τοῦ φυλάττειν τὰς θύρας καὶ ἐξυπηρετεῖσθαι τοῖς πρεσβυτέροις ἐν τῷ βαπτίζεσθαι τὰς γυναῖκας διὰ τὸ εὐπρεπές.

ς'. Διάκονος ἀφορίζει ὑποδιάκονον, ἀναγνώστην, ψάλτην, διακόνισσαν, ἐὰν ᾖ τι τοιοῦτον μὴ παρόντος πρεσβυτέρου.

ζ'. Ὑποδιακόνῳ οὐκ ἔξεστιν ἀφορίσαι, οὔτε μὴν ἀναγνώστῃ οὔτε ψάλτῃ οὔτε διακονίσσῃ, οὐ κληρικόν, οὐ λαϊκόν· ὑπηρέται γάρ εἰσι διακόνων.

compresbytero benedicit. Manus imponit, non ordinat. Non deponit, excommunicat autem inferiores. Si huiusmodi poena teneantur.

4. Diaconus non benedicit, neque dat benedictionem; accipit uero eam ab episcopo et presbytero. Non baptizat, non offert. Vbi uero episcopus aut presbyter obtulit, dat populo, non tanquam sacerdos, sed tanquam ministrans sacerdotibus: nulli autem ex reliquis clericis licet opus diaconi facere.

5. Diaconissa non benedicit, sed nec peragit quidquam eorum quae presbyteri aut diaconi faciunt, nisi quod ianuas custodit. et presbyteris, quando baptizant mulieres ministrat, propter honestatem.

6. Diaconus excommunicat subdiaconum, lectorem, cantorem, diaconissam, si hoc facere opus sit, dum aberit presbyter.

7. Subdiacono non licet neque lectori, neque cantori neque diaconissae segregare siue clericum, siue laicum. Ministri enim sunt diaconorum.

XII. DE BENEDICTIONE AQVAE ET OLEI

2508. Cap. xxix. — περὶ δὲ ὕδατος καὶ ἐλαίου ἐγὼ Ματθίας διατάσσομαι.

Εὐλογείτω ὁ ἐπίσκοπος τὸ ὕδωρ ἢ τὸ ἔλαιον· ἐὰν δὲ μὴ παρῇ, εὐλογείτω ὁ πρεσβύτερος, παρεστῶτος τοῦ διακόνου. Ἐπὰν δὲ ἐπίσκοπος παρῇ, παριστάσθω ὁ πρεσβύτερος καὶ ὁ διάκονος· λεγέτω δὲ οὕτως·

Κύριε Σαβαώθ, ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, κτίστα τῶν ὑδάτων καὶ χορηγὲ τοῦ ἐλαίου, οἰκτίρμον καὶ φιλάνθρωπε, ὁ δοὺς τὸ ὕδωρ πρὸς πόσιν καὶ κάθαρσιν, καὶ ἔλαιον τοῦ ἱλαρῦναι πρόσωπον εἰς ἀγαλλίαμα εὐφροσύνης· αὐτὸς καὶ νῦν διὰ Χριστοῦ ἁγίασον τὸ ὕδωρ τοῦτο καὶ τὸ ἔλαιον ἐπ' ὀνόματι τοῦ προσκομίσαντος (ἢ τῆς προσκομισάσης), καὶ δὸς δύναμιν ὑγείας ἐμποιητικήν, νόσων ἀπελαστικήν, δαιμόνων, φυγαδευτικήν, πάσης ἐπιβουλῆς διωκτικήν· διὰ Χριστοῦ τῆς ἐλπίδος ἡμῶν, μεθ' οὗ σοι δόξα, τιμὴ καὶ σέβας καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας· ἀμήν.

XII. De aqua autem et oleo constituo ego Matthias.

Benedicat episcopus aquam et oleum. Sin uero non adsit, benedicat presbyter, coram diacono. Quanto autem aderit episcopus, assistant presbyter et diaconus; hunc uero in modum dicat:

Oratio. Domine Sabaoth, Deus uirtutum, creator aquarum et largitor olei, misericors, hominumque amator, qui dedisti aquam ad bibendum et abluendum, et oleum ut facies in exsultationem laetitiae exhilaretur, ipse etiam nunc per Christum illam aquam et illud oleum sanctifica illius nomine qui obtulit et concede uim creandi sanitatem, morbum repellendi, fugandi daemones, omnes repellendi insidias, per Christum spem nostram cum quo tibi gloria, honor ac ueneratio et sancto Spiritui, in saecula. Amen.

XIII. DE PRIMITIIS ET DECIMIS

2509. Cap. xxx. — Ὁ αὐτὸς περὶ ἀπαρχῶν καὶ δεκατῶν.

Ἔτι προστάσσω, πᾶσαν ἀπαρχὴν προσκομίζεσθαι τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τοῖς πρεσβυτέροις καὶ τοῖς διακόνοις εἰς διατροφὴν αὐτῶν, πᾶσαν δὲ δεκάτην προσφέρεσθαι εἰς διατροφὴν τῶν λοιπῶν κληρικῶν καὶ τῶν παρθένων καὶ τῶν χηρῶν καὶ τῶν ἐν πενίᾳ ἐξεταζομένων· αἱ γὰρ ἀπαρχαὶ τῶν ἱερέων εἰσὶ καὶ τῶν αὐτοῖς ἐξυπηρετουμένων διακόνων.

XIII. Idem de primitiis et decimis.

Item constituo ut omnes primitiae afferantur episcopo et presbytero et diaconis ad eos alendos, utque omnes decimae offerantur ad alendum reliquos clericos, et uirgines et uiduas et paupertate afflictatos. Primitiae enim sacerdotum sunt atque diaconorum iis ministrantium.

XIV. DE EVLOGIIS

2510. Cap. xxxi. — Ὁ αὐτὸς περὶ περισσευμάτων διατάσσομαι.

Τὰς περισσευούσας ἐν τοῖς μυστικοῖς εὐλογίας κατὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου ἢ τῶν πρεσβυτέρων οἱ διάκονοι διανεμέτωσαν τῷ κλήρῳ, τῷ ἐπισκόπῳ μέρη τέσσαρα, πρεσβυτέρῳ μέρη τρία, διακόνῳ μέρη δύο, τοῖς δὲ ἄλλοις, ὑποδιακόνοις ἢ ἀναγνώσταις ἢ ψάλταις ἢ διακονίσσαις, μέρος ἕν· τοῦτο γὰρ

XIV. Idem de iis quae supersunt, constituo.

Eulogias quae in mysticis oblationibus superant, iuxta episcopi uoluntatem, aut presbyterorum, diaconi distribuant clero: episcopo, partes quattuor; presbytero, partes tres; diacono, partes duas; caeteris uero, subdiaconis uel lectoribus uel diaconissis, partem unam.

καλὸν καὶ ἀπὸ δεκτὸν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, ἕκαστον τιμᾶσθαι κατὰ τὴν αὐτοῦ ἀξίαν· ἡ γὰρ ἐκκλησία οὐκ ἀταξίας, ἀλλ' εὐταξίας ἐστὶ διδασκαλεῖον.

Pulchrum enim et coram Deo acceptum est, unumquemque secundum dignitatem suam honorari. Nam ecclesia non confusionis, sed ordinis scola est.

XV. PAVLI APOSTOLI CANONES

2511. Cap. xxxii. — Κἀγὼ Παῦλος ὁ τῶν ἀποστόλων ἐλάχιστος τάδε διατάσσομαι ὑμῖν τοῖς ἐπισκόποις καὶ πρεσβυτέροις περὶ κανόνων.

α'. Οἱ πρώτως προσιόντες τῷ μυστηρίῳ τῆς εὐσεβείας διὰ τῶν διακόνων προσαγέσθωσαν τῷ ἐπισκόπῳ ἢ τοῖς πρεσβυτέροις, καὶ τὰς αἰτίας ἐξεταζέσθωσαν, οὗ χάριν προσῆλθον τῷ κυριακῷ λόγῳ· οἵ τε προσενεγκόντες μαρτυρείτωσαν αὐτοῖς, ἀκριβώσαντες τὰ κατ' αὐτούς. Ἐξεταζέσθωσαν δὲ αὐτῶν καὶ οἱ τρόποι καὶ ὁ βίος καὶ εἰ δοῦλοί εἰσιν ἢ ἐλεύθεροι. Καὶ ἐὰν πιστοῦ δοῦλος ᾖ, ἐρωτάσθω ὁ κύριος αὐτοῦ εἰ μαρτυρεῖ αὐτῷ· ἐὰν δὲ μή, ἀποβαλλέσθω, ἕως ἂν ἑαυτὸν ἄξιον ἐπιδείξῃ τῷ δεσπότῃ· εἰ δὲ μαρτυρεῖ αὐτῷ, προσδεχέσθω. Εἰ δὲ ἐθνικοῦ ᾖ οἰκέτης, διδασκέσθω εὐαρεστεῖν τῷ δεσπότῃ, ἵνα μὴ βλασφημῆται ὁ λόγος.

β'. Εἰ μὲν οὖν ἔχει γυναῖκα ἢ ἡ γυνὴ ἄνδρα, διδασκέσθωσαν ἀρκεῖσθαι ἑαυτοῖς· εἰ δ' ἄγαμοί εἰσι, μανθανέτωσαν μὴ πορνεύειν, ἀλλὰ γαμεῖν νόμῳ. Εἰ δὲ ὁ δεσπότης αὐτοῦ, πιστὸς ὢν καὶ εἰδὼς ὅτι πορνεύει, οὐ δίδωσιν αὐτῷ γυναῖκα ἢ τῇ γυναικὶ ἄνδρα, ἀφοριζέσθω.

γ'. Ἐὰν δέ τις δαίμονα ἔχῃ, διδασκέσθω μὲν τὴν εὐσέβειαν, μὴ προσδεχέσθω δὲ εἰς κοινωνίαν, πρὶν ἂν καθαρισθῇ, εἰ δὲ θάνατος κατεπείγοι, προσδεχέσθω.

δ'. Εἴ τις πορνοβοσκός, ἢ παυσάσθω τοῦ μαστροπεύειν ἢ ἀποβαλλέσθω.

ε'. Πόρνη προσιοῦσα ἢ παυσάσθω ἢ ἀποβαλλέσθω.

ς'. Εἰδωλοποιὸς προσιὼν ἢ παυσάσθω ἢ ἀποβαλλέσθω.

ζ'. Τῶν ἐπὶ σκηνῆς ἐάν τις προσίῃ ἀνὴρ ἢ γυνή, ἢ ἡνίοχος, ἢ μονομάχος ἢ σταδιοδρόμος ἢ λουδεμπιστὴς ἢ ὀλυμπικὸς ἢ χοραύλης ἢ κιθαριστὴς ἢ λυριστὴς ἢ ὁ τὴν ὄρχησιν ἐπιδεικνύμενος ἢ κάπηλος, ἢ παυσάσθωσαν ἢ ἀποβαλλέσθωσαν.

η'. Στρατιώτης προσιὼν διδασκέσθω μὴ ἀδικεῖν, μὴ συκοφαντεῖν, ἀρκεῖσθαι δὲ τοῖς διδομένοις ὀψωνίοις· πειθόμενος προσδεχέσθω, ἀντιλέγων δὲ ἀποβαλλέσθω.

θ'. Ἀῤῥητοποιός, κίναιδος, βλάξ, μάγος, ἐπαοιδός, ἀστρολόγος, μάντις, θηρεπῳδός, λῶταξ, ὀχλαγωγός, περιάμματα ποιῶν, περικαθαίρων, οἰωνιστής, συμβολοδείκτης, παλμῶν ἑρμηνεύς, φυλαττόμενος ἐν συναντήσει λώβας ὄψεως ἢ ποδῶν ἢ ὀρνίθων ἢ γαλῶν ἢ ἐπιφωνήσεων ἢ παρακροαμάτων συμβολικῶν, χρόνῳ δοκιμαζέσθωσαν· δυσέκνιπτος γὰρ ἡ κακία· παυσάμενοι οὖν προσδεχέσθωσαν, μὴ πειθόμενοι δὲ ἀποβαλλέσθωσαν.

ι'. Παλλακή τινος ἀπίστου δούλη, ἐκείνῳ μόνῳ σχολάζουσα, προσδεχέσθω· εἰ δὲ καὶ πρὸς ἄλλους ἀσελγαίνει, ἀποβαλλέσθω.

ια'. Πιστὸς ἐὰν ἔχῃ παλλακήν, εἰ μὲν δούλην, παυσάσθω καὶ νόμῳ γαμείτω· εἰ δὲ ἐλευθέραν, ἐγγαμείτω αὐτὴν νόμῳ· εἰ δὲ μή, ἀποβαλλέσθω.

ιβ'. Ἑλληνικοῖς τις ἔθεσιν ἐξακολουθῶν ἢ ἰουδαϊκοῖς μύθοις ἢ μεταθέσθω ἢ ἀποβαλλέσθω.

XV. Et ego Paulus minimus apostolorum haec uobis episcopis et presbyteris de canonibus constituo.

1. Qui primo ad mysterium pietatis accedunt, ad episcopum uel presbyteros a diaconis adducantur et de causis inquirantur quare se uerbo Domini adiunxerint; quique obtulerunt, testimonium eis praebeant, diligenter exploratis quae ad eos spectant. Inquiratur in eorum mores et uitam, et utrum serui sint an liberi. Atque si quis Christiani seruus fuerit, interrogetur dominus eius, utrum ei testimonium perhibeat. Si non perhibet, reiiciatur, quoad se domino probet dignum. Sin uero is illi det testimonium, admittatur. Quod si fuerit ethnici famulus, doceatur placere Domino, ne forte uerbum infametur.

2. Rursus si habet uir uxorem aut mulier uirum, edoceantur seipsis mutuo contenti esse, si coelibes sunt, discant non scortari sed potius legitimo sociari connubio. Si autem Dominus eius fidelis est et scit famulum scortari neque dat ei uxorem, aut mulieri uirum, excommunicetur.

3. Si quis uero daemonum habet, doceatur quidem pietatem, sed ne prius admittatur in (baptismi) communionem, quam mundetur; instante tamen morte, recipiatur.

4. Si quis est leno, aut desinat lenonem agere, aut repellatur.

5. Meretrix, quae accesserit, aut desistat aut repellatur.

6. Idolorum opifex, si accedit, aut desistat aut repellatur.

7. Scenicorum cum aliquis accedit, uir siue mulier, aut auriga, aut gladiator, aut stadii cursor, aut ludorum apparator uel olympicus, aut tibicen, aut citharaedus, aut lyricen, aut saltationem ostentans aut caupo, uel cessent, uel repellantur.

8. Si miles accesserit, doceatur ne cui iniuriam faciat neue calumnietur, contentus uero sit datis sibi stipendiis; si obtemperet, admittatur; si repugnet, reiiciatur.

9. Infandae libidinis patrator, cinaedus, lasciuus, magus, uates, astrologus, diuinator, incantator ferarum, uoluptuarius, circulator, amuletorum alligator, lustrans, augur, ex ominibus coniector, palpitationum interpres, in occursu obseruans ostensiones ex oculo aut pedibus, aut auibus, aut mustelis, aut uocibus hominum, aut quas aiunt symbolicas auditiones, probentur tempore, uix enim elui potest malitia; cum igitur desierint, admittantur; si non parent, reiiciantur.

10. Concubina quae cuiuspiam infidelis mancipium est, illi soli dedita, admittatur; si autem etiam cum aliis procaciter agit, reiiciatur.

11. Fidelis qui habet pellicem, si mancipium est, desinat et ducat uxorem; si liberam, eam in uxorem iure accipiat; si nolit, reiiciatur.

12. Qui gentilium mores sectatur aut iudaicas fabulas, aut mutet uitam aut reiiciatur.

ιγʹ. Θεατρομανίᾳ εἴ τις πρόσκειται ἢ κυνηγίοις ἢ ἱπποδρομικοῖς ἀγῶσιν, παυσάσθω ἢ ἀποβαλλέσθω.

ιδʹ. Ὁ μέλλων κατηχεῖσθαι τρία ἔτη κατηχείσθω· εἰ δὲ σπουδαῖός τις ἢ καὶ εὔνοιαν ἔχει περὶ τὸ πρᾶγμα, προσδεχέσθω· ὅτι οὐ χρόνος, ἀλλὰ τρόπος κρίνεται.

ιεʹ. Ὁ διδάσκων, εἰ καὶ λαϊκὸς εἴη, ἔμπειρος δὲ τοῦ λόγου καὶ τὸν τρόπον σεμνὸς, διδασκέτω· ἔσονται γὰρ πάντες διδακτοὶ Θεοῦ.

ιϛʹ. Πᾶς πιστὸς ἢ πιστὴ, ἕωθεν ἀναστάντες ἐξ ὕπνου, πρὸ τοῦ τὸ ἔργον ἐπιτελέσαι νιψάμενοι προσευχέσθωσαν· εἰ δέ τις λόγος κατηχήσεως γένηται, προτιμησάτωσαν τοῦ ἔργου τὸν λόγον τῆς εὐσεβείας.

ιζʹ. Ὁ πιστὸς ἢ ἡ πιστὴ τοῖς οἰκέταις εὐμενῶς προσεχέτωσαν, καθὼς καὶ ἐν τοῖς προλαβοῦσι διεταξάμεθα καὶ ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς ἐδιδάξαμεν.

13. Qui deditus est uesaniae theatri, aut uenationibus aut hippodromi certaminibus, uel cesset uel reiiciatur.

14. Qui erit catechumenus, tribus annis catechesin audiat; quod si studiose agit et rei desiderio tenetur, non enim tempus, sed mores iudicari aequum est, suscipiatur.

15. Qui docet, etiamsi laicus sit modo uerbo polleat et moribus ornetur, doceat; erunt enim, inquit, omnes a Deo docti.

16. Omnis fidelis, uir aut mulier, ubi e lecto surrexerint et lauerint, priusquam opus facere aggrediantur, precentur; si autem traditur aliqua uerbi Dei catechesis, sermo pietatis est operi anteponendus.

17. Fidelis uir, aut femina, benigne se erga famulos habeat, sicuti constituimus antea et in epistolis docuimus.

XVI. PETRI ET PAVLI CONSTITVTIO DE SERVIS

2512. Cap. xxxiii. — Ἐγὼ Πέτρος καὶ Παῦλος διατασσόμεθα.

αʹ. Ἐργαζέσθωσαν οἱ δοῦλοι πέντε ἡμέρας, σάββατον δὲ καὶ κυριακὴν σχολαζέτωσαν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ διὰ τὴν διδασκαλίαν τῆς εὐσεβείας· τὸ μὲν γὰρ σάββατον εἴπομεν δημιουργίας λόγον ἔχειν, τὴν δὲ κυριακὴν ἀναστάσεως.

βʹ. Τὴν μεγάλην ἑβδομάδα πᾶσαν καὶ τὴν μετ' αὐτὴν ἀργείτωσαν οἱ δοῦλοι· ὅτι ἡ μὲν πάθους ἐστὶν, ἡ δὲ ἀναστάσεως, καὶ χρεία διδασκαλίας τίς ὁ παθὼν καὶ ἀναστὰς ἢ τίς ὁ συγχωρήσας ἢ καὶ ἀναστήσας.

γʹ. Τὴν ἀνάληψιν ἀργείτωσαν διὰ τὸ πέρας τῆς κατὰ Χριστὸν οἰκονομίας.

δʹ. Τὴν πεντηκοστὴν ἀργείτωσαν διὰ τὴν παρουσίαν τοῦ ἁγίου Πνεύματος τὴν δωρηθεῖσαν τοῖς πιστεύσασιν εἰς Χριστόν.

εʹ. Τὴν τῶν γενεθλίων ἑορτὴν ἀργείτωσαν διὰ τὸ ἐν αὐτῇ τὴν ἀπροσδόκητον χάριν δεδόσθαι ἀνθρώποις, γεννηθῆναι τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον Ἰησοῦν Χριστὸν ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ κόσμου.

ϛʹ. Τὴν τῶν ἐπιφανίων ἑορτὴν ἀργείτωσαν διὰ τὸ ἐν αὐτῇ ἀνάδειξιν γεγενῆσθαι τῆς τοῦ Χριστοῦ θεότητος, μαρτυρήσαντος αὐτῷ τοῦ Πατρὸς ἐν τῷ βαπτίσματι καὶ τοῦ Παρακλήτου ἐν εἴδει περιστερᾶς ὑποδείξαντος τοῖς παρεστῶσι τὸν μαρτυρηθέντα.

ζʹ. Τὰς ἡμέρας τῶν ἀποστόλων ἀργείτωσαν· διδάσκαλοι γὰρ ὑμῶν εἰς Χριστὸν κατέστησαν καὶ πνεύματος ὑμᾶς ἠξίωσαν. Τὴν ἡμέραν Στεφάνου τοῦ πρωτομάρτυρος ἀργείτωσαν καὶ τῶν λοιπῶν ἁγίων μαρτύρων τῶν προτιμησάντων Χριστὸν τῆς ἑαυτῶν ζωῆς.

XVI. Ego Petrus et ego Paulus constituimus.

1. Serui operentur quinque diebus. Sabbato autem et dominica die uacent in ecclesia propter pietatis doctrinam. Diximus enim sabbatum esse creationis instar; dominicam uero resurrectionis.

2. Tota Hebdomade magna et proxima sequenti, uacent serui, quia passionis illa est, haec resurrectionis oportet docere quis ille sit qui mortuus est et qui resurrexit, quis item ille sit qui pati permisit et suscitauit eum a mortuis.

3. Die ascensionis uacent, propter transactam Christi oeconomiam.

4. In Pentecoste ferientur propter aduentum Spiritus sancti, concessum iis qui in Christum crediderunt.

5. In die festo natalis, cessent ab opere, eo quod tunc hominibus tributum fuit inexpectatum beneficium, ut nempe Dei Verbum Iesus Christus ex Maria uirgine nasceretur propter mundi salutem.

6. In Epiphaniae festo, abstineant opere, quia in eo demonstrata est Christi diuinitas, quando Pater ei testimonium dedit in baptismo, et Paracletus in specie columbae ostendit eum de quo testimonium erat.

7. In Apostolorum diebus, opus non faciant; magistri enim uestri fuerunt Christo uobisque Spiritum sanctum dederunt. Diem Stephani primi martyris otio celebrent, atque in diebus caeterorum sanctorum martyrum qui Christum suae uitae praetulerunt.

XVII. DE ORATIONIBVS

2513. Cap. xxxiv. — ηʹ. Εὐχὰς ἐπιτελεῖτε ὄρθρου καὶ τρίτῃ ὥρᾳ καὶ ἕκτῃ καὶ ἐννάτῃ καὶ ἑσπέρᾳ καὶ ἀλεκτοροφωνίᾳ· ὄρθρου μὲν εὐχαριστοῦντες, ὅτι ἐφώτισεν ἡμᾶς ὁ Κύριος παραγαγὼν τὴν νύκτα καὶ ἐπαγαγὼν τὴν ἡμέραν· τρίτῃ δὲ, ὅτι ἀπόφασιν ἐν αὐτῇ ὑπὸ Πιλάτου ἔλαβεν ὁ Κύριος· ἕκτῃ δὲ, ὅτι ἐν αὐτῇ ἐσταυρώθη· ἐννάτῃ δὲ, ὅτι πάντα κεκίνητο, τοῦ δεσπότου ἐσταυρωμένου, φρίττοντα

8. Precationes facite mane et tertia hora, et sexta, et nona, et uespere, atque ad galli cantum. Mane : gratias agentes quod nos Dominus, nocte sublata et inducto die, illuminauit. Tertia hora : ideo quod Dominus a Pilato sententiam damnationis accepit. Sexta : quod ea hora in crucem actus est. Nona : quod tunc omnia sunt, Domino crucifixo, tremefacta, dum horrerent impiorum

τὴν τόλμαν τῶν δυσσεβῶν Ἰουδαίων, μὴ φέροντα τοῦ Κυρίου τὴν ὕβριν· ἑσπέρᾳ δὲ εὐχαριστοῦντες ὅτι ἀνάπαυσιν ἔδωκε τῶν μεθημερινῶν κόπων τὴν νύκτα· ἀλεκτρυόνων δὲ κραυγῇ διὰ τὸ τὴν ὥραν εὐαγγελίζεσθαι τὴν παρουσίαν τῆς ἡμέρας εἰς ἐργασίαν τῶν τοῦ φωτὸς ἔργων.

Iudaeorum immanitatem, nec ferre possent illatam Domino contumeliam. Vespere : gratias agentes quod uobis ad requiescendum a diurnis laboribus noctem dedit. In gallicinio : eo quod illa hora nuntiet aduentum diei ad facienda opera lucis.

XVIII. DE ECCLESIAE CVSTODIA

2514. — θ. Εἰ μὴ δυνατὸν ἐν ἐκκλησίᾳ προϊέναι διὰ τοὺς ἀπίστους, κατ' οἶκον συνάξεις, ὦ ἐπίσκοπε, ἵνα μὴ εἰσέρχηται εὐσεβὴς εἰς ἐκκλησίαν ἀσεβῶν. Οὐχ ὁ τόπος γὰρ τὸν ἄνθρωπον ἁγιάζει, ἀλλ' ὁ ἄνθρωπος τὸν τόπον.

9. Si propter infideles ad ecclesiam prodire non licuerit, in domo aliqua conuentum habebis, o episcope, ne infidelis introcat in ecclesiam fidelium : non enim locus hominem sanctificat, sed homo locum.

ι'. Ἐὰν δὲ ἀσεβεῖς κατέχωσι τὸν τόπον, φευκταῖός σοι ἔστω διὰ τὸ βεβηλῶσθαι ὑπ' αὐτῶν. Ὡς γὰρ οἱ ὅσιοι ἱερεῖς ἁγιάζουσιν, οὕτως οἱ ἐναγεῖς μιαίνουσιν.

10. Si uero impii locum occupant, is uitandus tibi est, utpote profanatus; quemadmodum enim pii sacerdotes sanctificant, ita impuri polluunt.

ια'. Εἰ μήτε ἐν οἴκῳ μήτε ἐν ἐκκλησίᾳ συναθροισθῆναι δυνατὸν, ἕκαστος παρ' ἑαυτῷ ψαλλέτω, ἀναγινωσκέτω, προσευχέσθω, ἢ καὶ ἅμα δύο ἢ τρεῖς· Ὅπου γὰρ ἂν ὦσι δύο ἢ τρεῖς συνηγμένοι ἐν τῷ ὀνόματί μου, ἐκεῖ εἰμὶ ἐν μέσῳ αὐτῶν.

11. Quod si neque in domo, neque in ecclesia congregari poterunt, unusquisque apud se psallat, legat, oret, saltem duo uel tres. « Vbi enim sunt duo uel tres in nomine meo, ibi sum in medio eorum. »

ιβ'. Πιστὸς μετὰ κατηχουμένου μηδὲ κατ' οἶκον προσευχέσθω· οὐ γὰρ δίκαιον τὸν μεμυημένον μετὰ τοῦ ἀμυήτου συμμολύνεσθαι. Εὐσεβὴς μετὰ αἱρετικοῦ μηδὲ κατ' οἶκον συμπροσευχέσθω· τίς γὰρ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος;

12. Fidelis ne domi quidem precetur cum catechumeno. Non enim aequum est initiatum cum nondum initiato coinquinari.

ιγ'. Πιστὸς ἢ πιστὴ δούλοις συναφθέντες ἢ ἀφιστάσθωσαν ἢ ἀποβαλλέσθωσαν.

13. Pius cum haeretico nec domi comprecetur : « quae enim societas luci ad tenebras? »

XIX. DE MEMORIA DEFVNCTORVM

2515. Cap. xlii. — ιδ'. Ἐπιτελείσθω τρίτα τῶν κεκοιμημένων ἐν ψαλμοῖς καὶ ἀναγνώσεσι καὶ προσευχαῖς διὰ τὸν διὰ τριῶν ἡμερῶν ἐγερθέντα, καὶ ἔννατα εἰς ὑπόμνησιν τῶν περιόντων καὶ τῶν κεκοιμημένων, καὶ τεσσαρακοστὰ κατὰ τὸν παλαιὸν τύπον (Μωσῆν γὰρ οὕτω ὁ λαὸς ἐπένθησε), καὶ ἐνιαύσια ὑπὲρ μνείας αὐτοῦ· καὶ διδόσθω ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῦ πένησιν εἰς ἀνάμνησιν αὐτοῦ.

14. Celebretur in mortuorum exequiis dies tertius, adhibitis psalmis, lectionibus et precibus, ob eum qui tertio die resurrexit; item dies nonus in recordationem superstitum et mortuorum; atque etiam dies quadragesimus, iuxta ueterem typum; Mosem enim sic populus fleuit. Denique anniuersarius dies pro ipsius defuncti memoria. Cuius ex bonis detur pauperibus ad recordationem eiusdem.

Cap. xliii. — Ταῦτα δὲ περὶ εὐσεβῶν λέγομεν· περὶ γὰρ ἀσεβῶν ἐὰν τὰ τοῦ κόσμου δῷς πένησιν, οὐδὲν ὀνήσεις αὐτόν. Τῷ γὰρ περιέντι ἐχθρὸν ἦν τὸ θεῖον, δῆλον ὅτι καὶ μεταστάντι· οὐ γάρ ἐστιν ἀδικία παρ' αὐτῷ. Δίκαιος γὰρ ὁ Κύριος καὶ δικαιοσύνας ἠγάπησε, καί· Ἰδοὺ ἄνθρωπος, καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ.

Sed haec de piis dicimus. Nam de impiis, licet omnia mundi bona erogauerint pauperibus, nihil illis prodest. Cui enim uiuenti inimicum erat numen, haud dubium quin sit etiam defuncto : « Neque enim iniustitia est apud Deum, quoniam iustus Dominus et iustitias dilexit. » Et : « Ecce homo et opus eius. »

2516. Cap. xliv. — ιε'. Ἐν δὲ ταῖς μνείαις αὐτῶν καλούμενοι μετὰ εὐταξίας ἑστιᾶσθε καὶ φόβου Θεοῦ, ὡς δυνάμενοι καὶ πρεσβεύειν ὑπὲρ τῶν μεταστάντων.

15. Qui uero in exequiis mortuorum ad epulum funebre inuitati estis, cum recto ordine epulemini atque in timore Dei, ut possitis etiam tunc pro defunctis deprecari.

ις'. Πρεσβύτεροι καὶ διάκονοι Χριστοῦ ὑπάρχοντες, νήφειν ὀφείλετε πάντοτε καὶ πρὸς ἑαυτοὺς καὶ πρὸς ἑτέρους, ἵνα δύνησθε τοὺς ἀτακτοῦντας νουθετεῖν. Λέγει δὲ ἡ γραφή· « Οἱ δυνάσται θυμώδεις εἰσίν· οἶνον δὲ μὴ πινέτωσαν, ἵνα μὴ πιόντες ἐπιλάθωνται τῆς σοφίας καὶ ὀρθὰ κρίνειν οὐ μὴ δύνωνται »· οὐκοῦν καὶ οἱ πρεσβύτεροι καὶ οἱ διάκονοι μετὰ Θεὸν τὸν παντοκράτορα καὶ τὸν ἠγαπημένον αὐτοῦ υἱὸν δυνάσται ὑπάρχουσι τῆς ἐκκλησίας; Τοῦτο δέ φαμεν, οὐχ ἵνα μὴ πίνωσιν· ἄλλως γὰρ οὐκ ἔστιν ὑβρίσαι τὸ ὑπὸ Θεοῦ γενόμενον εἰς εὐφροσύνην· ἀλλὰ ἵνα μὴ παροινῶσιν. Οὐ γὰρ εἶπεν ἡ γραφὴ μὴ πίνειν οἶνον, ἀλλὰ τί φησιν;

16. Qui presbyteri et diaconi estis, debetis semper sobrii esse tum uobis tum aliis, ut possitis eos qui incomposite uiuunt, monere, ait enim scriptura : « Qui potestatem gerunt, iracundi sunt; ne bibant uinum, ne bibendo sapientiae suae obliuiscantur et recta iudicare non possint. » Et certe presbyteri et diaconi, post Deum omnipotentem et Filium eius dilectum, potestates ecclesiae sunt. Sed hoc non dicimus ut non bibant uinum cum alioqui non liceat quod a Deo factum ad laetitiam, uituperare; sed ne fiant temulenti; non enim dicit scriptura : uinum non bibendum, sed « ne, inquit, bibe ad ebrietatem, » et rursus : « Spinae oriuntur in manu

« Μὴ πῖνε οἶνον εἰς μέθην. » Καὶ πάλιν· « Ἄκανθαι φύονται ἐν χειρὶ μεθύσου. » Τοῦτο δὲ οὐ περὶ τῶν ἐν κλήρῳ μόνον φαμέν, ἀλλὰ καὶ περὶ παντὸς λαϊκοῦ χριστιανοῦ, ἐφ' οὗ ἐπικέκληται τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· καὶ αὐτοῖς εἴρηται· « Τίνι οὐαί; τίνι θόρυβος; τίνι ἀηδίαι καὶ λέσχαι; τίνος πελιδνοὶ οἱ ὀφθαλμοί; τίνι συντρίμματα διακενῆς; οὐ τῶν ἐγχρονιζόντων ἐν οἴνῳ καὶ τῶν κατασκοπουμένων ποῦ πότοι γίνονται; »

ebrii. » Verum hoc non de iis tantum dicimus qui sunt in clero, sed etiam de omni laico christiano super quem inuocatum est nomen Domini nostri Iesu Christi, ipsis enim dictum est : « Cui uae! cui tumultus? Cui fastidia et nugae? Cui oculi liuidi? Cui contusiones frustra? Nonne eorum haec sint qui in uino multum temporis ponunt, et ubi sint compotationes, explorant? »

XX. DE IIS QUI PRO FIDE VEXANTVR

2517. Cap. xlv. — ιζ'. Τοὺς διωκομένους διὰ πίστιν καὶ εἰς πόλιν ἐκ πόλεως φεύγοντας διὰ τὸ μεμνῆσθαι τῶν λόγων τοῦ Κυρίου προσλαμβάνεσθε· ἐπιστάμενοι γὰρ ὅτι τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής, ἀποδιδράσκουσι καὶ τὴν ἁρπαγὴν τῶν ὑπαρχόντων προΐενται, ἵνα ἀνεξάρνητον ἐν ἑαυτοῖς τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ διατηρήσωσιν. Ἐπικουρεῖτε οὖν αὐτοῖς τὰ πρὸς χρείαν, ἐντολὴν κυριακὴν πληροῦντες.

Cap. xlvi. — ιη'· Τοῦτο δὲ κοινῇ πάντες παραγγέλλομεν ἕκαστον ἐμμένειν τῇ αὐτῷ δοθείσῃ τάξει καὶ μὴ ὑπερβαίνειν τοὺς ὅρους· οὐ γάρ εἰσιν ἡμέτεροι, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ. « Ὁ ὑμῶν γάρ, φησὶν ὁ Κύριος, ἀκούων, ἐμοῦ ἀκούει, καὶ ὁ ἐμοῦ ἀκούων ἀκούει τοῦ ἀποστείλαντός με, καὶ ὁ ὑμᾶς ἀθετῶν ἐμὲ ἀθετεῖ, ὁ δέ με ἀθετῶν, ἀθετεῖ τὸν ἀποστείλαντά με. »

17. Eos qui propter fidem persecutionem patiuntur et ex alia ciuitate in aliam fugiunt, memores uerborum Domini, suscipite. Cum enim sciunt spiritum quidem promptum esse, carnem uero infirmam, hi aufugiunt bonorumque suorum direptionem negligunt, ut quod a nemine negandum est, in se integrum nomen Christi seruent : suppeditate ergo illis necessaria, ut mandatum Domini perficiatis.

18. Illud uero omnes communiter praecipimus, ut unusquisque in ordine sibi dato maneat neque has transeat regulas, non enim nostrae sunt, sed Dei : « Qui enim uos audit, inquit Dominus, me audit; et qui me audit, audit eum qui misit me; et qui uos spernit, me spernit; qui autem me spernit, spernit eum qui misit me. »

CANONES ECCLESIASTICI QVI DICVNTVR

APOSTOLORVM

2518. De ordinatione episcopi. — Ἐπίσκοπος χειροτονείσθω ὑπὸ ἐπισκόπων δύο ἢ τριῶν. — Can. I.

Episcopus a duobus uel tribus episcopis ordinetur.

2519. De ordinatione presbyteri, diaconi et caeterorvm. — Πρεσβύτερος ὑπὸ ἑνὸς ἐπισκόπου χειροτονείσθω, καὶ διάκονος καὶ οἱ λοιποὶ κληρικοί. — Can. II.

Presbyter ab uno episcopo ordinetur et diaconus et reliqui clerici.

2520. Nihil alivd in sacrificio, praeter qvod Dominvs statvit, offerendvm. — Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος παρὰ τὴν ὑπὸ Κυρίου διάταξιν τὴν ἐπὶ τῇ θυσίᾳ προσενέγκῃ ἕτερά τινα ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, ἢ μέλι, ἢ γάλα, ἢ ἀντὶ οἴνου σίκερα, ἢ ἐπιτηδευτά, ἢ ὄρνεις, ἢ ζῶά τινα, ἢ ὄσπρια, ὡς παρὰ τὴν διάταξιν Κυρίου ποιῶν, καθαιρείσθω (1), πλὴν νέων χίδρων ἢ σταφυλῆς, τῷ καιρῷ τῷ δέοντι. — Can. III.

Si quis episcopus, uel presbyter praeter Domini de sacrificio ordinationem, alia quaedam ad altare attulerit, mel, uel lac, uel pro uino siceram, uel confecta, uel aues, uel aliqua animalia uel legumina (1), praeter ordinationem deponatur praeterquam noua legumina, tempore opportuno.

2520ᵃ. De oleo et incenso offerendis. — Μὴ ἐξὸν δὲ ἔστω προσάγεσθαί τι ἕτερον εἰς τὸ θυσιαστήριον, ἢ ἔλαιον εἰς τὴν [ἁγίαν] λυχνίαν καὶ θυμίαμα τῷ καιρῷ τῆς ἁγίας προσφορᾶς. — Can. III.

Nec licet autem aliquid ad altare offerre quam oleum ad luminare, et incensum tempore sanctae oblationis.

2521. Ea qvae in Ecclesiis offerri non possvnt, ad domvm sacerdotvm a fidelibvs deferantvr. — Ἡ ἄλλη πᾶσα ὀπώρα εἰς οἶκον ἀποστελλέσθω, ἀπαρχὴ τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τοῖς πρεσβυτέροις, ἀλλὰ μὴ ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον· δῆλον δέ, ὡς ὁ ἐπίσκοπος καὶ οἱ πρεσβύτεροι ἐπιμερίζουσι τοῖς διακόνοις καὶ τοῖς λοιποῖς κληρικοῖς. — Can. V.

Reliqua poma omnia ad domum, primitiae Episcopo et Presbyteris, dirigantur, nec offerantur in altari. Certum est autem quod Episcopus et Presbyteri diuidant et Diaconis et reliquis Clericis.

(1) Post καθαιρείσθω add. Bunsenius τῷ καιρῷ τῷ δέοντι, π. ν. χ. ἢ στάχυας σίτου, ἢ σταφυλῆς.

(1) Vertit Bunsenius : legumina, contra constitutionem Domini faciens, deponatur. Congruo tempore offerri non liceat aliquid ad altare praeter nouas spicas et uuas; et oleum ad luminaria.....

2522. Qvo tempore Pascha celebratvr. — Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, τὴν ἁγίαν τοῦ Πάσχα ἡμέραν πρὸ τῆς ἐαρινῆς ἰσημερίας μετὰ Ἰουδαίων ἐπιτελέσῃ, καθαιρείσθω. — Can. VIII.

Si quis episcopus, uel presbyter, uel diaconus, sanctam paschae diem ante uernale aequinoctium cum Iudaeis celebrauerit, deponatur.

2523. Qvod ministri altaris, oblatione facta, debeant commvnicare. — Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ἐκ τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ, προσφορᾶς γενομένης, μὴ μεταλάβοι, τὴν αἰτίαν εἰπάτω· καὶ ἐὰν εὔλογος ᾖ, συγγνώμης τυγχανέτω· εἰ δὲ μὴ λέγῃ, ἀφοριζέσθω, ὡς αἴτιος βλάβης γενηθεὶς τῷ λαῷ, καὶ ὑπόνοιαν ἐμποιήσας κατὰ τοῦ προσενέγκαντος. — Can. IX.

Si quis episcopus, presbyter, uel diaconus, uel ex sacerdotali catalogo, facta oblatione non communicauerit aut causam dicat, ut si rationabilis fuerit, ueniam consequatur; sin uero minus, segregetur : ut qui populo offensionis causa sit, et suspicionem dederit aduersus eum qui obtulit, tanquam non digne obtulerit.

2524. Qvod fideles laici, ingredientes Ecclesiam, commvnicare debeant. — Πάντας τοὺς εἰσιόντας πιστοὺς καὶ τῶν γραφῶν ἀκούοντας, μὴ παραμένοντας δὲ τῇ προσευχῇ καὶ τῇ ἁγίᾳ μεταλήψει, ὡς ἀταξίαν ἐμποιοῦντας τῇ ἐκκλησίᾳ, ἀφορίζεσθαι χρή. — Can. X.

Quicunque fideles ingrediuntur et scripturas audiunt, in precatione autem et sacra communione non permanent, ut ecclesiae confusionem afferentes, segregari oportet (a communione).

2525. Qvod cvm excommvnicatis non sit orandvm. — Εἴ τις ἀκοινωνήτῳ, κἂν ἐν οἴκῳ, συνεύξηται, καὶ αὐτὸς ἀφοριζέσθω. — Can. XI.

Si quis cum excommunicato, uel in domo una precatus fuerit, is segregetur (a communione).

2526. Qvod cvm damnatis clericis non sit orandvm. — Εἴ τις καθῃρημένῳ κληρικὸς ὢν ὡς κληρικῷ συνεύξηται, καθαιρείσθω καὶ αὐτός. — Can. XII.

Si quis cum sit clericus, una cum eo, qui est depositus, orauerit, deponatur et ipse.

2527. Qvod in nomine Trinitatis debeat baptizari. — Εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος, κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου διάταξιν μὴ βαπτίσῃ, εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα, ἀλλ' εἰς τρεῖς ἀνάρχους, ἢ τρεῖς υἱούς, ἢ τρεῖς παρακλήτους, καθαιρείσθω. — Can. XLIX.

Si quis episcopus aut presbyter iuxta praeceptum Domini non baptizauerit in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, sed in tribus sine initio principiis aut in tribus filiis, aut in tribus paracletis, abiiciatur.

2528. Qvod non debeat vna mersio in baptismate fieri. — Εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος, μὴ τρία βαπτίσματα μιᾶς μυήσεως ἐπιτελέσῃ, ἀλλ' ἓν βάπτισμα τὸ εἰς τὸν θάνατον τοῦ Κυρίου διδόμενον, καθαιρείσθω· οὐ γὰρ εἶπεν ὁ Κύριος· Εἰς τὸν θάνατόν μου βαπτίσατε, ἀλλά· « Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. » — Can. L.

Si quis episcopus aut presbyter non trinam mersionem unius mysterii celebret, sed semel mergat in baptismate, quod dari uidetur in Domini morte, deponatur. Non enim dixit nobis Dominus : In morte mea baptizate; sed : « Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. »

2529. De ieivnio qvadragesimali. — Εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος ἢ ἀναγνώστης ἢ ψάλτης τὴν ἁγίαν τεσσαρακοστὴν τοῦ πάσχα ἢ τετράδα ἢ παρασκευὴν οὐ νηστεύοι, καθαιρείσθω, ἐκτὸς εἰ μὴ δι' ἀσθένειαν σωματικὴν ἐμποδίζοιτο· ἐὰν δὲ λαϊκὸς εἴη, ἀφοριζέσθω. — Can. LXIX.

Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut lector aut cantor sanctam quadragesimam non ieiunat aut quartam (1) sextamque feriam, deponatur nisi infirmitate corporis impediatur; laicus uero segregetur.

2530. De fvrto cerae avt olei. — Εἴ τις κληρικὸς ἢ λαϊκὸς ἀπὸ τῆς ἁγίας ἐκκλησίας ἀφέληται κηρὸν ἢ ἔλαιον, ἀφοριζέσθω [καὶ τὸ ἐπίπεμπτον προστιθέτω μεθ' οὗ ἔλαβεν]. — Can. LXXII.

Clericus aut laïcus ceram aut oleum e sancta ecclesia auferens, segregetur, ultraque ablatum quintam partem restituat.

2531. De vasis sacris. — Σκεῦος χρυσοῦν καὶ ἀργυροῦν ἁγιασθὲν ἢ ὀθόνην μηδεὶς ἔτι εἰς οἰκείαν χρῆσιν σφετεριζέσθω. — Can. LXXIII.

Vasa argentea aureaue, nec non linteamina Deo consecrata nemo deinceps in proprios usus uertat, nefas enim est.

(1) « Vel feriam quartam, uel Parasceuen, deponatur » (Bunsenius).

2532. Canon librorvm sacrorvm. — Ἔστω δὲ ὑμῖν πᾶσι, κληρικοῖς καὶ λαϊκοῖς, βιβλία σεβάσμια καὶ ἅγια, τῆς μὲν παλαιᾶς διαθήκης.

Μωϋσέως πέντε, Γένεσις, Ἔξοδος, Λευιτικὸν, Ἀριθμοὶ, Δευτερονόμιον·

Ἰησοῦ τοῦ υἱοῦ Ναυὴ, ἕν·

Κριτῶν, ἕν· Ῥοὺθ, ἕν·

Βασιλειῶν, τέσσαρα·

Παραλειπομένων, τῆς βίβλου τῶν ἡμερῶν, δύο·

Ἔσδρα, δύο·

Ἐσθὴρ, ἕν.

Ἰουδεὶθ, ἕν.

Μακκαβαίων, τρία·

Ἰὼβ, ἕν·

Ψαλτηρίου, ἕν·

Σολομῶντος τρία, παροιμίαι, ἐκκλησιαστὴς, ᾆσμα ᾀσμάτων·

Προφητῶν δεκάδυο, ἕν.

Ἡσαίου, ἕν· Ἱερεμίου, ἕν· Ἰεζεχιὴλ, ἕν· Δανιὴλ, ἕν·

Ἔξωθεν δὲ ὑμῖν προσιστορείσθω μανθάνειν ὑμῶν τοὺς νέους τὴν Σοφίαν τοῦ πολυμαθοῦς Σειράχ·

Ἡμέτερα δὲ, τουτέστι τῆς καινῆς διαθήκης, Εὐαγγέλια τέσσαρα, Ματθαίου, Μάρκου, Λουκᾶ, Ἰωάννου·

Παύλου ἐπιστολαὶ δεκατέσσαρες·

Πέτρου ἐπιστολαὶ δύο·

Ἰωάννου, τρεῖς·

Ἰακώβου, μία·

Ἰούδα, μία·

Κλήμεντος ἐπιστολαὶ δύο·

Καὶ αἱ διαταγαὶ, ὑμῖν τοῖς ἐπισκόποις δι' ἐμοῦ Κλήμεντος ἐν ὀκτὼ βιβλίοις προσπεφωνημέναι, ἃς οὐ χρὴ δημοσιεύειν ἐπὶ πάντων διὰ τὰ ἐν αὐταῖς μυστικά·

Καὶ αἱ πράξεις ἡμῶν τῶν ἀποστολῶν.

Ταῦτα δὲ περὶ κανόνων διατετάχθω ὑμῖν παρ' ἡμῶν, ὦ ἐπίσκοποι. Ὑμεῖς δὲ ἐμμένοντες αὐτοῖς, σωθήσεσθε καὶ εἰρήνην ἕξετε· ἀπειθοῦντες δὲ, κολασθήσεσθε καὶ πόλεμον μετ' ἀλλήλων αἴδιον ἕξετε, δίκην τῆς ἀνηκοΐας τὴν προσήκουσαν τίννυντες. Ὁ Θεὸς δὲ, ὁ μόνος ἀγέννητος καὶ τῶν ὅλων ποιητὴς, ἅπαντας ὑμᾶς διὰ τῆς εἰρήνης ἐν Πνεύματι ἁγίῳ ἑνώσει, καὶ καταρτίσει εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἀτρέπτους, ἀμέμπτους, ἀνεγκλήτους, καταξιώσει τε τῆς αἰωνίου ζωῆς σὺν ἡμῖν, διὰ τῆς μεσιτείας τοῦ ἠγαπημένου παιδὸς αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν· μεθ' οὗ ἡ δόξα αὐτῷ τῷ ἐπὶ πάντων Θεῷ καὶ Πατρὶ, ἐν ἁγίῳ Πνεύματι τῷ παρακλήτῳ, νῦν τε καὶ ἀεὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. — Can. LXXV.

Sint autem uobis omnibus cum clericis tum laicis libri uenerandi et sancti isti : ueteris quidem testamenti.

Moysis libri quinque, Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium.

Iesu filii Naue, unus;

Iudicum, unus; Ruth, unus;

Regnorum, quattuor;

Paralipomenon, libri dierum, duo;

Esdrae, duo;

Esther, unus;

Iudith, unus;

Maccabaeorum, tres;

Iob, unus;

Psalterii, unus;

Salomonis, tres, Prouerbia, Ecclesiastes, Cantica canticorum;

Prophetarum duodecim, unus;

Isaïae unus, Ieremiae unus, Ezechielis unus, Danielis unus;

Extrinsecus autem uobis commendetur ut iuniores inter uos discant Sapientiam illius eruditissimi Sirach.

Nostra uero, id est noui testamenti, sunt : Euangelia quattuor, Matthaei, Marci, Lucae, Ioannis.

Pauli epistulae quattuordecim;

Petri epistulae duae:

Ioannis, tres;

Iacobi, una;

Iudae, una;

Clementis epistulae duae. — Et constitutiones uobis episcopis per me Clementem in octo libris editae, quae non sunt diuulgandae omnibus, ob ea quae in eis sunt mystica;

Et Actus nostri Apostolorum.

Haec uero de canonibus uobis obseruanda statuimus, o episcopi. Vos ergo in iis permanentes, salutem et pacem habebitis. Inobedientes autem, poenas dabitis et bellum inuicem perpetuum exercebitis, ultionem contumaciae debitam luentes. Deus autem qui solus est ingenitus et uniuersorum conditor, uos omnes uinculo pacis in Spiritu sancto copulabit, consummabitque ad omne opus bonum immutabiles, insontes, irreprehensibiles, et dignos uos nobiscum efficiet uita aeterna, mediatore dilectissimo eius Filio Iesu Christo, Deo et Saluatore nostro, per quem gloria ipsi super omnia Deo ac Patri cum sancto Spiritu paracleto nunc et semper et in saecula saeculorum. Amen.

CONSTITVTIONES AEGYPTIACAE

ΑΙ ΔΙΑΤΑΓΑΙ ΑΙ ΔΙΑ ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ ΚΑΙ ΚΑΝΟΝΕΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΟΙ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ

2533. Hierarchia. — Χαίρετε, υἱοὶ καὶ θυγατέρες· ἐν ὀνόματι Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, Ἰωάννης καὶ Ματθαῖος καὶ Πέτρος καὶ Ἀνδρέας καὶ Φίλιππος καὶ Σίμων καὶ Ἰάκωβος καὶ Ναθαναὴλ καὶ Θωμᾶς καὶ Κηφᾶς καὶ Βαρθολομαῖος καὶ Ἰούδας Ἰακώβου. Κατὰ κέλευσιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ σωτῆρος, συναθροισθέντων ἡμῶν, καθὼς διέταξε πρὸ τοῦ. Μέλλετε κληροῦσθαι τὰς ἐπαρχίας, καταλογήσασθαι τόπων ἀριθμοὺς, ἐπισκόπων ἀξίας, πρεσβυτέρων ἕδρας, διακόνων παρεδρείας, ἀναγνωστῶν νουνεχίας, χηρῶν ἀνεκκλησίας, καὶ ὅσα δέοι πρὸς θεμελίωσιν ἐκκλησίας, ἵνα τύπον τῶν ἐπουρανίων εἰδότες φυλάσσωνται ἀπὸ παντὸς ἀστοχήματος· εἰδότες ὅτι λόγον ὑφέξουσιν ἐν τῇ μεγαλῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως περὶ ὧν ἀκούσαντες οὐκ ἐφύλαξαν· καὶ ἐκέλευσεν ἡμᾶς ἐκπέμψασθαι τοὺς λόγους εἰς ὅλην τὴν οἰκουμένην, ἔδοξεν οὖν ἡμῖν πρὸς ὑπόμνησιν τῆς ἀδελφότητος καὶ νουθεσίαν, ἑκάστῳ ὡς ὁ Κύριος ἀπεκάλυψε κατὰ τὸ θέλημα (τοῦ Θεοῦ) διὰ Πνεύματος ἁγίου, μνησθεῖσι λόγου, ἐντείλασθαι ὑμῖν.

Laetamini, filii et filiae. — In nomine Domini Iesu Christi Ioannes et Matthaeus et Petrus et Andreas et Philippus et Simon et Iacobus et Nathanael et Thomas et Cephas et Bartholomaeus et Iudas Iacobi (frater), quum iubente Domino nostro Iesu Christo Saluatore, nos conuenissemus, decreuimus quemadmodum ipse antea statuit. Vos oportet sorte diuidere prouincias et loca numeratim recensere, episcoporum munera, presbyterorum sedes, diaconorum assessiones, lectorum instructiones, uiduarum secessiones et quaecumque oportet in fundamento poni Ecclesiae : ut formam rerum supracoelestium agnoscentes, (populi) seruentur ab omni iniquitate, scientes se rationem esse in summa illa die iudicii reddituros de his quae audierunt neque seruauerunt. Idem et praecepit nobis sermones emittere per uniuersam terram. Visum igitur nobis est in commendationem fraternitatis et hortationem, prout singulis Dominus suggessit, iuxta Dei uoluntatem, in Spiritu sancto, praecepta uobiscum qui uerbi memores estis, communicare.

2534. De episcopi electione et dotibus. — Πέτρος εἶπεν· « Ἀδελφοί, τὰ περὶ τῶν λοιπῶν νουθεσιῶν αἱ γραφαὶ διδάξουσιν· ἡμεῖς δὲ ἃ ἐκελεύσθημεν, διατάξωμεν. »

Πάντες εἶπαν· « Πέτρος λεγέτω. »

Πέτρος εἶπεν· « Ἐὰν ὀλιγανδρία ὑπάρχει, καὶ μήπου πλῆθος τυγχάνει τῶν δυναμένων ψηφίσασθαι περὶ ἐπισκόπου, ἐντὸς δεκαδύο ἀνδρῶν, εἰς τὰς πλησίον ἐκκλησίας, ὅπου τυγχάνει πεπηγυῖα, γραφέτωσαν, ὅπως ἐκεῖθεν ἐκλεκτοὶ τρεῖς ἄνδρες παραγενόμενοι δοκιμῇ δοκιμάσαντες τὸν ἄξιον ὄντα, εἴ τις φήμην καλὴν ἔχει ἀπὸ τῶν ἐθνῶν, εἰ ἀναμάρτητος ὑπάρχει, εἰ φιλόπτωχος, εἰ σώφρων, μὴ μέθησος, μὴ πόρνος, μὴ πλεονέκτης, ἢ λοίδωρος, ἢ προσωπολήπτης, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια· καλὸν μὲν εἶναι ἀγύναιος, εἰ δὲ μή, ἀπὸ μιᾶς γυναικός· παιδείας μέτοχος, δυνάμενος τὰς γραφὰς ἑρμηνεύειν, εἰ δὲ ἀγράμματος, πραῢς ὑπάρχων καὶ τῇ ἀγάπῃ εἰς πάντας περισσευέτω, μή ποτε περί τινος ἐλεγχθεὶς ἐπίσκοπος ἀπὸ τῶν πολλῶν γενηθείη. »

Petrus dixit : « Caetera quae moneantur, scripturae docebunt; nos uero, quae praecepta nobis sunt, constituamus. »

Omnes dixerunt : « Petrus loquatur. »

Petrus locutus est : « Si paucitas hominum accidit neque iam copia adest eorum qui suffragium de episcopo ferre ualent, sint scilicet infra duodecim homines, ad proximas ecclesias, quae plebe abundant, scribantur litterae, ut ibi eligibiles uiri tres fiant qui probe experiantur quis dignus sit, an bonam ille habeat famam ab ethnicis, an insons existat, an pauperum studiosus, an prudens, an non ebriosus, nec fornicator, neque ambitiosus aut contumeliosus uel personarum acceptor, et caetera id genus. Bene autem erit eum esse mulieris expertem; sin minus, unius fuisse uxoris consortem; doctrinae sit particeps, idoneus Scripturarum interpres; si uero litterarum rudis est, mitis sit et charitate aduersus omnes superabundet; ne unquam de aliqua nequitia conuictus, episcopus a multis renuntietur. »

2535. De senioribus XXIV altari et episcopo deseruientibus. — Ἰωάννης εἶπεν· « Ὁ κατασταθεὶς ἐπίσκοπος, εἰδὼς τὸ προσεχὲς κα φιλόθεον τῶν σὺν αὐτῷ, καταστήσει οὓς ἐὰν δοκιμάσῃ πρεσβύτερους δύο. »

Πάντες ἀντεῖπον, ὅτι οὐ δύο, ἀλλὰ τρεῖς· εἴκοσι γὰρ καὶ τέσσαρές εἰσι πρεσβύτεροι, δώδεκα ἐκ δεξιῶν, καὶ δώδεκα ἐξ εὐωνύμων.

Ἰωάννης εἶπεν· « Καλῶς ὑπεμνήσατε, ἀδελφοί· οἱ μὲν γὰρ ἐκ δεξιῶν δεχόμενοι ἀπὸ τῶν ἀρχαγγέλων τὰς φιάλας προσφέρουσι τῷ δεσπότῃ, οἱ δὲ ἐξ ἀριστερῶν ἐπέχουσι τῷ πλήθει τῶν ἀγγέλων. Δεῖ οὖν εἶναι... τοὺς πρεσβυτέρους ἤδη κεχρονικότας ἐπὶ τῷ κόσμῳ, [τρόπῳ τινὶ] ἀπεχομένους τῆς πρὸς γυναῖκας συνελεύσεως, εὐμεταδότους εἰς τὴν ἀδελφότητα,

Ioannes dixit : « Qui institutus fuerit episcopus, considerata utilitate et pietate in Deum eorum qui cum illo sunt, instituet ex illis quos probauerit, duos presbyteros. »

Omnes reposuerunt : « Non duos sed tres : uiginti enim et quattuor sunt seniores, duodecim a dextris, et duodecim a sinistris. »

Ait Ioannes : « Bene meministis, fratres. Qui enim a dextris sunt accipientes ab archangelis phialas, offerunt Domino; qui autem a sinistris, agunt cum multitudine angelorum. Oportet igitur esse seniores, iam aeuo maturos in mundo, aliquo abstinentes modo a mulieris consortio, promptos ad largiendum fratribus,

πρόσωπον ἀνθρώπου μὴ λαμβάνοντας, σύμμυστας τοῦ ἐπισκόπου καὶ συνεπιμάχους, συναθροίζοντας τὸ πλῆθος, προθυμουμένους τὸν ποιμένα. Οἱ ἐκ δεξιῶν πρεσβύτεροι προνοήσονται τῶν ἐπισκόπων πρὸς τὸ θυσιαστήριον, ὅπως τιμήσωσι καὶ ἐντιμηθῶσιν, εἰς ὃ ἂν δέῃ· οἱ ἐξ ἀριστερῶν πρεσβύτεροι προνοήσονται τοῦ πλήθους, ὅπως εὐσταθὴς καὶ ἀθόρυβος εἴη, πρῶτον μεμαθηκὼς ἐν πάσῃ ὑποταγῇ. Εἰ δέ τις νουθετούμενος αὐθαδῶς ἀποκριθῇ, ἐμποιήσαντες οἱ ἐπὶ τῷ θυσιαστηρίῳ τὸν τοιοῦτον μετὰ ἴσης βουλῆς, ὃ ἂν εἴη ἄξιον, δικασάτωσαν, ἵνα καὶ οἱ λοιποὶ φόβον ἔχωσι, μήποτε ἑνὸς πρόσωπον λαβῶσι, καὶ ἐπὶ πλεῖον νεμηθῇ ὡς γάγγραινα, καὶ αἰχμαλωτισθῶσι οἱ πάντες. »

personam hominis non recipientes, qui ministrent cum episcopo et simul praelientur, qui conuocent plebem, et alacri studio pastorem prosequantur. Qui a dextris erunt seniores, episcopis procurent ea quae spectant ad altare, ut honorent eos et colant quantum oportuerit. Qui a sinistris seniores sunt, prouideant de plebe ut rite componatur et sine tumultu; secundum ea quae prius populus didicerit in omni submissione. Si quis autem monitus arroganter responderit, id suscipientes qui altare deputantur, cum aequa sententia quod iustum erit, decernant, ut caeteri metum habeant, nullius unquam persona accepta, ne malum accrescat ut gangraena, et in seruitutem abducantur omnes. »

2536. De lectore. — Ἰάκωβος εἶπεν· « Ἀναγνώστης καθιστανέσθω πρῶτον δοκιμῇ δεδοκιμασμένος· μὴ γλωσσοκόπος, μὴ μέθυσος, μήτε γελωτολόγος, εὔτροπος, εὐπειθής, εὐγνώμον, ἐν ταῖς κυριακαῖς συνόδοις πρῶτος σύνδρομος, εὐήκοος, διηγητικός, εἰδὼς ὅτι εὐαγγελιστοῦ τόπον ἐργάζεται· ὁ γὰρ ἐμπιπλῶν ὦτα μὴ νοοῦντος, ἔγγραφος λογισθήσεται παρὰ τῷ Θεῷ. »

Iacobus dixit : « Lector instituatur, qui primum probe fuerit probatus; non lingua mordax, non ebriosus, non scurrilia effutiens, bonae frugi, moriger, aequanimus, qui in dominicos congressus primus conuolet, qui bene audiat et prompte legat, non immemor se in euangelistae locum recipi. Qui enim adimplet aures non intelligentis, deferetur rationem Deo redditurus. »

2537. De diacono. — Ματθαῖος εἶπε· « Διάκονοι καθιστάσθωσαν· γέγραπται· « Ἐπὶ τριῶν σταθήσεται πᾶν « ῥῆμα Κυρίου ». Ἔστωσαν δεδοκιμασμένοι πάσῃ διακονίᾳ, μεμαρτυρημένοι παρὰ τοῦ πλήθους, μονόγαμοι, τεκνοτρόφοι, σώφρονες, ἐπιεικεῖς ἥσυχοι, μὴ γόγγυσοι, μὴ δίγλωσσοι, μὴ ὀργίλοι (ὀργὴ γὰρ ἀπόλλυσιν ἄνδρα φρόνιμον), μὴ πρόσωπον πλουσίου λαμβάνοντες, μηδὲ πένητα καταδυναστεύοντες, μηδὲ οἴνῳ πολλῷ χρώμενοι, εὔσκυλτοι, τῶν κρυφίων ἔργων καλοὶ προτρεπτικοί, ἐπαναγκάζοντες τοὺς ἔχοντας τῶν ἀδελφῶν ἁπλοῦν τὰς χεῖρας, καὶ αὐτοὶ εὐμετάδοτοι, κοινωνικοί, πάσῃ τίμῃ καὶ ἐντροπῇ καὶ φόβῳ τιμώμενοι ἀπὸ τοῦ πλήθους, ἐπιμελῶς προσέχοντες τοῖς ἀτάκτως περιπατοῦσιν, οὓς μὲν νουθετοῦντες, οὓς δὲ παρακαλοῦντες, οὓς δὲ ἐπιτιμῶντες· τοὺς δὲ καταφρονοῦντας τελέως παραπεμπόμενοι, εἰδότες ὅτι οἱ ἀντίλογοι καὶ καταφρονηταὶ καὶ λοίδοροι Χριστῷ ἀντετάξαντο. »

Matthaeus dixit : « Diaconi instituantur : scriptum est : « In tribus stabit omne uerbum Domini ». Sint comprobati in omni ministerio, cum testimonium habuerint ab omni plebe, unius sint uxoris, filiorum nutritores, prudentes, modesti, placidi, sine murmure, sine ira (ira enim uirum perdit sapientem), sine ullo ad diuitis personam respectu, neque pauperem opprimentes, neque uino multo indulgentes, ad tolerandum fortes, qui strenue abscondita opera commendent, cogant ex fratribus opulentos ut manus expandant, ipsi munifici, largitores, in omni honore, reuerentia et timore uenerabiles plebi, diligentia eos insectantes qui secus ambulant, aliis monita, aliis solatia, aliis poenas ministrantes, eos uero qui omnia omnino spernunt, missos facientes, memores Christo eos resistere qui contradicunt, et conuiciantur. »

2538. De vidva. — Κηφᾶς εἶπε· « Χῆραι καθισθανέσθωσαν τρεῖς· αἱ δύο προσμένουσαι τῇ προσευχῇ περὶ πάντων ἐν πείρᾳ, καὶ πρὸς τὰς ἀποκαλύψεις περὶ οὗ ἂν δέῃ· μία δὲ παρεδρεύουσα ταῖς ἐν ταῖς νόσοις πειραζομέναις, εὐδιάκονος ᾖ, νηπτική, τὰ δέοντα ἀπαγγέλλουσα τοῖς πρεσβυτέροις, μὴ αἰσχροκερδής, μὴ οἴνῳ πολλῷ προσέχουσα, ἵνα δύναται νήφειν πρὸς τὰς νυκτερίνας ὑπηρεσίας, καὶ εἴ τις ἑτέρα βούλοιτο ἐργαγαθεῖν, καὶ γὰρ ταῦτα πρῶτα Κυρίου θησαυρίσματά εἰσιν ἀγαθά. »

Cephas dixit : « Viduae instituantur tres, quarum duae perseuerent in oratione pro omnibus, instante probatione, et reuelationum causa, pro re nata. Vna uero deputetur mulieribus morbo tentatis; probi sit ministerii, uigilantia insignis, ut necessaria praestet presbyteris, nec lucro inhiet turpi, neque multo uino dedita sit, ut possit inuigilare nocturnis ministeriis, et si quae alia proba opera sint; quae quidem sunt primi apud Deum thesauri bona huiusmodi opera. »

2539. De diacono. — Ἀνδρέας εἶπε· « Διάκονοι ἐργάται τῶν καλῶν ἔργων νυχθήμερον ἐπελεύσοντες πανταχοῦ, μήτε πένητα ὑπεροπτεύοντες, μήτε πλούσιον προσωποληπτεύοντες, ἐπιγνώσονται τὸν θλιβόμενον, καὶ ἐκ τῆς λογίας οὐ παραπέμψονται, ἐπαναγκάσουσι τοὺς δυναμένους ἀποθησαυρίζειν εἰς ἔργα ἀγαθά, προορῶντας τοὺς λόγους τοῦ διδασκάλου ἡμῶν· « εἴδετέ με πεινῶντα, καὶ οὐκ ἐθρέψατέ με »· οἱ γὰρ καλῶς διακονήσαντες καὶ ἀμέμπτως, τόπον ἑαυτοῖς περιποιοῦνται τὸν ποιμενικόν. »

Andreas dixit : « Diaconi, bonorum opifices operum, noctu dieque circumeuntes quocumque, neque pauperem despicientes, neque habentes ad opulentos respectum, discernent oppressum tribulatione, neque eum excludent a collecta, cogent eos quibus facultates sunt in bonis thesaurizare operibus, et considerare uerba magistri nostri : « Vidistis me esurientem et non nutri- « uistis me ». Qui enim strenue ministrauerunt et inculpabiliter locum sibi uindicant pastoralem. »

2540. De laico. — Φίλιππος εἶπεν· « Ὁ λαϊκὸς τοῖς

Philippus dixit : « Laicus negotiis saecularibus inser-

λαϊκοῖς πράγμασι περιποιθέσθω ὑποτασσόμενος τοῖς παρεδρεύουσι τῷ θυσιαστηρίῳ· ἕκαστος τῷ ἰδίῳ τόπῳ ἀρεσκέτω τῷ Θεῷ· μὴ φιλεχθροῦντες ἀλλήλοις περὶ τῶν τεταγμένων, ἕκαστος ἐν ᾧ ἐκλήθη παρὰ τῷ Θεῷ. Ὁ ἕτερος τοῦ ἑτέρου τὸν δρόμον μὴ παρατεμνέτω, οὐδὲ γὰρ οἱ ἄγγελοι παρὰ τὸ διατεταγμένον αὐτοῖς οὐδὲν ἕτερον ἐξελίσσουσιν. »

2541. — Ἀνδρέας εἶπεν· « Εὔχρηστόν ἐστιν, ἀδελφοί, ταῖς γυναιξὶ διακονίαν καταστῆσαι. »

2542. De oblatione evcharistiae. — Πέτρος εἶπεν· « Ἐφθάσαμεν τάξαντες· περὶ δὲ τῆς προσφορᾶς τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος ἀκριβῶς μηνύσωμεν. »

2543. Formvla. — Ἰωάννης εἶπεν· « Ἐπελάθεσθε, ἀδελφοί, ὅτε ᾔτησεν ὁ διδάσκαλος τὸν ἄρτον καὶ τὸ ποτήριον καὶ ηὐλόγησεν αὐτὰ λέγων· « *Τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου* « *καὶ τὸ αἷμα* », ὅτι οὐκ ἐπέτρεψε ταύταις συστῆναι ἡμῖν. »

2544. — Μάρθα εἶπε· « Διὰ Μαριάμ, ὅτι εἶδεν αὐτὴν μειδιῶσαν. »

2545. — Μαρία εἶπεν· « Οὐκέτι ἐγέλασα· προέλεγε γὰρ ἡμῖν ὅτε ἐδίδασκεν, ὅτι τὸ ἀσθενὲς διὰ τοῦ ἰσχυροῦ σωθήσεται. »

2546. De statv corporis in oratione (pro mvlieribvs). — Κηφᾶς εἶπεν· « Ἐνίων μέμνησθε δέ, ὅτι ταῖς γυναιξὶ μὴ ὀρθαῖς πρέπει προσεύχεσθαι, ἀλλὰ ἀπὸ τῆς γῆς καθεζομέναις. »

2547. — Ἰάκωβος εἶπε· « Πῶς οὖν δυνάμεθα περὶ γυναικῶν διακονίαν ὁρίσαι, εἰ μή τι διακονίας ἵνα ἐπισχύσωσι ταῖς ἐνδεομέναις; »

2548. — Φίλιππος εἶπε· « Τοῦτο, ἀδελφοί, περὶ τῆς μεταδόσεως ὁποῖον ἔργον ἑαυτῷ θησαυρὸν καλὸν περιποιεῖται· ὁ γὰρ θησαυρίζων ἐν τῇ βασιλείᾳ ἔγγραφος ἐργάτης λογισθήσεται παρὰ τῷ Θεῷ. »

2549. — Πέτρος εἶπε· « Ταῦτα, ἀδελφοί, οὐχ ὡς ἐξουσίαν τινὸς ἔχοντες πρὸς ἀνάγκην, ἀλλ' ἐπιταγὴν ἔχοντες παρὰ Κυρίου, ἐρωτῶμεν ὑμᾶς φυλάξαι τὰς ἐντολὰς μηδὲν ἀφαιροῦντας ἢ προστιθέντας, ἐν τῷ ὀνόματι Κυρίου ἡμῶν ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. »

uiat, iis subditus qui presbyterio praesunt; unusquisque suo proprio contentus loco sit in Deo; nullam erga caeteros inuidiam exerceant ob institutum ordinem, in quo singuli coram Deo eliguntur; alter alterius cursum ne intercipiat, neque enim angeli, praeter id quod illis assignatur, quidquam aliud praeoccupant. »

Andreas dixit : « Commodum erit, fratres, si mulieribus officium instituatur. »

Petrus ait : « Hactenus regulas posuimus. Verum de oblatione corporis et sanguinis diligenter commonefaciamus. »

Ioannes subdidit : « Vos latet, fratres, quomodo rogauerit magister panem et calicem, et benedixerit dicens : « Hoc est corpus meum et sanguis, » quoniam non permisit ea cum illis mulieribus palam communicare. »

Martha dixit : « Per Mariam, quoniam eam uidit subridentem. »

Maria ait : « Minime ridere sustinui; praedixit autem nobis, quando docebat, fore ut debilis a forti saluaretur. »

Cephas dixit : « Aliqua autem memineritis, quod mulieribus non decet stando orare, sed super terram sedentes. »

Iacobus ait : « Quale igitur poterimus officium mulieribus definire, nisi ministerium quo ualeant pauperibus inseruire? »

Philippus dixit : « Idipsum, fratres, ad traditionem referatur, quali opere quisque sibi bonum thesaurum efficiat. Qui enim thesaurizat, in regno inscribetur operarius coram Deo. »

Petrus dixit : « Haec, fratres, non tanquam potestatem alicuius habentes, qua necessaria praecipiantur, sed mandatum habentes a Domino, exhortamur uos ad custodiendum praecepta, nihil auferentes, nihil addentes insuper, in nomine Domini nostri Iesu Christi, cui est gloria in saecula. Amen. »

CANONES HIPPOLYTI

2550. Excommvnicatio eorvm qvi non consentivnt ecclesiae. — Canon I, 5. Ideo multo magis nos arcta unione in uirtute Dei coniuncti separauimus illos, quoniam non consentiunt ecclesiae in Deo, neque nobiscum sunt, qui sumus discipuli scripturarum. Ideoque separauimus illos ab ecclesia et causam eorum Deo commendauimus, nos, qui iudicabimus creaturam in iustitia.

2551. De episcopi electione. — Can. II, 7. Episcopus eligatur ex omni populo. Sedatus sit, sicut de illo in apostolo scriptum est.

2552. Formvla. — 8. In ea autem hebdomade, in qua ordinatur, dicat populus : *Nos eligimus eum.*

2553. Deprecatio pro antistite nvper electo. — 9. Deinde silentio facto in toto grege post ἐξομολόγησιν omnes pro eo orent dicentes : *O Deus, corrobora hunc, quem nobis praeparasti.*

2554. Χειροτονία. — 10. Deinde eligatur unus ex episcopis et presbyteris, qui manum capiti eius imponat, et oret dicens :

2555. Deprecatio svper episcopvm. — Can. III, 11. *O Deus pater Domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum et Deus totius consolationis, qui habitat in altis et humilia* (humiles) *respicit, qui nouit omnia, antequam fiant;*

2556. — 12. *tu, qui constituisti fines ecclesiae, cuius imperio fit, ut ex Adamo perseueret genus iustum ratione hujus episcopi, qui est magnus Abraham qui praelaturas et principatus constituit;*

2557. — 13. *respice super N., seruum tuum, tribuens uirtutem tuam et spiritum efficacem; quem tribuisti sanctis apostolis per Dominum nostrum Iesum Christum, filium tuum unicum; illis, qui fundauerunt ecclesiam in omni loco ad honorem et gloriam nominis tui sancti.*

2558. — 14. *Quia tu cognouisti cor uniuscuiusque, concede illi, ut ipse sine peccato uideat populum tuum, ut mereatur pascere gregem tuum magnum sacrum.*

2559. — 15. *Effice etiam, ut mores eius sint superiores omni populo, sine ulla declinatione.*

2560. — 16. *Effice etiam, ut propter praestantiam illi ab omnibus inuideatur, et accipe orationes eius et oblationes eius, quas tibi offerret die noctuque et sint tibi odor suauis.*

2561. — 17. *Tribue etiam illi, o Domine, episcopatum et spiritum clementem et potestatem ad remittenda peccata;*

2562. — 18. *et tribue illi facultatem ad dissoluenda omnia uincula iniquitatis daemonum, et ad sanandos omnes morbos, et contere Satanam sub pedibus eius uelociter, per Dominum nostrum Iesum Christum, per quem tibi gloria cum ipso et Spiritu sancto in saecula saeculorum. Amen.*

2563. Oscvlvm pacis. — 19. Post haec conuertant se omnes ad eum, osculantes eum in pace, quia ille hoc meretur.

2564. De oblationis ritv. — 20. Diaconus autem afferat oblationes, et ille, qui factus est episcopus, imponat manum super oblationibus una cum presbyteris, dicens :

2565. — 21. *ὁ Κυριος μετὰ πάντων.*

2566. — 22. Respondeat populus : *Et cum spiritu tuo.*

2567. — 23. Dicat : *ἄνω ὑμῶν τὰς καρδίας.*

2568. — 24. Respondeat populus : *ἔχομεν πρὸς τὸν Κύριον.*

2569. — 25. *Εὐχαριστήσωμεν τῷ Κυρίῳ*

2570. — 26. Et respondeat : *ἄξιον καὶ δίκαιον* [quod significat : *Dignum est*].

2571. De missa. — 27. Postea autem dicat orationem et perficiat missam.

2572. De oleo svper altare. — 28. Quodsi adest oleum, oret super illud hoc modo; sin autem, solummodo illas particulas.

2573. Oratio svper primitias. Doxologia. — 29. Si adsunt primitiae quaedam comestibilium allatae, oret super eas et benedicat fructibus, qui ipsi allati sunt pro oratione sua, et singulae orationes dicantur super singulis rebus, et in fine singularum orationum dicantur : *Gloria tibi, Patri et Filio et Spiritui sancto in saeculo saeculorum. Amen.*

2574. De presbyteri ordinatione. — Can. IV, 30. Si autem ordinatur presbyter, omnia cum eo similiter agantur ac cum episcopo, nisi quod cathedrae non insideat.

2575. Item. — 31. Etiam eadem oratio super eo oretur tota ut super episcopo, cum sola exceptione nominis episcopatus.

2576. Item. — 32. Episcopus in omnibus rebus aequiparetur presbytero excepto nomine cathedrae et ordinatione, quia potestas ordinandi ipsi non tribuitur.

2577. De diaconi ordinatione. — Can. V, 33. Si ordinatur diaconus, obseruentur canones singulares, et dicatur haec oratio super eum, neque tamen ad presbyteratum pertinet, sed ad diaconatum, sicut (decet) famulum Dei.

2578. De diaconorvm mvnere. — 34. Seruiat autem episcopo et presbyteris in omnibus rebus, neque tantummodo missae tempore, sed etiam infirmis illis seruiat de populo, quibus nemo adest.

2579. Item. — 35. Certiorem faciat episcopum, ut oret super iis, et ut illis dispertiatur, quae ipsis opus sunt, pariterque etiam hominibus occulta egestate pressis.

2580. Item. — 36. Seruiant autem et aliis, quorum miserentur episcopi, ut possint donare uiduis, orbis et pauperibus.

2581. Item. — 37. Hoc igitur modo omnia officia perficiat. Talis reuera est diaconus ille, de quo Christus dixit : « Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum Pater meus. »

2582. Impositio manvvm svper diaconvm. — 38. Episcopus autem manum imponat ei et hanc rationem dicat super eum loquens :

2583. Oratio congrva. — 39. *O Deus, pater Domini nostri Iesu Christi, rogamus te nixe, ut effundas spiritum tuum sanctum super seruum tuum N. eumque praepares cum illis, qui tibi seruiunt secundum tuum beneplacitum sicut Stephanus;*

2584. — 40. *utque illi concedas uim uincendi omnem potestatem dolosi signo crucis tuae, quo ipse signatur;*

2585. — 41. *utque concedas ipsi mores sine peccato coram omnibus hominibus, doctrinamque pro multis qua gentem copiosam in ecclesia sacra ad salutem perducat sine ullo scandalo.*

2586. — 42. *Accipe omne seruitium eius per Dominum nostrum Iesum Christum, per quem tibi cum ipso et Spiritu sancto sit gloria in saecula saeculorum. Amen.*

2587. CONFESSOR AD PRESBYTERATVM EVEHI POTEST. — Can. VI, 43. Quando quis dignus est, qui stet coram tribunali propter fidem et afficiatur poena propter Christum, postea autem indulgentia liber dimittitur, talis postea meretur gradum presbyteralem coram Deo, non secundum ordinationem, quae fit ab episcopo. Immo, confessio est ordinatio eius.

2588. ETIAM EPISCOPATVM. — 44. Quodsi uero episcopus fit, ordinetur.

2589. ATTAMEN ORDINETVR. — 45. Si quis confessione emissa tormentis laesus non est, dignus est presbyteratu; attamen ordinetur per episcopum.

2590. SERVVS AD PRESBYTERATVM ADEPTVS. — 46. Si talis, cum seruus alicuius esset, propter Christum cruciatus pertulit, talis similiter est presbyter gregi.

2591. DE FORMA HVIVS PRESBYTERATVS. — 47. Quanquam enim formam presbyteratus non acceperit, tamen spiritum presbyteratus adeptus est; episcopus igitur omittat orationis partem, quae ad Spiritum sanctum pertinet.

2592. DE LECTORIS ORDINATIONE. — Can. VIII, 48. Qui constituitur ἀναγνώστης, ornatus sit uirtutibus diaconi; neque manus ei imponatur primo, sed euangelium ab episcopo ipsi porrigatur.

2593. DE SVBDIACONO. — 49. [Ὑποδιάκονος secundum hunc ordinem].

2594. DE CAELIBE NON ORDINANDO. — 50. Neque ordinetur caelebs. Si est sine uxore, nisi postquam testimonium pro ipso exhibitum sit ad contestandam integritatem eius a uicinis ipsius, ita ut certum sit eum a corruptione alienum fuisse eo tempore quo ibi habitabat.

2595. ITEM. — 51. Neque alicui imponatur manus tanquam caelibi (uirgini) nisi quando ad maturam staturam perductus pro fideli habetur et testimonio commendatus est.

2596. DE LECTORIS ET SVBDIACONI MVNERE. — 52. [Ὑποδιάκονος et ἀναγνώστης, quando soli erant, consistant in posteriore parte; ὑποδιάκονος autem seruiat coram hominibus].

2597. DE ORDINATIONIS PETITIONE. — Can. VIII, 53. Si quis petitionem porrigit, quae ad ipsius ordinationem pertinet, quod dicit: « Nactus sum charisma sanationis », non prius ordinetur, quam clarescat ea res.

2598. ITEM. — 54. Inprimis inquirendum est, num sanationes, quae per eum fiunt, reuera a Deo deriuentur.

2599. DE PRESBYTERIS. — 55. [Presbyter, cuius uxor peperit, ne segregetur].

2600. DE CLERORVM DOMICILIO. — Can. IX, 56. Si presbyter abit et in locis ipsi non deputatis habitare uult, clerus huius loci ad recipiendum eundem pronus interrogent episcopum cathedrae eius, ne forsitan propter aliquam causam in fugam conuersus sit.

2601. ITEM. — 57. Quodsi uero urbs eius nimium distat, examinetur, si est discipulus, attamen caret, quod presbyteros decet.

2602. DE DVPLICI SPORTVLA. — 58. Postea in societatem recipiatur et duplici honore afficiatur, neque iterum ordinetur.

2603. ORDO VIDVARVM. — 59. Viduis propter copiosas orationes, infirmorum curam et frequens ieiunium praecipuus (honor tribuatur).

2604. DE CATECHVMENORVM EXAMINE. — Can. X, 60. Illi, qui ecclesiam frequentant eo consilio, ut inter christianos recipiantur, examinentur omni cum perseuerantia, et quam ob causam suum cultum respuant, ne forte intrent illudendi causa.

2605. RECEPTIO ET ABRENVNTIATIO. — 61. Quodsi uero aliquis in fide uera aduenerit, recipiatur cum gaudio interrogeturque de opificio, instruaturque per diaconum discatque in ecclesia *renuntiare Satanae et pompae eius toti.*

2606. DISCIPLINA CONSTANS EST. — 62. Hoc autem obseruetur omni tempore, quo instruitur, antequam caetero populo annumeretur.

2607. DE BAPTISMO SERVORVM. — 63. Si est seruus heri idololatrae, inuito hero ne baptizetur; contentus sit, quod christianus est.

2608. DE COMMVNI SEPVLTVRA. — 64. Quodsi moritur necdum ad donum admissus, a caetero grege ne separetur.

2609. DE IMAGINVM ARTIFICIBVS. — Can. XI, 65. Omnis artifex nouerit sibi nullo modo licere idolum uel aliquam figuram idololatricam effingere, siue sit aurifaber, siue argentarius, siue pictor, siue alius generis artifex.

2610. SI IDOLA CONFECERIT, EXCOMMVNICETVR. — 66. Si quis autem artifex post baptismum receptum inueniatur, qui eiusmodi rem confecerit, exceptis iis rebus quae ad usum hominum pertinent, excommunicetur donec paenitentiam agat.

2611. DE IIS QVI AD SERMONES SACROS NON ADMITTVNTVR. — 67. Quicunque fit θεατρικός uel gladiator et qui currit uel docet uoluptates uel — — —, uel — — —, uel κυνηγός, uel — — —, uel qui cum bestiis pugnat uel idolorum sacerdos, hi omnes non admittuntur ad

sermones sacros, nisi prius ab illis immundis operibus purgentur.

2612. De probationis tempore et ecclesiae doctore. — 68. Post XL dies participes fiunt sermonis. Si digni sunt, etiam ad baptismum admittuntur. Doctor autem ecclesiae de his rebus referat.

2613. Grammaticorvm confessio fidei cottidiana. — 69. Γραμματικός, qui paruos pueros instruit, si aliam artem non nouit, qua uictum quaerat, uituperet, quandocunque in iis, quos instruit, aliquid apparet, et sincere confiteatur eos, qui a gentibus dii uocantur, daemones esse dicatque coram illis cottidie : Non est Deus nisi Pater et Filius et Spiritus sanctus.

2614. De eodem. — 70. Si autem discipulos omnes docere potest magnam partem (— — — — —), uel si potest ulterius progressus docere eos fidem ueram, hoc illi erit merito.

2615. De spicvlatore et milite. — Can. XIII, 71. Homo, qui accepit potestatem occidendi, uel miles nunquam recipiatur omnino.

2616. De coronis militvm et christianorvm. — 72. Qui uero cum essent milites, iussi sunt pugnare, caeterum autem ab omni mala loquela abstinuerunt neque coronas capitibus imposuerunt, omne signum autem adepti sunt, — — — —.

2617. De praefectis. — 73. Omnis autem homo, qui ad gradum praefecturae uel praecedentiae uel potestatis eleuatus ornamento iustitiae, quod est secundum euangelium, non induitur, hic a grege segregetur, neue episcopus coram illo oret.

2618. De militibvs. — Can. XIV, 74. Christianus ne fiat propria uoluntate miles, nisi sit coactus a duce. Habeat gladium, caueat tamen, ne criminis sanguinis effusi fiat reus.

2619. De iis qvi sangvinem fvdervnt. — 75. Si compertum est, sanguinem ab eo esse effusum, a participatione mysteriorum abstineat, nisi forte singulari conuersione morum cum lacrymis et planctu correctus erit. Attamen eius donum ne sit fictum, sed cum timore Dei.

2620. De iis qvi baptizandi non svnt. — Can. XV, 76. Fornicator uel qui quaestum ex fornicatione quaerit, uel cinaedus, imprimis autem qui mendacia dicit, deinde omnis socors, uel οἰωνιστής, uel magus, uel astrologus, hariolus, somniorum interpres, praestigiator, concinator, qui plebem ad turbas seditionesque commonet, uel qui phylacteria conficit, usurarius, iniuriosus, uel amator mundi, qui iuramentis delectatur, qualiacumque sint sacramenta, qui offensiones dat hominibus, uel foeneratur, uel homines contemnit, uel horas dies que praeelegit, quasdam esse infaustas, hi omnes et qui similes sunt his neque instruendi neque baptizandi sunt.

2621. De excommvnicatione. — 79. Quodsi post baptismum in illa, quae significauimus, criminosa flagitia relapsi inueniuntur, ex ecclesia expellantur donec paenitentiam egerint cum fletu, ieiunio et operibus misericordiae.

2622. De ornatv mvlierum in ecclesia. — Can. XVII, 81. Mulier libera ne ueniat ueste uariegata in ecclesiam, tametsi sic maritus praescribit, neue crines demittat solutos, habeat potius capillos complexos in domo Dei, neue faciat cirros frontales in capite, quando uult participare mysteriis sacris.

2623. Mvlieres in ecclesia non loqvantvr. — 88. .... neue omnino loquantur [mulieres scil.] in ecclesia, quae est domus Dei.

2624. Qvid sit ecclesia. — 89. Non est locus confabulationis, sed locus orationis in timore.

2625. De iis qvi in ecclesia loqvvntvr. — 90. Qui loquitur in ecclesia, expellatur neue tunc ad mysteria admittatur.

2626. De tempore catecvmenatvs. — 91. Catecumenus, qui dignus est lumine, non impediat eum tempus; doctor autem ecclesiae ille est, qui hanc quaestionem diiudicat.

2627. De catecvmenis. — 92. Quando uero doctor cottidianum pensum docendi terminauit, orent separati a christianis.

2628. De pverperis. — 93. Mulieres autem puerperae (grauidae?) non participentur mysteriis, antequam purificentur.

2629. De tempore pvrificationis. — 94. Purificatio earum de eo ita sit : Si partus est masculini sexus, XX dies, si feminini sexus, XL dies.

2630. De oratione pro pverperis. — 95. Puerperam non inuitent, sed orent ad Deum pro ea, quae peperit (concepit?).

2631. De loco pverperae in ecclesia. — 96. Quodsi ante purificationem domum Dei frequentare desiderat, oret cum catecumenis, qui necdum sunt recepti neque digni habitum sunt, qui cum coetu commisceantur.

2632. De separatione fidelivm vtrivsqve sexvs in ecclesia. — 97. Mulieres sint separatae in loco, ad quem uiri omnino non admittuntur.

2633. De velo virginvm. — Can. XVII, 98. Iuniores feminae uirgines, quando tempus adest, quo ad gradum mulierum euehuntur, capita uelent sicut mulieres grandiores παλλίοις, neque tamen tenui panno utantur.

2634. Impositio manvvm. — 99. Doctor autem imponat catecumenis manuum, antequam illos dimittat.

2635. De catecvmeno martyre. — Can. XIX, 101. Catecumenus, qui captus ad martyrium perductus necatusque est, priusquam baptismum reciperet, cum caeteris martyribus sepeliatur; est enim baptizatus proprio sanguine.

2636. Testimonivm patrinorvm catecvmeni. — 102. Catecumenus baptismo initiandus si ab iis, qui eum adducunt, bono testimonio commendatur, eum illo tempore, quo instruebatur, infirmos uisitasse et debiles sustentasse seque ab omni peruerso sermone custodisse, laudes cecinisse, numque oderit uanam gloriam, num contempserit superbiam, sibique elegerit humilitatem;

2637. Approbatio episcopi. — 103. tunc confiteatur episcopo — huic enim soli de ipso est impositum onus — ut episcopus eum approbet dignumque habeat, qui fruatur mysteriis; iam enim factus est purus in ueritate.

2638. Lectio evangelii et interrogatio. — 104. Tunc legatur super eum euangelium illius temporis et aliquoties interrogetur ita : *Nonne es duplicis cordis, uel cogit te aliqua causa uel pudor?*

2639. De baptismi diebvs. — 106. Qui autem baptizandi sunt, feria quinta hebdomadis, lauentur aqua et edant.
Feria autem sexta ieiunent.

2640. Mvlier pvra debet esse. — 107. Mulier autem, cui impuritas accidit, illa uice ne baptizetur, sed ad aliud tempus differatur, quo pura erit.

2641. Ritvs pro catecvmenis. — 108. Die autem sabbati episcopus conuocet eos qui baptizandi sunt, et moneat eos, ut genua flectant capitibus ad orientem conuersis et manus super eos expandat orans, *ut malignum spiritum ab omnibus membris eorum expellat.*

2642. Item. — 110. Postquam autem finiuit adiurationes eorum, in facies eorum sufflet, signetque pectora et frontes, aures et ora eorum.

2643. Vigiliae noctvrnae. — 111. Ipsi autem tota illa nocte uigilias agant sacris sermonibus et orationibus occupati.

2644. Materia baptismi. — 112. Circa gallicinium autem consistant prope fluctuantem aquam maris puram, paratam, sacram.

2645. De patrinis parvvlorvm. — 113. Qui pro infantibus paruis respondent, exuant eos uestimentis suis; qui tamen iam ualent, ipsi soli hoc genere praeparationis occupentur.

2646. De mvlieribvs. — 114. Mulieres autem omnes habeant alias feminas comites, quae uestibus illas exuant.

2647. Item. — 115. Mulieres deponant ornamenta, et aurea, et caetera, soluant crinium nodos, ne cum illis descendat in aquam regenerationis quidquid peregrinum de spiritibus peregrinis.

2648. Olevm exorcismi. — 116. Episcopus autem oret super oleo exorcismi illudque tradat presbytero.

2649. Olevm vnctionis. — 117. Deinde oret super oleo unctionis, quod est oleum gratiarum actionis, idque alii presbytero tradat.

2650. Ritvs olei. — 118. Ille autem qui oleum exorcismi manu tenet, a sinistra episcopi stet, qui autem unctionis oleum tenet, stet a dextra episcopi.

2651. Abrenvntiatio. — 119. Qui autem baptizatur, facie ad occidentem uersa, dicat ita : *Renuntio tibi, o Satana cum omni pompa tua.*

2652. Vnctio. — 120. Vbi autem haec dixit, presbyter ungat oleo exorcismi, super quo orauerat, ut recederet ab eo omnis spiritus malignus.

2653. Conversio ad orientem. — 121. Deinde presbytero, qui super aquam stat, tradit, presbyterque, diaconi munere fungens, prehensa eius dextra uertit faciem eius ad orientem in aqua.

2654. Formvla conversionis ad Devm. — 122. Antequam in aquam descendat, facie ad orientem conuersa stans super aquas ita dicit, postquam oleum exorcismi nactus est: *Ego credo et me inclino coram te et coram tota pompa tua, o Pater et Fili et Spiritus sancte.*

2655. Interrogationes. — 123. Tunc descendat in aquas, presbyter autem manum suam capiti eius imponat eumque interroget his uerbis :

2656. — 124. *Credis ne in Deum, Patrem omnipotentem?*

2657. — 125. Baptizandus respondet : *Ego credo;* tum prima uice immergitur aquae, dum (ille) manum capiti eius impositam relinquit. Altera uice cum his uerbis interrogat :

2658. — 126. *Credisne in Iesum Christum, filium Dei, quem peperit Maria uirgo ex Spiritu sancto,*

2659. — 127. *qui uenit ad saluandum genus humanum,*

2660. — 128. *qui crucifixus est pro nobis sub Pilato Pontio, qui mortuus est et resurrexit a mortuis tertia die, et ascendit ad coelos, sedetque ad dextram Patris, et ueniet iudicaturus uiuos et mortuos?*

2661. — 129. Respondet : *Ego credo,* et altera uice immergitur aquae. Interrogetur autem tertio :

2662. — 130. *Credisne in Spiritum sanctum,*

2663. — 131. *παράκλητον, procedentem a Patre Filioque?*

2664. — 132. Respondet : *Credo;* et tertio immergitur aquae.

2665. — 133. Singulis uicibus autem dicit : *Ego te baptizo in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, qui aequalis est.*

2666. Vnctio neophyti. — 134. Vbi ex aqua ascen-

dit, presbyter prehendit chrisma εὐχαριστίας et signat frontem et os et pectus eius signo crucis ungitque totum corpus eius et caput et faciem eius dicens : *Ego te ungo in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti.*

2667. Introdvctio in ecclesiam. — 135. Deinde panno eum abstergit et uestibus indutum in ecclesiam introducit.

2668. Impositio manvvm. — 136. Ibi episcopus manus imponens omnibus qui baptizati sunt, haec orat dicens :

2669. Deprecatio svper neophytos. — 137. *Benedicimus tibi, omnipotens Domine Deus, quia hos dignos reddidisti, qui iterum nascerentur, et super quos spiritum tuum sanctum effundis, ut iam uniti sint corpori ecclesiae nunquam separandi operibus alienis.*

2670. — 138. *Da potius quibus iam dedisti remissionem peccatorum etiam ἀῤῥαβῶνα regni tui per Dominum nostrum Iesum Christum, per quem tibi cum ipso et cum Spiritu sancto gloria in saecula saeculorum. Amen.*

2671. Confirmatio. — 139. Deinde insignit frontes eorum signo charitatis osculaturque eos dicens : *Dominus uobiscum.*

2672. — 140. Et baptizati respondent : *Et cum spiritu tuo.* Sic in singulis, qui baptizati sunt, facit.

2673. Osculum pacis. — 141. Iam cum toto populo orant, qui eos osculentur gaudentes cum iis cum iubilatione.

2674. Sacrificivm. — 142. Deinde diaconus incipit sacrificare, episcopus autem defert reliquias mysteriales corporis et sanguinis Domini nostri.

2675. Commvnio. — 143. Quando autem finiuit communicat populum stans ad mensam corporis et sanguinis Domini.

2676. De ritv lactis et mellis. — 144. Et presbyteri portant alios calices lactis et mellis, ut doceant eos, qui communicant, iterum se natos esse ut paruuli, quia paruuli communicant lac et mel.

2677. Ritvs presbyteris vel diaconis reservatvs. — 145. Presbyteris non praesentibus ad portandos illos calices portentur a diaconis.

2678. Porrectio corporis Domini. — 146. Deinde porrigat illis episcopus de corpore Christi dicens : *Hoc est corpus Christi,* illi uero dicant : *Amen.*

2679. Et sangvinis. — 147. Et ei, quibus (ille) calicem porrigit dicens : *Hic est sanguis Christi,* dicant : *Amen.*

2680. Svmpsio lactis et mellis. — 148. Postea autem sumant lac et mel in memoriam saeculi futuri et dulcedinis bonorum.....

2681. De ieivnio ante commvnionem servando. — 150. Ii uero, qui baptizantur, cum caeteris, qui illorum ieiunio sunt astricti, nihil gustabunt antequam sumpserint de corpore Christi, illud enim non aestimaretur ieiunium, sed peccatum.

2682. — 151. Si huic contrarians ante communionem corporis aliquid sumpserint, contrariatur Deo eumque contemnit.

2683. — 152. Finita autem missa conceditur illi, ut edat quod uult.

2684. Doctor vnvs svfficit ad ervdiendos catecvmenos. — 153. Omnes autem catecumeni congregentur, ut illis sufficiat doctor unus, qui illos sufficienter instruat orando et flectendo genua, neque gustent quidquam, antequam ii qui baptizati sunt, communionem corporis et sanguinis finierint.

2685. De ieivnii diebvs. — Can. XX, 154. Diebus ieiunii, qui constituti sunt in canonibus, feria IV et VI, et quadraginta.

2686. — 155. Qui autem alia ieiunia superaddit ad haec, mercedem acquiret.

2687. Ordo virginvm et vidvarvm. — Can. XXXII, 157. Virginum et uiduarum est, ut saepe ieiunent et orent in ecclesia.

2688. De ieivnio clericorvm. — 158. Clericis libera sit facultas uoluntarie ieiunandi. Episcopus autem ieiunio non se obstringat, nisi clerus cum ipso ieiunet.

2689. De oblationibvs faciendis. — 159. Si quis autem oblationem facere intendit, quo tempore presbyter in ecclesia non adest, diaconus loco eius fungatur in omnibus rebus cum exceptione solius portandi sacrificii magni et orationis.

2690. Et distribvendis. — 160. Si distribuitur oblatio, distribuatur etiam eleemosyna pauperibus; haec autem dispertiatur pauperibus ante occasum solis a populo.

2691. De distribvtionibvs. — 161. Si quid de necessario relliquum est, distribuant postero mane; et si iterum quid restat, tertio die.

2692. Item. — 163. Qui distribuit, nihil obtineat...

2693. De tempore agapvm. — 164. Si agape fit uel coena ab aliquo pauperibus paratur κυριακῇ tempore accensus lucernae, presente episcopo surgat diaconus ad accendendum.

2694. De episcopo orante in agape. — 165. Episcopus autem oret super eos et eum, qui inuitauit illos.

2695. De evcharistia. — 166. Et necessaria est pauperibus εὐχαριστία, quae est in initio missae.

2696. Missae sint hora divrna. — 167. Missos au-

tem faciat eos, ut separatim recedant, antequam tenebrae oboriantur.

2697. De psalmis. — 168. Psalmos recitent antequam recedant.

2698. Ἀνάμνησις pro defvnctis. — C. XXXIII, 169. Si fit ἀνάμνησις pro iis qui defuncti sunt, primum antequam considecant mysteria sumant; neque tamen die prima.

2699. Distribvtiones. — 170. Post oblationem, distribuatur eis panis ἐξορκισμοῦ, antequam consideant.

2700. Benedictio panis. — C. XX, 171. Catecumenis autem curante episcopo mittatur panis oratione purgatus, ut ecclesiae associentur.

2701. De agapis. — C. XXXIII, 172. Non sedeat cum eis aliquis catecumenus in agapis κυριακαῖς.

2702. Item. — 173. Edant bibantque ad satietatem, neque uero ad ebrietatem; sed in diuina praesentia cum laude Dei.

2703. Deprecatio pro hospitalitate sanctorvm. — C. XXXIV, 176. Oret autem quisque, ut sancti introeant sub tectum eius; dicit enim saluator noster: Vos estis sal terrae.

2704. Episcopvs sermocinatvr sedens. — 177. Quando autem episcopus sermocinatur sedens, caeteri lucrum habebunt neque ipse sine lucro erit.

2705. Presbyteri dignitas et mvnvs. — 178. Si autem absente episcopo presbyter adest, omnes ad eum conuertantur, quia ipse superior est caeteris in Deo, honorentque eum sicut honoratur episcopus neue contumaciter illi aduersentur.

2706. Distribvtionem facit. — 179. Ipse uero distribuat panem ἐξορκισμοῦ, antequam consideant, ut Deus agapen eorum praeseruet a timore inimici utque surgant salui in pace.

2707. De diaconi mvnere in agape. — C. XXXV, 180. Diaconus in agape, absente presbytero, uicem gerat presbyteri, quantum pertinet ad orationem et fractionem panis quem inuitatis distribuat.

2708. De laico. — 181. Laico autem non conuenit ut signet panem, sed tantummodo frangat, nihil praeterea faciat.

2709. Qvid, clericis absentibvs, in agape faciendvm. — 182. Si clericis omnino non adest, quilibet suam partem comedat cum gratiarum actione, ut uideant gentes mores uestros cum inuidia.

2710. Agape pro vidvis. — 183. Si quis uiduis coenam parare uult, curet, ut habeant coenam et ut dimittantur, antequam sol occidat.

2711. Item. — 184. Si uero sunt multae, caueatur, ne fiat confusio neue impediantur, quominus ante uesperam dimittantur.

2712. De hora dimissionis agapes. — 185. Vnicuique autem earum tribuatur sufficiens cibus potusque. Sed abeant antequam nox aduesperascat.

2713. De primitiis. — C. XXXVI, 186. Qui habet primitias fructuum terrae, ad episcopum in ecclesiam eas deferat;

2714. Item. — 187. eodem modo primitias areae et primitias torcularium, olei, mellis, lactis, lanae, et primitias mercedis pro labore manuum. Haec omnia deferantia ad episcopum cum primitiis arborum.

2715. Oratio svper primitias. — 188. Sacerdos autem, qui illa recipit, ante omnia super illis gratias agat Deo, — extra uelum adstante eo, qui illa attulit. — Sacerdos autem sic dicat:

2716-17. — 189. *Gratias agimus tibi, omnipotens Domine Deus, quia nos fecisti dignos, qui hos fructus uideamus, quos terra hoc anno produxit.*

2718. — 190. *Benedic eos, o Domine, sicut coronam anni tui secundum benignitatem tuam sintque ad satietatem pauperibus populi tui;*

2719. — 191. *et seruum tuum N., qui haec obtulit ex opibus tuis, quia timet te.*

2720. — 192. *Benedic eum de coelo sacro tuo una cum domo et filiis eius, et effunde super eos misericordiam et gratiam tuam sacram, ut sciat uoluntatem tuam in omnibus rebus;*

2721. — 193. *et fac, ut haereditate accipiat id quod est in coelis, per Dominum nostrum Iesum Christum, Filium tuum dilectum, et Spiritum sanctum in saecula saeculorum. Amen.*

2722. Primitiae benedicendae. — 194. *Et omnia legumina terrae omniaque poma arborum et omnes fructus terrae cucumerariorum benedic ea atque etiam eos, qui afferunt illa, benedic.*

2723. De cibo pro tempore paschali. — 197. Cibus autem qui tempore πάσχα conuenit, est panis cum solo sale et aqua.

2724. De paschali tempore observantia. — 198. Si quis morbo affectus est uel ruri uitam agit, ubi christianos non nouit, ita ut tempore πάσχα laetitiae se permittat ignorans terminum eius, uel si morbo extremo coactus erat — hi omnes ieiunent post pentecosten et πάσχα religiose obseruent, ut appareat, eorum intimam intentionem non eam fuisse, ut abiecto timore et neglecto ieiunio proprium sibi constituerent πάσχα, ponentes fundamentum aliud ac illud, quod positum est.

2725. Diaconi mvnvs. — C. XXIV, 199. Sit diaconus qui episcopum comitetur omni tempore illique indicet singulos infirmos.

2726. Orat episcopvs svper infirmos. — 200. Magna enim res est infirmo a principe sacerdotum uisi-

tari; reconualescit a morbo, quando episcopus ad eum uenit, imprimis si super eo orat.

2727. De mysteriorvm celebratione. — C. XXXVII, 201. Quotiescunque episcopus mysteriis frui uult, congregentur diaconi et presbyteri apud eum, induti uestimentis albis pulchrioribus toto populo, potissimum autem splendidis.

2728. De lectoribvs. — 203. Etiam ἀναγνῶσται habeant festiua indumenta, et stent in loco lectionis, et alter alterum excipiat, donec totus populus congregetur.

2729. De missa. — 204. Postea episcopus oret et perficiat missam.

2730. Ieivnivm ante evcharistiam servandvm. — C. XXVIII, 205. Ne gustet aliquis fidelium quicquam, nisi antea de mysteriis sumpserit, praesertim diebus ieiunii sacri.

2731. Soli fideles mysteria svmvnt. — 206. Caeterum clerici caueant cum sollicitudine, ne quemquam ad sumenda sacra mysteria inuitent, nisi solos fideles.

2732. De clero prope altare vacante. — C. XXIX, 207. Stet clerus uacans altari (non occupatus prope altare); quando paratum est, stet — ad custodiendum ne superuolitet musca neue cadat quicquam in calicem, unde oriatur crimen mortis pro presbyteris.

2733. Loci sacri cvstodia. — 208. Ideo unus custodiat locum sacrum.

2734. Ne cadat in terram evcharistia. — 209. Qui autem distribuit mysterium quique accipiunt, magna diligentia caueant, ne quicquam in terram decidat, ne potiatur eo spiritus malignus.

2735. Intra velvm, qvae pro cvltv necessaria tantvm agantvr. — 210. Nemo intra uelum aliquid loquatur, nisi orationem uel quae pro cultu necessaria sunt, praeterea omnino nihil; ne fiat aliquod opus in loco illo.

2736. Post commvnionem popvli oratio. — 211. Vbi autem absoluerunt communionem populi, intrent, ut recitent.

2737. Psalmi. Genvflexio. Prostratio. — 212. Omni hora intrent propter potestates loci sacri et sint illis psalmi pro tintinnabulis, quae erant in tunica Aaronis, neue sedeat quis illo tempore, sed orent, neue aliud quicquam agant, inclinentque genua et prosternentur ante altare.

2738. De pvlvere sacri loci. — 213. Puluerem autem qui scopis conuerritur de loco sacro, proiiciant in aquam maris undosi, neue remaneat (?) conculcandus (?) ab hominibus, sed omni tempore purus sit.

2739. Episcopvs ipse distribvit. — C. XXX, 214. Die prima episcopus tempore missae, si potest, sua manu distribuat oblationes omni populo.

2740. De eo qvi offerendi potestatem habet. — 215. Si presbyter infirmus est, diaconus offerat ei mysteria, et presbyter solus accipiat illa.

2741. Diaconvs distribvat. — C. XXXI, 216. Diaconus autem populo oblationes distribuat, si episcopus aut presbyter hoc permittit.

2742. Conventvs cottidiani. Hierarchia. — C. XXI, 217. Congregentur cottidie in ecclesia presbyter et ὑποδιάκονοι et ἀναγνῶσται omnisque populus tempore gallicinii, uacentque orationi, psalmis et lectioni scripturarum cum orationibus secundum mandatum apostolorum : « Dum uenio attende lectioni ».

2743. De absentibvs. — 218. De κλήρῳ autem qui conuenire negligunt, neque morbo neque itinere impediti, separentur.

2744. De infirmis visitandis. — 219. Caeterum quod ad infirmos pertinet, medicina ipsis in eo posita est, ut frequentent ecclesiam, ut fruantur oratione, excepto eo, qui morbo periculose laborat; talis a κλήρῳ uisitetur cottidie, qui certiorem reddunt eum.

2745. De coemeteriis. — C. XXIV, 220. Quando uero iam aduenit mortis hora, infirmi non exponantur, ut in κοιμητηρίῳ dormiant, sed apud pauperes.

2746. De infirmis. — 221. Qui autem propriam domum habet, quando infirmatur, non transferatur in domum Dei, sed oret tantummodo, tunc redeat in domum suam.

2747. De procvratore et de episcopi mvnere. — C. XXV, 222. Procurator ille est, cui cura infirmorum committitur. Episcopus autem enutriat illos, et singula usque ad uasa fictilia, quibus opus est infirmis, procuratori tradat.

2748. Oratio matvtina. — 223. Omnes qui ad ordinem pertinent christianorum, primum eo tempore orent, quo a somno surgunt matutino.

2749. Elevatio manvvm. — 224. Quando autem orare uolunt manus lauent.

2750. Conventvs « propter verbvm Dei ». — C. XXVI, 226. Si est in ecclesia conuentus propter uerbum Dei, singuli quique cum festinatione properent, ut ad illud congregentur, sciantque multo magis esse illis eligendum, ut audiant uerbum Dei, quam ut fruantur omni splendore huius mundi, et hoc sibi magnum damnum esse munerent, si aliquando necessitas eos impendit, quominus audiant uerbum Dei.

2751. Conventvs. — 228. ...... Dominus enim adest in loco, ubi maiestatis memoria agitur, descenditque Spiritus in congregatos gratiamque suam effundit super omnes.

2752. Dies orationis. — 231. ...... unusquisque summo studio contendat, ut ecclesiam frequentet omnibus diebus, quibus fiunt orationes.

2753. DIES IN QVIBVS ORATIO VACAT. LECTIONES. — C. XXVII, 232. Quocunque die in ecclesia non orant, sumas scripturam, ut leges in ea. Sol conspiciat matutino tempore scripturam super genua tua.

2754. HORA TERTIA. — C. XXV, 233. Orent autem tertia.....

2755. SEXTA. — 234. Deinde etiam hora sexta ....

2756. NONA. — 235. Hora nona iterum orent.....

2757. HORA COMPLETIONIS DIEI. — 236. Etiam hora, qua sol occidit, orent, quia est completio diei.

2758. LVCERNARIVM. — 237. Deinde etiam λυχνικῷ uespere orent.

2759. VIGILIAE NOCTVRNAE. — 238. Deinde etiam media nocte orent..... Paulus autem et Silas..... orauerunt media nocte et laudauerunt Deum.

2760. ORATIO FREQVENS. — C. XXVII, 239. Obligati sumus igitur, ut Dei recordemur omni hora.

2761. ORATIO NOCTVRNA. — 240. Et quando quis insomnis supra lectum positus est, debet orare in corde suo, hoc modo faciens : (*desideratur*).

2762. LAVARE MANVS. — C. XXVII, 241. Christianus lauet manus omni tempore, quo orat.

2763. POST CVBITVM ORANDVM. — 242. Qui autem alligati sunt matrimonio, quandocunque a latere uxoris surgere uelint, orent.....

2764. DE BALNEIS POST REGENERATIONEM. — 243. Neque post regenerationem opus est lauacro, excepta lotione manuum, nihil praeterea, quia Spiritus sanctus odoratur corpus fidelis idque totum purgat.

2765. ORATIO MEDIAE NOCTIS. — 244. Curet igitur quilibet, ut diligenti studio oret media nocte, quia patres nostri dixerunt, illa hora omnem creaturam ad seruitium gloriae diuinae parari, ordinesque angelorum et animas iustorum benedicere Deo.

2766. GALLICINIVM. — 245. Porro autem tempore quo canit gallus, instituendae sunt orationes in ecclesiis.

2767. ORATIO EXPELLIT DAEMONES. — C. XXVII, 246. Nos autem una cum catecumenis inuicem instruamus nosmetipsos de seruitio Dei : tunc daemones non possunt contristare nos, quando in omni oratione recordamur Christi.

2768. SIGNVM CRVCIS. — C. XXIX, 247. Signa frontem tuam signo crucis ad uindicendum Satanam et ad gloriandum propter fidem tuam.

2769. TRADITIO APOSTOLICA. — C. XXIII, 252. Fratres nostri episcopi in suis urbibus singula quaeque secundum mandata apostolorum, patrum nostrorum, disposuerunt, quae omnia propter defectum officii nostri commemorare non possumus.

2770. TRADITIO SERVANDA. — 253. Posteri nostri caueant ne illa immutent.

2771. DE NOCTE PASCHAE. — C. XXXVIII, 255. Nox resurrectionis Domini nostri Christi summo studio obseruanda est; est enim summus.

2772. RITVS PRO ISTA NOCTE. — 256. Nemo igitur illa nocte dormiat usque ad auroram, tunc lauate corpora aqua antequam descendatis ad pascha, omnisque populus sit in luce.

2773. REGVLAE FIDEI FRAGMENTA. — 257. Illa enim nocte saluator omni creaturae libertatem comparauit; festum igitur agunt coelestia et terrestria et omnia quae sunt in coelo et in terra, quia *resurrexit a mortuis et ascendit in coelo, sedetque ad dextram Patris, unde uenturus est in gloria* Patris sui et angelorum suorum, *ut retribuat* unicuique secundum opera sua.

2774. DOXOLOGIA. — 261. *Pax Domini super illos* (qui canones hos custodierint) *descendat et super omnem Israel. Inimicus nihil lucretur, sed requiescant cum omnibus puris in regno Domini nostri Iesu Christi, per quem gloria Deo, Patri et Filio et Spiritui sancto, et nunc et semper et in saecula saeculorum. Amen.*

Sitque laus Deo semper et in aeternum.

RELLIQVIAE

EPIGRAPHICAE

35

PALMYRAE

2774a.

לבריך שמה לעלמא עבד שלמן בר נשא בר
צידא ברק על חיוהי וחיי בנוהי ❦
X בירח ניסן שנת
X 447

A Celui dont le nom est béni dans l'éternité! Fait par Salmon, fils de Nesa, fils de Tsaïda, [*fils de*] *Baraq, pour son salut et celui de ses enfants. Dans le mois de Nisan de l'année* 447 (avril 134 ap. J.-C.).

Quamuis in opere nostro semiticas inscriptiones dare in mente non habuerimus, utpote quae ad christianas antiquitates fere nunquam pertinent, attamen, hanc Palmyrenam inscriptionem hic tradere iuuat, quam si in cl. u. de Vogüé sententiam consenseris ad rem nostram illustrandam maxime facere non negabis :

« Les noms propres contenus dans cette inscription, ita uir cl., ne renferment dans leur composition le nom d'aucune divinité païenne; rien ne s'oppose donc à ce qu'ils aient appartenu à des Juifs.

« שלמן, *pacificus,* et ברק, *fulmen,* se trouvent dans la Bible; נשא, *sustulit* (*Deus*), n'y est pas, mais les noms composés de même sont innombrables; la forme משא (*munus Dei*) existe (Gen., XXV, 14; I Par., I, 30). J'en dirai autant de צידא, *venatio* ou *venator,* qui peut avoir été porté par un Juif du IIe siècle.

« Il n'est donc pas impossible que les auteurs de l'inscription et du monument aient fait partie de l'émigration juive établie à Palmyre.

« Cela étant, j'appellerai l'attention sur les deux X qui encadrent la date finale. Ce ne sont pas des signes de ponctuation; ce rôle est ordinairement joué, quand il est rempli, par des feuilles de lierre; notre inscription en offre précisément un exemple à la fin de la deuxième ligne. Il serait impossible, je crois, de citer une inscription grecque de Syrie dans laquelle le X soit employé à cet usage; le recueil de M. Waddington, le plus complet qui existe, n'en contient pas un seul exemple. Quant aux inscriptions sémitiques découvertes jusqu'à présent, elles ne le renferment pas davantage.

« Quelle est donc la signification de ce signe ou plutôt de ce symbole?

« Si nous nous transportons en Occident la réponse est facile : la lettre X, à cause de sa double qualité de cruciforme et d'initiale du nom Χριστός, y a été employée de très bonne heure comme symbole chrétien. M. de Rossi, dans son savant commentaire sur les inscriptions chrétiennes de Carthage (*Spicileg. Solesmense*, IV, p. 523, 530), la met en première ligne parmi les signes qui, avant le IVe siècle, ont servi aux chrétiens à dissimuler le culte de la croix; il en a recueilli des exemples très nombreux dans les catacombes, tracés sur les marbres funéraires, sur la chaux qui scellait les tombes, sur les parois des chambres sépulcrales. En fut-il de même en Orient? Aucune preuve directe ne nous autorise encore à l'affirmer, mais il est moralement évident que oui. Aucune catacombe chrétienne antérieure au IVe siècle, aucun monument chrétien bien authentique élevé avant la paix de l'Église, n'ont été découverts jusqu'à présent en Syrie; il n'est donc pas étonnant que les arguments matériels manquent; mais l'indiction nous fournit des données positives : toute l'histoire de l'Église primitive est là pour nous montrer un courant permanent d'Orient en Occident, pour nous faire voir dans les coutumes orientales, et particulièrement dans l'usage de la langue grecque, l'origine des titres, des formules, des symboles chrétiens. Il est donc à peu près certain que l'emploi d'un signe ou d'un symbole en Occident a été précédé par l'emploi du même signe ou du même symbole en Orient. Après Constantin, cette antériorité ressort de l'étude même des formules épigraphiques; les formes données à la croix, au début ou à la fin des inscriptions grecques de Syrie, sont en avance sur l'épigraphie latine. Ce fait, déjà signalé par M. de Rossi, est pleinement mis en lumière par la publication simultanée des inscriptions et des monuments chrétiens de la Syrie centrale. Ainsi, nul doute pour nous que le X n'ait été de très bonne heure employé en Syrie comme symbole chrétien; nous le trouvons sur les premiers monuments élevés après le triomphe de l'Église, soit isolé comme à Chaqqa, soit en monogramme avec le I, le P ou le MΓ, comme sur une foule d'édifices du IVe siècle, trop nombreux pour être cités. Quant à ce dernier monogramme, XMΓ, quelle que soit sa signification (sans doute Χριστὸς, Μιχαῆλ, Γαβριῆλ), son caractère chrétien est évident; il est prouvé par les nombreux exemples que nous en avons recueillis; or il se rencontre sur des monuments antérieurs au IVe siècle, comme dans l'inscription du grand tombeau de Bassus

à Chaqqa (Waddington, *Inscr. syr.*, nº 2145), où rien d'ailleurs ne fait allusion aux dogmes du christianisme. Voici donc, en Syrie même, un exemple du X employé, avec d'autres lettres il est vrai, pour déguiser les croyances chrétiennes d'une famille, c'est-à-dire pour les révéler aux initiés, tout en les cachant aux indifférents et aux persécuteurs. On peut en conclure que, même isolée, cette même lettre a été usitée avec un sens symbolique, aussi bien en Syrie qu'à Rome ou à Carthage.

« De cette discussion il résulte que notre inscription *peut* être chrétienne. S'il se trouvait des chrétiens à Palmyre au IIe siècle, ils faisaient certainement partie de la communauté juive; les noms propres peuvent être juifs; le symbole final ne peut guère être que chrétien, et quant aux formules religieuses, quoique empruntées au rituel local païen, elles sont parfaitement orthodoxes; la première correspond presque mot pour mot au : *Sit nomen Domini benedictum,* etc., et la seconde peut s'entendre aussi bien du salut éternel dans le sens chrétien, que de la santé du corps. Toutes les probabilités sont donc en faveur du caractère chrétien de ce petit monument : c'est du moins mon opinion. Si je réussis à la faire partager aux savants qui s'occupent d'épigraphie chrétienne, il en résultera que le petit autel de Palmyre sera le plus ancien monument chrétien connu élevé au grand jour, et portant le signe plus ou moins déguisé de la croix. »

De Vogüé, *Syrie centrale. Inscriptions sémitiques* (1868-1877), nº 76, p. 55 suiv.

PANNONIA, MACEDONIA ET GRAECIA

2775

PANNONIA SUPERIOR

Lacus Pelsonis, ripa septentrionalis Tot-Vasony *(prope Vamos).*

A ☧ ω
CLAVDIAƆH
ELPISƆCVM FI
LIA ET FILIOƆ
5 IN PACE AVI
AF



3934. Item. — adoro *Dominum meum Regem regum, et omnium gentium Dominum.* — Ibid.

3935. Item. — *Dominum Deum nostrum, qui est in coelis.* — N. II.

3936. Sacrificivm lavdis. — Deo autem nostro honorem et orationem offerrimus. — N. III.

3937. Libri sacri. — Saturninus proconsul dixit : Qui sunt libri quos adoratis legentes? Speratus respondit : Quattuor Euangelia Domini nostri Iesu Christi, et Epistolas sancti Pauli Apostoli et omnem diuinitus inspiratam Scripturam. — N. IV.

3938. Apprecatio. — Speratus et qui cum eo erant omnes dixerunt : *Deo gratias conferimus, qui dignatus est nos hodie Martyres accipere in coelis pro confessione sua.* — N. V.

3939. Intercessio scrm. Doxologia. — Consummati sunt Christi martyres mense Iulio die septimo decimo, et intercedunt pro nobis ad Dominum Iesum Christum, *cui honor et gloria cum Patre et Spiritu sancto, in secula seculorum. Amen.* — Ibid.

[RVINARTII]

3940. Gratiarvm actio in omnibvs. Oratio pro Imperatoribvs. — nos ...... male tractati ac lacessiti semper *Deo gratias* egimus. Siquidem et pro iis orauimus quos iniuste patiebamur infestos, pro qua re et Imperatorem nostrum attendimus, a quo nobis haec uiuendi norma concessa est. — N. I.

3941. Formvla. — *Imperatorem omnium gentium Deum et Dominum meum* agnosco. — Ibid.

3942. Item. — *Deum et Dominum nostrum qui est in coelo.* — N. II.

3943. Baptisma, formvla abrenvntiationis. — Tunc enim deliberauimus nos a cultura Christi non deserere, quando baptismi gratia renouati, et *diabolo abrenuntiauimus,* et *Christi uestigia secuti sumus.* — N. III.

3944. Codices sacri. — Saturninus proconsul dixit : Quae est, dicite mihi, res doctrinarum in causa et religione uestra. Speratus sanctus respondit : *Libri Euangeliorum et epistolae Pauli uiri sanctissimi apostoli.* — N. IV.

3945. Formvla. — Sanctus Speratus dixit : *Gratias Christo agimus.* Nazarius sanctus dixit : Hodie Martyres in coelo sumus. *Deo gratias.* — Ibid.

3946. Doxologia. — *Dominus autem suscepit Martyres suos in pace, cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.* — Ibid.

[BOLLANDIANORVM]

3947. Sacrificivm lavdis cottidianvm. — *Imperatorem nostrum* obseruamus et timemus et adoramus et ipsi cottidie sacrificium nostrae laudis offerimus. — Lectio I.

3948. Formvla. — *Dominum imperatorem regum et omnium gentium.* — Lectio II.

3949. Codices sacri. — Saturninus proconsul dixit : Quae sunt res in causa uestra? Speratus dixit : Venerandi libri legis diuinae et epistolae Petri apostoli uiri iusti. — Lectio III.

3950. Formvla. — *Dominum Deum meum* colo et adoro *qui fecit coelum et terram, mare et omnia quae in eis sunt.* — Lectio III.

3951. Adclamatio. — *Deo omnipotenti* insufficienter *gratias agimus.* — Ibid.

3952. Item. — *Deo gratias agimus.* — Ibid.

3953. Item. — *Deo gratias et laudes, qui nos pro suo nomine ad gloriosam passionem perducere dignatus est.* — Ibid.

[ROBINSONII]

3954. Formvla. — Nos non habemus alium quem timeamus nisi *dominum Deum nostrum qui est in coelis.*

3955. Codices sacri. — Saturninus proconsul dixit : Quae sunt res in capsa uestra? Speratus dixit : Libri et epistulae Pauli uiri iusti.

EX MARTYRIO SS. PERPETVAE ET FELICITATIS.

3956. Adclamatio. Doxologia. — Vniuersi dixerunt: *Deo gratias.* Et ita omnes, simul, martyrio coronati sunt, et regnant *cum Patre et Filio et Spiritu sancto per omnia secula seculorum. Amen.*

EX MARTYRIO SS. PERPETVAE ET FELICITATIS

3957. Doxologia. — *cui (I. C.) est claritas et honor in secula seculorum. Amen.* — Praef.

3958. Baptisma. — In ipso spatio paucorum dierum baptizati sumus; mihi autem Spiritus dictauit, nihil aliud petendum in aqua, nisi sufferentiam carnis. — N. III.

3959. De mvnere diaconorvm. — Ibi [scil. : in carcere]..... benedicti Diacones qui nobis ministrabant, constituerunt pretio, ut paucis horis emissi in meliorem locum carceris refrigeraremur. — Ibid.

3960. Ritvs commvnicationis. — ascendi [scil. : scalam auream] et uidi spatium horti immensum, et in medio horti sedentem hominem canum, in habitu Pastoris, grandem, oues mulgentem : et circumstantes candidatos millia multa. Et leuauit caput et adspexit me et dixit mihi : Bene uenisti tegnon. Et clamauit me, et de caseo quod mulgebat dedit mihi quasi buccellam, et ego accipi iunctis manibus et manducaui : et uniuersi circumstantes dixerunt. *Amen.* — N. IV.

3961. De diaconorvm mvnere. — mitto ad patrem Pomponium diaconum, postulans infantem. — N. VI.

3962. Oratio vnanimis. Oratio pro defvnctis langventibvs in pvrgatorio. — dum uniuersi oramus, *subito* media oratione profecta est mihi uox, et nominaui Dinocratem : et obstupui quod nunquam mihi in *mentem* uenisset nisi tunc. Et dolui commemorata *casus* eius. Et cognoui me statim dignam esse, et pro *eo petere* debere. Et coepi pro ipso orationem facere *multum*, et ingemiscere ad Dominum. — N. VII.

3963. Oratio pro defvnctis. — Confidebam profuturam orationem meam labori eius et orabam pro eo omnibus diebus. — Ibid.

3964. Item. — feci pro illo orationem die et nocte gemens et lacrymans *ut mihi donaretur.* — Ibid.

3965. Hierarchia. — uidimus ante fores Optatum episcopum ad dexteram, et Aspasium presbyterum doctorem ad sinistram..... diximus illis : Nonne tu es Papa noster, et tu Presbyter. — N. XIII.

3966. Adprecatio. — Coniuncto itaque unito gemitu, ad Dominum orationem fuderunt [scil. : martyres]. — N. XV.

3967. Agape. — non coenam liberam, sed agapen. — N. XVII.

3968. Psalmvs. — Perpetua psallebat. — N. XVIII.

3969. Baptisma. — Saluum lotum, saluum lotum. — N. XXI.

3970. Oratio. — *O fortissimi ac beatissimi Martyres! O uere uocati et electi in gloriam Domini nostri Iesu Christi, quamqui magnificat et honorificat et adorat, utique et haec non minus ueteribus exempla in aedificationem Ecclesiae legere debet, ut nouae quoque uirtutes, unum et eumdem semper Spiritum sanctum usque adhuc operari testificentur : et omnipotentem Deum Patrem et Filium eius Iesum Christum Dominum nostrum cui est claritas et immensa potestas in secula seculorum. Amen.* — Ibid.

VERSIO GRAECA PASSIONIS SS. PERPETVAE ET FELICITATIS
SEV
ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ ΠΕΡΠΕΤΟΥΑΣ

EDIT. ROBINSON

3971. Doxologia. — ἵνα καὶ οἱ συμπαρόντες ἀναμνησθῶσιν δόξης Θεοῦ, καὶ οἱ νῦν δι' ἀκοῆς γινώσκοντες κοινωνίαν ἔχητε μετὰ τῶν ἁγίων μαρτύρων, καὶ δι' αὐτῶν μετὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

3972. Baptisma, adprecatio. — τότε ὀλίγας ἡμέρας ἀποδημήσαντος αὐτοῦ [scil. πατρὸς] ηὐχαρίστησα τῷ κυρίῳ καὶ ἥσθην ἀπόντος αὐτοῦ· καὶ ἐν αὐταῖς ταῖς ἡμέραις ἐβαπτίσθημεν· καὶ ἐμὲ ὑπηγόρευσεν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον μηδὲν ἄλλο αἰτήσασθαι ἀπὸ τοῦ ὕδατος τοῦ βαπτίσματος εἰ μὴ σαρκὸς ὑπομονήν. — I.

3973. De diaconorvm mvnere. — τότε Τέρτιος καὶ Πομπόνιος, εὐλογημένοι διάκονοι οἳ διηκόνουν ἡμῖν. — I.

3974. Formvla. — Περπετούα, περιμένω σε. ἀλλὰ βλέπε μή σε ὁ δράκων δάκῃ· καὶ εἶπον· Οὐ μή με βλάψῃ, ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ. — I.

EDIT. RVINART

et ut qui interfuistis, rememoremini gloriae Domini; et qui nunc cognoscitis per auditum, communionem habeatis cum sanctis Martyribus, et per illos cum Domino *nostro* Iesu Christo *cui est gloria in secula seculorum. Amen.*

Tunc paucis diebus quod caruissem patre, Domino gratias egi et refrigerauit absentia illius. In ipso spatio paucorum dierum baptizati sumus; mihi autem Spiritus dictauit, nihil aliud petendum in aqua, nisi *sufferentiam carnis.* — N. III.

ibi tunc Tertius et Pomponius, benedicti diacones, qui nobis ministrabant. — *Ibid.*

Perpetua, sustineo te. Sed uide ne te mordeat draco ille. Et ego dixi: Non mihi nocebit in nomine Iesu Christi. — IV.

3975. RITVS COMMVNICATIONIS. — καὶ εἶδον ἐκεῖ κῆπον μέγιστον, καὶ ἐν μέσῳ τοῦ κήπου ἄνθρωπον πολιὸν καθεζόμενον ποιμένος σχῆμα ἔχοντα ὑπερμεγέθη, ὃς ἤλμευγε τὰ πρόβατα· περιειστήκεισαν δὲ αὐτῷ πολλαὶ χιλιάδες λευχειμονούντων· ἐπάρας δὲ τὴν κεφαλὴν ἐθεάσατό με καὶ εἶπεν· Καλῶς ἐλήλυθας, τέκνον. καὶ ἐκάλεσέν με, καὶ ἐκ τοῦ τυροῦ οὗ ἤλμευγεν ἔδωκέν μοι ὡσεὶ ψωμίον· καὶ ἔλαβον ζεύξασα τὰς χεῖράς μου καὶ ἔφαγον· καὶ εἶπαν πάντες οἱ παρεστῶτες· *Ἀμήν*. καὶ πρὸς τὸν ἦχον τῆς φωνῆς ἐξυπνίσθην ἔτι τί ποτε μασωμένη γλυκύ. — I.

et uidi spatium horti inmensum, et in medio horti sedentem hominem canum, *in habitu Pastoris*, grandem, oues mulgentem : et *circumstantes candidatos* millia multa. Et leuauit caput *et adspexit me*, et dixit mihi : Bene uenisti, tegnon. *Et clamauit me*, et de casco quod mulgebat dedit mihi *quasi buccellam*. Et ego accepi iunctis manibus, et manducaui : et uniuersi circumstantes dixerunt : *Amen*. Et ad sonum uocis experrecta sum, conmanducans adhuc dulcis nescio quid. — *Ibid.*

3976. DE DIACONORVM MVNERE. — ἐπειδὴ δὲ ὑπ' ἐμοῦ ἐθηλάζετο τὸ παιδίον, καὶ μετ' ἐμοῦ ἐν τῇ φυλακῇ εἰώθει μένειν, πέμπω πρὸς τὸν πατέρα μου Πομπόνιον διάκονον, αἰτοῦσα τὸ βρέφος. — II.

tunc quia consueuerat a me infans mammas accipere, et mecum in carcere manere; statim mitto ad patrem Pomponium diaconum, postulans infantem. — VI.

3977. DE ORATIONE PRO DEFVNCTIS IN PVRGATORIO LANGVENTIBVS. — Καὶ μετ' ὀλίγας ἡμέρας προσευχομένων ἡμῶν ἁπάντων ἐξαίφνης ἐν μέσῳ τῆς προσευχῆς ἀφῆκα φωνὴν καὶ ὠνόμασα Δεινοκράτην· καὶ ἔκθαμβος ἐγενήθην, διότι οὐδέποτε εἰ μὴ τότε ἀνάμνησιν αὐτοῦ πεποιήκειν· ἤλγησα δὲ εἰς μνήμην ἐλθοῦσα τῆς αὐτοῦ τελευτῆς. πλὴν εὐθέως ἔγνων ἐμαυτὴν ἀξίαν οὖσαν αἴτησιν ποιήσασθαι περὶ αὐτοῦ, καὶ ἠρξάμην πρὸς Κύριον μετὰ στεναγμῶν προσεύχεσθαι τὰ πλεῖστα· καὶ εὐθέως αὐτῇ τῇ νυκτὶ ἐδηλώθη μοι τοῦτο. — III.

Post dies paucos, dum uniuersi oramus, subito media oratione profecta est mihi uox, et nominaui Dinocratem : et obstupui quod numquam mihi in mentem uenisset nisi tunc, et dolui commemorata casus eius. Et cognoui me statim dignam esse, et pro eo petere debere. Et coepi pro ipso orationem facere multum, et ingemiscere ad Dominum. Continuo ipsa nocte ostensum est mihi hoc... — VII.

3978. ORATIO PRO DEFVNCTO. — καὶ ἔγνων κάμνειν τὸν ἀδελφόν μου· ἐπεποίθειν δὲ δύνασθαί με αὐτῷ βοηθῆσαι ἐν ταῖς ἀνὰ μέσον ἡμέραις, ἐν αἷς κατήχθημεν εἰς τὴν ἄλλην φυλακὴν τὴν τοῦ χιλιάρχου........ εἶτα προσευξαμένη μετὰ στεναγμῶν σφοδρῶς περὶ τοῦ ἀδελφοῦ μου ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς δωρηθῆναί μοι αὐτὸν ἠξίωσα. — Ibid.

et cognoui fratrem meum laborare. Sed confidebam profuturam orationem meam labori eius, et orabam pro eo omnibus diebus quo usque transiuimus in carcerem Castrensem..... et feci pro illo orationem die et nocte gemens et lacrymans *ut mihi donaretur*. — Ibid.

3979. DE ORATIONE PRO LANGVENTIBVS IN PVRGATORIO. — ὁρῶ τόπῳ ἐν ᾧ ἑωράκειν τὸν Δεινοκράτην, καθαρῷ σώματι ὄντα, καὶ καλῶς ἠμφιεσμένον καὶ ἀναψύχοντα· καὶ ὅπου τὸ τραῦμα ἦν οὐλὴν ὁρῶ· καὶ ἡ κρηπὶς τῆς κολυμβήθρας κατήχθη ἕως τοῦ ὀμφαλίου αὐτοῦ· ἔρρεεν δὲ ἐξ αὐτῆς ἀδιαλείπτως ὕδωρ· καὶ ἐπάνω τῆς κρηπῖδος ἦν χρυσῆ φιάλη μεστή· καὶ προσελθὼν ὁ Δεινοκράτης ἤρξατο ἐξ αὐτῆς πίνειν· ἡ δὲ φιάλη οὐκ ἐνέλειπεν. καὶ ἐμπλησθεὶς ἤρξατο παίζειν ἀγαλλιώμενος ὡς τὰ νήπια. — Ibid.

Video locum illum quem uideram tenebrosum, esse lucidum; et Dinocratem mundo corpore, bene uestitum, refrigerantem. Et ubi erat uulnus, uideo cicatricem; et piscinam illam quam retro uideram, summisso margine usque ad umbilicum pueri; et aquam de ea trahebat sine cessatione, et super margine phiala erat plena aqua; et accessit Dinocrates, et de ea bibere coepit. quae phiala non deficiebat. Et satiatus abscessit de aqua ludere more infantium gaudens. — VIII

3980. IVNCTIO MANVVM. — ἰδοῦσα δὲ ὡς οὐδέπω ἤκιζον αὐτὸν ζεύξασα τὰς χεῖράς μου καὶ δακτύλους δακτύλοις ἐμβαλοῦσα..... — Ibid.

at ubi uidi moram fieri, iunxi manus, ita ut digitos in digitos mitterem. — X.

3981. FORMVLA. — καὶ προσῆλθον τῷ βραβευτῇ καὶ ἔλαβον τὸν κλάδον· καὶ ἠσπάσατό με καὶ εἶπεν· *Εἰρήνη μετὰ σοῦ*, Θύγατερ. — Ibid.

et osculatus est me (lanista) et dixit mihi : Filia, *pax tecum*. — Ibid.

3982. VESTES. DESCRIPTIO COETVS. OSCVLVM PACIS. FORMVLA. — Καὶ ἤλθομεν πλησίον τοῦ τόπου ἐκείνου τοῦ ἔχοντος τοίχους ὡσανεὶ ἐκ φωτὸς ᾠκοδομημένους, καὶ πρὸ τῆς θύρας τοῦ τόπου ἐκείνου εἰσελθόντες οἱ τέσσαρες ἄγγελοι ἐνέδυσαν ἡμᾶς λευκὰς στολάς· καὶ εἰσήλθομεν καὶ ἠκούσαμεν φωνὴν ἡνωμένην λεγόντων· Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, ἀκαταπαύστως. καὶ εἴδομεν ἐν μέσῳ τοῦ τόπου ἐκείνου καθεζόμενον ὡς ἄνθρωπον πολιόν· οὗ αἱ τρίχες ὅμοιαι χιόνος καὶ νεαρὸν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ· πόδας δὲ αὐτοῦ οὐκ ἐθεασάμεθα. πρεσβύτεροι δὲ τέσσαρες ἐκ δεξιῶν καὶ τέσσαρες ἐξ εὐωνύμων ἦσαν αὐτοῦ· ὀπίσω δὲ τῶν τεσσάρων πολλοὶ πρεσβύτεροι. ὡς δὲ θαυμάζοντες εἰσεληλύθαμεν καὶ ἔστημεν ἐνώπιον τοῦ θρόνου, οἱ τέσσαρες

et uenimus prope locum, cuius loci parietes tales erant, quasi de luce aedificati; et ante ostium loci illius quattuor angeli stabant qui introeuntes uestierunt stolas candidas. Et nos uestiti introiuimus et uidimus lucem inmensam et audiuimus uocem unitam dicentium : Agios, agios, agios; sine cessatione. Et uidimus in medio loci illius sedentem quasi hominem canum, niueos habentem capillos, et uultu iuuenili, cuius pedes non uidimus. Et in dextra, et in sinistra seniores uiginti quattuor, et post illos ceteri complures stabant. Introiuimus cum magna admiratione, et stetimus ante thronum; et quattuor Angeli subleuauerunt nos : et osculati sumus illum, et de manu sua traiecit nobis in

ἄγγελοι ἐπῆραν ἡμᾶς, καὶ ἐφιλήσαμεν αὐτόν, καὶ τῇ χειρὶ περιέλαβεν τὰς ὄψεις ἡμῶν· οἱ δὲ λοιποὶ πρεσβύτεροι εἶπον πρὸς ἡμᾶς· Σταθῶμεν καὶ προσευξώμεθα. καὶ εἰρηνοποιήσαντες ἀπεστάλημεν ὑπὸ τῶν πρεσβυτέρων, λεγόντων· Πορεύεσθε καὶ χαίρεσθε. καὶ εἶπον· Περπετούα, ἔχεις ὃ ἐβούλου. καὶ εἶπεν· Τῷ θεῷ χάρις, ἵνα, ὡς ἐν σαρκὶ μετὰ χαρᾶς ἐγενόμην, πλείονα χαρῶ νῦν. — IV.

facie. Et ceteri seniores dixerunt nobis : Stemus. Et stetimus et pacem fecimus. Et dixerunt nobis seniores : Ite, et ludite. Et dixi : Perpetua, habes quod uis. Et dixit mihi : *Deo gratias*, ut quomodo in carne hilaris fui, hilarior sum et hic modo. — XII.

3983. HIERARCHIA. — Ἐξήλθομεν δὲ καὶ εἴδομεν πρὸ τῶν θυρῶν Ὀπτάτον τὸν ἐπίσκοπον καὶ Ἀσπάσιον τὸν πρεσβύτερον πρὸς τὰ ἀριστερὰ μέρη διακεχωρισμένους καὶ περιλύπους. καὶ πεσόντες πρὸς τοὺς πόδας ἡμῶν ἔφασαν ἡμῖν· Διαλλάξατε ἡμᾶς, ὅτι ἐξεληλύθατε καὶ οὕτως ἡμᾶς ἀφήκατε. καὶ εἴπαμεν πρὸς αὐτούς· Οὐχὶ σὺ πάπας ἡμέτερος εἶ, καὶ σὺ πρεσβύτερος; ἵνα τί οὕτως προσεπέσατε τοῖς ἡμετέροις ποσίν; — IV.

Et exiuimus, et uidimus ante fores Optatum episcopum ad dexteram, et Aspasium presbyterum doctorem ad sinistram separatos et tristes. Et miserunt se ad pedes nostros, et dixerunt nobis : Componite inter nos quia existis, et sic nos relinquitis. Et diximus illis : Nonne tu es Papa noster, et tu Presbyter, ut quid uos ad pedes nostros mittatis? — XIII.

3984. ORATIO UNANIMIS PRO FELICI PARTU. — ἀλλὰ καὶ οἱ συμμάρτυρες αὐτῆς περίλυποι ἦσαν σφόδρα οὕτω καλὴν συνεργὸν καὶ ὡσεὶ συνοδοιπόρον ἐν ὁδῷ τῆς αὐτῆς ἐλπίδος μὴ θέλοντες καταλείπειν. πρὸ τρίτης οὖν ἡμέρας τοῦ πάθους αὐτῶν κοινῷ στεναγμῷ ἑνωθέντες προσευχὴν πρὸς τὸν κύριον ἐποιήσαντο· καὶ εὐθὺς μετὰ τὴν προσευχὴν ὠδῖνες αὐτὴν συνέσχον, κατὰ τὴν τοῦ ὀγδόου μηνὸς φύσιν χαλεπαί. — V.

sed et commartyres eius [Felicitatis scil.] grauiter contristabantur, ne tam bonam sociam, quasi comitem, solam in uia eiusdem spei relinquerent. Coniuncto itaque unito gemitu, ad Dominum orationem fuderunt ante tertium diem muneris, etc. — XV.

3985. DE AGAPIS. — Ἀλλὰ καὶ πρὸ μιᾶς ὅτε τὸ ἔσχατον ἐκεῖνο δεῖπνον, ὅπερ ἐλεύθερον ὀνομάζουσιν, ὅσον δὲ ἐφ' ἑαυτοῖς οὐχ ἐλεύθερον δεῖπνον ἀλλ' ἀγάπην ἐπεκάλουν τῇ αὐτῶν παρρησίᾳ. — V.

Pridie quoque cum illa coena ultima, quam liberam uocant, quantum in ipsis erat, non coenam liberam sed agapen, coenarent. — XVII.

3986. PSALMUS. — καὶ ἡ Περπετούα ἔψαλλεν.

Perpetua psallebat. — XVIII.

3987. SECUNDUM BAPTISMA. — καὶ εὐθὺς ἐν τέλει τῆς θεωρίας πάρδαλις αὐτῷ ἐβλήθη, καὶ ἐν ἑνὶ δήγματι τοῦ αἵματος τοῦ ἁγίου ἐνεπλήσθη· τοσοῦτον αἷμα ἐρρύη, ὡς λογισθῆναι δευτέρου βαπτισμοῦ μαρτύριον· καθὼς καὶ ἐπεφώνει ὁ ὄχλος βοῶν καὶ λέγων· Καλῶς ἐλούσω, καλῶς ἐλούσω. — VI.

et statim in fine spectaculi leopardo obiectus de uno morsu eius tanto perfusus est sanguine, ut populus reuertenti illi secundi baptismatis testimonium reclamauerit : Saluum lotum, Saluum lotum. — XXI.

3988. ORATIO. — *Ὦ ἀνδρειότατοι καὶ μακαριώτατοι μάρτυρες καὶ στρατιῶται ἐκλεκτοί, εἰς δόξαν Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ κεκλημένοι, πῶς μεγαλύνωμεν ὑμᾶς ἢ μακαρίσωμεν, γενναιότατοι στρατιῶται; οὐχ ἧσσον τῶν παλαιῶν γραφῶν, ἃ εἰς οἰκοδομὴν ἐκκλησίας ἀναγινώσκεσθαι ὀφείλει ἡ πανάρετος πολιτεία τῶν μακαρίων μαρτύρων * * * * δι' ὧν δόξαν ἀναπέμπομεν τῷ πατρὶ τῶν αἰώνων, ἅμα τῷ μονογενεῖ αὐτοῦ υἱῷ τῷ κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ σὺν ἁγίῳ πνεύματι· ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.*

O fortissimi ac beatissimi Martyres! O uere uocati et electi in gloriam Domini nostri Iesu Christi, quam qui magnificat, et honorificat et adorat, utique et haec non minora ueteribus exempla in aedificationem Ecclesiae legere debet, ut nouae quoque uirtutes, unum et eundem semper Spiritum sanctum usque adhuc operari testificentur; et omnipotentem Deum Patrem et Filium eius Iesum Christum Dominum nostrum, cui est claritas et immensa potestas in secula seculorum. Amen.

EX ACTIBUS SANCTI MAXIMI MARTYRIS

3989. GRATIARUM ACTIO. — gratias agens *Deo et Patri per Iesum Christum filium eius.* — N. II.

3990. DOXOLOGIA. — *regnante Domino nostro Iesu Christo, cui est gloria in secula seculorum. Amen.* — N. III.

EX ACTIBVS PROCONSVLARIBVS SCI CYPRIANI

CARTHAGINENSIS EPISCOPI

3991. FORMVLA; DE ORATIONIBVS PRO VNIVERSIS ET PRO IMPERATORE. — (Cyprianus dixit:) ... nullos alios deos noui, nisi *unum et uerum Deum, qui fecit coelum et terram, mare, et quae sunt in eis omnia.* Huic Deo nos Christiani deseruimus: hunc deprecamur diebus ac noctibus, *pro nobis* et *pro omnibus hominibus* et *pro incolumitate ipsorum Imperatorum.* — N. I.

3992. PRESBYTERI « IN CIVITATIBVS SVIS ». — (Proconsul dixit:) Volo ergo scire ex te, qui sint Presbyteri qui in hac ciuitate consistunt. Cyprianus episcopus respondit: Legibus uestris bene atque utiliter censuistis, delatores non esse. Itaque detegi et deferri a me non possunt. In ciuitatibus autem suis inuenientur. — Ibid.

3993. COETVS, COEMETERIA. — (Proconsul dixit.....) Praeceperunt etiam [scil.: Imperatores] ne in aliquibus locis conciliabula fiant, nec coemeteria ingrediantur. — Ibid.

3894. ADCLAMATIO. —... Cyprianum gladio animaduerti placet. Cyprianus episcopus dixit: Deo gratias. — N. IV.

3995. VESTES, GENVFLEXIO, PROSTRATIO. — Cyprianus in agrum Sexti productus est, et ibi se lacerna byrro exspoliauit, et genu in terra flexit, et in oratione se Domino prostrauit. Et cum se dalmatica exspoliasset et Diaconibus tradidisset, in linea stetit et coepit spiculatorem sustinere..... Linteamina uero et manualia a Fratribus ante eum mittebantur. Postea uero beatus Cyprianus, manu sua oculos sibi texit. Qui cum lacinias manuales ligare sibi non potuisset, Iulianus presbyter et Iulianus subdiaconus ei ligauerunt. — N. V.

3996. DE RELLIQVIARVM CVLTV. — Corpus propter gentilium curiositatem in proximo positum est cum cereis et scolacibus. — Ibid.

EX MARTYRIO SS. IACOBI ET MARIANI

3997. DE ORATIONE PRO MARTYRIO. — Agapius, qui iamdudum martyrio suo consummato fidei facta-menta perfecerat, qui et ipse, cum puellis duabus... quas sibi carissimas ad uicem pignorum diligebat, repetitis frequenter precibus oraret, *ut secum et illae Dei dignatione martyres fierent,* retulerat meritorum suorum tali reuelatione fiduciam: Quid adsidue petis, quod una oratione meruisti? — N. XI.

3998. FORMVLA. — O te felicem merito Mariam (*)! o te beatam et filio tuo matrem et nomine. Quis in ea tanti uocabuli felicitatem credat errasse, quam sic uteri sui fetus ornauit? *Inaestimabilis uero Dei omnipotentis et Christi eius in suos misericordia, qui fidentes in suum nomen, non solum gratiae dignatione confortat, sed et sanguinis redemptione uiuificat. Nam quis digna aestimatione possit eius beneficia metiri? qui in hoc paterna indulgentia semper operatur ut in nos et hoc ipsum, quod Dei nostri sanguine rependi credimus, conferatur: cui gloria et imperium in secula seculorum. Amen.* — N. XIII.

EX MARTYRIO SS. MONTANI, LVCII ET SOCC.

3999. BAPTISMA. — ... et Donatianus catechumenus, qui baptizatus in carcere. — N. II.

4000. « INCVMBERE » ORATIONI. — incumbentes precibus adsiduis, tota fide statim quod petiuimus, accepimus. — N. III.

4001. GRATIARVM ACTIO. — omnes apud Deum *gratias agimus.* — N. IX.

4002. ORATIO VNANIMIS. — sicut simul unanimes fuimus, ita et apud Dominum una uiuimus et oramus. — N. X.

4003. HIERARCHIA. — (exhortans Montanus martyr)..... Virgines quoque singulas admonebat, ut sanctitatem suam tuerentur. Generaliter omnes docebat, ut Praepositos uenerarentur. Praepositis quoque ipsis concordiam pacis insinuans, nil esse melius, aiebat, quam Praepositorum unanimem uoluntatem. — N. XIV.

4004. EXTENSIO BRACHIORVM, ORATIO. — expansis ille ad coelum manibus, uoce clara, ita ut non tantum ad aures plebis, sed et gentiles quoque ipsos sonus uocis feriret; orauit rogans et deprecans, *ut Flauianus qui per suffragium populi de comitatu eorum remanserat, sequeretur die tertia.* — N. XV.

4005. SEPVLTVRA. — Sed et in medio eorum [scil.: martyrum] in area solum seruari iussit [scil.: Montanus] ut nec sepulturae consortio priuaretur. — Ibid.

(*) De Deipara non agitur, sed de Mariani genitrice.

EX ACTIBVS SANCTI MAXIMILIANI MARTYRIS

4006. SIGNVM CHRISTI. — Dion ad Maximilianum : Milita et accipe signaculum. Respondit : Non accipio signaculum. Iam habeo signum Christi Dei mei. — N. II.

4007. SIGNVM CHRISTI, FORMVLA FIDEI. — Ego Christianus sum, non licet mihi plumbum collo portare, post signum salutare *Domini mei Iesu Christi filii Dei uiui*, quem tu ignoras, *qui passus est pro salute nostra*, quem Deus tradidit pro peccatis nostris. — Ibid.

4008. TVMVLATIO AD MARTYRES. — Et ita mox passus est. Et Pompeiana matrona corpus eius de iudice eruit et imposito in dormitorio suo perduxit ad Carthaginem, et sub monticulo iuxta Cyprianum martyrem secus palatium condidit. — N. III.

4009. GRATIARVM ACTIO. ADCLAMATIO. — Pater autem eius Victor regressus est domui suae cum gaudio magno, *gratias agens Deo quod tale munus Domini praemisit, ipse postmodum secuturus, Deo gratias. Amen.* — Ibid.

EX MARTYRIO S. MARCELLINI

4010. BENEDICTIO. — Cum ad supplicium duceretur, dixit Agricolano : *Deus tibi beneficiat.* — N. V.

4011. DOXOLOGIA. — Occubuit pro nomine Domini nostri *Iesu Christi, qui est gloriosus in secula seculorum. Amen.* — Ibid.

PASSIO S. CASSIANI

4012. DOXOLOGIA. — *adiuuante Domino nostro Iesu Christo, cui est honor et gloria, uirtus et potestas in secula seculorum.* Amen.

EX MARTYRIO S. FELICIS EPISCOPI TVBIACENSIS

4013. CODICES SACRI, HIERARCHIA. — (edictum..... ut) propositum est..... Principibus et Magistratibus)... et Presbyteris libros Deificos peterent de manu Episcoporum et Presbyterorum . . . . Tunc Magnilianus Curator iussit ad se perduci seniores plebis. — N. I.

4014. HIERARCHIA. CODICES SACRI. — Eadem die Felix episcopus Carthaginem fuerat profectus. Aprum uero presbyterum ad se iussit perduci [scil. : Curator] et Gyrum et Vitalem lectores. Quibus Magnilianus Curator dixit : Libros Deificos habetis? Aper dixit : Habemus. Magnilianus Curator dixit : Date illos igni aduri. Tunc Aper : Episcopus noster apud se illos habet. — N. I.

4015. CODICES SACRI. — Postera autem die Felix episcopus uenit Carthagine Tubiacam. Tunc Magnilianus Curator iussit Felicem episcopum ad se perduci..... Cui Magnilianus Curator dixit : Felix episcope, da libros uel membranas quascunque habes. — N. II.

4016. GRATIARVM ACTIO. — Praefectus dixit : Felicem gladio interficite. Felix episcopus dixit uoce clara : *Gratias tibi Domine, qui me dignatus es liberare.* — N. V.

4017. ITEM. — (ductus ad passionis locum) Felix episcopus eleuans oculos in coelum, clara uoce dixit : *Deus, gratias tibi. Quinquaginta et sex annos habeo in hoc seculo. Virginitatem custodiui, Euangelia seruaui, fidem et ueritatem praedicaui. Domine Deus coeli et terrae, Iesu Christe, tibi ceruicem meam ad uictimam flecto, qui permanes in aeternum, cui est claritas in magnificentia in secula seculorum. Amen.* — N. VI.

EX MARTYRIO SS. SATVRNINI, DATIVI ET SOCC.

4018. CODICES, TEMPLA, COETVS, SACRIFICIA. — Temporibus Diocletiani et Maximiani, bellum diabolus Christianis indixit isto modo, ut sacrosancta Domini Testamenta, Scripturasque diuinas ad exurendum peteret, basilicas dominicas subuerteret et ritus sacros, coetusque sanctissimos celebrari Domino prohiberet. — N. I.

4019. DOMINICA SIGNA, DOMINICA DIES, HIERARCHIA. — in ciuitate Abitinensi in domo Octauii Felicis cum bellica caneret tuba, Dominica signa gloriosi Martyres erexerunt; ibique celebrantes ex more Dominicum......

..... apprehenduntur, Saturninus presbyter cum filiis quattuor, id est Saturnino iuniore, et Felice Lectoribus, Maria sanctimoniali........ — N. II.

4020. HYMNI, CANTICA. — directique [scil. : Martyres] ad Carthaginem alacres ac laeti, per totum iter hymnos Domino canticaque psallebant. — N. IV.

4021. ADCLAMATIONES. — Thelica martyr..... huiusmodi preces Domino cum gratiarum actione effundebat : *Deo gratias. In nomine tuo, Christe Dei fili, libera seruos tuos.* — N. V.

4022. Adclamationes. — inimicis suis ueniam Martyr inter ipsa corporis sui laniamenta poscebat : ... . Iniuste facitis, infelices. contra Deum facitis. Deus altissime, noli illis consentire ad haec peccata. Peccatis infelices. aduersus Deum facitis. Custodite praecepta Dei altissimi. Iniuste agitis infelices; innocentes laniatis. Non sumus homicidae; non fraudem fecimus. *Deus miserere; gratia tibi ago Domine, pro nomine tuo da sufferentiam. Libera seruos tuos de captiuitate huius seculi. Gratias tibi ago, nec sufficio tibi gratias agere*

. . . .

Ad gloriam. Gratias ago Deo regnorum. Apparet regnum aeternum, regnum incorruptum. Domine Iesu Christe, Christiani sumus, tibi seruimus; tu es spes nostra; tu es spes Christianorum. Deus sanctissime, Deus altissime, Deus omnipotens. Tibi laudes pro nomine tuo reddimus Domine Deus omnipotens. — N. VI.

4023. Collecta. — in collecta fui, et Dominicum cum Fratribus celebraui, quia Christiana sum. — N. VII.

4024. Adclamatio. — *O Christe Domine, non confundar.* — Ibid.

4025. Collecta. — profiteretur constanter et diceret, cum collecta fuisset se superuenisse, et Dominicum cum Fratribus congrua religionis deuotione celebrasse. — N. VIII.

4026. Adclamatio. — *Rogo Christe, non confundar.* — Ibid.

4027. Dominicvm non omittendvm. — respondit presbyter Saturninus, Domini Spiritu suggerente : Securi Dominicum celebrauimus. Proconsul ait : Quare? Respondit : Quia non potest intermitti Dominicum. — N. IX.

4028. Adclamationes. — *Subueni rogo, Christe, habe pietatem. Serua animam meam, custodi spiritum meum ut non confundar. Rogo Christe, da sufferentiam.* — Ibid.

4029. Collecta. — Emeritus Lector ad certamen exsiliens, congrediente Presbytero : Ego sum auctor, inquit, in cuius domo Collectae factae sunt. — N. X.

4030. Adclamationes. — *Rogo Christe, exaudi me. Gratias tibi ago Deus, iube me decollari. Rogo, Christe, miserere : Dei Fili subueni.* — Ibid.

4031. De Dominico. — In domo mea, inquit [scil. : Emeritus], egimus Dominicum..... quoniam fratres mei sunt, et non poteram illos prohibere............ quoniam sine Dominico non possumus... — N. XI.

4032. Adclamatio. — *Rogo Christe, subueni mihi.* — Ibid.

4033. Adclamationes. — *Rogo Christe; tibi laudes refero, Christe Domine, da sufferentiam.*

. . . .

Rogo Christe, tibi laudes : libera me Christe, patior in nomine tuo. Breuiter patior, libenter patior, Christe Domine, non confundar. — Ibid.

4034. Oratio. — *O Martyrem Apostoli memorem, qui legem Domini conscriptam habuit, non atramento, sed Spiritu Dei uiui; non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus! O Martyrem legis sacrae idoneum, diligentissimumque custodem, qui Traditorum facinus perhorrescens, Scripturas dominicas ne perderet intra secreta sui pectoris collocauit.* — Ibid.

4035. Dominicvm, lectiones. — Collectam gloriosissime celebrauimus, ad Scripturas dominicas legendas in Dominicum conuenimus semper. — N. XII.

4036. Collecta, adclamationes. — Cum fratribus feci collectam, Dominicum celebraui, et Scripturas dominicas habeo mecum, sed in corde meo conscriptas. Christe tibi laudes refero. Exaudi Christe. — N. XIII.

4037. Adclamatio. — Scripturas dominicas habeo, sed in corde meo. *Rogo, Christe, da sufferentiam, spes est in te.* — N. XIV.

4038. Item. — *Deo gratias.* — N. XVII.

EX MARTYRIO SANCTAE CRISPINAE MARTYRIS

4039. De regvla fidei. — ..... nec sacrifico nisi *uni Deo, et Domino nostro Iesu Christo filio eius, qui natus est, et passus.* — N. I.

4040. Oratio cottidiana. — Cottidie ueneror Deum meum, praeter quem alium non noui. — Ibid.

4041. Formvla fidei. — ..... sacrifico Domino, qui *fecit coelum et terram, mare et omnia quae in eis sunt.* — Ibid.

4042. Gratiarum actio. — *Christo laudes ago, benedico Dominum, qui sic me de manibus tuis dignatus est liberare.* — N. II.

EX MARTYRIO SS. MM. FRVCTVOSI, AVGVRII ET SOCC.

4043. Hierarchia. — Reposito autem Fructuoso episcopo in cubiculo suo, direxerunt beneficiarii, in domum eius........ qui cum sensisset pediculum ipsorum confestim surrexit, et prodiit foreis apud eos in soleis. Cui milites dixerunt : Veni, praeses te accersit cum diaconibus tuis. — N. I.

4044. Oratio sine intermissione. — Fructuosus.... orabat sine cessatione [scil. : in carcere]. — Ibid.

4045. Baptisma. — Alia uero die baptizauit in carcere fratrem nostrum, nomine Rogatianum. — N. II.

4046. Formvla fidei. — Ego *unum Deum colo, qui fecit coelum et terram, mare et omnia quae in eis sunt*...... Fructuosus episcopus respexit ad Dominum, et orare coepit intra se. — Ibid.

4047. Ieivnivm, dies stationvm, lector. — Cumque multi ex fraterna caritate eis offerrent, uti conditi permixti poculum sumerent, ait : Nondum est hora soluendi ieiunii. Agebatur enim hora diei quarta. Siquidem in carcere quarta feria stationem sollemniter celebrauerant. Igitur sexta feria laetus atque securus festinabat, ut cum Martyribus et Prophetis in paradiso, ... solueret stationem. Cumque ad amphitheatrum peruenisset, statim ad eum accessit, Augustalis nomine, lector eiusdem, cum fletibus deprecans, ut eum excalcearet. — N. III.

4048. Ecclesia catholica. — .... Frater noster, nomine Felix, et apprehendit dexteram eius, rogans ut sui memor esset. Cui sanctus Fructuosus cunctis audientibus clara uoce respondit : In mente me habere necesse est Ecclesiam catholicam, ab Oriente usque in Occidentem diffusam. — Ibid.

4049. Genvflexio. — (in flammis positi martyres) orationis diuinae et solitae consuetudinis memores, gaudentes, positis genibus, de resurrectione securi, in signoque tropaei Domini constituti, Dominum deprecabantur, donec simul animas effuderunt. — N. IV.

4050. De relliqviarvm cvltv. — Superueniente autem nocte ad amphitheatrum cum uino festinanter peruenerunt [scil. : fratres] quo semiusta corpora extinguerent, quo facto, eorumdem Martyrum cineres collectos, prout quisque potuit, sibi uindicauit. — N. VI.

4051. Item. — apparuit [scil. : Fructuosus] fratribus, et monuit, ut quod unusquisque per caritatem de cineribus usurpauerat, restituerent sine mora; unoquoque in loco simul condendos curarent. — Ibid.

4052. Oratio. — *O beati Martyres, qui igne probati sunt ut aurum pretiosum, uestiti lorica fidei et galea salutis; qui coronati sunt diademate et corona immarcescibili, eo quod diaboli caput calcauerunt! O beati Martyres, qui meruerunt dignam habitationem in coelis, ad dextram stantes Christi, benedicentes Deum Patrem omnipotentem, et Dominum nostrum Iesum Christum filium eius! Suscepit autem Dominus Martyres suos in pace per bonam confessionem, cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.* — N. VII.

GALLIA

EX EPISTOLA ECCLESIARVM VIENNENSIS ET LVGDVNENSIS DE MARTYRIO S. POTHINI ET SOCC.

4053. Doxologia. — Οἱ ἐν Βιέννῃ καὶ Λουγδούνῳ τῆς Γαλλίας παροικοῦντες δοῦλοι Χριστοῦ, τοῖς κατὰ τὴν Ἀσίαν καὶ Φρυγίαν, τὴν αὐτὴν τῆς ἀπολυτρώσεως ἡμῖν πίστιν καὶ ἐλπίδα ἔχουσιν ἀδελφοῖς, *εἰρήνη καὶ χάρις καὶ δόξα ἀπὸ Πατρὸς καὶ Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ Κυριοῦ ἡμῶν.* — N. I.

4054. De confessorvm cvltv. — τὰ δὲ καθ' ἡμᾶς ἐν μεγάλῳ καθειστήκει πένθει, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι τὰ σώματα κρύψαι τῇ γῇ. — N. XV.

4055. De oratione pro constantia. — Καὶ μετὰ δακρύων παρεκάλουν τοὺς ἀδελφοὺς, δεόμενοι ἵνα ἐκτενεῖς εὐχαὶ γίνωνται πρὸς τὸ τελειωθῆναι αὐτούς. — N. XVII.

4056. Formvla. — Καὶ ὑπὲρ τῶν τὰ δεινὰ διατιθέντων ηὔχοντο, καθάπερ Στέφανος ὁ τέλειος μάρτυς. Κύριε, μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην. — Ibid.

4057. Preces pro lapsis. — μητρικὰ σπλάγχνα ἔχοντες, καὶ πολλὰ περὶ αὐτῶν ἐκχέοντες δάκρυα πρὸς τὸν Πατέρα. — Ibid.

4058. Ieivnia; gratiarvm actio. — Πεισθεὶς δὲ Ἀλκιβιάδης, πάντων ἀνέδην μετελάμβανε, καὶ *ηὐχαρίστει τῷ Θεῷ.* — N. XVIII.

Serui Christi, qui apud Viennam et Lugdunum Galliae degunt, fratribus per Asiam et Phrygiam constitutis, qui eadem nobiscum fidem ac spem habent redemptionis, *pax et gratia et gloria a Deo Patre et Christo Iesu Domino nostro.*

nos uero grauissimo interim dolore premebamur, quod humare cadauera nobis non liceret.

Simul profusis lacrymis obsecrabant fratres, ut continuae ad Deum preces fierent, quo tandem ipsi perfectum finem adipisci mererentur.

Quin etiam pro illis a quibus acerbissime cruciati fuerant exemplo perfectissimi martyris Stephani, Deum precabantur : *Domine ne imputes illis hoc peccatum.*

materna quaedam misericordiae uiscera gestantes, magnamque uim lacrymarum pro illorum [scil. : lapsorum] salute coram Deo Patre fundentes.

Paruit itaque Alcibiades et cunctis deinceps cibis promiscue uti coepit, *gratias agens Deo.*

EX PASSIONE SS. ROGATIANI ET DONATIANI NANNETENSIBVS

4059. Secvndvm baptisma. Oratio. — Beatus autem Rogatianus sine baptismatis gratia se praeuentum esse contristatur : sed hoc sibi ex fide credidit esse pro lauacro, si fratris sui catholici osculum mereretur. Quo comperto, beatus Donatianus pro germano his uerbis fudit preces ad Dominum dicens : *Domine Iesu Christe, apud quem hoc obtinent promta uota, quod facta; quia ubi non potuisse impedit, sufficere creditur uoluisse : cum nobis donasti eligere, tibi soli posse seruasti : sit famulo tuo Rogationo pura fides donum baptismatis; et si contigerit, persistente Praeside, crastina die nos feriente gladio interire, sanguinis effusio fiat ei chrismatis sacramentum.* — N. V.

4060. Vigiliae. — uigiliis nocte transcursa. — Ibid.

EX MARTYRIO SANCTARVM AGAPES, CHIONIAE ET IRENES

4061. Psalmi. — *Itaque* sancta Irene psalmos canens, et Dei gloriam celebrans, in rogum se coniecit. — N. VII.

EX MARTYRIO S. EVPLI DIACONI

4062. Codices sacri. — cum ingressus fuisset Euplius secretarium *Iudicis, Euangelia* portans. — N. I.

4063. Item. — ..... *confiteor*, me esse Christianum, et diuinas Scripturas *legere*. —— N. II.

4064. Adclamatio. — *Gratias tibi Christe. Me custodi, qui propter te haec patior.* — Ibid.

4065. Ex regvla fidei. Adclamationes. — *Patrem et Filium et Spiritum sanctum* adoro. *Sanctam Trinitatem* adoro, praeter quam non est Deus. Pereant dii qui non fecerunt coelum et terram, *et quae in eis sunt.* . . . .

Gratias tibi Christe. Succurre *Christe. Propter te haec patior Christe.* — Ibid.

4066. Codex Evangel., genvflexio, de relliqviarvm cvltv. — Tunc adpensum est ad collum eius Euangelium cum quo adprehensus fuerat . . . . Et cum ad locum perductus esset genuflexus prolixius orauit. Et iterum gratias agens. . . . . sublatum est postea corpus eius a Christianis, et conditum aromatibus, sepultum est. — N. III.

4067. Orationes [altera confessio Codd. Mss. Vallicellens et Colb.]. — repletus Spiritu sancto canebat dicens : *Magna est gloria tua, Domine, in seruis tuis, quos ad te uocare dignatus es.* Et pro omnibus qui sequebantur eum orabat dicens : *Domine adesto seruis tuis, et ne deseras eos usque in finem, ut glorificent nomen tuum in secula seculorum.* Et accelerabat gressus suos, iam quippe prope uictoriam coronandus. Tunc extendens manus suas ad coelum dixit : *Gratias tibi ago Domine Iesu Christe, quoniam consolata est me uirtus tua, et non permisisti perire animam meam cum impiis, et donasti mihi gratiam nominis tui. Confirma nunc quod operatus es in me, ut confundatur aduersantis audacia.* Et tunc respiciens ad populum dixit : *Dilectissimi fratres, audite, orate Deum, et timete illum in toto corde uestro, quoniam memor est timentibus se, antequam exeant de hoc seculo : et posteaquam exierunt, tunc occurrent eis Angeli, et deducent eos ad ciuitatem illius sanctam Ierusalem...* Et cum haec uerba complesset, et finem fecisset, flectens genua sua, parauit ceruicem, et decollatus est..... — N. II.

4068. De relliqviarvm cvltv. — Et repositum est corpus eius in loco uenerabili, conditum aromatibus, ad laudem et gloriam omnipotentis Dei et Domini nostri Iesu Christi, in quo beneficia largiuntur contingentibus sepulcrum eius; et infirmorum omnes languores sanantur usque in hodiernum diem, *in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, qui uiuit semper et regnat in secula seculorum. Amen.* — Ibid.

EX MARTYRIO SANCTI SAVINI EPISCOPI

4069. Coetvs cottidiani. — uenit quidam ad Praefectum urbis Hermogenianum, *dicens ei : Est quidam* Episcopus qui cottidie conuenticula cum Christianis facit, et libros exponit seducens populum. — § II.

4070. Hierarchia. — deuulgatus est ei (Venustiano Augustali Tusciae) Sauinus episcopus, *uir eloquentissimus*, et delimato sermone clarus, in omnibus diuinis instructionibus gratia Domini Iesu *Christi repletus.* Mittens ergo milites, tenuit eum in captiuitate Asisinati, et in eodem loco custodiae mancipauit cum duobus diaconis, id est, Marcello et Exsuperantio, et multis clericis cum eis. — § III.

4071. Hierarchia. — Postera uero die iussit sibi Venustianus uir clarissimus tribunal parari in medio foro, et ita factum est. Tunc oblatus est ei Sauinus episcopus cum duobus diaconis suis. Quem ita aggreditur Venustianus, dicens ei : Designa nobis nomen tuum. Dicit ei episcopus : Peccator Sauinus uocor, gratia Domini nostri Iesu Christi repletus. Dicit Venustianus uir clarissimus Augustalis Tusciae ad sanctum Sauinum episcopum : Seruus es, aut liber? Dicito mihi. Sauinus episcopus dixit : Seruus sum Christi, liberatus a diaboli seruitute. Venustianus uir clarissimus Augustalis Tusciae dixit : Quo honore fungeris? Sauinus episcopus dixit : Nos peccatores non meriti officio fungimur nomine episcopatus. Venustianus uir clarissimus Augustalis Tusciae dixit : Hi duo quo honore funguntur? Sauinus episcopus dixit : Diaconi mei sunt. Venustianus uir clarissimus dixit contra Sauinum episcopum : Quae tibi auctoritas praestat munimen ut doctrinas occulte facias et doceas populum

ut derelinquat deos et sequatur hominem mortuum? Sauinus episcopus dixit : Tamen est in cognitione tua quia mortuus est Dominus noster Iesus Christus? Venustianus uir clarissimus dixit : Et uere occisus est et sepultus. Sauinus episcopus dixit : Quia tertia die resurrexit non scis? quod tamen integre cognoscere debes. Venustianus uir clarissimus dixit : Elige tibi de duobus unum, aut sacrifica diis et uiue, aut certe tormentis quibus dignus es necaberis; et resurge sicut dominus tuus Christus. Respondens uero Sauinus episcopus dixit : Et ego hoc desidero, necari et mori, ut resurgam sicut Dominus meus Iesus Christus. — § III.

4072. Formvla. — Si cognosceres ueritatem non blasphemiam proferres ex ore tuo, sed humiliares te Deo *Patri omnipotenti et Christi Iesu filio eius et Spiritui sancto, qui mortem captiuauit, et uitam donauit, qui pedibus mare ambulauit, et qui ei imperauit, et cessauit ab ira sua, qui credentes in se resuscitabit in die magno et terribili aduentus sui.* — § IV.

4072a. Item. — *nolite timere minas diaboli, sed confidite in Domino Iesu Christo, qui fidelibus suis dat coronam et uitam aeternam.* — § VI.

4073. Adclamationes. — *Gloria tibi Domine Iesu bone, quia meruimus introire in requiem tuam. — Nos in nomine Domini nostri Iesu Christi renouati sumus.* — § VII.

4074. De cvltv relliqviarvm. — quidam piscator et Presbyter collegerunt corpora sanctorum martyrum Exsuperantii et Marcelli, et sepelierunt eos iuxta uiam sub die pridie Kalendarum Iuniarum. — § VII.

4075. Vidva. — Post dies uero sex audiens haec quaedam matrona nomine Serena de ciuitate Spoletana, quae erat uidua annis triginta uno, christianissima et timens Deum, orationibus, ieiuniis, et eleemosinis uacans, haec ueniebat nocte ad sanctum Sauinum, et curam ei faciens, pedes eius amplexabatur et osculabat eos. — § VIII.

4076. Invocatio relliqviarvm. — Haec (uidua) colligens manus beati Sauini episcopi in domum suam, collocauit eas in dolio uitreo, et cum aromatibus condiuit; quas die noctuque tangens, in oculos suos ponebat. — § VIII.

4077. Impositio brachiorvm. Genvflexio. Oratio. — Ipso autem tempore duxit ad sanctum Sauinum episcopum Serena caecum nepotem suum..... praesentatoque sancto Sauino episcopo dixit ad eum Serena : *Domine meus, per Christum, te coniuro, in quem tu credis et ego in eius uirtutem credo, ut ponas ulnas tuas super hunc famulum tuum, et ores Deum coeli et terrae, creatorem omnium, et credo quia inluminabitur.* Tunc Sauinus episcopus posuit truncos suos super oculos caeci, et coepit cum lacrymis dicere : *Domine Deus omnium creator et misericors, fac uoluntatem tuam bonam sperantibus in te.* Et genu flexo cum fletu, hoc dicebat : *Domine Deus, propitius esto mihi peccatori te inuocanti, qui lumen es uerum, inlumina sperantes in te, quia nos non sumus digni, qui relicti sumus in peccatis nostris. In te sperant serui tui. Inlumina tenebras nostras quia tu es lumen ueritatis et uitae. Et tu dixisti Domine : Quaecumque petieretis in nomine meo accipietis. Per Dominum nostrum Iesum Christum et Spiritum sanctum qui tecum uiuit et regnat in secula seculorum.* Et cum respondissent Amen posuit sanctus Sauinus truncos suos super oculos caeci dicens : *Aperiat tibi oculos qui aperuit mare et induxit Israel per medium eius. Ipse introducat lumen in oculos tuos ut cognoscant omnes gentes quia ipse est creator omnium uisibilium et inuisibilium quia ipse est qui nato caeco oculos aperuit.* — § IX.

4078. Adclamatio. — Gloria tibi Domine, quia me dignatus es uocare inter seruos tuos. — § X.

4079. Item. — Inluminet te Christus, qui caecum natum inluminauit. — § X.

4080. Regvla fidei. — hoc te commoneo ut paeniteаris et credas in Dominum Iesum Christum, et baptismum percipias, et saluus eris et uitam aeternam consequeris. Venustianus uir clarissimus dixit : Baptiza me in nomine Domini nostri Iesu Christi, ut percipiam promissa tua. Tunc sanctus Sauinus episcopus genibus positis orauit; et manibus abscissis catechizauit eum cum uxore et filiis, et accepta aqua, baptizauit eos dicens : *Credis in Deum patrem omnipotentem?* Respondit Venustianus : *Credo. Et in Christo Iesu filio eius?* Respondit : *Credo. Et in Spiritu sancto?* Respondit Venustianus : *Credo. Et in eum qui passus est et resurrexit?* Respondit Venustianus : *Credo. Et in eum qui ascendit in coelos, et iterum uenturus est iudicare uiuos et mortuos et seculum per ignem?* Dixit : *Credo. Et in aduentu ipsius, et regnum eius in remissionem peccatorum et carnis resurrectionem?* Venustianus respondit : *Credo in Christum Dei filium, qui me inluminet.* — § XI.

4081. De cvltv relliqviarvm. — (Lucius) sine auditione ipsum Venustianum Augustalem Tusciae cum uxore et filiis capite truncauit in ciuitate Asisinati, quorum corpora absconsa sunt a Christianis quorum quidem corpora nusquam potuerunt inueniri. — § XIII.

4082. Item. — Cuius (Sauini) corpus collegit... Serena, quae manus eius antea collegerat, et iunxit eas cum corpore et sepeliuit eum miliario a ciuitate Spoletana plus minus secundo, sub die septimo Idus Decembris. In quo loco exuberant beneficia Domini et Saluatoris nostri Iesu Christi. — § XIV.

4083. Doxologia. — ad laudem et honorem Domini nostri Iesu Christi qui semper fidelibus suis dat palmam uictoriae, cui est imperium, honor, et regnum in secula seculorum. Amen. — § XIV.

ROMA

EX MARTYRIO PTOLEMAEI ET LVCII ET ALIORVM

4084. Formvla. — *καὶ παρὰ ἀγαθὸν Πατέρα καὶ Βασιλέα τὸν Θεὸν πορεύεσθαι.* — Ex Iustino in *Apol.*, II, 4; ap. Evseb. *H. E.*, *IV*, xvii.

[illegible] *optimum* (ut aiebat Lucius) *Patrem Regemque esset migraturus.*

EX MARTYRIO S. IVSTINI

4085. Coetvs. — Ῥουστικὸς ἔπαρχος εἶπε· Ποῦ συνέρχεσθε; Ἰουστῖνος εἶπεν· Ἔνθα ἑκάστῳ προαίρεσις καὶ δύναμίς ἐστι. Πάντως γὰρ νομίζεις ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέρχεσθαι ἡμᾶς πάντας; Οὐχ οὕτως δέ· διότι ὁ Θεὸς τῶν Χριστιανῶν τόπῳ οὐ περιγράφεται, ἀλλά, ἀόρατος ὤν, τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν πληροῖ, καὶ πανταχοῦ ὑπὸ τῶν πιστῶν προσκυνεῖται καὶ δοξάζεται. Ῥουστικὸς ἔπαρχος εἶπεν· Εἰπὲ ποῦ συνέρχεσθε, ἢ εἰς ποῖον τόπον ἀθροίζεις τοὺς μαθητάς σου; — N. II.

Quaesiuit Praefectus, quem in locum Christiani conuenirent. Cui respondit Iustinus : eo unumquemque conuenire quo uellet ac posset. An, inquit, existimas omnes nos in eundem locum conuenire solitos ? Minime res ita se habet, quoniam Christianorum Deus loco non circumscribitur; sed, cum inuisibilis sit, coelum et terram implet, atque ubique a fidelibus adoratur, et eius gloria conlaudatur. Tunc Praefectus : Age, inquit, dicas, quem in locum conueniatis, et discipulos tuos congreges.

4086. Lavdes Deo. — Οἱ ἅγιοι μάρτυρες δοξάζοντες τὸν Θεὸν, ἐξελθόντες..... — N. V.

Itaque sancti Martyres Deum conlaudantes perducti..

4087. De relliqviarvm cvltv. Doxologia. — Τινὲς δὲ τῶν πιστῶν, λαθραίως αὐτῶν τὰ σώματα λαβόντες κατέθεντο ἐν τόπῳ ἐπιτηδείῳ συνεργασάσης αὐτοῖς τῆς χάριτος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. — N. V.

Post haec [scil. : martyrii confessionem] quidam fideles clam illorum [scil. : martyrum] corpora sustulerunt, et in loco idoneo illa condiderunt, cooperante gratia Domini nostri Iesu Christi, *cui gloria in secula seculorum. Amen.*

EX MARTYRIO S. APOLLONII

EDIT. KLETTE

EDIT. CONYBEARE

4088. Adclamatio. — Κύριε, εὐλόγησον.

4089. Formvla. — ... τὸν θεὸν τὸν ποιήσαντα τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς σέβομαι καὶ φοβοῦμαι. — § II.

I fear God who made heaven and earth, and sacrifice not to empty idols.

4090. Sacrificivm cottidianvm. Formvla. — θυσίαν ἀναίμακτον καὶ καθαρὰν ἀναπέμπω κἀγὼ καὶ πάντες Χριστιανοὶ τῷ παντοκράτορι θεῷ τῷ κυριεύοντι οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ πάσης πνοῆς, τὴν δι' εὐχῶν μάλιστα ὑπὲρ τῶν νοητῶν καὶ λογικῶν εἰκόνων τῶν τεταγμένων ὑπὸ τῆς προνοίας τοῦ θεοῦ βασιλεύειν ἐπὶ τῆς γῆς. — § VIII.

I and all Christians offer a bloodless sacrifice to God, Lord of heaven and earth, and of the sea, and of every living being, in behalf of the spiritual and rational images who have been appointed by the providence of God to rule over the earth.

4091. Formvla, doxologia. — Εὐχαριστῶ τῷ θεῷ μου, σὺν πᾶσι τοῖς ὁμολογήσασι θεὸν παντοκράτορα καὶ τὸν μονογενῆ αὐτοῦ υἱὸν Ἰησοῦν Χριστὸν καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα καὶ περὶ τῆσδε τῆς ἐμοὶ σωτηριώδους ἀποφάσεώς σου. — § XLVI.

I thank my God for thy sentence.

4092. Doxologia. — .....Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ θεῷ καὶ πατρὶ σὺν ἁγίῳ πνεύματι ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν. — § XLVII[a].

4093. Doxologia. — .....κατὰ δὲ ἡμᾶς βασιλεύοντος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. — § XLVII[b].

EX PASSIONE S. GENESII MIMI

4094. Baptisma clinicorvm. — (Beatus Genesius) in medio theatri quasi aegrotus decumbens se posceret baptizari. — N. I.

4095. Ministri baptismatis. — Euocato autem Presbytero et Exorcista, repente, Deo inspirante, credidit. — N. II.

4096. Vestes albae. — Cumque sacramentorum mysteria complessent, et indutus uestibus albis esset..... — Ibid.

4097. Aqva, interrogatio. — in tanta derisione habui Christianos, ut mysteria eorum diligenti examinatione perquirerem, ut ex eorum sanctificatione ludum uobis exhibere uellem. At ubi me aqua nudum tetigit, et interrogatus credere me respondi. — Ibid.

RELLIQUIAE

EX

HAGIOGRAPHIS

EX VITA ET PASSIONE S. CYPRIANI

AVCTORE PONTIO DIACONO

4098. NEOPHYTVS AD SACERDOTIVM PVLSVS. — Aiunt Apostoli litterae, debere neophytos praeteriri, ne stupore gentilitatis nondum fundatis sensibus adhaerente, aliquid in Deum nouitas inerudita peccaret. Ille fuit primus, et, puto, solus exemplo, plus fide posse quam tempore promoueri...... : presbyterium et sacerdotium statim accepit. — Num. III.

4099. ELECTIO EPISCOPI. — iudicio Dei et plebis fauore, et officium sacerdotii et episcopatus gradum adhuc neophytus, et, ut putabatur, nouellus electus est. — N. V.

4100. FRATERNITAS. — Non praeteribo etiam illud eximium, quemadmodum cum in dilectionem eius et honorem totus populus aspirante Domino prosiliret, humiliter ille secessit, antiquioribus cedens, et indignum se titulo tanti honoris existimans, ut dignus magis fieret...... Obsederat [populus scil.] fores domus copiosa fraternitas et per omnes aditus sollicita caritas circuibat. — Ibid.

4101. EPITOME CONCIONIS PVBLICAE. — (tempore luei) Adgregatum primo in loco uno plebem de misericordiae bonis instituit, docens diuinae lectionis exemplis, quantum ad promerendum Deum prosint officia pietatis. Tunc deinde subiungit non esse mirabile, si nostros tantum debito caritatis obsequio foueremus : eum perfectum posse fieri qui plus aliquid publicano uel ethnico fecerit : qui malum bono uincens, et diuinae clementiae instar exercens, inimicos quoque dilexerit : qui pro persequentium se salute, sicuti Dominus monet et hortatur, orarit. Oriri Deus facit iugiter solem suum, et pluuias subinde nutriendis seminibus impertit ; exhibens cuncta ista non suis tantum, sed etiam alienis ; et qui se Dei filium esse profitetur, cur non exemplum patris imitatur? Respondere, inquit, nos decet natalibus nostris, et quos renatos per Deum constat, degeneres esse non congruit ; sed probari potius in sobole traducem boni patris aemulatione bonitatis. — N. IX.

4102. MINISTERIA. — Distributa sunt ergo continuo pro qualitate hominum atque ordinum ministeria. — N. X.

4102a. VIGILIA MARTYRII. — ad domum Principis a praetorio (Cyprianus) reuertebatur ; cum subito per Carthaginem totam sparsus rumor increpuit...... receptum cum tamen, et in domo Principis constitutum una nocte constituit custodia delicata ; ita ut conuiuae eius et cari in contubernio ex more fuerimus. Plebs interim tota sollicita ne per noctem aliquid sine conscientia sui fieret, ante fores Principis excubabat. Concessit ei tunc diuina bonitas, uere digno, ut Dei populus, etiam in Sacerdotis passione uigilaret. — N. XV.

AVCTARIVM

EX ORIGENIS TRACTATIBVS

[edidd. P. BATIFFOL et A. WILMART]

4103. SERMO BREVIATVS. — Sed quia breuitas horarum non patitur plura exempla congregare, absoluenda iam quaestio est. — TRACT. I, p. 5, l. 21.

4104. EXOMOLOGESIS ANTE COMMVNIONEM. — ..... necesse erat per paenitentiam et legitimam satisfactionem atque exomologesin praeteritorum delictorum omnem credentem in panem Christi corporis deputari. — TR. II, p. 21, l. 6.

4105. LECTIO. — Videtis ergo, dilectissimi fratres, lectionis istius sacramentum salutis nostrae ordinem liniasse. — TR. II, p. 21, l. 16.

4106. BAPTISMA. — per paenitentiam conuersi ad baptismatis sacramentum et Sancti Spiritus uapore decocti. — TR. II, p. 22, l. 10.

4107. FORMVLA (?). — Qua de re, dilectissimi fratres, calcatis iudaïcis fabulis et haereticorum calumniis, totos nos in Christi amore, totos in euangelii sui sacramento condamus, *ut, qui per fidem ab oneribus legis liberati sumus, per ipsam fidem in regno Dei placere possimus.* — TR. IV, p. 43, l. 10.

4108. LECTIO. — Haec ergo lectio quae nunc recitata est. — TR. V, p. 44, l. 14.

4109. EVCHARISTIA. — Nemo panem facit corporis Domini, [illegible] est, eucharistiam benedicit, qui sacrificium Deo tunc offerri non licet..... — TR. V, p. 55, l. 6.

4110. HOMILIAE BREVES. — ..... quia satis prolixum est in [illegible] uno tractatu cuncta disserere, proinde quaedam disputanda sunt, quaedam utiliter differenda, quia et uos ma[illegible] breuia quam prolixa delectant, quippe cum succincta facilius quam coaceruata memoria tenentur. — TR. VI, [illegible] 57, l. 8.

4111. FORMVLA. — *Praestabit Deus pater omnipotens et m[illegible]i gratiam in adapertionem oris ac sensus mei ad intelligenda diuina mysteria, et uobis spiritalium charismatum dona concedat, ut omnia quae in thesauris caelestibus habentur scripta, et ego ratione congrua disseram, et uos possitis, quia lex spiritalis est, spiritaliter assequi quae spiritaliter disputantur.* — TR. VII, p. 85, l. 16.

4112. LECTIO. — Multa quidem praecepta sunt diuinae le[illegible]is in hac lectione congesta. — TR. VIII, p. 86, l. 9.

4113. FORMVLAE (?). — Sed nec credendum erit Deum o[illegible]nipotentem, qui in curam hominis sui semper operatur : ad cuius quippe utilitatem, sollicitudinem prospicie[illegible]am gerens, dimensis per orbem partibus elementorum munia temperauit, candorem gratissimae lucis infu[illegible], noctem in gratiam quietis aptauit, usus pecorum, opera animalium, quadrupedum officia sustinuit, fecunditat[illegible] terrae, ubera fontium in alimoniam et refrigerium humanae carnis impressit : ut et homini, in cuius curam ta[illegible] prospexerat, in obseruantiam legis talia praecepta daret ut commoda ualetudinis et necessaria humanae co[illegible]dicionis rursus leges prohiberet! — TR. VIII, p. 90, l. 19.

4114. DE PASCHAE SACRAMENTO. — Paschae sacramentum, d. f., quod nunc in dominici corporis passione celebratur, non derepente nec improuisum fuit. — TR. IX, p. 96, l. 9.

4115. SERMO BREVIATVS. — quia breue spatium horarum non sinet nos multa exempla proferre. — TR. IX, p. 98, l. 2.

4116. BAPTISMA. — nunc in eadem aqua baptismatis in qua nos liberamur. — TR. IX, p. 102, l. 7.

4117. HOMILIAE IN NVMEROS. — Saepe numero de hoc Leuiticorum libro (scio) me tractasse, et arduas pene et inextricabiles quaestiones, ut potui et, puto, ut debui, *caritati uestrae disseruisse. Sed et nunc lectio quae* recitata est tam multas habet quaestiones..... — TR. X, p. 105, l. 6.

4118. LECTIO. — haec lectio rei gestae indicat historiam. — TR. XI, p. 117, l. 14.

4119. ITEM. — Quae (de Iesus filii Naue nominis immutatione) quia nunc longum est omnia recensere, de praesenti tantum lectione tractandum est (Ios., II, 1). — TR. XII, p. 128, l. 11.

4120. ITEM. — Audite denique lectionem..... — TR. XIII, p. 141, l. 7.

4121. LECTIO. — Audistis lectionem, d. f., qua refert. — TR. XV, p. 162, l. 5.

4122. ITEM. — (Math., VII, 7 et X, 26) proinde fertur hac pollicitatione cognitor *de lectione* facere sermonem. — TR. XVI, p. 169, l. 14.

4123. ITEM. — Simplex est lectio haec. — TR. XVII, p. 180, l. 10.

4124. ITEM. — Hanc enim lectionem, quae nunc recitata est. — TR. XVII, p. 181, l. 14.

4125. BAPTISMA, VNCTIO, CHRISMATIO, EVCHARISTIA. — Caro abluitur ut anima emaculetur, caro ungitur ut anima consecretur, caro signatur ut anima saluetur, caro manuum impositione adumbratur ut sancto Spiritu inluminetur, caro corpore ac sanguine Christi uescitur et potatur ut anima de Deo saginetur. — TR. XVII, p. 187, l. 18.

4126. HOMILIA DEBITA. — Quamquam solemnitas diei et praesens lectio admoneat, f. d., ut de bono martyrii debeamus facere sermonem..... Sed et quid faciam, d. f., cum hinc me et honor diei et praesens lectio cogat facere sermonem. — TR. XVIII, p. 191, l. 4.

4127. ORATIO. — Et ideo *rogamus et petimus sanctitatem uestram, o beati martyres, ut nostri memores esse dignemini, ut et nos, qui pari fide in Christo Dei filio credimus, eandem uobiscum de triumpho passionis martyrio gloriam consequi et obtinere mereamur.* — TR. XVIII, p. 199, l. 2.

4128. LECTIO. — Haec enim lectio quae recitata est. — TR. XX, p. 208, l. 7.

EX ORIGENIS COMMENTARIIS IN PSALMOS

[PITRA *Anal. Spicil. Solesm. parata*]

4129. HYMNI. — Αἰνέσεως δὲ λέγει θυσίαν τοῖς δικαίοι πρέπον τοῦ ὑμνεῖν. — In Psalm. XLIX, ℣. 15.

Sacrificium autem laudis ait hymnos dicere.

4130. DIDASCALIA. REGVLA FIDEI. — Ἐγὼ μέντοι συγγνώμης οὐδεμίας ἄξιον ἑαυτὸν νομίζον, μετὰ τοσαύτας δωρεὰς γενόμενος, ὡς καὶ τοὺς ἄλλους διδάξαι τὴν *τοῦ Μονογενοῦς ἐνανθρώπησιν*, καὶ *τὸ πάθος*, καὶ *τὴν ἀνάστασιν*, καὶ *τῶν ἁμαρτημάτων τὴν ἄφεσιν*, τὰ μεγαλοπρεπῆ *τοῦ βαπτίσματος*. — In Psalm. L, ℣. 10.

Ego interea indignum me quacumque uenia reputans, post tanta munera id nactus ut caeteros edoceam *Vnigeniti incarnationem*, et *passionem*, et *resurrectionem*, et *peccatorum remissionem*, et magnifica decora *baptismatis*.

4131. CHARISMA PROPHETIAE. — ..... μηδὲ γυμνωθῆναι τῆς τοῦ παναγίου Πνεύματος χάριτος, ὃ καὶ αἴτιον πάντως τοῦ λαβεῖν τὸ προφητικὸν πνεῦμα καὶ χάρισμα. — In Psalm. L, ℣. 13.

.... neque spoliari gratia sanctissimi Spiritus, qui omnino fons est, a quo recipitur prophetarum spiritus et donum.

4132. DEPRECATIO ET ORATIO, QVID SINT? — Δέησίς ἐστιν ἐλλείποντός τινος μεθ' ἱκεσίας περὶ τοῦ ἐκείνου τυχεῖν ἀναπεμπομένη εὐχή. — Προσευχὴ δέ ἐστιν ἡ μετὰ δοξολογίας περὶ μειζόνων μεγαλοφυέστερον ἀναπεμπομένη ὑπ' αὐτοῦ. — In Psalm. LX, ℣. 2.

Deprecatio est aliqua re egentis et supplicis praemissum uotum pro hac re obtinenda. — Oratio autem ab eodem fit cum glorificatione pro maioribus bonis et cum ampliore sollemnitate.

4133. FORMVLA. — *Εὐχαριστήσομέν σοι σφόδρα ὑπὲρ τῶν γεγενημένων.* — In Psalm. LXXIV, ℣. 2.

Gratias tibi uehementer agemus pro iis quae facta fuere.

4134. DE PSALMORVM CANTV. — Ὀργάνῳ δὲ καὶ φωνῇ ὁ ψαλμὸς ἀποτελεῖται· διὸ ψαλμὸς ᾠδῆς ἐπιγέγραπται, δηλωτικὸς ὢν τοῦ δεῖν ἡμᾶς καὶ ὀργάνῳ διὰ τῶν σωματικῶν κινήσεων ὑμνεῖν τὸν Θεὸν, καὶ φωνῇ νοητῇ, διὰ τοῦ τὸν νοῦν ἀνακεῖσθαι τῷ δημιουργῷ. Λέγεται δὲ κατὰ μὲν τὴν ἀρχὴν ὑπὸ πλήθους, ἑξῆς δὲ ὑπὸ ἑνός. — In Psalm. LXXIV, ℣. 1.

Instrumento autem et uoce psalmus conficitur, ideo « psalmus cantici » inscribitur; quo [...]nemur, oportere nos et cum organo per corporeos motus celebrare Deum et cum uoce spirituali per mentem s[...]iectam creatori. Pronuntiatur autem a principio a [...]ltitudine, postea uero ab uno.

4135. CODEX IN MANIBVS DIDASCALI. — ..... τῷ τε ἑβδομηκοστῷ ἑβδόμῳ, οὗ ἔτι ἐν χερσὶ τὰς λέξεις ἔχομεν. — In Psalm. LXXVII, ℣. 45.

in hoc septuagesimo septimo ps[...]mo, cuius prae manibus lectiones tenemus.

4136. COETVS. — Καὶ ἡμεῖς τοίνυν ὅσον ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναγόμεθα, τηροῦμεν τότε ποίμνης μυστήριον· ὅτε δὲ ἀμελοῦ-

Nos autem, quantumque in unum c[...]gregamur, tantumdem seruamus ouilis mysterium [...] cum uero syn-

μη τῶν συνάξεων, μιμούμεθα τὰ ἀποσκιρτῶντα καὶ ἀπαιτήσοντα τοῦ ποιμνίου πρόβατα, καὶ δύνανται καθ' ἡμῶν τῶν διασκεδασθέντων οἱ ἐχθροὶ καὶ τὰ θηρία τὰ ἐνεδρεύοντα, οἱ λύκοι, ὡς μανθάνομεν ἀπὸ τῶν ποιμενικῶν. — In Psalm. LXXVII, ℣. 52.

...es negligenter colimus, imitamur oues quae ab ouili resiliunt et recedunt, atque in nos dispersos inualescunt inimici atque ferae et lupi insidiantes, uti didicimus a gregum ductoribus.

4137. Hymni. Doxologia. — οὐδὲ τοῖς εἰδώλοις τὸ σὸν σέβας προσφέρουσιν, ἀλλὰ σὲ ὕμνοις ... καὶ σοὶ τὸ τῆς δοξολογίας ἐκτείνουσι ... — In Psalm. CIII, ℣. 1.

— neque eos qui simulacris tuum honorem mactant, sed eos qui te hymnis colunt, tibique expandunt munus doxologiae debitum.

EX TESTAMENTO D. N. I. C.

[edid. Ephraem Rahmani. — *Moguntiae*, 1899]

4138. Prostratio. Formvla. — ... factum est ut, procidentes in facies, benediceremus *Patrem noui mundi Deum, qui per Iesum Christum Dominum nostrum nos saluos fecit*. — Liber primus (prolog.).

4139. Lavs perennis. — Eueniet et in diebus illis (modo apocalyptico loquitur) ut Pater meus ex generatione illa congreget iustos animasque puras et fideles, quibus ego apparebo et cum ipsis habitabo, illisque immittam mentem agnitionis et ueritatis, sanctitatis, neque desistent a laudibus concinendis, gratiisque agendis Deo ipsorum, Patri meo, qui me misit.... — L. I, § viii.

4140. Formvla. — Multi affligentur atque idcirco Deum suum inuocabunt, *ut liberentur*. — Ibid.

4141. Vigiliae. — Tunc illi, qui timent uerba mea, eaque in ueritate et animo fideli adimplent, uigilabunt, orabuntque sine intermissione considerantes sibi tamquam officium incumbere preces omni tempore offerre. — L. I, § xiii.

4142. De confessoribvs. — Qui testimonium et confessionem emittit se fuisse in uinculis, in carcere et tormentis propter nomen Dei, manus ei propter hoc non imponatur ad diaconatum, neque item ad presbyteratum. Habet enim honorem cleri, cum per confessionem manu Dei protectus fuerit. Si in episcopum autem ordinatur, dignus est quoque impositione manus. Si est confessor, qui tamen coram potestatibus in iudicium non fuit uocatus, neque uinculis fuit afflictus, sed tantum confessus est fidem, manus impositione dignus fiat : suscipit enim cleri orationem. Non omnia tamen uocabula repetat oretque super ipsum, sed cum pastor (i. e. episcopus) ulterius progreditur, ille (i. e. confessor) effectum (ordinationis) suscipit. — L. I, § xxxix.

4143. De charismate. — Si quis in populo apparet habens charisma sanationis, uel scientiae, uel linguarum, ne super ipsum imponatur manus, cum ipsum opus iam sit manifestum. Illis uero exhibeatur honor. — L. I, § xlvii.

4144. Baptisma sangvinis. — Si quis, dum adhuc catechumenus est, propter nomen meum adprehendatur et damnetur ad cruciatus, festinansque currat, ut suscipiat baptismum, ne anceps haereat pastor, sed ipsi conferat baptismum. Quod si ille uiolenter interficiatur ante susceptum baptismum, ne sit perplexus : Iustificatus enim ipse fuit, cum fuerit baptizatus proprio sanguine. — L. II, § v.

4145. De eleemosyna. — Qui non habet liberos, ne plura possideat bona, sed ex iis, quae possidet, distribuat multa pauperibus et in carcere detentis, sibi reseruans ea, quae congruunt et sufficiunt. — L. III, § x.

Plura alia, v. g. *diaconissarum letania, alibi dabuntur.*

CANONES ECCLESIASTICI APVD AETHIOPES

[ex Lvdolfi *Comm. in hist. aeth.*, p. 305]

4146. Svmmaria litvrgica. — Recensentur Constitutionum Apostolicarum capita — liturgica tantum — parum artificiose concepta :

In nomine Patris, et Filii et Spiritus sancti.

[Summaria ad rem liturgicam non competentia omitto]. — 10. De eo, qui docet uerbum Dei, et est tibi [occasio] uitae [spiritualis] ut honores eum et sustentes eum de labore tuo. — 13. De ordinatione episcoporum. — 14. De ordinatione Anagnostarum. — 15. De ordinatione Diaconorum. — 16. De uiduis. — 17. De diaconis, ut sint executores boni consilii. — 19. De commemoratione quod panis eucharisticus corpus Christi [fit] et quae sequuntur. — 20. Quod non deceat mulieres gloriari [in Ecclesia] stantes... — 21. De ordinatione Episcoporum et ritu Eucharistiae. — 22. De ordinatione presbyterorum. — 23. De ordinatione Diaconorum. — [« *Hucusque possidemus statuta ipsa, quae mox Lectori dabimus. Sequentia capita additionibus nostris supplebimus, ut sensus eo-*

rum eo magis elucescat ». Ita LVDOLFVS]. 24. De Confessoribus qui condemnantur propter nomen Christi [ut] contingat illis ordinatio Diaconi. — 25. De constitutione [seu ordinatione] uiduarum. — 26. De lectoribus et uirginibus et Subdiaconis. Item de gratia uel dono sanandi. — 27. De Neophytis, qui nuper adcesserunt ad religionem Christianam [*i. e.* de catechumenis] et de operibus a quibus decet eos abstinere. — 30. De tempore audiendi uerbum [Dei] post opus factum. — 31. De oratione eius, qui audit [catechismum] et de salutatione mutua [per oscula]. — 32. De impositione manuum [χειροτονία] super nouos Christianos [*i. e.* catechumenos]. — 33. De illis qui baptizandi sunt. — 34. De ritu baptismi, et doctrina fidei : et confessione peccatorum apud baptismum : et de ritu baptismi et eucharistiae. — 35. De uiduis et uirginibus, et quo tempore ieiunandum sit episcopo. — 36. De tempore, quo decet comedere, et quod non conueniat catechumenis comedere cum fidelibus. — 37. Vt sileant. Cum loquitur episcopus, sileant omnes. Et si non praesto fuerit Episcopus, sumant panem benedictionis de manu presbyteri, aut de manu Diaconorum. — 38. De agapis uiduarum. — 39. De primogenitis et fructibus et primitiis [fructuum] quas offerre solent episcopis, eorundemque nominibus. — 40. Quod non deceat gustare quicquam ulli hominum in ieiunio Paschatis. — 41. Quod deceat Diaconos obtemperare praecepto episcoporum. — 42. De temporibus quibus decet orare. — 43. Quod non deceat praesumere aliquid de eucharistia, priusquam [a presbyteris] peragatur. Prius enim nihil quicquam gustant. — 44. Quod deceat sollicite tractare eucharisticum panem : et quod non deceat effundere quicquam ex calice. — 45. Vt presbyteri et Diaconi conueniant cottidie in loco, ubi existit episcopus. — 46. De sepulcris. — 47. De temporibus quibus oportet orare, et audire [νουθεσίαν] adhortationem, et signare frontem signo crucis. — 48. De donis et charismatibus [dotibus animi] si cui contingerint, ne quis glorietur contra quemquam. — 50. Quod non omnis qui Prophetiam agit, sit minister Dei. — 52. De ordinatione episcoporum et ritu eucharistiae. — 53. De ordinatione presbyterorum et diaconorum. Item de diaconissis, subdiaconissis et lectoribus [lectricibus (?). WANSLEBIVS]. — 54. De illis qui confitentur peccata sua. — 55. De uirginibus et uiduis et exorcistis. — 56. Quod deceat ordinari episcopum ab aliquot episcopis. — 57. Vt episcopus benedicat, non uero ut benedictio dicatur super eo : et ut expellat [Ecclesia] eum, qui meretur expulsionem. — 58. Quod episcopus non possit depellere [aliquem] solus. Item de ritu benedictionis. [*Istud caput omisit* WANSLEBIVS *ita ut sequens illi sit caput* 58. *Contra diuisit ultimum caput, ut redeat summa* LXXI]. — 59. Quod non deceat intrare clericos in ordinem Diaconorum. — 60. De primogenitis et decimis. — 61. De eo quod residuum est de Eucharistia, quod non tradiderunt [communicantibus] tempore S. Synaxis. — 62. De eo qui uoluerit participare de S. Coena. — 65. De omnibus fidelibus uiris, foeminisque euigilantibus mane, [ut] lauent manus suas et orent. — 66. De omnibus fidelibus uiris foeminisque [ut] conuertant seruos suos, et quietem a laboribus concedant illis die Sabbati et Dominica. — 67. Non etiam faciant opus domesticum die septimo hebdomadis sanctae, nec in sollemnitate festorum. — 68. De tempore precum. — 69. Si non possitis adcedere ad Ecclesiam [tempore persequutionis] episcopus administret S. Coenam in domo sua. « *Vir mundus mundam reddit Ecclesiam, et uir profanus profanat Ecclesiam.* » — 70. De diebus, in quibus decet facere commemorationem eorum qui obdormiuerunt. — 71. De illis qui in exilium pelluntur relligionis causa : et de illis qui fugiunt e ciuitate in ciuitatem relligionis causa, ut iuuent eos coniunctim. De ritu sacerdotii eiusque limitibus.

« *Ista sunt capita seu Summaria canonum siue potius statutorum Aethiopibus usitatorum, quae ipsa mox integra partim exhibebimus. Quae si studiosus lector contulerit, facile cognoscet, quod capita ista satis inconcinne et imperfecte compilata sint. Sed ut retineamus ordinem in magna illo codice obseruatum prius exponemus capita quinquaginta sex canonum, quos de Ecclesia ordinanda ab Apostolis regatos fuisse uolunt. Sunt autem uelut epitome octogintaquinque canonum qui in Europa graece et latine Apostolorum nomine circumferuntur, quorum etiam numeros, ut eo facilius conferri possint, in margine adposuimus; eosdem mox proxilius tradituri.* »

4147. CANONES LITVRGICI. — Post haec [sequuntur iam] canones ecclesiae christianae [ordinandae] quos tradiderunt apostoli per manum Clementis quem legauerunt primo. Sunt autem quinquaginta sex capita numero.
Primus [gr. et lat. 1, 2]. Quot ex episcopis interesse debeant ordinationi episcopi [*scil.* tres. WANSL.]. —
1 [3]. Quid oportet afferre in sanctuarium [*seu* adytum]. — 3 [7]. De tempore conuenienti quo oporteat [celebrare]
Pascha. — 4 [6]. De sacerdote qui tractat negotia huius mundi, ut deponatur. — 5 [8]. Si quis [ex ordine eccle-
siastico] cunctetur Eucharistiam sumere, indicet causam eius. — 6 [9]. De illis qui intrauerunt ecclesiam et
audiuerunt preces [publicas] ut sacra Synaxi utantur. — 7 [10]. Ne oret fidelis cum infideli. — 8 [11]. Ne oret
cum excommunicato. — 9 [12, 13]. Ne recipiant quenquam sine libello licentiae. — 10 [14]. Quod non liceat
episcopo relinquere episcopatum suum. — 11 [15.]. De eo qui migrat ad alium locum, ubi non est uocatus, siue
sit episcopus siue presbyter, siue quiuis alius clericus deponuntor. — 13 [20]. [Clericus] qui fuerit fideiussor
[pro alio] deponitor. — 14 [21, 22, 23, 24]. De eunuchis. (Qui ordinari possint uel non. WANSL. Nota LVDOLFI.
Quattuor canones Graecorum hic uno comprehenduntur; XXI apud Graecos agit de ueris eunuchis. At sequentes
tres agunt de eo 'Ο ἀκρωτηριάσας ἑαυτόν). — 15 [25]. De eo [clerico] qui scortatus fuerit, aut peierauerit, aut furatus
fuerit [quomodo puniendus sit]. — 16. [26] De matrimonio Anagnostarum et Cantorum. — 21 [31]. De presbytero
spernente episcopum. — 22 [32]. Ne recipiatur sacerdos alienus sine libello facultatis [aut dimissionis a suo epi-
scopo]. — 24 [34]. Quod nosse deceat [episcopos uniuscuiusque prouinciae] caput episcoporum [*i. e.* metropolitam
suam]. — 25 [35]. De eo qui ordinationes peragit extra episcopatum suum. — 26 [36]. De episcopo, aut presbytero,
aut diacono catechizante. — 27 [37]. De Synodo episcoporum duabus uicibus quotannis habenda. — 28 [38]. Vt
curam habeat episcopus bonorum Ecclesiae [suae]. — 32 [42, 43]. De eo qui ingreditur in scenam [uel ludos publi-
cos] et saepius inebriatur aut scortatur : siue sit episcopus, siue presbyter, siue diaconus, reliquiue clerici [quomodo
puniendi]. — 33 [46]. De eo qui iuerit ad baptismum [aut communionem] hereticorum. — 34 [51]. De eo qui prop-
terea deponitur quod immundum pronunciat coniugium, nec non uini potum aut carnem. — 35 [52]. De eo qui
propterea segregatur, quod non recipit poenitentes. — 36 [53]. De eo qui propterea segregatur, quod non gustat

parum carnis, nec uini in diebus festis. — 38 [58]. Quod segregandus sit episcopus aut presbyter, qui non erudit populum ministerium Domini [i. e. cultum sacrum]. — 39 [59]. De segregando episcopo aut presbytero, qui non aequaliter distribuit alimenta inopibus filiis Ecclesiae [i. e. clericis]. — 40 [60]. De eo qui monstrat [producit] libros hereticorum [in Ecclesia]. — 43 [63]. De comedente carnem cum sanguine suo. — 44 [64]. De eo qui ieiunat Sabbato, uel die dominica. — 45 [65]. De eo qui frequentat synagogam Iudaeorum, aut [delubra] ethnicorum [aut hereticorum]. — 47 [68]. De eo qui ordinatur secunda uice. — 48 [69]. De eo qui non ieiunat ieiunium quadragesimale : et ieiunium feriae IV et VI. — 49 [70, 71]. — De eo qui ieiunat cum Iudaeis, aut celebrat festum cum illis : aut qui adcipiunt de azymis illorum : aut qui adtulerit oleum lampadum in synagogam Iudaeorum, uel gentilium. — 50 [72, 73]. De eo qui furatur oleum, aut ceram, aut uasa argentea, aut uestes ecclesiae. — 51 [74]. De episcopo qui [criminis alicuius] accusatur. — 52 [75, 76, 77, 78, 79]. Ne recipiant testimonium heretici contra episcopum : neque haereditarium faciant episcopatum. Ne daemoniacus ordinetur clericus, donec mundus fiat. Quamuis [etiam aliquis] habeat in corpore suo naeuum, modo [alias] dignus sit sacerdotio, ordinari potest. Caecus uero surdusue episcopus non ordinatur. — 53 [80, 81, 82]. Ne constituatur episcopus nouus baptismo [i. e. recens baptizatus], nec qui occultat malitiam. Nec ordinetur seruus sine praescitu dominorum suorum, ut ipsum manumittant. — 54 [83, 84]. Quod non deceat episcopum, aut presbyterum, aut diaconum esse militem. Nec maledicendum esse Regi. — 55 et 56 [85]. Qui recipiendi sunt ex libris [scripturis] prioribus et posterioribus in Ecclesia — [De mandato Apostolorum ad episcopos (pro obseruatione istorum canonum)].

4148. Statvtvm de episcopis. — Sequuntur Constitutiones quas Aethiopes : *Praecepta* siue *Statuta*; Graeci : Διαταγάς uel Διατάξεις uocant, Latini uero : CONSTITVTIONES ECCLESIAE AEGYPTIACAE.

Statvtvm XIII. De officio episcoporum. [*Loquitur Petrus*] :

Si fuerit quaedam regio in qua pauci credentium [*existant*], neque fuerit populus multus, ut faciant conuentum episcoporum circiter duodecim uirorum; tunc mittant ad ecclesias uicinae regionis, ubi sunt fideles multi, ut adducant tres ex fidelibus sinceris et selectis ex illa regione, et explorent eos sollicite de iis quae [eos] recte facere oportet. Et si ille uir e populo bonis moribus praeditus fuerit, sine ullo probro, sine iracundia, amator pauperum, clemens : qui non sit bibax, neque scortator, neque accumulator opum : neque blasphemator, neque hypocrita, et quae his similia sunt. Bonum quidem [esset] si sine uxore ageret : si uero uxorem duxisset unam, priusquam constitueretur episcopus, maneat cum illa. Sit particeps factus doctrinae bonae, qui possit interpretari Scripturas; si uero nesciat Scripturas, sit humilis et multiplicet caritatem omnibus hominibus, ne redarguatur episcopus in ulla re : neque sit reprehensione dignus.

Insit Ioannes : Episcopo constituto, si nouerit continere se, et dilectio Domini fuerit cum eo, constituantur duo presbyteri quos [*prius*] explorauerunt (?). Et dixerunt omnes [*apostoli*] : Non duo sed tres, quoniam uiginti quattuor presbyteri sunt. Duodecim a dextra et duodecim a sinistra.

Ait Ioannis : Bene! Ecce monuistis me, o fratres! Sumant calices ab Archangelis et offerant Domino. Et qui in sinistra [*existunt*] sint super omnes angelos. Et decet presbyteros esse instar seniorum, qui transmiserunt tempus cohabitandi cum uxoribus et participes fiant mysterii [*eucharistiae*] cum episcopo : et mutu se iuuent in quacunque re id fuerit, et congregentur amanter [*cum*] pastore suo. Et presbyteri qui ad dexteram [*sunt*], curam gerant auxilii ad altare, ut sint digni honore. At [*ecclesia*] pellant eum, qui meretur expulsionem. Et presbyteri qui ad sinistram [*sunt*], curam habeant omnis populi, ut sint quieti, et nullas turbas cieant; instructi in omni instructione [*catechesi*], et obtemperantes omnibus praeceptis.

4149. De lectoribvs. — Statvtvm XIV. De officio anagnostarum seu lectorum.

Insit Iacobus : Qui lector constituitur..... recordatur ibi iudicii et sit oboediens; et qui bene legere sciat, et qui nouerit locum quem legere oportet.....

4150. De diaconis. — Statvtvm XV. De diaconis.

Insit Matthaeus : Diaconi..... explorentur in omni ministerio, ita ut adcipiant testimonium uniuersi populi quod habitauerint cum una tantum uxore; et educauerint liberos suos in probitate..... Sunt enim inter eos, qui doceant eos : Sunt qui interrogent eos? Sunt inter illos qui instruant eos. Ecclesia pulsos exire faciant semel.

4151. De vidvis. — Statvtvm XVI. De feminis uiduis.

Insit Cephas : Constituantur tres uiduae; duae illis uacent orationibus pro omnibus, qui sunt in afflictionibus; et addatur pro alimento earum quidquid ad manus est : Vna uero maneat apud feminas, quae affliguntur morbis, ut eas rursus recte resurgere faciat [*a morbo*] et contineat se et sciat..... presbyteros. Neque sit amatrix lucri, neque sit bibax, ne cessare faciat uigilias [*suas*], et preces nocturnas : et si quaedam uoluerit facere opus bonum, faciat id, quo consolationem percipiat cor eius. Nam bonitatem Domini statuerunt adnunciare.

4152. De diaconis. — Statvtvm XVII. De diaconis, ut sint operatores operum bonorum.

Insit Andreas : Diaconi sint operatores bonorum operum noctu diuque, in omnibus locis.....

4153. De laicis. — Statvtvm XVIII. Statutum laicorum.

4154. De evcharistia. — Statvtvm XIX. Commemoratio quod eucharistia sit corpus Christi.

..... *Ioannes inquit* : Oblitine estis, o fratres! quod in illo die, quo obtulit Dominus noster panem et uinum, dixit : Hoc est corpus meum et hic est sanguis meus.

4155. De feminis. — XX.

Insit Cephas : Sunt qui dicant : Non decet feminas adtollere uocem suam dum stant in ecclesia, sed faciant eas

procumbere humi. *Iacobus inquit :* Quomodo potest iniungi feminis ministerium in Ecclesia excepto hoc solo, ut opem ferant infirmis..... *Dixit Petrus :* O Fratres! Nos non cogimus quemquam, sed praecipimus in nomine Domini. Obtestamur uos, ut audiatis et custodiatis praecepta : neque addatis ad illud, nec dematis ab eo quidquam. *In nomine Domini nostri Iesu Christi, cui sit laus et nunc et usque in secula seculorum!* Amen.

4156. De episcopis. De eucharistia. De olei oblatione. — Statvtvm XXI. De ordinatione episcoporum et ritu eucharistiae.

Constituatur episcopus sicuti antea diximus; qui eligatur ab omni populo coniunctim cum presbyteris et diaconis in die Sabbati. Et omnes episcopi conueniant inter se in congregatione, et imponant manus suas super eum. Et presbyteri stantes tranquille, omnesque silentes pariter orent in cordibus suis, ut descendat Spiritus sanctus super illum et oret unusquisque ex episcopis et unusquisque stans inponat manum super illum, qui constituitur episcopus; orantes super eum hoc modo :

Omnipotens Deus! Pater Domini nostri Iesu Christi Saluatoris nostri, pater misericordiarum, et Dominus omnis beneficii; qui habitat inter supremos et infimos, qui scit omnia antequam fiant. Tu dedisti ordinationem ecclesiae per uocem gratiae tuae, quam prius ordinauisti ante generationes iustorum, sc. a [tempore] *Abrahami Iudices et Sacerdotes constituisti illi : et Sanctuarium tuum nunquam reliquisti sine ministris. Ante creationem mundi* [prout] *uoluisti* [in loco] *quem elegeras, celebratus fuisti. Nunc autem effunde desuper uirtutem Spiritus principalis, quem dedisti dilecto Filio tuo Iesu Christo : quem largitus est sanctis Apostolis tuis, ut ecclesiam* [colerent] *aratro crucis tuae in omnibus locis, sanctitatis tuae praedicatione, sine cessatione in nomine tuo. Da, o gnare cordium, pater! ut seruus tuus quem elegisti ad episcopatum, pascat gregem tuum, et sacerdotio fungatur coram te absque reprehensione, ut ministrans noctu diuque suppliciter oret, uideatque faciem tuam, ut digne offerat oblationem tuam sanctae ecclesiae tuae, et in Spiritu sacerdotii sancto, habens facultatem remittendi peccata secundum mandatum tuum : et dandi ordines* [secundum] *institutionem tuam : atque soluendi omne uinculum iniquitatis secundum potestatem quam dedisti apostolis tuis : ut acceptus tibi sit in sinceritate et puro corde, offerendo tibi odorem suauem. Per Filium tuum Iesum Christum in quo tibi* [sit] *laus et potentia. Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto in sancta ecclesia nunc et semper et in secula seculorum. Amen.* Posteaquam constitutus est episcopus gratulantur ei omnes et singuli, ore osculantes eum, qui factus est episcopus : et cui contigerit istud munus, diaconus praebeat illi eucharistiam. Ad haec ponens manum super panem eucharisticum cum omnibus presbyteris gratias agit Domino, dicens, hoc modo : *Dominus uobiscum omnibus,* respondet populus : *Totus cum spiritu tuo sit.* Dicit episcopus : *Eleuate corda,* respondet omnis populus : *Sunt apud Dominum Deum nostrum;* dicit episcopus : *Gratias agamus Domino,* populus : *rectus et iustus est.* Deinde dicunt orationem eucharisticam episcopum praeeuntem sequendo : *Gratias agimus tibi Domine per dilectum Filium tuum Iesum Christum quem in ultimis diebus misisti nobis Saluatorem et redemtorem, nuncium consilii tui. Iste* [est] *uerbum quod ex te est, per quod omnia fecisti uoluntate tua. Et misisti eum de coelo in uterum uirginis. Caro factus est, et gestatus fuit in uentre eius : et filius tuus manifestatus fuit a Spiritu sancto, ut impleret uoluntatem tuam : et populus tibi efficeret, expandendo manus suas : passus est ut patientes liberaret, qui confidunt in te. Qui traditus est uoluntate sua ad passionem : ut mortem dissolueret; uincula Satanae rumperet; et conculcaret infernum, et sanctos educeret, et statuta conderet, et resurrectionem patefaceret. Accipiens ergo panem gratias egit et dixit : Accipite, comedite : Hoc est corpus meum, quod pro uobis frangitur. Et similiter calicem quoque et dixit : Hic est sanguis meus, qui pro uobis effunditur, cum facitis hoc, in commemorationem mei id facietis. Recordantes igitur mortis eius et resurrectionis eius offerrimus tibi hunc panem et calicem, gratias agentes tibi, quos nos reddidisti dignos, ut stemus coram te et sacerdotio tibi fungamur. Suppliciter oramus te, ut mittas Spiritum tuum sanctum super oblationes huius ecclesiae. Pariterque largiaris omnibus, qui sumunt de iis sanctitatem : ut repleantur Spiritu sancto et ad confirmationem fidei in ueritate, ut te celebrent et laudent in filio tuo Iesu Christo, in quo tibi* [sit] *laus et potentia in sancta ecclesia, et nunc et semper et in secula seculorum. Amen.*

De oblatione olei.

Qui oleum offert tempore eucharistiae, ut et panem et uinum, gratias agit eodem modo. Quamuis autem iisdem uerbis non fuerit usus, pro facultate sua propria etiam aliis uerbis gratias agat, dicens : *Sanctificans oleum hoc,* [gratiam] *tribue illis qui unguntur, et accipiunt* [panem et uinum]. *Sicut unxisti sacerdotes et prophetas. Similiter et illos, et unumquemque qui gustat* [illud] *conrobora, et sanctifica illos qui accipiunt illud.* Populus dicit : *Sicut erat, est, et erit in generationes generationum et in secula seculorum. Amen.* Episcopus [ait] : *Iterum supplicamus qui omnia continet, Domino omnipotenti, patri Domini et Saluatoris nostri Iesu Christi, ut concedat nobis in benedictione accipere hoc sanctum sacramentum, utque neminem ex nobis reum faciat,* [sed potius] *omnes dignos reddat, qui sumunt et accipiunt sanctum sacramentum corporis et sanguinis Christi* παντοκράτορος *Domini Dei nostri.* Diaconus dicit : *Orate. Domine omnipotens! Dum accipimus hoc sanctum mysterium robur nobis tribue, neque quemquam ex nobis reum age, sed omnibus benedic in Christo; in quo tibi cum illo, et cum Spiritu sancto* [sit] *laus et potentia* [nunc] *et semper et in secula seculorum. Amen.* Diaconus dicit : *Vos qui statis demittite capita uestra. — Domine aeterne, gnarus occultorum, declinauerunt tibi capita sua populus tuus, et tibi subiecerunt duritiem cordis et carnis. Respice de parata habitatione tua, et benedic illos et illas. Inclina illis aures tuas et exaudi preces eorum. Conrobora* [eos] *uirtute dexterae tuae, et protege* [eos] *a passione mala. Custos eorum esto, tam corporis quam animae. Auge et illis et nobis fidem et timorem. Per unicum Filium tuum, in quo tibi cum illo et cum Spiritu sancto* [sit] *laus et potentia in perpetuum, et in secula seculorum. Amen.* Diaconus ait : *Respiciamus* etc. Et episcopus : *Sanctuarium sanctis* (hiatus hoc loco in apographo Lvdolfi). Populus respondet : *Vnus Pater sanctus; Vnus Filius sanctus; Vnus est Spiritus sanctus.* Episcopus dicit : *Dominus uobiscum omnibus.* Po-

pulus respondet : Et cum spiritu tuo. Deinde attollunt hymnum laudis et intrat populus, remedium animae suae, quo peccatum remittitur, adcipiens [i. e. communione utitur].

Oratio postquam tradidit [eucharistiam]. *Domine παντοκράτωρ! Pater Domini et Saluatoris nostri Iesu Christi, gratias agimus tibi, quod concessisti nobis* [ut] *acciperemus de sancto mysterio; ne sit nobis in reatum neque in damnationem, sed ad renouationem animae, corporis et animi. Per unicum Filium tuum, in quo tibi cum illo, et cum Spiritu sancto sit laus et potentia in perpetuum, et nunc et semper et in secula seculorum. Amen.* Populus dicit : *Amen.* Presbyter dicit : *Dominus sit cum uobis omnibus.*

Inpositio manuum postquam adceperunt [sacramentum]. — *Domine aeterne, qui omnia regis! Pater Domini et Saluatoris nostri Iesu Christi, benedic seruis tuis et ancillis tuis. Protege et adiuua et sospita* [eos] *uirtute angelorum tuorum. Custodi et conrobora* [eos] *in timore tuo per Maiestatem tuam : Exorna* [eos] *ut quae tua sunt, cogitent et largire* [eis], *ut quae tua sunt, credant, et ut quae tua sunt, uelint : Concordiam sine peccato et ira gratificare illis. Per unicum Filium tuum in quo tibi cum illo et cum Spiritu sancto sit laus, et nunc etc.* Populus respondet *Amen.* Episcopus dicit : *Dominus uobiscum omnibus.* Populus : *et cum spiritu tuo.* Diaconus dicit : *Abite in pace.* Et post haec absoluta est eucharistia.

1157. De presbyteris. — Statvtvm XXII. De ordinatione presbyterorum. Cum uoluerit episcopus ordinare presbyterum, inponat manum suam super caput eius. Presbyteri uero uniuersi adtingant illum. Ille autem oret super illum, quemadmodum diximus. Oret autem dicens : *Deus mi, Pater Domini et Saluatoris nostri Iesu Christi! Respice hunc seruum tuum et largire illi Spiritum gratiae, et consilium sanctitatis, ut possit regere populum tuum in integritate cordis. Sicut respexisti populum electum* [Israelitas] *et mandasti Moysi, ut eligeret seniores quos repleuisti eodem Spiritu quo donaueras seruum tuum et famulum tuum Moysen. Nunc autem Domine mi! da isti seruo tuo gratiam quae nunquam deficit et seruans nobis gratiam spiritus tui et conpetentem portionem nostram; supplens in nobis cultum tuum in corde, ut celebremus te sincere. Per Filium tuum Iesum Christum, in quo tibi sit laus; et potentia Patri et Filio et Spiritui sancto in sancta ecclesia tua et nunc et semper et in secula seculorum. Amen.* Et respondet omnis populus : *Amen et Amen.* Et decet [uel oportet] eum etc.

1158. De diaconis. — Statvtvm XXIII. De ordinatione diaconorum. Si uoluerit episcopus ordinare Diaconum, eligat talem, qualem antea diximus, et inponat episcopus manum suam super eum solus. Quod autem diximus, episcopum solum inponere debere manum super eum, [id sit] in signum istius negotii. Non enim constituitur ad sacerdotium, sed tantum ad ministrandum episcopo, ut faciat iussa, quae illi praecepta sunt ab eo. Neque etiam constituitur, ut sit doctor omnium ordinatorum, sed ut intentus sit in id quod sibi incumbit, et de eo referat episcopo. Neque constituitur, ut adquirat Spiritum magnum illum, de quo participant presbyteri, sed sollicite curet, quae officii sui sunt, ut fidere illi possit episcopus; eumque conmonefaciat de iis quae requiruntur. Etenim episcopus solus inponit manum super eum, presbyteros enim . . . . (reliqua desiderantur).

ABTELISAT SEV CANONES LXXXI

[ex Lvdolfo loc. cit., p. 329 et sqq.]

1159. Canones litvrgici. — Sequuntur nunc canones octoginta et unus [capitula tamen ad rem liturgicam non spectantia omitto] quos Aethiopes uocant : *Abtelisat* seu *Canones sanctorum Apostolorum* (additis in margine numeris canonum nobis usitatorum, ut lectores eosdem esse agnoscant). Canon 1 [gr. et lat. 1]. Quod tres episcopi ad ordinationem unius episcopi praesentes esse debeant. — 2 [2]. De eodem negotio agit. — 3 [3]. De eo, quod offerendum est ad altare. — 4 [4]. Quod christiani primitias ad altare adferre debeant. — 7 [7]. De castigatione clericorum, qui festum Paschatis cum Iudaeis celebrant. — 8 [8]. Et qui post eucharistiam dictam S. Coena non utuntur. — 9 [9]. De secularibus, qui non expectant usque ad finem eucharistiae, sed ante finitam eam ecclesia exeunt. — 10 [10]. De castigatione illius, qui S. Coena cum seculari excommunicato utitur. — 12 [12-13]. De migratione sacerdotum. — 13 [14]. De episcopo qui dioecesin suam relinquerit. — 14 [15]. Prohibet clericis mutare ecclesias suas sine legitima causa. — 15 [16]. De castigatione episcopi qui excommunicatum suscepit. — 26 [27]. Quod clerici neminem propter peccata uerberibus afficere possint. — 35 [36]. De castigatione episcopi qui non satisfacit officio suo. — 36 [37]. Vt episcopi singulis annis bis conueniant ad conponenda negotia ecclesiarum suarum. — 37 [33]. Quod administratio bonorum ecclesiae ad episcopum spectet. — 43 [45]. De iis qui S. Synaxi cum haereticis utuntur. — 44 [46]. Vel qui haereticorum baptismum recipiunt. — 47 [52]. (De paenitentia clericorum) qui non recipiunt peccatores qui paenitentiam agunt. — 48 [53]. Et qui diebus festis carnem non edunt. — 49 [54]. Et qui edunt et bibunt in cauponis. — 53 [58]. De episcopo qui non erudit populum suum. — 58 [63]. De clericis qui cibo interdicto uescuntur. — 59 [64]. De eo qui die sabbati et die dominica ieiunat. — 60 [65]. De eo qui intrat synagogam Iudaeorum. — 63 [68]. De iis qui ad secunda uota transierunt priusquam ordinarentur. — 64 [69]. De paenitentia eius, qui non obseruat quadragesimam, et alios ieiuniorum dies. — 65 [70]. De eo qui a Iudaeis senia adcipit. — 66 [71]. De eo qui donaria uouet pro templis Ethnicorum. — 67 [72]. De eo qui aliquid ex ecclesia furatur. — 68 [73]. De eo qui rebus ecclesiae ad usum profanum abutitur. — 74 [79]. Quod non possit ordinari mente captus. — 79 [84]. De eo qui Regi suo maledicit. — 80-81 [85]. De libris Vet. et Nou. Testamenti qui nobis praescripti sunt.

CAPITA CANONVM ABVLIDIS SIVE HIPPOLYTI

[quibus Aethiopes Christiani utuntur]

4160. — [Haec capita primus gallice uulgauit IO. MICHAEL WANSLEBIVS in libro *De Ecclesia Alexandrina*, Parisiis, 1677. Latine IOBVS LVDOLFVS in *Commentario ad historiam aethiopicam*, Francof., 1691; nouissime GVIL. WHISTONVS in uolumine III operis quod *Primitiuum Christianismum renatum* inscripsit et anglice edidit Lond., 1711, p. 543; tandem HANEBERG, *Canones S. Hipp. Arabice*, Monachii, 1870; H. ACHELIS, *Die aeltesten Quellen des Orientalischen Kirchenrecht*, I Buch (1891), et L. DVCHESNE in *Origines du culte chrétien*, 2e édit., 1898, ad calcem. Denique u. cl. W. RIEDEL denuo edidit nouaque translatione germanica illustrauit in *Die Kirchenrechtsquellen des Patriarchats Alexandrien*, Leipsig, 1900].

WANSLEBIVS.	HANEBERG.
c. 3 — des oraisons qu'on dit sur ceux qu'on ordonne évêques, et de l'ordre de la messe.	c. 3 — oratio super eum, qui in episcopum consecratur, et ordo missae.
c. 6 — de ceux qui sont persécutés pour la foi.	c. 6 — de iis, qui propter fidem poenis afficiuntur.
c. 7 — du choix de l'anagnoste et du sous-diacre.	c. 7 — de iis, qui eliguntur in anagnostas et subdiaconos.
c. 8 — du don de la santé.	c. 8 — de charismatibus sanationis.
c. 9 — du prêtre qui demeure dans un lieu indécent pour son caractère.	c. 9 — non decere [sacerdotes] habitare in locis alienis. De honorandis uiduis.
c. 10 — de ceux qui se convertissent à la religion chrétienne.	c. 10 — de iis, qui christiani fieri desiderant.
c. 11 — de celui qui fait des idoles.	c. 11 — de iis, qui imagines deorum siue pictoria arte siue sculptura conficiunt.
c. 12 — contient un dénombrement des professions, dont on ne doit pas recevoir à la religion chrétienne ceux qui les exercent, qu'auparavant ils n'ayent fait pénitence.	c. 12 — de reprobatione quorundam operum, propter quae quis a communione arcendus est donec poenitentiam agat.
c. 13 — du rang que les souverains doivent tenir dans l'église.	c. 13 —
c. 17 —	c. 17 — de feminis liberis; quid fiant de grauidis; de separatione uirorum a feminis; uirgines facies et capita uelare debere.
c. 18 — de la sage-femme; et que les femmes doivent être séparées des hommes, quand on prie Dieu.	c. 18 —
c. 19 — du catéchumène qui souffre le martyre avant que d'être baptisé.	c. 19 — de catechumenis et de ordine baptismi et missae.
c. 20 — du jeûne du mercredy, du vendredy et du carême.	c. 20 — de ieiunio feriae quartae et sextae et quadragesimae.
c. 21 — que les prêtres et le peuple sont obligés de s'assembler tous les jours à l'église.	c. 21 — de cottidiano coetu sacerdotum et populi in ecclesia.
c. 22 — de la semaine de la pâque des juifs et de celui qui ne sait pas la pâque.	c. 22 — de hebdomade paschali secundum Iudaeos, de uitanda laetitia, de cibis illa hebdomade licitis, de iis denique, qui in itinere ignorant tempus paschale.
c. 23 — qu'on est obligé de rechercher la doctrine.	c. 23 — de doctrina, illam esse ampliorem mari et acquisitionem eius multo studio fieri.
c. 24 —	c. 24 — de uisitandis ab episcopo infirmis. Aegrotos qui habent domum, in eandem redire debere. ubi preces in ecclesia dixerint.
c. 25 — de celui qui est chargé d'avoir soin des malades et du temps auquel on doit faire l'oraison.	c. 25 — de procuratore infirmorum episcopali et de temporibus orationis.
c. 26 — du temps auquel on doit entendre l'exhortation.	c. 26 — de audiendo uerbo in ecclesia et de oratione in ipsa.
c. 27 — de celui qui va tous les jours à l'église.	c. 27 — praecipitur, ut is, qui non cottidie ecclesiam adit, tamen lectioni bibliorum uacet, adiungitur excitatio ad preces effundendas media nocte et tempore gallicinii, simul ad lauandas manus tempore omnium orationum.
c. 28 — que les fidèles ne doivent rien manger avant la sainte communion.	c. 28 — nemini fidelium licere, ut quicquam gustet, antequam sacra mysteria sumserit, inprimis tempore ieiunii sancti.

c. 29 — qu'on doit prendre garde que rien du calice tombe en terre.	c. 29 — eucharisticas oblationes supra altari sublatas bene custodiendas esse, ne quicquam in calicem sanctum incidat, neue communicantibus sacerdotibus uel fidelibus quicquam decidat, ne spiritus malignus iis potiatur. Intra uelum nil pronuntiari debere, nisi orationes. Finita communione laicorum psalmos esse recitandos loco tintinnabulorum. De signo crucis. De proiiciendo puluere altaris in sacrarium.
c. 31 — que le diacre peut communier le peuple avec la permission de l'évêque ou du prêtre.	c. 31 — de episcopo uel sacerdote, qui diacono praecipiunt, ut communionem distribuat.
c. 32 — que les veuves et les vierges sont obligées de prier avec assiduité.	c. 32 — uirgines et uiduas ieiunio et orationi in ecclesia uacare debere, clericos suo arbitrio ieiunare posse, episcopum ieiunio non debere sese obstringere, nisi cum clero propter agapen uel uigiliam, quae fiunt ad commodum pauperum.
c. 33 — qu'on doit faire la commémoration des fidèles défunts tous les jours, hormis le dimanche.	c. 33 — de commemoratione pro defunctis; interdicitur ne fiant die dominica.
c. 34 — de la modestie des séculiers dans l'église.	c. 34 — de multiloquio et clamore uitando. De sanctis in habitacula fidelium intrantibus.
c. 35 — que les diacres peuvent dire le *benedicite* et les grâces, lorsqu'ils vont à quelque agape; et que l'évêque n'y est pas.	c. 35 — de diacono praesente in agape, loco presbyteri absentis, eumque posse illius munere fungi in oratione et fractione panis benedictionis neque tamen in corpore. De uiduis.
c. 36 — des prémices de la terre et des vœux.	c. 36 — de primitiis fructuum terrae et de primitiis arearum et torcularium, olei, mellis, lactis et lanae et similium, quae ad episcopum deferenda sunt, qui benedictionem illis impendat.
c. 37 — que toutes les fois que l'évêque dit la messe, les prêtres qui y assistent doivent être revêtus d'aubes.	c. 37 — episcopum quotiescunque sanctis mysteriis frui uult, diaconos et presbyteros congregare debere indutos uestimenta alba, pulchriora populi. — Idem de anagnostis ualet.
c. 38 — qu'aucun ne doit dormir la nuit de la résurrection de notre Seigneur.	c. 38 — de nocte, qua surrexit dominus noster Iesus Christus, quod omnes illam noctem uigilia peragere, deinde aqua lauari debeant. De iis, qui post baptismum peccata committunt; commentatio de hac re, sequitur commentatio de iis, quae fieri debeant, denique de iis, quae obseruanda sint.

Lectt. uarr. ex eodem scripto apud DE MAGISTRIS, *Acta martyrum ad Ostia Tiberina* (1795) in append., p. 478. — Can. 10, de his, qui Nazareni fieri uolunt. — Can. 22, de hebdomada paschatis Iudaeorum, quo gaudio tolletur, et de eo qui in ipso manducatur; et de eo qui peregre constitutus nescit textum (Kalendarium). — Can. 29 ..... et ne quicquam decidat a sacerdotibus, neque ex pueris ubi communionem perceperint. — Can. 35 ..... deque dimissione uiduarum.

CANONES XXXVIII SEV ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΑ

[ex LVDOLFO *loc. cit.*, 334 et seq.]

Il importe, à l'heure où la dispute va pousser les esprits aux extrémités, de rechercher le sens que les principaux personnages qui y prirent part attachaient à cette question de la pâque. Les documents que nous possédons, le témoignage d'Irénée, un contemporain, le jugement d'Eusèbe, un des hommes les mieux placés pour approfondir la question à l'aide de documents aujourd'hui disparus, nous font voir qu'au temps du pape Victor la fête pascale fut considérée surtout comme la cessation d'un jeûne. Les uns cessaient le jeûne le 14, les autres le dimanche suivant. Tout le monde s'entendait sur un point : jeûner avant la fête, ne plus jeûner après (ce qui était précisément le contraire de l'observance juive dans laquelle le jeûne commence le 14 au soir, à partir de ce moment on se contentait d'herbes amères et de pain azyme). Tout semblait donc se réduire à une question de discipline, mais, en réalité, et les esprits clairvoyants le virent, la question était devenue doctrinale. L'auteur du catalogue d'hérésies annexé au traité *des Prescriptions* de Tertullien le dit clairement .Sur ces entrefaites, le pape Victor résolut d'en finir avec un état de choses regrettable, qui montrait chaque année les chrétiens aux prises et divisés sur la célébration de leur fête principale. Un Asiate fixé à Rome, nommé Blastus, quartodéciman, se mit à la tête d'un groupe qui prétendait pratiquer le rite mosaïque de la manducation de l'agneau. On a vu la distinction qui existait entre ce système et celui des quartodécimans, mais Victor ne put manquer de comprendre, en bonne logique, qu'en frappant l'observance quartodécimane, le rite mosaïque disparaissait du même coup. Le raisonnement était sage, toute l'Église s'y rallia, seulement les procédés d'exécution furent maladroits et blessants. S'il faut en blâmer Victor, il faut aussi lui rendre hommage d'avoir reçu la sévère mercuriale d'Irénée, car en tous temps les hommes qui détiennent une part de puissance ont peine à supporter l'austère jugement que les inférieurs portent sur leur conduite. Victor exposa ses vues aux évêques d'Asie et pria Polycarpe d'Éphèse de les réunir pour en conférer. Des synodes se tinrent en un très grand nombre de lieux pour la même fin; leurs lettres synodales furent adressées à Rome où elles composèrent un recueil dont Eusèbe consultait une copie dans la bibliothèque de Pamphile. Ce recueil contenait la lettre de Victor, celle de Polycrate pour l'Asie, celle de Palestine portant entre autres signatures celles de Théophile de Césarée et de Narcisse de Jérusalem, celle des évêques du Pont présidés par leur doyen d'âge Palmas, évêque d'Amastris, celle des églises de Gaule dirigées par Irénée, celle de l'Osrhoène, celle de l'évêque de Corinthe Bacchylos et plusieurs autres.

La lettre de Polycrate défendait l'usage asiate et s'élevait par endroits, en sa faveur, jusqu'à la haute éloquence; malheureusement il fut seul de son avis; tous les documents épiscopaux tenaient le système de Rome. En conséquence, Victor mit en demeure les Asiatiques de se conformer à l'usage commun ou de renoncer à la communion ecclésiastique. Avec une précipitation regrettable il en était déjà aux mesures de rigueur auxquelles l'intervention d'Irénée et de quelques autres firent peut-être surseoir. On ignore la suite de cette affaire. Ce qui est certain, c'est que les Églises d'Asie cédèrent, et adoptèrent la Pâque du dimanche. L'accord dut se faire au cours du IIIe siècle et bien avant le concile de Nicée qui n'eut pas à s'en occuper. Désormais le titre de quartodéciman s'appliqua aux membres d'une secte peu nombreuse qui prolongea son existence jusqu'au Ve siècle.

Le Père Boucher, Ideler et quelques autres ont pensé que pendant les deux premiers siècles l'Église chrétienne avait fait usage d'un cycle juif de quatre-vingt-quatre ans. Mais les seules autorités d'après lesquelles est fondé cet enseignement, c'est-à-dire les textes d'Épiphane et de Cyrille, sont trop ébranlées pour servir dans une démonstration scientifique; de plus, il ne parait pas que les Juifs contemporains de Jésus-Christ aient usé d'un cycle pour régler le cours et la mesure des mois lunaires, enfin, juqu'à une découverte qui reste à faire, le cycle romain de 84 ans ne peut être antidaté sur l'année 298. Il en résulte que ce cycle juif est deux fois conjectural, dans son existence et dans sa disposition. Quoi qu'il en soit, et le terrain ainsi préparé, il reste acquis qu'à l'origine l'Église chrétienne n'avait pas de comput lunaire qui lui fût propre, elle se réglait sur la lune pascale que fixaient les Juifs. Mais il vint un temps où les chrétiens eurent dans leurs rangs des computistes qui signalèrent les erreurs de calcul des computistes juifs et corrigèrent leurs travaux. Afin de mettre un terme à ce nouveau sujet de froissement entre les fidèles et leurs frères de la circoncision, le monopole du comput fut octroyé à ces derniers et il fut interdit aux fidèles d'empiéter sur le terrain réservé, dût-on, de ce chef, supporter quelques inexactitudes. C'est ce qui explique le manque de comput lunaire parmi les monuments de la littérature chrétienne pendant les deux premiers siècles; par une conséquence naturelle, les inscriptions de cette période ne mentionnent que rarement le temps où elles furent écrites. Cependant l'éloignement entre l'Église et la synagogue se faisant de jour en jour plus irrémédiable, l'âpreté de la discussion rendant les ménagements illusoires, on revint sur la décision prise; on trouva utile et convenable de fixer dé-

sormais la Pâque chrétienne d'après des calculs chrétiens, et on se mit à l'œuvre pour composer des cycles qui aidassent à indiquer la date pascale.

Voici quelle était la question à résoudre : L'année lunaire étant plus courte de 11 jours un quart que l'année solaire, il est nécessaire, pour que son commencement ne se déplace pas indéfiniment dans le calendrier, de lui ajouter de temps en temps un mois complémentaire. Cette addition a lieu et l'année est *embolique*, tantôt après trois ans, tantôt après deux ans seulement. De ces intercalations, faites à intervalles différents et commençant à des jours différents du calendrier, il résulte des changements analogues pour le 1er et le 14e de nizan. Ceci donné, il s'agit de trouver la période de ces changements, soit un nombre d'années solaires tel, que, ce nombre écoulé, les *termini paschales*, c'est-à-dire les 14 de nizan, reviennent dans le même ordre et aux mêmes jours du calendrier. Plusieurs périodes ou cycles ont semblé résoudre le problème, ainsi le cycle de 8 ans, celui de 19 ans et celui de 84 ans, combinaison des deux premiers ($84 = 19 \times 4 + 8$). Le premier qui s'essaya à la composition d'un cycle pascal ou lunaire, paraît avoir été saint Hippolyte. Il composa une table pascale et un commentaire de cette table. Le commentaire est perdu, mais la table subsiste gravée sur le siège de marbre de la statue de ce personnage découverte en 1551. M. de Rossi a longuement étudié ce cycle, il l'a fait avec sa compétence ordinaire; il n'y a pas lieu de refaire ce qui a été fait et bien fait, il suffira de citer.

« At librum, quo sui cycli *pinacem* Hippolytus declarauit, totum amisimus : qua iactura factum est, ut uix pedetentim in Hippolytei canonis intelligentia eruditi profecerint. Quin ipse quoque BLANCHINIVS (1), qui *prolepticas* temporum rationes illo cyclo comprehensas descriptasque unus agnouit et egregie explicauit, alia tamen ingeniose magis quam uere, ut abnormes eius cycli errores excusaret, exposuit (2). Sed Hippolytei canonis artificium omnes, opinor, statim intellexissent, si librum quemdam *de paschali computo* Cypriano adscriptum uel leuiter adtendissent. Confectus enim est anno 243, uix uiginti circiter post editum Hippolyti canonem annis; et tabulam continet illi ipsi canoni paene geminam, quae toto eo libello luculenter explicatur ac declaratur (3). Quare nequeo satis mirari tam insigne monumentum, quod libri ab Hippolyti conscripti iacturam magna certe ex parte compensat, ab Hippolytei cycli interpretibus altissimo premi silentio uel potius plane ignorari. Primus igitur omnium Hippolytus Graecorum octaeterides geminauit (4) et sedecennia instituit, ac septem sedecenniis cyclum conclusit centum et duodecim annorum, quibus elapsis illum quasi quodam peracto orbe ad caput exactissime redire et eosdem lunares menses, eandem hebdomadarum seriem referre existimauit. Iudaei uero, quorum rationiciis ad illud usque tempus Christianos obsequutos esse iam demonstraui, Graecorum octaeterides hac aetate plane non obseruabant, sed *epactarum* ope lunarem cursum recognoscebant, id quippe illis culpae uertit Cyprianus, siue quis alius est, de quo dixi, tamquam hoc pacto a uetere et legitima computatione desciuissent (5). Graecorum itaque octaeteride adhibita Hippolytus ueram paschatis diem in perpetuum definisse et ecclesiam a Iudaicae computationis erroribus liberasse uisus est : quare iam commode intelligimus, quaenam ueteres Christianos causa impulerit, ut tam praeclarum inuentum marmori incidendum et posteritati commendandum curarint et eius auctori statum rarissimo sane exemplo erexerint ac dedicarint. Nulla ergo ratio est, cur a factiosis hominibus et secta aliqua tam singularem honorem Hippolyto delatum esse cum Doellingero uiro doctissimo suspicemur (6). Non sum nescius Hippolyti statuam Constantiniana aetate recentiorem in Germania a multis iudicari (7); sed hanc quaestionem suo loco, ubi Hippolyti cyclum edam, discepto : nunc cyclorum historiam prosequamur.

« Tanta Hippolytei canonis laus et admiratio diu perdurare non potuit : inmanis enim illi cyclo error inerat, quo post singula sedecennia solido triduo a ueris lunae notibus aberrabat. Itaque non multa siue scientia siue arte, sed tantum oculis opus fuit, ut uix sexdecim elapsis annis omnes intelligerent Hippolyti inuentum magno aliquo uitio laborare et aliam necessario computationem requirendum. Sane huius cycli errorem ab antiquis agnitum esse uetus auctor Syrus nuper detectus et editus diserte testatur, qui Hippolytea ratiocinia, postquam ea docti uiri examinauerant, falsi conuicta esse affirmat et hoc nomine reiecta, eo quod sexdecim solares anni totidem lunaribus pares haud essent, sed tridui defectu laborarent (8). Attamen quo primum tempore Hippolyti errorem ueteres Christiani compererint et quam illi emendando rationem iniuerint, memoriae proditum uel a recentioribus quaesitum nuspiam repperi. Hanc in ea, quam nunc explico, historia magnam sane lacunam, si fieri potest expleamus.

(1) *S. Hippolyti opp.*, ed. FABRICII, t. I, p. 118 et seqq.
(2) IDELER. *Handbuch der Chronol.*, II, 223.
(3) *S. Cypriani opp.*, ed. MIGNE, p. 938-971.
(4) BOECKH. *Zweiter Beitrag zur Geschichte der Mondcyclen der Hellenen* (*aus dem II Supplem. Bd. der Iahrbüch. für cl. Phil.*), Leipzig, 1857, p. 128 et seqq.
(5) *L. c.*, pag. 949.
(6) DÖLLINGER. *Hippolytus und Callistus*, p. 25 et seqq. et 291.
(7) GIESELER in *Theologische Studien und Kritiken*, 1853, fasc. 4, pag. 783; et KIRCHHOFF in *Corp. inscr. Graec.*, t. IV, p. 287, 288.
(8) P. LAGARDII. *Analecta Syriaca*, Lipsiae, 1858, p. 90, 92.

« Hippolytei cycli errorem, postquam uix primum elapsum sedecennium erat, animaduersum a Christianis esse et eius emendationem quaesitam, Cypriano adscriptus liber demonstrat, qui editus est Gordiani anno quinto, Arriano et Papo consulibus, id est anno a Christo 243 alterius Hippolytei sedecennii sexto. Namque eius libri auctorem haec una causa permouit, ut de paschate recte definiendo *anxius esset* et *in rem tam laboriosam se committeret*, quod *aliqui* ex Christianis, *qui computantes uoluerant dies Paschae demonstrare in errorem impegerant* (1). Hos porro, quorum ille instituit errorem emendare, sedecennales cyclos et paschalem CXII annorum canonem edidisse toto libello diserte declaratur; quare de Hippolytei canonis emendatione in eo libello agi manifesta res est. Sane lunaria Hippolyti ratiocinia post singula sedecennia tridui defectu laborasse dixi (2), et noua tabula ab supra scripti libelli auctore alterius Hippolytei sedecennii anno sexto proposita, quam totam confusam unus Remensis nobis codex seruauit, sed ego facili negotio restitui, ipsum Hippolytei canonis artificium refert, lunam uero, quae Hippolyto prima est, quartam numerat et sic reliquas omnes. Hanc tabulam a me restitutam in commentario ad Hippolyti canonem euulgabo. Hippolytei igitur cycli auctoritas paucis uix annis durauit, et uigesimo ab eius origine anno exstitit, qui eius uitium emendare institueret et noua ratiocinia proferre. Sed iam ante hanc emendationem Christiani cyclum, de quo tantam expectationem conceperant, falsum agnouerant, et tanquam re desperata ad Iudaeorum paschata coeperant redire. Qui enim anno 243 eum cyclum emendauit, *multo tempore* fuerat ea de re *anxius et aestuans* (3) et Christianis persuadere adgressus est *eos non posse a uia ueritatis errare et tanquam ignorantes, quae sit dies paschae, post Iudaeos caecos et hebetes ambulare* (4). Quis hic fuerit, quomodo susceptam emendationem perfecerit, utrum eam Romana ecclesia probauerit, operae pretium est breuissime inquirere.

« Caecilium Cyprianum libri auctorem Remensis codex tradit : qua de re non una dubitandi ratio est (5). Sed quicunque huius cycli auctor fuit, is astronomicae scientiae ualde inops Hippolytei erroris causam in sacri. litteris se repperisse gloriatus est, speciosam illam quidem, sed quae, cum e uera temporum doctrina petita minime esset, prorsus inanem peperit emendationem. Namque ille cum uideret ueram lunae aetatem, qualis ea oculis cernebatur, anno 243 solidi et amplius tridui interuallo ab Hippolyteis ratiociniis distare, hanc huius interualli causam existimauit, quod lunaris cursus computatio a primo orbis conditi die esset deducta, quae a quarto die, quo creata luna est, repeti debuerat. Itaque semel tribus intercalatis diebus sedecennales cyclos in perpetuum sese emendasse sibi persuasit. Qua intercalatione concordia inter sedecennales cyclos et lunae aetatem anno 243 uideri potuit utcunque restituta; sed perpetuum et cursu temporis in inmensum crescens illi cyclo uitium inerat : quare paucis elapsis annis ipso caeli adspectu manifestum omnibus esse debuit nihil illa emendatione esse profectum et sedecennalia ratiocinia cum ueris lunae orbibus minime congruere. Vtrum uero Romana ecclesia inanem haec emendationem probauerit, et si probauit, utrum eius falsitatem mature agnouerit, et quaenam in eius locum ratiocinia substituerit, obscurissimum est. His namque de rebus ueteres, qui ad nos peruenerunt, scriptores uerbum nullum : monumenta ad primum atque alterum Hippolytei cycli sedecennium spectantia et lunaris diei nota consignata necdum ulla in lucem rediere. Inscriptio quidem 639 ad annum 249 Hippolytei cycli ratiociniis referri fortasse posset, ea tamen pluribus indiciis uidetur quarto potius quam tertio seculo tribuenda (6); quare eius testimonio ad hanc quaestionem soluendam minime utemur. Quod si ad annum 249 illa uere referenda inscriptio esset, tum Hippolyti cyclum duobus fere sedecenniis Romae uiguisse, nec Cyprianicam, siue quocumque alio nomine appellanda illa est, emendationem esse receptam compertum haberemus. Sed huius sententiae nulla probabilitas est. Romanam enim ecclesiam paschata indixisse tam manifeste uitiosa, qualia illa sunt, quae Hippolyti cyclus praecipiebat iis annis, de quibus nunc dico, aegre, opinor, credes : eoque minus id credes, quo clarius nunc patet Hippolytei canonis uitium iam ante annum 243 animaduersum uulgo esse, et de eius canonis usus desperatum, donec anno 243 siue Romae siue Carthagine exstitit, qui illum emendaret et nouas paschales tabulas proferret.

« Sed quicunque sedecennalium cyclorum altero Hippolytei canonis sedecennio usus Romae fuit, tertio certe sedecennio (ab anno 254 ad 269) et Hippolyteus et Cyprianicus cyclus inmanis erroris manifesto conuicti pari sententia condemnati sunt et in perpetuum reiecti. In postremum huius spatii annum cadit celeberrimum Seuerae epitaphium a Lvpio declaratum anni 269, nonarum Nouembrium, diei Veneris et lunae XXIIII notis insigne (7); quae notae cum ab Hippolyteis tum a Cyprianicis lunaribus ratiociniis ualde distant. Eas Lvpivs et,

(1) *S. Cypriani opp.*, l. c., p. 945.
(2) In sua, de qua superius dixi, praeclara dissertatione : *La question de la Pâque au concile de Nicée*, scribit u. cl. L. Dvchesne (*l. c.*, pag. 18, not. 1) : « Mon savant collègue, M. l'abbé Pavlin Martin, me signale un texte syriaque du XII[e] siècle, relatif au canon d'Hippolyte. Il y est dit que ce canon fut rejeté, d'abord à cause de son inexactitude (de trois jours en 16 ans, soit d'un mois en 160 ans), ensuite *quia iuxta illum, dies paschalis, tempore quo confectus est, accidisse debebat ante aequinoctium uernum* » [H. L.].
(3) *S Cypriani opp.*, l. c., p. 939.
(4) L. c., p. 943.
(5) Tillemont. *Mém. hist. ecclés. — S. Cyprien*, art. LXV, t. IV, pag. 193.
(6) De Rossi. *Inscriptiones christ. Vrbis Romae*, tom. I, uid. comm. ad inscr. cit.
(7) L. c., inscr. 11.

qui eum ducem sequuntur, Romanae LXXXIV annorum *supputationi* et Iudaico cyclo exactissime respondere affirmarunt : quae si uera forent, Romanam illam *supputationem* non aliam atque Iudaicam fuisse et Christianos sedecennalium cyclorum causa desperata ad Iudaeorum ratiocinia cogente necessitate esse reuersos certo constaret. Ast Lvpii sententia falso innititur fundamento : ille quippe lapsus computando est et lunam XXIIII adscriptam nonis Nouembribus epactam gignere posuit decimam, cum gignat undecimam (1). Nihil igitur siue Iudaicae siue Romanae LXXXIV annorum *supputationi* cum notis Seuerae epitaphio adpictis commune est. Quod si ab his cyclis Seuerae epitaphium discors est, caelesti lunae cursui optime respondet : epactam scilicet undecimam anno assignat 269, quo ineunte uera lunae aetas (Angeli Secchii u. c. ratiociniis utor) Romae tulit dies decem, horas duas, 24 minuta. Vtrum alicuius et cuiusnam ope cycli lunares menses Romae anno 269 Christiani tam bene supputarint, equidem nescio.

« Dionysivs certe Alexandrinvs his annis heortasticas epistolas scripsit, quarum meminit Evsebivs, et ad pascha definiendum usus octaeteride est (2) : quomodo uero suum cyclum construxerit, et utrum sepositis sedecennalibus tabulis Dionysianas has octaeteridas Romani quoque amplexi sint, ignoramus. Anno 277, Anatolivs Laodicenvs cyclum edidit celeberrimum et omnium optimum decem et nouem annorum, quem seculo certe quarto Romana nunquam ecclesia adhibuit : id quod indicio est exeunte tertio seculo illum receptum Romae non esse, neque egregii inuenti utilitatem experientia et usu probatam. Postquam igitur sedecennales cycli a primis eorum auctoribus propositi et emendati manifestae sunt falsitatis conuicti, quasnam lunaris cursus tabulas toto reliquo seculo tertio Romana adsciuerit ecclesia nos omnino latet : quo magis est uotis omnibus expetendum, ut una saltem atque altera huius aetatis inscriptio lunarium dierum notis insignis et tituli a Lvpio editi similis e suburbanis prodeat coemeteriis.

« De prima cycli LXXXIV annorvm periodo ab anno 298 ad annvm 381. — Lunaris LXXXIV annorum cyclus *Romanae supputationis* agnomine uulgo appellatus, quem Romana ecclesia ad inueniendum pascha longo tempore adhibuit, multo nunc rectius intelligitur, quam ab ipso intelligi Norisio potuerit, qui illum ex ingenio restituit et luculento commentario declarauit (3). Nam quae ad ueriorem plenioremque huius cycli intelligentiam spectant, postquam Mvratorivs ex Ambrosiana bibliotheca Anonymi *librum* extulit *de computo* (4), Van der Hagen sagaciter inuenit et egregie explicauit, eo praesertim uolumine, quod absque nomine edidit Amstelodami anno 1723 hoc titulo : *Obseruationes in Prosperi Aquitani chronicon integrum eiusque LXXXIV annorum cyclum et in Anonymi cyclum LXXXIV annorum a Muratorio editum necnon in Anonymi laterculum paschalem centum annorum a Bucherio editum* (5). Insignis huius operis doctrina, qua Idelervs atque omnis erudita Germania ualde profecit, extra Germaniam pluribus iisque doctissimis uiris ignota etiamnunc est; e qua uix pauca, quae ad rem meam faciunt, delibabo, alia de meo penu depromam.

« Vetus igitur huius cycli diagramma in septem duodecennia distributum ex Ambrosiano primum codice innotuit; alterum nunc eius ipsius cycli exemplum e codice habemus Vat. Reg. 2077. Ambrosiani codicis tabulam accurate emendatam et restitutam proposuerunt Van der Hagen (6) et Idelervs (7). Ea est ab Iudaico LXXXIV annorum cyclo, quem Epiphanivs obscure descripsit (8), plane diuersa (9) : eiusque caput annum obtinet 298. Vtrum uero eo ipso anno inuentus hic cyclus sit et coeptus adhiberi, operae pretium est breuiter inquirere.

« Hanc quaestionem facile dissoluet, qui reputabit primum cycli annum a kalendis Ianuariis incipere, in quas et luna prima et Saturni dies concurrit. Id certe non casu aliquo, sed consilio factum intelligis : nam Saturni diem et in Iudaica et in *planetaria* hebdomada primam fuisse [notum est] (10) ; quare cycli auctor eius caput affixit diei, quae cum in solari mense, tum in lunari et in hebdomada prima computaretur. Sane in Fvrii Dionysii Philocali calendario praeter octo litterales nundinales et septem illas, quas ad *planetariam* hebdomadam pertinere huius capitis [alibi] (11) demonstraui, decem quoque litterarum seriem ab A ad K perpetuo adscriptam deprehendes, qua lunares menses designari facile uidi; eamque rem hoc loco declarare constitueram, sed praeclarum argumentum alii nuper occuparunt (12). Hoc igitur iam constat litteram A kalendis Ianuariis in Constanti-

(1) L. c., comm. ad inscr. cit.
(2) Evseb. *Hist. eccl.*, VII, xx.
(3) *De paschali Latinorum cyclo annorum LXXXIV*, opp. t. II, pp. 668-736.
(4) Mvratori. *Anecd. ex Ambros. codicibus*, III. 204-207.
(5) Cf. eivsdem (item absque nomine auctoris) *Obseruationes in ueterum patrum et pontificum prologos et epistolas paschales* (Amstelod. 1734), item *Dissertationes de cyclis paschalibus* (Amstelod., 1736).
(6) *Obseruat. in Prosp. chron.*, p. 270 et seqq.
(7) *Handbuch der Chronol.*, II, 249 et seqq.
(8) *Haeres.*, LI, 26.
(9) Van der Hagen. *l. c.*, p. 368 et seqq.
(10) De Rossi. *Inscript. christ. Vrb. Romae*, t. I, pag. lxxvi.
(11) Id. *l. c.*, § III partis prioris.
(12) Greswell. *Fast. temp. cath. and orig. Kalend.* (Oxford, 1854), t. IV, p. 383. — Mommsen. *Röm. Chron.*, 2 edit., p. 309 et seqq.

niani aeui calendario ter praefixam primam nundinarum, hebdomadae et lunaris mensis diem significare. Luna autem prima *Romanae supputationis* lege, quae seculo certe quarto uiguit, cum die solis siue *dominica* kal. Ianuariis omnino nunquam concurrit; cum die uero Saturni coniuncta ipsum cycli, de quo disputo, exordium refert. Hic igitur cyclus ita constructus studiose est, ut eius caput *neomeniam* exhibeat Ianuarii ipsis kalendis et die Saturni, eumque concursum significant litterae A kalendis Ianuariis in Philocaliano codice adscriptae. Atqui hunc concursum ante annum 298 medii lunae motus haud effecere (1); ita ut minime dubitem cyclum LXXXIV annorum quem *Romanae supputationis* agnomine designamus, ante eum annum neque construi a quoquam potuisse, neque publico usu celebrari. Attamen ne ipso quidem anno 298 kalendis Ianuariis die Saturni luna uere prima Romae fuit, imo potius secunda (2): quanquam non tam interlunium, id est solis et lunae coniunctio, quam luna φάσις, id est prima e sole emersio, quae uno saltem die tardius plerumque conspicitur, potuit a cycli auctore considerari. Caeterum quoniam ille cyclus Constantiniana circiter aetate, quae uetustiora eius documenta Philocalianus nobis codex exhibet, cum modiis lunae motibus concordat (3), eo ipso tempore inuentum illum et editum existimo, eiusque exordium ab anno 298 *proleptice* repetitum, recursum uero anno 382 praestitutum ob diem Saturni cum luna prima kal. Ianuariis coniunctum, quem ea supputatio illis annis dabat, anno quidem 382 melius quam anno 298 mediis lunae motibus concors futura (4).

« His de supra scripti cycli origine disputatis, si Romanae inscriptiones aliquo saltem numero suppeterunt, quae lunares dies ab anno 298 ad totam Constantinianam aetatem nobis significarent, primum conditi cycli tempus certissime agnoscerem. Sed una superest huiuscemodi inscriptio anni, ut uidetur, 327 (5); neque praeterea ulla. Nam reliquae duae, quae lunares diem exhibent et ad primam pertinent *Romanae supputationis* periodum, post Iouiani obitum positae sunt, altera anno 364, altera 378 (6). Quarum haec cum cyclo egregie concordat, eiusque in Romana ecclesia usum luculenter confirmat. Prior illa a cyclo unius diei defectu distat, et tot temporis notis singulari insignis exemplo est, ut eam absque piaculo heic nequeam silentio praeterire.

« Temporum notae huic titulo anni 364 inscriptae hae sunt: VIII idus Maias, hora noctis quarta, die Saturni, luna uigesima, signo Capricorno; quas magni procul dubio facies. Etenim antequam insignis titulus anni 168 die V kal. Martias, *qui dies post bis VI kalendas fuit*, a RENIERO u. cl. non ita pridem repertus prodiisset (7), unum tantummodo annum 364 bissextilem fuisse certo historiae testimonio constabat. Quare hic annus unus omnium a PANVINIO electus est, ut Romanorum annalium fastorumque cardo foret. Ecce autem duobus fere a PANVINII aetate elapsis seculis eius anni epitaphium e subterraneis coemeteriis prodiit tot temporis notas exhibens, quot nulla unquam alia uetus inscriptio. Quare BLANCHINIVS aliique temporum doctrinae interpretes magnam de tam insperato inuento laetitiam cepere (8). Eos tamen prorsus fugit in lunae aetate uel errorem uel difficultatem maximam esse agnoscendam. Cyclus quippe LXXXIV annorum diei VIII idus Maias lunam adsignat non XX, sed XXI. Erunt nunc, fateor, quibus haec notatio cum cyclorum doctrina adprime concors certe uidebitur. Qui enim cum XAVERIO PATRITIO u. c. ponent Latinos suas *lunas uno die moratos esse, ut, quae in ipsa supputatione prima erat, eam illi tricesimam dicerent, quae duodecima, undecimam atque ita porro* (9), nihil rectius censebunt, quam quod luna *Romanae supputationis* uigesima prima ab huius epitaphii auctore uigesima sit numerata. At enim caeterae inscriptiones, quae lunares dies commemorant, cycli tabulis ad amussim respondent, neque unum e lunae aetate diem eximunt (10). Praeterea potissima argumenta, quibus illa sententia inniti tur, Prosperianae emendationis historia aliaque, ni fallor, dissoluent. Aliam igitur tantae tollendae difficultatis rationem quaesiui, eamque mihi uideor inuenisse.

« Hic scilicet titulus non tam epitaphium est, quam *genethliacus horoscopus* et de infantis morte astrologiae legibus capta diuinatio. Hinc eae temporis et siderum notae non ad calendariorum cyclorumque tabulas, sed ad ipsam caeli contemplationem referendae uidentur et exigendae. Quo facto erunt omnia planissima (11). Et resane uera fatalem *horoscopum* illis notis contineri, postquam *astrologicae* superstitionis quaecunque potui uestigia rimatus undique sum, clare intellexi. Nam horam noctis quartam diei Saturni periculosam nascenti habitam esse e FVRII DIONYSII PHILOCALI codice et e SERVIO disces (12); lunam in Capricorno triste omen tulisse GVIDO BONATTVS in *tractatu X de Astronomia* testatur his uerbis: *si luna fuerit in oppositione domus suae, id est*

(1) VSSERII. *Britannicarum eccl. antiquitates*, Lond., 1687, p. 481. — NORIS. *l. c.*, p. 680, 730. — VAN DER HAGEN. *l. c.*, p. 167-173.
(2) NORIS. *l. c.*, p. 730.
(3) NORIS, *l. c.*, p. 642-680.
(4) PATRITIVS. *De euangeliis*, t. II, p. 553.
(5) DE ROSSI. *op. cit.*, inscr. n. 597.
(6) ID., nn. 172, 275.
(7) L. RENIER. *Mélanges d'épigraphie*, p. 252; *Inscr. de l'Algérie*, n. 1822.
(8) DE ROSSI. *op. laud.* ad inscr. 172 comm.
(9) PATRITIVS. *l. c.*, p. 535.
(10) DE ROSSI. *l. c.* inscr. 275, 443, 597.
(11) ID. *comm. cit.*
(12) ID. *comm. cit.*

in Capricorno, malum portendet (1); demum magni momenti rem astrologo uisam certe esse lunam potius uigesimam quam uigesimam primam computare nondum edito euincam huiuscemodi superstitionis documento. In codice nempe Vaticano 9135, p. 108 calendarium legi seculo XV conscriptum, in quo lunarium dierum recensio fit, qui noxii uulgo habebantur : DE MALIS LVNIS. *Istae sunt lunae, quas uitant homines; in hiis qui discadet, non surget, natus non uiuet*, etc. Ibi mensis Maii lunae noxiae sic recensentur : Mensis Madii Luna V, XI et XX. Atqui haec non infimi tantum aeui barbariem, sed ueterem Romanam superstitionem referre AMBROSIVS Episcopus dicet. Eos quippe ille reprehendit, qui *obseruare gentilio more* solent, *ut qua luna quid adoriendum sit iudices, ut puta QVINTAM ESSE FVGIENDAM, nihilque ea inchoandum, uarios quoque cursus lunae obeundis negotiis commendare* (2). Totum ergo, ni fallor, *horoscopum* recte sum interpretatus; neque Simplicii infantis titulo quisquam abuti iam poterit, ut inter *Romanae supputationis* tabulas et Christianarum inscriptionum notas discordiam ullam uel uarietatem esse contendat, quoniam plane singularis neque in exemplum adducenda illius tituli indoles est. Veterum inscriptionum concordia cum Romano lunari quarti seculi cyclo sic restituta, de eius cycli in Romana ecclesia usu atque auctoritate restat quaerendum. Qua de re sequenti articulo exponam.

« DE CYCLI LXXXIV ANNORVM IN ROMANA ECCLESIA AVCTORITATE. — Nunc, quomodo hoc cyclo Romana ecclesia ad inueniendum pascha usa sit, foret disputandum. Verum haec quaestio paschales, ut aiunt, terminos aliaque id genus potissimum respicit, quae non tam ad temporum notas, quam ad calendares fastos eorumque artificium pertinent. Illa tamen hoc loco minime praeteribo, quae ad hanc cyclorum historiam maxime necessaria iudicio : quaenam scilicet *Romanae supputationis* prima eius aetate auctoritas fuerit. Hanc prolixam sane quaestionem breuitate summa tractabo, imo uero summatim adtingam.

« Arelatensis ante omnia concilii celeberrima epistola ad Siluestrum Romanum pontificem missa anno 314 commemoranda, in qua haec legimus : *Primo loco de obseruatione paschae dominici, ut uno die et uno tempore per omnem orbem a nobis obseruetur et iuxta consuetudinem, literas ad omnes tu dirigas* (3). Quaenam illa paschata fuerint, quae Siluester post Arelatense decretum iuxta ueterem *consuetudinem* quotannis indixit, nunc comperta certissime habemus. Ea scilicet descripta sunt in centenaria paschatum tabula (4), cuius origo et patria adeo erant obscura, ut eius quoque antiquitatem absque iusta tamen causa, IDELERVS suspectam habuerit (5). Verum Philocaliano nunc codice restituto et centenariae tabulae origine meridiana in luce collocata non modo IDELERI suspiciones sunt explosae, sed illud agnitum manifesto est, eam tabulam ad Romanae ecclesiae fastos pertinere ipsa SILVESTRI fere aetate conscriptos, quippe qui post SILVESTRI statim obitum anno 335 uel 336 editi primum sint, et deinde ad LIBERIVM et annum 354 continuati (6). Huius tabulae paschata e cuius cycli praescripto sint definita, ac proinde cuinam sint ecclesiae tribuenda, neque BVCHERIVS, neque NORISIVS sunt assequuti (7); eaque sane uidentur et Romano cyclo et Latinorum regulis plane difformia. Rem tamen difficultatis plenam VAN DER HAGEN accurate examinauit et egregie declarauit. Nam et supra scripta paschata Romanae ecclesiae restituit, et eorum lunares menses cycli LXXXIV annorum ope et ductu esse computatos asseruit, impedimenta uero et tenebras inde oriri sagaciter agnouit, quod paschales, ut aiunt, termini in priore eius cycli periodo non semel mutati Romae sint, iique ab anno 312 ad 325 uel 342 alii fuerint, atque annis proxime sequentibus fuere (8). Quod doctissimi uiri iudicium centenariae tabulae origo nunc manifesta luculenter confirmat. Romana igitur ecclesia Arelatensis circiter synodi aetate LXXXIV annorum cyclo ad inueniendam paschalem lunam usa est, ipsum tamen paschatis diem non iis regulis tum definiuit, ad quas paschales eius cycli tabulae exeunte quarto seculo editae sunt exactae, imo ne iis quidem, quibus paullo post Nicaenam synodum et ante medium circiter seculum quartum Christiano orbi paschata indixit.

« His positis Romani huius cycli, qualis SILVESTRI fere aetate adhibitus est, insigne monumentum facile agnoscimus, unde christiana ualde historia proficiet. Ille scilicet cyclus quem a maioribus acceptum Britanni seculis septimo et octauo aduersus Romanos Dionysianis tunc ratiociniis utentes tantopere propugnarunt, ipse ille cyclus est, quem SILVESTRO pontifice Romana adhibuit ecclesia. Nam priorem centenariae tabulae partem ueterum Britannorum paschata referre VAN DER HAGEN acute uidit (9), et ipse IDELERVS, cui illa tabula nescio quid monstri simile uisa est, edixit illam ad Britannorum placita et ratiocinia exactam uideri (10). Nunc recole Arelatensi concilio Britanniae quoque episcopos adfuisse, nec multa opus erit sagacitate, ut intelligas ueteres Britan-

(1) Edit. basil., 1550, p. 187.
(2) AMBROS. Ep. XXIII, *ad episcopos Aemiliae*.
(3) ROVTH. *Reliquiae sacrae*, IV, 307.
(4) DE ROSSI. *op. laud.*, t. I, προλεγομ., pp. LV et LVII.
(5) *Handbuch der Chronol.*, II, 275.
(6) DE ROSSI. *l. c.*, p. LVI.
(7) BVCHERII. *De doctr. temp.*, p. 258-266. — NORIS. Diss. I *ad fastos cons. Anonymi*, opp. t. II, 614.
(8) *Obseruat. in Prosp. chron.*, p. 296-329.
(9) *L. c.*, p. 336-354.
(10) *Handbuch der Chron.*, l. c., p. 296.

nos sua paschata et cyclum a Silvestro Romano pontifice accepisse, neque ad eos, qui toto erant orbe diuisi, emendationes mutationesque in eum cyclum postea inductas esse perlatas. Quanquam unam atque alteram extraordinariam paschatis indictionem a Romana ecclesia ad eos missam et ab iis exceptam [constat]. Haec autem, quae non tam enarraui, quam summatim proposui, quanti ad Britannicae ecclesiae origines atque historiam declarandam momenti sint, nemo, opinor, non uidet. Hinc et celeberrimae Britannorum de paschate controuersiae, implexae illae quidem atque obscurae, clare intelliguntur; et fabula de Orientali paschatis definiendi ritu a Britannis usurpato et de Orientali Britannicae ecclesiae origine prorsus euanescit (1); et uetus ipsius Britannicae ecclesiae cum Romana coniunctio nouo adstruitur argumento.

« Haec ad ante-nicaena tempora spectant », et hactenus u. cl. de Rossi (2).

(1) Walter. *Das alte Wales* (Bonn, 1869), p. 225, 228; cf. Gieseler. *Kirchengesch.*, I, 2, § 126.
(2) De Rossi. *Inscript. christ. Vrb. Romae sept. saecul. antiquiores*, t. I, 1857-1861, προλεγομ., pp. LXXIX-LXXXVI.

ADDENDA ET CORRIGENDA

— *De titulis liturgicis antenicaenis inter se conlatis.* — Ordo capitum sic emendari debet : Caput VII triplex diuiditur : 1° *De quibusdam graecis fontibus* (p. XXXVIII), 2° *De fonte quodam graeco* (p. XLIII), 3° *De libro* Διὰ τεσσάρων *in ecclesiis Aegypti* (p. LXXIV), quia Tatiani opus, etsi Faiumensi fragmento forte posterius sit tamen propter rei grauitatem primum locum obtinere debet.

Caput VIII duplex etiam diuiditur : 1° *De Tatiani libro* (p. XLV), 2° *De libro homiliarum Origenis* (p. LXXVI).

— Pag. XVI, ad notam 7^am^ adde : J. B. CASALI. *De ueteribus Christianorum ritibus,* Romae 1745. — J. HERRMANN. *Essai sur l'origine du culte chrétien dans ses rapports avec le Judaïsme,* Paris, 1886, in-8°.

— Pag. XXI, ad col. 1^am^ : cf. ISIDORE LOEB. *Les dix-huit bénédictions* in *Revue des Études Juives*, t. XIX (1889), p. 17, 40.

— Pag. XL, uerba haec : « Sedere super Seraphim », apud Prudentium poetam habes :

Patri qui Cherubin sedile sacrum
Nec non et Seraphin suum supremo
Subnixus solio tenet regitque

hunc commentariolum, uertente saeculo nono, anonymus quidam scripsit.

« *Hic reprehenditur quod dixerit Deum sedere super Cherubin et Seraphin.*

Vt enim B. Hieronimus dicet, super Cherubin Deus tantum sedet. Sed sciendum quod uir iste secularis erat nec adeo in diuinis mysteriis eruditus ». Haec habes in cod. Bernens. n° 394.

Cf. J. R. SINNER. *Catalogus codicum mss. biblioth. Bernensis, annotationibus criticis illustratus,* etc. (Bernae, 1760), t. I, p. 172 sq. et HAGEN. *Catalogus codicum Bernensium* (*Bibliotheca Bongarsiana*) (Bernae, 1875, in-8°), n° 394.

— Pag. LXXIV, lin. 2^a^, potius pro AEGYPTAE lege AEGYPTI, etsi lectio *Aegypta* non semel occurrit apud ueteres scriptores et super titulos

— Pag. LXXXI, post *Orationem Manassès* :

LIBER ASENETH (*apocryphus*)	MISSA PRO SPONSO ET SPONSA (*in missali romano*)
.... μεγάλη οὖσα ὡς Σάρρα, καὶ ὡραία ὡς Ῥεβέκκα, καὶ καλὴ ὡς Ῥαχήλ.....	.... sit amabilis uiro suo, ut Rachel : sapiens, ut Rebecca; longaeua et fidelis, ut Sara.....

— Pag. CLX, lin. 18, adde : **QVORVM NOMINA DEVS SCIT.** E. LE BLANT. *Inscript. chrét. de la Gaule,* n° 563.

— Numm. 2145-2148 : Victorinus Petabionensis inter Afros positus locum tenet inter scriptores prouinciarum Europae, sed cf. HARNACK. *Gesch.*, t. I, p. 731.

— Numm. 2324, 2324^a^ et 2325 : « Suivant le *Libellus synodicus* (MANSI. *Concil. ampl. coll.*, t. I, p. 727 sq.), il se serait même tenu deux conciles en Mésopotamie, l'un de la province de l'Osrhoène proprement dite, comprenant les évêques de la région d'Édesse et de l'Abiadène, au nombre de dix-huit; l'autre de la province de Mésopotamie proprement dite, comptant également dix-huit évêques. Mais cette division de la Mésopotamie en deux provinces n'a été faite que plus tard (J. MARQVARDT. *Römische Staatsverwaltung*, t. I, p. 438); il y a lieu de mettre les deux conciles du *Libellus* au rang des inventions. » TIXERONT. *Les origines de l'Église d'Édesse et la légende d'Abgar* (1884), p. 14.

— Num. 2782, lin. 3^a^ : **ΔΙΑΚΟΝΟCΚΑΙЄΥΤΥΧΙΑ-ΠΑΡΘЄΝЄΥCΑCΑΚЄΚΛΑΥΔΙΑ ΝΗ.** *Inscriptiones graecae insularum Maris Aegaei, consilio et auctoritate Acad. litt. reg. boruss.*, fasc. III, ed. FRID. HILLER DE GAERTRINGEN, n° 1238.

— Num. 2783 : Cf. C. CAVEDONI. *Annotazioni al fascicolo II del volume IV de Corp. inscr. gr.* in *Opuscoli relig. letter. di Modena*, t. VIII, p. 18. — R. GARRVCCI. *Storia dell' Arte cristiana*, t. I, p. 163.

— Num. 2787, pag. 9*, col. 1, lin. 23, pro HARNACK lege HARTMANN; pro *Sexta* lege *Serta*. — Cf. M. KAVFFMANN. *Die sepulcralien Jenseitsdenkmaler der Antike und der Urchristenthums. Forschungen für monumentalen Theologie und vergleichenden Religions wissenschaft.*, Erster Band, Mainz, 1900. pp. 79-89.

— Num. 2812. Cf. p. 158*, num. 2812ª.

— Num. 3031, 3077, 3078, 3132, 3299, 3492 repetuntur. Cf. Num. 3169, 3186, 3335, 3337, 3363, 4326.

— Num. 2842, lin. ult. legend. **IN · ENIA**

Αὐρ(ηλία) Μαξε[ι]
μειανή· τ[έ]κνῳ
('Ασκληπιοδότῃ)
γ[λ]υκυτάτῳ,
πιστεύσα[ν]τι
εἰς θεόν,
κὲ ζήσας.
αν παρα.....
..... ἐνι[αυτούς?

G. Kaibel. *Inscr. graec.*, nº 2346.

— Num. 2857, lin. 2ª, pro **ΠΡΑ**[ιτξεστ]**ΑΤΟ**[ς..... lege **ΠΡΑ**[ιτεξ.....

— Num. 2883. **O BIOC TAYTA** : Cf. G. Perrot in *Revue archéol.*, t. XXXIII, p. 58; R. Garrvcci. *Monumenti del Museo lateranense*, p. 110, tav. 50, fig. 3, et C. Cavedoni. *Museo del Cataio*, p. 46 : **HOC · EST · SIC · EST · ALIVT · FIERI · NON · POTEST ·** Cf. tandem *Corp. inscr. gr.*, nº 6460 : Προκόπι ταῦτα; nº 6811, Εὐστάθι ταῦτα, et E. Le Blant. *Les sarcophages chrétiens de la ville d'Arles*, préf., p. xxxiii, note 2.

Num. 2894 : Cf. *Nuovo bullettino di archeologia cristiana* (1900), p. 339.

— Num. 2935 : Cf. G. Kaibel. *Inscr. graec.*, nº 873, Cumis :

DEO
MAGNO
ET FATO
BONO
....

— Num. 2994, lin. 1ª commentarii corr. : Partemque *b* notatur uidisse Marangoni.

— Num. 3004, lege : *Syntagm.*, cl. xx, 278.

— Num. 3007, lege : *Dissert.*, p. 116 et 133.

— Num. 3010, adde : Reinesivs, 972, cccxxvi.

— Num. 3015, lectio falsa **MVEN** pro **MIRO·IVVEN.** Sphalma est typothetae. Cf. num. 3059, cum comment. num. 3015.

— Num. 3023 :

AVR · AGA
ANCILLA ·
DORMIT ·
VIXIT
MENSES III
PATER



PETILLA
DEI · QVE
IN · PACE
ANNISXXI
DIES IIII
FECIT

Garrvcci. p. 385, 3. — Grovsset. *loc. cit.*, nº 34. — Matz und Dvhm. *Antike Bildwerke in Rom*, nº 2355.

— Num. 3037 inter gemmas litteratas collocandus.

— Num. 3047 idem est ac nn. 3120. 3265 uerbis tamen et symbolis quibusdam adiectis.

— Num. 3066, pro **Θ** pone **D.**

— Num. 3072, lin. 3ª, pro **YOC** lege **YIOC.**

— Num. 3097, adde : L. Renier. *Catacombes de Rome*, t. VI, p. 99.

— Num. 3156 : Fabretti. *Inscr.*, p. 738, nº 491. — Garrvcci. *Storia*, p. 163. — Perret. *Catacombes de Rome*, t. VI, p. 81.

— Num. 3164, lege : **VICTORIA REFRIGER[illegible]**
ISSPIRITVS TVS IN BON[illegible]

Annali delle scienze religiose — sett. ott. 1853. — Perret. *Catacombes*, t. VI, p. 28.

— Num. 3263 : Cf. *Voyage dans les catacombes de Rome, par un membre de l'académie de Cortone*, 1810, pp. 198-199.

— Num. 3281 : Cf. *Annali delle scienze religiose* — sett. ott. 1853.

— Num. 3371 : Cf. Mvratori. *Thes.*, p. mdcxxxiii, 1. — G. Henzen. *Corp. inscr. graec.*, t. VI, nº 11695. — Boldetti. *Osservazioni*, p. 650. — Kaibel. *Inscr. graec.* nº 1395.

— Num. 3778 : Cf. Dv Molinet. *Le Cabinet de la bibliothèque Sainte-Geneviève* (1692), p. 124, pl. 29. — Mvnter. *Kirchl. Alterth. der Gnost.*, p. 220. — F. X. Kravs. *Die christl. Inschr. der Rheinl.*, p. 9. — *Corp. inscr. lat.*, VI⁴, nº 29756.

4402 Lugduno.


D (ascia) M

ET · MEMORIAE
AETERNAE
SVTIAE · ANTIDIS
QVAE · VIXIT · ANNIS · XXV
M · IX · D · V · QVE DVM
NIMIA · PIA · FVIT · FACTA
EST · INPIA · ET · ATTIO · PRO
BATIOLO · CERIALIVS · CA
[illegible]LISTIO · CONIVX · ET
PATER ET SIBI
VIV PONENDVM
CVRAVIT ET SVB AS
CIA DEDICAVIT

Greppo. *Lettre à M. le docteur Labus, sur une inscription funéraire du musée de Lyon qui paraît avoir appartenu à une femme chrétienne*, Lyon 1838, in-8º. — De Boissiev. *Inscr. antiques de Lyon*, p. 496, nº xxix.

4403 Romae. **IPPOLVTE IN MENTE.....**
PETR.. M PECCATOREM

Gazette archéologique, 1883. Chronique, p. 8.



[Tomo secundo accedunt indices]